Universidad de Deusto
Biblioteca

Digesti Veteris ☙ Gagnolo Girola mo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

HIERONYMI CAGNOLI

PATRICII VERCELLENSIS,

IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI,
omnium sæculorum doctrina & virtute facilè Principis,
& Serenissimi Ducis Biturigum, Allobrogum,
Subalpinorumque Senatoris,

COMMENTARIA DOCTISSIMA

In primam & secundam Digesti Veteris, & Codicis partem, maximeq; in quatuor ordinarias, vt appellant, lecturas matutinas; omnibus quidem tam in Gymnasiis, quàm foro versantibus perutilia admodumq; necessaria.

Nunc secunda vice diligentius excusa.

Cum summariis in suis locis adiectis, & Indice alphabetico longè quàm locupletissimo.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA - UNIVERSIDAD DE DEUSTO
3546

VENETIIS, APVD LVCAM ANTONIVM
IVNTAM. M D LXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nomenclatura Titulorum & legum.

Ex prima parte.ff.veteris.

Rubrica De offi. eius cui mand. est iurisd. pag.1
Lex prima, eodem titulo. p.15
Rubr. De iurisdict. omn. iud. p.38
L. prima, eodem titulo. p.39
L. Imperium. eod.tit. p.51

Ex secunda parte.

Rubr. Si certum petatur. p.90
L. prima. eod.tit. p.112
. s. Appellata l.ij. eod.tit. p.147
L. Cum quid, eod.tit. p.154
L. Quod te. eod.tit. p.169
L. Singularia. eod.tit. p.186
L. Frater à fratre, de condict. indeb. p.199

Ex prima parte Codicis.

Lex prima, de Sacrosan. Eccles. p.234
Auct. Cassa & irrita, eod.tit. p.242
Auct. Qui rem. eod.tit. p.245
Rubr. De edendo. p.252
L. prima eod. tit. p.264
L. secunda, eod.tit. p.285
L. Edita, eod.tit. p.313
Auct. Si quis in aliquo documento, eod.tit. p.367

Ex secunda parte.

Rubr. Qui admitti. p.383
L. prima, eodem tit. p.414
L. Emancipita, eodem tit. p.439
L. ult. eodem titulo. p.445
L. Qui se patris. Vnde Liber. p.453
L. Precibus, de impub. & aliis subst. p.464
Auct. Ex causa, de liber. præt. p.509
Lex unica, de sent. quæ pro eo quod interest profer. p.542

ILLVSTRISS.mo AC REVER.mo

S. R. E. CARD. GVIDONI FERRERIO

IOANNES MARIA IVNTA. S. P. D.

QVAE res immensam apud homines homini gloriam conciliant, eædem, mea quidem sententia, solidiorem quoque eam fœlicitatem comparare facillimè possunt, quæ perpetuitati coniuncta in summi Dei intuitu posita est: neque si rectè sentiamus, aliud est quod Deo, aliud quod sapientibus hominibus placet. Nam, quum uiuendi nobis duplex insit ratio, altera quæ in rerum contemplatione, altera quæ in agendo uersatur, siue unam siue alteram sequamur, de uirtute studium est, atque in hoc Dei optimi sapientissimi naturam æmulamur, dum multa scire, dum iustitiam, prudentiam, modestiam, liberalitatem, & uirtutes alias in agendo exercere contendimus: quæ omnia & Deo ipsi gratissima esse certò scimus, & à sapientibus æquè ac rudibus, optimis & improbis hominibus expeti quotidie animaduertimus. Sanè quid familiam tuam FERRERIE Illustrissime ad eam gloriam euexerit, in qua amplissima nunc & clarissima cum bonorum omnium plausu posita est, non est, ut sumpto longinquius principio tibi explicem: illud solùm in medium reuocabo, quod mihi frequenter in mentem uenit, Cardinalium Bononiensis & Hyporegiensis qui auo tuo fratres fuere, & rursus Hyporegiensis alterius ac Ferrerij, patruorum tuorum laudes, & demum tuam ipsius gloriam. Consentit certè totus orbis, ex uirtutibus, ex præclarè factis, ex meritis has laudes & hanc gloriam effluxisse. Quis enim ignorat quantùm & rerum intellectione & in agendo prudentia, ac recta & inculpata uiuendi ratione maiores tui Cardinales ualuerint? magistratus profectò (quod dicit solet) ostendit uirum. At uerò quid de te ipso dicam, quem uix in trigesimo ætatis anno constitutum Vercellensem Episcopum, mox apud Remp Venetam pro Pontif. Max. Oratorem, de hinc Cardinalem uideo? Confirmant hæc me in superiori sententia, idem apud Deum Opt. Max. gratiam, & apud homines gloriam conciliare. Te enim quid in magnorum principum, præsertimq; Romani totius Collegij, & Reip. Venetæ gratiam posuerit, & in isto amplo subsellio collocauerit, in quo tantam Christianæ reip. partem refers, res est manifesta omnibus: nempe hæc uirtutum tuarum meritis esse assequutum. nota est enim pietas in primis erga Deum, uita Christiano homine digna, in magnis tractandis rebus dexteritas & singularis prudentia, quæ omnia & Deo à quo primùm emanant, sunt gratissima, & hominibus admirabilia. Quid autem de humanitate & modestia tua dicam? Quid reliqua præstantis animi atque ingenij bona commemorem? Hæc totus orbis & cognoscit, et experitur & prædicat. Hæc FERRERIE Opt. & alios, & nos ipsos in tui uenerationem summopere excitarunt. Nunc autem, quando in me tibi nullo usu aut consuetudine notum, te præstitisti tam munificum, ut celeberrimi illius Cagnoli lucubrationes, quas in thesauris tuis habebas, dono mihi dederis, & publico studiosorum commodo, prælo ut excudam, suaseris; tam arcto me tibi seruitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis uinculo deuinxisti, quod dissolui nunquam possit, dum uitam uiuam. Est hic profectò ut animi tui non inuidi magnitudinem quiuis spectet, qui contra quàm Alexander ille magnus de naturalibus Aristotelis libris desiderauerit, ea promulgari & impartiri omnibus ultro studeas, quæ tibi in bibliotheca recondita, priuato usui & existimationi maximæ esse poterant. Debebunt ergo sibi legum studiosi, quando tua opera, tam præclara clarissimi uiri scripta è sepulchro prodeunt, & in lucem exeunt. debebit Cagnolus ipse, cuius tu hominis memoriam interire non es passus. nos uerò etiam officii ergo nos tui, cuius memoria nunquam excidet, habebimus perpetuas gratias. Quod superest, suscipe CARD. Amplis. Cagnolum tuum reuiuiscentem læto animo, ut doctos uiros soles, & tuere authoritate tua; nos uerò etiam ama, & quicquid opera nostra potest efficere, de nobis ipsis tibi pollicere. Vale. Venetiis. M. D. LXVI.

NICOLAI ANTONII GRAVATII
I. C. CALABRI.
CARMEN.

POSTQVAM conuexum tetigit uox publica cœlum,
Iuris, summe Pater, sit tibi cura sacri.
Sanctæ heu iam tenebris leges uoluuntur amaris,
Et gyros quot nec iam Labyrinthus habet.
Tum DEVS omnipotens miserans incommoda nostra,
En, ait, ætherea conditione uirum.
Mox supero ingentem placidus demisit Olympo
CAGNOLVM, terris lux & oborta noua est.
Iam legum ambages abeunt, tenebræq; recedunt:
Quæq; obscura micant, abdita quæq; patent.
Quisquis aues igitur iuris penetralia adire,
Egregium in primis hunc tibi sume ducem.

ILLVSTRISS.mo ET REVER.mo
D. GVIDONI FERRERIO,
S. R. E. PRESBYTERO CARD. VERCELLENSI.
BAPTISTA CAGNOLVS.

HIERONYMVS Cagnolus frater meus ita semper communi hominum utilitati, commodisque seruiuit, ut re, & consilio benignus esset in omnes; & doctrinæ fructus, cui se dediderat, cum eiusdem scientiæ studiosis libentissimè communicaret. Itaque præter illa eius ingenij & industriæ monimenta, quæ litteris mandata sunt, has quoque ex commentationibus, meditationibusq; Parauinis, ubi ius Ciuile publicè aliquot annos magna cum laude est interpretatus, legum explanationes peruulgare constituerat: sed huic fratris meis præclaro consilio immatura mors obstitit. Quod à patre posteritati destinatum officium, cùm postea filij Sebastianus, & Octauianus expressæ paterni animi, & ingenij imagines, persoluere instituissent, & ipsi consequentibus prope funeribus elati, tristissimum nobis expectatæ, ac certæ iam uirtutis desiderium reliquerunt. Quamobrem meas partes esse intelligo, & fratris, & eius simillimorum filiorum hæc cogitata, atque adeò inchoata, perficere. Nam, præter domestici officij necessitatem, maximè id à me postulat, Guide Ferreri Cardinalis ornatissime, uoluntas & auctoritas tua. Qui, cùm fratrem meum unicè dilexeris, eius etiam memoriæ, & immortalitati consulens, hæc, ut in lucem proferrem, me uehementer es cohortatus. Prodeunt igitur in aspectum hominum Hieronymi Cagnoli, ut appellantur, lecturæ, clarissimo tuo nomini dicatæ. Cui, cum & ipsum plurimi feceris, & familia nostra tuo, ac maiorum tuorum perpetuo patrocinio tecta, & aucta fuerit, omnia à nobis meritò deberi, profitemur. Deum precor, ut beneficæ tuæ uoluntati parem bene merendi facultatem largiatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HIERONYMI CAGNOLI PRAECLARISSIMI IVRISCONSVLTI VITA, EX LIBELLO DE VIRIS ILLVSTRIBVS,

Per Excellentiß. I.C. Mantuam Patauinum edito, excerpta.

Hieronymus Cagnolus Vercellensis, Excellentißimi Sabaudiæ Ducis Senator, Eques, & Iurisconsultus disertißimus, Taurini multo tempore docuit, postea hic, & tunc maximè floruit, Anno 1546. post Alexandrini mortem, sumq; ego pariter cum eo congressus, usque ad Tybery Deciani Vtinensis uiri alioquin doctißimi, & eruditißimi aduentum, qui in eius locum postea suffectus est, egregia reliquit in ordinarias partes matutinas commentaria, & simul de reg. iuris. pluraq; alia edidisset, nisi euitabile fatum sibi uitam eripuisset, antequam sexagesimum (ut mihi dixerat pridie quam moreretur, quæ fuit 1. Febr. 1551.) attigisset annum.

PETRI VIOLAE VEICETINI PHILOSOPHIAM MORALEM

in Patauino Gymnasio publicè profitentis.

ORATIO IN FVNERE CLARISSIMI VIRI Hieronymi Cagnoli habita.

GRAVISSIMA hæc iactura Clarißime Magistratus, Magnifici Rectores, Illustres Principes, Excellentißimi Doctores, Ornatißimi Viri, Nobilißimi Adolescentes, Grauißima inquam hęc iactura, quam immaturo, & repentino Hieronymi Cagnoli Viri vndecunque doctißimi obitu fecimus, eo me dolore affecit, vt si, vel minimæ eius portiunculæ nostrum ingenium responderet, sperarem utique me tanti Viri laudes tam apte tractare posse: vt aliqua ex parte saltem, & officio meo, & desiderio vestro satisfacerem. Sed cum & imbecilles admodum sint vires nostrę: & ipsa doloris nostri acerbitas communi vestrum omnium dolore non parum augeatur: timeo, ne qui alios consolaturus accesserim, ipse sim maxime consolandus. Videor enim videre Viri Clarißimi in hoc vniuerso cœtu ora vestra illo mœrore confecta: oculos illis lachrymis suffusos: pectora denique omnium illis gemitibus concussa, vt facile ingens hæc studiorum calamitas ex ingenti hoc: & luctuosißimo squalore vestro mihi ante oculos obuersetur. Quo fit, vt cũ quale onus sustineam, considero: non modo mihi vires omnes obstupescere: sed penitus deficere videantur. Nam cum de nobilißima huius viri familia, præstantißimo ingenio: exactißima legum peritia: purißimoque vitę candore, ac integritate mihi dicendum sit: vereor, ne, quæ dicentur, cum nullam ex innumerabilibus huius Viri laudibus, assequi vllo pacto possint, vt pote ad quas prosequendas Cagnolo ipso laudatore opus foret: potius ingenti ipsarum cumulo non paucas detrahant: quàm vllam patefaciant. Verum cum hoc munus mihi mandatum sit: & illa sint huius Clarißimi Viri merita: quæ licèt summo facundißimi cuiusq; præconio laudentur: & extollantur, longe tamen maiori dignißima iudicentur: Vos oratos volo, vt id totum, quod deerit, quod quidem scio fore non parum: cum mearum virium imbecillitati, tum mœrori, quo conficior, ascribendum existimetis. Cagnola siquidem ortus familia, quæ Vercellis Cisalpinę Gallię ciuitate cum vetustißima, tum nobilißima, Clarißimorum Virorum splendore non vltimum locum inter alias nobilißimas familias sibi comparauit: talis hic Vir effulsit: vt suorum maiorum gloria non indignum se declararit. Qui licèt longa serie & armorum, & litterarum splendore sese, vel eloquentißimo cuique offerant enumerandos: tamen nos temporis breuitate coacti silentio prętereundos existimauimus: Dicemusque tantum Sebastianum Cagnolum. I. V. peritia Excellentißimum, atque irreprehensibili vitę instituto laudatißimum huic patrem fuisse. Franciscamq; Nicolai Alciati, multis Illustrißimi Ducis Allobrogum legationibus obitis, Clarißimi filiam insigni probitate, atque incomparabili pudicitia prædita fuisse matrem. Quorum cura, & diligentia educatus, ita se gessit, vt neque à Cagnola, neque ab Alciata familia, licèt multis honoribus, titulisque essent fulgentißimę, degenerare conspiceretur. Nam, cum per ętatem licuit, non magis domestico splendore: corporisue, aut fortunę bonis, quibus multi turgida vanitate inflati sese iactant: quàm proprijs virtutibus, conspicuum se (vt omnes decet) reddere curauit. Maximeq; Vlissem Ouidianum comprobauit: qui dixit: Genus, & proauos, & quę non fecimus ipsi, vix ea nostra puto. & meritò quidem, nam iuxta illam Satyrici sententiam miserum est aliorum incumbere famę, quia qui genus iactat suum, aliena laudat, se vero deprimit. Hinc rectè Claudianus ait, Virtute decet, non sanguine niti, quæ hic vir vere sapientißimus, non verbis modo protulit, verum re ipsa præstitit. Primum enim assiduis laboribus, diuturnisque vigilijs in humaniorum litterarum, sacreque Philosophię penetralia ingressus, ita latinę linguę puritatem est amplexus, artisque oratorię præcepta est assecutus: ita differendi artem excusit, naturæque arcana inuestigauit, vt eloquentißimus Orator, acutißimus disceptator optimusque Philosophus haberetur. Deinde hac non vulgari eruditione instructus sacram quoque legum scientiam eo studio, ac diligentia complexus est, vt & Iurisperitorũ eloquentißimus, & eloquentium Iurisperitißimus velut alter Scæuola iudicaretur. Quare omnium consensu Vice Rector Taurinensis legum Academiæ, ac sequenti anno Rector ob rem prudenter administratam fuit constitutus. Quo munere functus dignißimis laureę legalis insignibus, vt mos est, publicè fuit exornatus. Sed Princeps ille, vt sapientißimus, ita & studioßißimus ingeniorum fautor, ac decus, illam, & si suo splendore amplißimam dignitatem, virtute tamen, ac meritis huius viri longe inferiorem animaduertens, pro locupletiori sui iudicij testimonio, ipsum Comitatus (vt vocant) titulo: equestriq; splendore insignuit: atque ad consilia elegit, in Senatorumq; Collegio, plura, & maiora promittens, cooptauit. Vt & alij quoque tali exemplo ad virtutes amplectendas, quas sua mercede non fraudari viderent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiderent, inflammarentur. Qua dignitate auctus ita se gesit, vt mirum sit dictu, quanta admiratione oculos omnium in se conuerterit: quantamq; sui expectationem concitauerit. Quam tamen nõ solum virtute quadam singulari expleuit: sed longo etiam interuallo superauit. Nam vix annum sextum, & vigesimum ætatis agens in florentissimo tunc Augustæ Taurinorum Gymnasio publicè legibus ex ordine interpretandis ita claruit, vt Purpuratus eo tempore inter Iurisconsultos facilè Princeps, quem Cagnolus assiduis congressibus: disputationibusq; de more frequenter aggredieba tur, tantum ei detulerit, ut honestissima præfatione Cagnolum acutissimum, & lucidissimum legum interpretem appellare consueuerit. Mox autem Purpurato ipso ad Reipub. gubernacula euecto; primam illius Gymnasij sedem Cagnolus omnibus est suffragijs consecutus: ac eo usque honestissime tenuit: quo usque bello in illis regionibus æstuante, non solum studia impedirentur, atque Academia illa collaberetur: sed omnia direptionibus; incendijsque traderentur. Quo tempore fama huius Clarissimi Viri, quæ iam tum uniuersam Italiam repleuerat, motus Illustrissimus Sena tus Venetus ipsum in Patauinum hoc Gymnasiũ, totius orbis celeberrimum, honestissima conditione uocauit: ubi septennium in patefaciendis legũ sacrarijs, nexibusque resoluendis, ita effulsit, ut ad ipsum, non secus, atque ad Apollinis Oraculum, e remotissimis usque terrarum finibus, ad consilia, legesque capessendas ingens hominum multitudo confluceret: eiusque labores non modo mille aureis: quot pro annuo stipendio accipiebat; sed longè pluribus dignissimos omnes existimarent. Vos Excellentissimi Doctores, uos Nobilissimi Adolescentes locupletissimi testes estis, quanta facilitate obscura lucidissime illustraret: difficilia ingeniose exprimeret: grauia splendide tractaret: abstrusa denique ac inuoluta e tenebris sapienter erueret, ac explicaret, Testantur eius lucubrationes; & quæ iam in lucem exierunt, & quę mox exibunt, quanta doctrina, eloquentia, grauitasque in eo fuerit. Testantur quotidianæ explicationes ab vniuersis Auditoribus auide, diligenterque annotatę. Testatur tandem illustris illa, ac per vniuersum orbem peruagata gloria; Gloria perpetuum semper mensura per æuum. Cum nemo sit, vbi modo legũ Maiestas obseruetur, qui hunc Virum non amet, colat, & admiretur. Sed quid in re non dubia rationibus vtimur non necessarijs? Possem hoc loco viri Clarissimi multa comme morare, quæ prudentissimus hic uir capaci memoriæ thesauro tenacissime conseruabat: quę acutissima ingenij acie perscrutabatur: quæ diuino propemodum iudicio prouidebat: nisi grauissima illius Illustrissimi Ducis sententia, & honestissima in celeberrimo illo grauissimorum Patrum collegio cooptatio ipsum extra omnẽ Prudentiæ aleam, non aliter, ac olim Apollinis oraculum Socratem prudentissimum, atque sapientissimum comprobauisset. Quid Iustitiam eius commemorem? quid dicam quo cultu Religionem obseruaret? Patriam coleret? Parentes ueneraretur? Propinquos amaret? Amicos diligeret? Clientes defenderet? iacentes subleuaret? ueritatem tueretur? pacta seruaret? suum cuique tribueret? Atque non odio, amoreue, sed ueritate, præscriptoque constanter iudicaret? Quæ omnia ipsum splendidissimum Equitem optime de æquitate meritum demonstrarunt; Cuius ipse non magis uerbis, aut scriptis: quàm animo, & constanti uiuendi consuetudine acerrimus assertor; ut alter Aristides, esse uoluit. Vt qui diuinis Euangelicæ Doctrinæ præceptis institutus Euangelicam quoque uitam uiuere constituerit: atque non solum præsens de præsentibus: sed absens etiam de uniuersis benemeteri studuerit. Taceo Viri Clarissimi, quę hoc loco splendidissima hęc virtus uidetur suo sibi iure postulare: Taceo quanta animi magnitudine res aduersas tulerit, fortunęq; impetus sustinuerit; quanta constantia uoluptates, diuitias, auras populares, reliquasque malorum illecebras despexerit: ut qui Scipionis integritatem, Fabritij continentiam, Catonisque grauitatem præ se tulerit: nihilque uiro turpius, nihil detestabilius posse accidere existimarit, quàm, ueluti alter Sardanapalus, otio marcescere, auaritia, ut Crassus sordescere, uulgique studijs, ut Curio, agitari. Taceo quanta modestia in Patriam, ueluti alter Publicola; quibus in familiares institutis, ut Curius; quanta in omnes humanitate, ut Nasica, extiterit. Nam omnia enumerare hoc breui temporis curriculo quis unquam posset? Quis ea esset dicendi facultate, qui sanctam, & unque quaque splendidissimam eius uitam tot clarissimis uirtutibus decoratam dignis laudibus ornare posset? Exitus, qui totam ante actam uitam clare probare solet, facile qualis nam fuerit, certissimum testimonium afferre potest. Nam paucis antequàm e uita migraret horis, coniugem, ac filios, quos omnes ad se uocari iusserat, huiuscemodi uerbis est allocutus.

Videtis charissima Coniux, filijque dilectissimi prope adesse mihi tempus illud, quo necesse sit, extremis naturę legibus obedire: quas cum semper seruandas censuerimus, nunc nolle ęquo animo seruare; ut iniquissimum, ita & turpissimum erit. Vocor enim ab eo, qui me huc misit, atque quàm diu hic affui, honeste me esse uoluit. Cuius beneficio, quo ad uixi, nihil dixi, nihilque unquam feci; quod me dixisse, fecisseue pœniteat. Quare libentissime decreto itineri me accingo, præsertim cum uos intuens decedam. Tu autem charissima Coniux non solum Matris, sed Patris etiam personam indue; ac licèt dum uiuerem nullum mihi locum ne monendi quidem reliqueris, cum quę erat ęquum te facere, semper tua sponte diligentissime feceris, nunc quæso te admoneri patiare. Primum filios ita cures, ut a recto uiuendi limite declinare minime deprendantur. Deinde rem familiarem ita geras, ut ad usum non autem ad abusum à Deo Opt. Max. nobis datam, tibi non latere demonstres. Inde ad filios conuersus dixit: Vos uero dilectissimi filij, Diuinam religionem pie, syncereque colite: Matrem uestram omni reuerentia obseruate: Mox cum omnium nostrarum rerum hæreditas ad vos veniat, sciatis nullam hæreditatem liberis tradi à parentibus clariorem, nullam vtiliorem, gloria virtutis: rerumque gestarum: quæ quidem omni reliquo patrimonio præstantior iudicatur; cui dedecori esse, nefas, & vitium est. Nam vt, neque forma, corporisue pulchritudo vllum decorem, ornamen tumue timidis præstat; immo potius eam incommoditatem subeunt, vt ignauiam, illam; ac segnitiem clarius patefaciunt: ita neque diuitię, maiorumq; claritas splendorem vllum, dignitatemue inertibus, & otio torpescentibus afferunt. Sed in eam iacturam incidunt, vt quo clariores, eo notiores suas turpidines efficiant: nam (vt ille ait)

Omne animi vitium tanto conspectius in se.
Crimen habet; quanto maior qui peccat habetur.

Contendite igitur, & nos, & reliquos maiores uestros uirtute, rerumq; bene gestarum gloria superare, qua victoria neque nobis victis quicquam charius, neque uobis victoribus quicquam præclarius, mihi credite, potest accidere. Quod quidem facietis, si eam uitæ rationem uobis ineundam proposueritis, ut, quemadmodum dixi non opibus, non fumosis imaginibus, quod uitium est in multis, & latè patet; sed integritate, proprijsq; uirtutibus uos nobiles, clarosq; exhibueritis, ut uestris, non alienis uiribus niti uideamini. Ita igitur uiuite (ne singula percuram) ut nemo degeneres uos possit calumniari. Quod reliquum est, ne meimet oblitus, aliorum curam habere uidear, cum ante hac semper paucis habita naturæ ratione contentus fuerim; ita quoque nunc morientem me paucis indigere cognosco. Quare uolo ne uulgari fastu, numerosaque pompa meum corpus tumulo tradatis: sed paucis comitantibus ad D. Francisci templum efferendum, ibiq; sepeliendum curetis. Hic fuit finis Cagnoli fatorum: hic pulcher exitus illum abstulit. Videatis igitur uiri ornatissimi quibus laudibus hic uir Clarissimus dignus sit iudicandus, qui perpetuo, constantique uitę tenore usque ad extremum spiritum se hominem cognouit. O præclaram hominis mentem, O præclaram uiuendi rationem, O præclarum uitæ exitum. Quis Prudentiam eius ita extoller, Iustitiam prædicabit, animi magnitudinem celebrabit, modestiamue omni laudũ cumulo exornabit: quin plurima præterea dicenda supereſſe non fateatur. Cum nihil eius consilio prudentius, æquitate splendidus: animi magnitudine præstantius: morum suauitate candidius dici, audiri, aut excogitari possit. Quamobrem uos Clarissimi Doctores tali Collega, uos Nobilissimi Adolescentes tali Præceptore, nostra hæc ætas tali Vito, Vercellensis Ciuitas tali Ciue spoliata, Cagnola familia tali lumine orbata, ac denique nos omnes talis uiri consuetudine destituti merito doleamus: atque eo acerbius doleamus, quòd fortuna ipsa huic seculo inuidens nobiscum inimicitias suscepisse, acriterque exercere uidetur, cum hunc annum duorum præfulgentium legalis scientiæ luminum extinctione Alciati, scilicet atque Cagnoli interitu clarum, ac nobilitatum esse uoluerit. Heu miserum mortalium genus, Heu atrocem, & insatiabilem fortunam: Heu duram, & ineuitabilem naturæ necessitatem: O fallacem, uariamque hominum sortem: O crudelem, & immutabilem fatorum legem: O rapacem, & inexplebilem Parcarum auiditatem: quæ tunc nos maxime opprimitis, cum minus uestros ictus timendos arbitramur. Cur ex insidijs in nos impresionem facitis? cur tam acres inimicitias nobiscum geritis, cur nostros conatus in medio itinere intercipitis? Sed quo feror miser? quo me doloris uehementia rapit? quo graui hac acerbitate trahor? non enim iccireo hunc in locum ascendi, ut lachrymis, mœroreque ipse tabescens, alios quoq; in lachrymas, mœroremque mecum traherem; Sed ut modum dolori constituendum admonerem. Nam si grauius, quàm res ipsa postulat, dolebimus; rem profecto ipsi Cagnolo inutilem, & ingratam: nobis autem turpem, & pernicioſam faciemus. Noster igitur hic communis dolor sapientissimi Viri, prudentia, consilioque leuetur, & rationis auxilio iam locum solatio concedat. Quod quo facilius fiat, quęso istiusmodi doloris causas paucis recenseamus. Ita enim paruo negotio patebit, & iniquum, & inhumanum esse tam grauiter dolere. Sed antea, cum satis, superque dolor nos torserit, & cruciarit: ipsum intra terminos rationis contineamus. Quoniam ut animus doloris acerbitate uexatus ab omni solatio abhorret: ita ratione, & sapientia fultus salutarem consilij medicinam non recusat. Rem igitur excutiamus: quia non modo non dolendum, sed maxime amici causa lætandum esse cognoscemus. Sex causę mihi præ cæteris se offerunt, quibus homines amicorum obitu dolere soleant. Quarum prima est, quòd eum se illius consuetudine priuatos uideant: ex quo aliquam percipiebant commoditatem, non paruũ dolorem patiuntur. Altera, quòd ipsum hac uitæ amęnitate priuatum putant. Tertia, quòd mortem acerbam credunt. Quarta, quia animam simul cum corpore interire sibi forsitan persuadẽt. Quinta, quia propter male actam uitam acerbas pœnas illius animam apud inferos daturam timẽt. Sexta, quia ante tempus ipsum ex hac uita migrasse opinantur. quas omnes causas, quo diligentius considerabimus, eo magis nobis gaudendum, si ueri amici sumus, & illi congratulandum ob tantum bonum inueniemus. Nam quod ad primam causam pertinet, dolere nostra causa, quòd iactura illius, iacturam etiam nostrarum commoditatum fecerimus, est hominis non amicum; sed se ipsum, suaque commoda nimium, & inique amantis. Quod quàm turpe sit, & sapienti homine indignum clare patet. Dolere uero, quòd ex hac uita, ut ex amæno loco ille discesserit, est hominis, uel communi sensu carentis, & cum mors non uoluptatum, sed perturbationum, & calamitatum (ut sapientes affirmant) finem afferat, ut pote quæ illis, qui suo officio functi ex hac uita, & duris humanę imbecillitatis ergastulis dicta, & duris humanę imbecillitatis ergastulis discesserunt: mercedem suorum laborum, ęternam quietem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quierem, & perpetuam beatitudinem tribuat. Quo circa tantum abeſt, vt mors vlla nos uoluptate priuet: vt ſumma etiam felicitate afficiat. Nam quo diligentius humanę vitę caſus, perturbationes, varietatesque conſiderabimus, eo clarius nihil miſerius, nihil infelicius, nihil infirmius humanę vitæ conditione reperiemus. Siquidem aut atrocibus bellis oppugnamur: aut ſeuis calamitatibus opprimimur, aut infinitis morborum generibus affligimur: intolerabilibusque ęrumnis ſuccumbimus: atque ita ſuccumbimus, vt nullam conſequendæ quietis ſpem: nullum malorum ſolatium: nullam denique reſpirandi facultatem habeamus. Hinc Aſtronomi hęc mala mortalibus illata ab Aſtris e neceſsitate contendunt: quæ perpetua reuolutione perpetuis inimicitijs irritata nobis ſe aduerſa oſtendant. Apoſtolus ait: Spiritus immundos tenebroſum hunc aerem incolentes inuidia correptos terras, mariaque vexare. Theologi verò dicunt, diuina voluntate ad malorum vltionem, bonorumque comprobationem hunc mundum inferiorem veluti malorum pelagus aſſiduis calamitatum fluctibus agitari. Sed ſit quomodolibet ſemper apud nos quęrelę; ſemper eiulatus, ſemper gemitus exaudiuntur. Nulla dies ſine mœrore, nulla ſine lachrymis, nulla ſine animi, corporisue ęgritudine tranſigitur. Quamobrem recte Lucret. exclamauit.

Omiſerat hominum mentes, o pectora cæca,
Qualibus in tenebris uitæ quantisque periclis
Degitur hoc æui quodcunque eſt.

Sed iam ad reliquas cauſas accedamus. Tertiò loco ſequuntur, qui acrem, & acerbum mortis ictum expaueſcunt: qui cum à vitili, nedum à ſapientum fortitudine abhorreant, ne hominis quidem appellatione digni, non ſolum ex ſapientum, ſed etiam mulierum ſententia ſunt habendi: plurimę ipſarum, vt viros hic ſilentio præteream, ſponte ſibi mortem conſciuerint. Lucretia ob iniuriam à Sexto illatam in cõſpectu ſuorum ſe confodit. Duę Arię ob coniugalem charitatem ſuis coniugibus ſuper viuere noluerunt. Sed quid in ijs exemplis immoror, cum ille ſit harum numerus, vt potius tempus, facultasq; enumerandi; quàm Clariſsimarum mulierum exempla nobis poſsint deficere, & nos ad finem noſtri ſermonis properemus. Qui autem animam ſimul interire cum corpore arbitrantur, cum tam impie ſentiant, vt vel à Philoſophica ſecta: nedum à cultu, & religione pietatis Chriſtianæ ſint alieni, ne audiendi quidem ſunt. Niſi animam illorum fortaſſe tunc mortuam cenſent, qui dum vixerunt turpibus voluptatibus tantum, aut inexplebilibus auaritię ſordibus inhiantes, nihil quo ſe uixiſſe teſtari poſſent: poſteris reliquerunt. At ſimul cum ipſis, vel nomina quoq; ipſorum altiſsimis tenebris immerſa deliteſcunt. At huius Clariſsimi Viri actiones hę conſpiciuntur, quas nulla obliuio vnquam delere poſsit: cum omnem inuidiæ, obliuionisq; mordacitatem ſuperarint, immortalemq; gloriam ſibi, Cagnoloque compararint. Quinto amiciores ſequuntur, qui æque amicis, atque ſibi timent. Sed neque hæc cauſa in hoc viro locum habere poteſt: quia propter ſynceram vitæ integritatẽ, animiq; candorem Cagnolum non vlli ſupplicio obnoxium, ſed æternę quietis, felicitatisq; bono affectum ad celeſtes ſedes euolaſſe credendum eſt. Sequitur ſexta, & vltima cauſa, quę forſitan aliquem dolorem afferre poſſe videretur, cum diutius hic Vir Clariſsimus apud nos morari potuiſſet, ſed neque ipſa ſatis ſuas partes tueri poteſt: quia (vt ille ſapienter ait.)

Serius, an citius, nihil eſt: bene uiuere uita eſt:
Aeterna, & cœlum qui bene uixit habet.

Quare, vt mors ante tempus non eſt optanda, ita neque cum Deorum voluntate aduenit, eſt fugienda: immo ex hac vita non aliter, atque ex hoſpitio, non vt ex domo diſcedendum; cum Natura nobis hoc commorandi diuerſorium: non habitandi dederit. Finis enim viuendi optimus ille eſt, cum integra mente, integriſq; ſenſibus opus hoc ſuum Natura eadem, quæ ipſum coagmentauit: diſſoluere conſtituit. Omnibus quidem ſapientibus animus in cuſtodia corporis eſt retinendus: neque in iuſſu illius, à quo nobis datus eſt, ex hac corporea fabrica ejciendus: ne munus à Deo Opt. Max. nobis aſsignatum defugiſſe videamur. Sed propter noſtram imbecillitatem nos homunculi conquerimur, cum non animaduertamus, vel ea, quę quandam æternitatem fere conſecuta videntur: hanc tandem Naturæ legem ſubire, & neceſsitatem pati. Quia (vt ille ait)

— Omnia functa.
Aut moritura uides: obeunt noctesque dieſque:
Aſtraque: nec ſolidis prodeſt ſua machina terris.

Qua de cauſa ſapienter Iuppiter ille Virgilianus non magis Alcidem, quàm nos admonens ait,

Stat ſua cuique dies. breue, & irreparabile tẽpus
Omnibus eſt uitæ: ſed famam extendere factis
Hoc uirtutis opus.

Quæ omnia ſi recte inſpiciemus, cum Cagnolus noſter ita ſuis benefactis famam extenderit, ut vniuerſum fere orbem repleuerit, illum non miſerum, ſed felicem, non mortuum, ſed vera vita fruentem confitebimur: nobisque non dolendum, ſed potius lætandum exiſtimabimus: illumque diem Cagnolo pręclare illuxiſſe putabimus: quo ad diuinum illud animorum concilium, profectus eſt, & eo magis, quòd eo tempore profectus eſt: quo ſibi ſatis vixiſſe videri potuit. Maximos honores adeptus eſt: famam nullo quo morituram eſt conſecutus: probam vxorem, probosque filio, quod paucis contingit, ſuperſtites moriens reliquit. qua ratione, vt Solon Tellum Athenienſem feliciſsimum iudicauit: ita & ipſe Cagnolus eſt iudicandus: immo eo etiam magis: quo Chriſtiana pietas omnibus alijs ſectis æquitate, & honeſto antecellit: ijs igitur bonis lætus ad ęternam Beatitudinem capeſſendam Cagnolus euolauit. Quod ita firmiter tenendum arbitror, vt nefas aliter ſentire putem: Cum ab omni fide ſit alienum, ſummum illum Patrem Cagnolo, quem pro ſua bonitate, tot virtutibus auxit, & decorauit, cœleſtem Beatitudinem imperire noluiſſe. Cum qua quis mundanas voluptates, fragiles has diuitias, caducos honores, vanasque huius fugacis vitæ amœnitates comparare audebit? Leuia hæc profecto ſunt, nec digna, quæ hoc loco conſiderentur. Aequo igitur animo Cagnolum noſtrum ad Cœleſtia bona euntem proſequamur: optimeque cum illo actum exiſtimemus. Quòd ei mature ex hoc corporeo carcere ſoluto illuc peruenire contigerit, neque eam fortunæ uim eſt paſſus, quam C. Marius, Cn. Pompeius, Iul. Cæſar, M. Cicero, alijque permulti, vt de fabuloſis taceam, longitudine uitæ: fortunæque uarietate paſsi ſunt. Qui ſi dum fortunæ felicitate fruebantur, ex hac uita migraſſent, in tot calamitates non incidiſſent: ſplendoremque ſue gloriæ tenebricoſis aduerſæ fortunæ maculis non obſcuraſſent. Gratulemur igitur Cagnolo noſtro, atque non magis quòd tantum boni eſt aſſecutus, quàm quòd ſuos filios, e Ludouica Maphæa Matrona pudiciſsima, & nobiliſsima, ſuſceptos ad id ætatis, & eruditionis peruenisse uidit, ut alter iam ipſam ſuorum ſtudiorum metam attigiſſe, alter non dubiam ſpem futuræ uirtutis excitaſſe uideatur. Sebaſtianus. natu grandior tale iam ſuæ doctrinę ſpecimen dedit, ut non ſolum Auum nomine, patremque uirtute referre videatur: ſed eam eiam expectationem ſui ſuſtineat, qua neque Aui, neque Patris doctrina ſplendorque diutius deſideretur. Breui enim ſe ad illud faſtigium tacito quodam uirtutis indicio peruenturum pollicetur, ut fulgentiſsimum illum dignitatis apicem, quem mors repentino, & immaturo patris opitu intercepit, Cagnolæ familiæ reſtituat. Octauius autem alter ætate minor talis, & ipſe ingenuis totius corporis lineamentis, ingenuaque morum probitate, ac propenſa in ſtudia uoluntare animaduertitur, ut a paternis ueſtigiis ne latum quidem unguem cur ſum deflectere iudicetur. Quod quanta dulcedine, ſuauitateque patrem ex hac uita migrantem affecerit, ij clare norunt, qui parentes ſunt: filiosque (ut ęquum eſt) diligunt, alii uero ne cogitare quidem poſſunt. Quare Clariſsime Conſeſſus hunc caſum nobis quidem grauem, ac luctuoſum ęquo animo feramus: Cagnolo uero aſcenſum felicem, ac beatum omni lętitia affecti gratulemur: cum ne amici beatitudini inuidere, diuineque conſtitutioni aduerſari: tum ne de talis uiri felicitate, Deique Opt. Max. benignitate diffidere uideamur. Immo alacri animo huius Clariſsimi uiri exemplo ita rectam nos quoque uiuendi actionem amplectamur, ut etiam nobis Diuina illa benignitas ad ęternam illam beatitudinem conſequendam facile iter concedat. Multa uiri Clariſsimi ſilentio inuoluo, quę licèt res ipſa, locusq; poſtulet, temporis tamen anguſtia ne cogitare quidem permittit. Quare clariſſimi Magiſtratus, Magnifici Rectores, Illuſtres Principes, Excellentiſsimi Doctores, Ornatiſsimi Viri, Nobiliſsimi Adoleſcentes, nihil aliud dicendum relinquitur, niſi ut pro veſtra hac humanitate, officioque, quo Clariſsimi Cagnoli collegę, & pręceptoris ueſtri memoriam proſecuti eſtis, uobis omnibus propinquorum nomine digenas gratias agam. Quod cum pro mea virium imbecillitate facere nullo modo poſsim, Deum Opti. Maxi. oro, obſecroque, ut qua ſolet bonitate uobis omnibus cumulatiſsime rependat. Dixi.

AGVSTINI BVCII PEDEMONTANI.

Cagnoli gremio complexa eſt terra cadauer:
Mens ſed habet ſuperum tecta beata Deum.

Eiuſdem Dialogus inter Cagnoli *Animam, & Aquilam.*

AN. Quid monumenta ſuper uolucrum regina uolaſti?
AQ. Tu mihi dic, ſuperum quam tueare domum?
AN. Diua ego Cagnoli in cælum feror umbra nitentis.
AQ. Aſt ego Cagnoli corpus auita tego.

Illuſtrium Virorum neque totam
terram eſſe ſepulturam.
Hiccine Cagnolum merens petis oro uiator?
Illum, qui iuris Sol utriuſque fuit?
Tu ne putas uiuis exunctum? & morte peremptũ?
Cuius apud uiuos fama perennis erit?
Atque tegi hoc tumulo, parua & tellure repoſtũ?
Huius nomen humum, Spiritus aſtra caput.

GLOTTO CHRYSII PETRI
Fidentii Iunctæi Montagnanenſis.

Quid fletis Parcæ? quid pectora plangitis atra?
Quid ſacra inſtrepitis uocibus aure Iouis?
Pœnitet hoſtili nos abtruncaſſe furore
Licia Cagnoli, præcipitiq; manu?
Cur more at ueſtro ſit cum gaudere potentes
Perdere poſſe uiros, & dare cuncta neci?
Oblatrant omnes, lacerant, conuicia torquent
In nos mille omnes, factaq; noſtra premunt.
Quid ſic? Cagnolum cum nox truncauimus omnes
Diſſecuiſſe ferunt omnia iura, fidem.
Cumq; ſit hoc uerum, querulas ad ſydera uoces
Mittimus, & gemitus, mittimus & lachrymas.
Iuppiter ut ueſtris commotus fletibus illum
Reſtituat: noſtræ quem rapuere manus.
Et ceſſent tandem lacerantia uerba tumultu,
Nos quibus afficimur, carpimur & premimur.
Fundimus at fruſtra genus o mortale querelas
Sit tibi nos igitur pœnituiſſe ſatis.

EPITAPHIVM.

Vercelle Patria eſt, nomen Cagnolus, opertas
Leges detexi, contegor hoc tumulo.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PIVS PAPA IIII.

MOTV proprio &c. Cum sicut accepimus dilectus filius Lucas Anto. Giunti Bibliopola, seu Typographus, aut librorum impressor Venetiarum, quod opera a dilecto etiam filio Hieronymo Cagnolo iure consulto Vercellen. composita hactenus in lucem non edita uidelicet. Lecturas, seu lectiones in primam & in secundam partes Pandectarum. ff. veteris, ac in primam & secundam partes Codicis, necnon additiones & annotationes super volumine de titulo. ff. de regulis iuris suis proprijs impensis imprimere, seu imprimi facere intendat. sed dubitet ne huiusmodi opera post eorum primam editionem ab alijs absque eius licentia passim imprimantur, & suorum laborum premio frustretur, quod in maximum eius præiudicium tenderet, atque detrimentum. Nos propterea eiusdem Lucæantonij indemnitati consulere volentes Motu simili & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium eidem Lucæantonio, vt quęuis opera ex suprascriptis hactenus non impressa, & per ipsum Lucamantonium imprimenda, reuisa tamen & approbata per inquisitorem illius loci per annos decem integros post illorum & cuiuslibet ipsorum primam impressionem a quocunque alio librorum impressore, in toto, uel parte per totam Italiam absque ipsius Luceantonij expressa licentia imprimi, ac impressa vendi, seu venialia tenere nullatenus possint. Concedimus & indulgemus districtius inhibendo omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus vbique in tota Italia existentibus, præsertim Bibliopolis, & librorum impressoribus sub excommunicationis latæ sententiæ in terris vero Sanctæ Rom. Eccl. mediate, uel immediate subiectis etiam sub quingentorum ducat. auri & insuper amissionis librorum toties quoties contrafactum fuerit ipso facto & absque alia declaratione mediatim Camerę nostræ apostolicæ & mediatim ipsi Lucæantonio applicandorum pœnis ne infrà decennium ab eorundem operum impressione respectiue, vt præfertur computando dicta opera hactenus non impressa, & per ipsum Lucamantonium imprimenda sine expressa ipsius Luceantonij licentia imprimere, seu imprimi facere per totum Sanctæ Rom. Eccles. mediate, vel immediate subiectum statum, ne etiam alibi impressa per eundem Ecclesiæ statum ubilibet, venialia tenere habere, vel proponere audeant, seu præsumant. Mãdantes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis eorũque Vicarijs in spiritualibus & temporalibus, generalibus, ac in statu temporali eiusdem Rom. Eccl. sedis apostolicæ Legatis & vicelegatis ipsiusq; status, & quorumuis aliorum locorum Gubernatoribus, & quoties pro parte ipsius Luceantonij fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus eidem Luceantonio in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes præmissa ad omnem dicti Lucæantonij requisitionem contra inobedientes & rebelles per suprascriptas & quasuis alias sibi beneuisas ecclesiasticas sentẽtias censuras, & etiã pecuniarias aliasq; pœnas etiam illas sæpius aggrauando, & per alia iuris remedia apostolica auctoritate exequantur, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisque contrarijs quibuscunque. & insuper quia difficile admodum est præsentem Motum proprium ad quęlibet loca deferri, volumus & apostolica auctoritate decernimus eiusdem presentis nostri Motus proprij transumptis vel exemplis etiam in ipsis operibus impressis plenam, & eandem prorsus fidem vbique tam in iudicis quam extra haberi, quæ præsenti originali haberetur. Et quòd ipsius præsentis nostri motus proprij sola signatura sufficiat & vbique fidem faciat in iudicio & extra regulis aliquibus in contrarium editis non obstantibus.

Placet Motu proprio. S.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum Quartodecimo Kal. Nouemb. Anno sexto.

PRIVILEGIVM VENETVM.

HIERONYMVS Priolus, Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Vniuersis, & singulis Magistratibus huius vrbis nostræ Venetiarum: necnon Rectoribus quarumcunque Terrarum, & locorum nostrorum, cæterisque ministris, & representatibus nostris, tam præsentibus, quam futuris, ad quos præsentium executio spectare poterit, significamus, quòd heri in consilio nostro Rogatorum capta fuit pars tenoris infrascripti, videlicet, che al fidel nostro Luca Antonio Zonta sia concesso, che niuno altro, che lui, ò chi hara causa da lui, non possa stampar, nè far stampar in questa Città, nè in alcuna altra Città, ò luogo nostro, nè altroue stampate, vendere l'opere di D. Hieronymo Cagnolo infrascritte, videlicet in primam partem Pandectarum Digesti Veteris, in secundam partem Pandectarum Digesti Veteris, in primam partem Codicis, in secundam partem Codicis, & additiones eius authoris, super titulo Digestis de regulis iuris, per lo spatio di anni XX prossimi, sotto pena a i contrafattori di perder tutte le opere da loro stampate, & ducati dieci per cadauna di quelle, un terzo delle quali habbia ad esser del Magistrato, che farà l'essecutione, un terzo dell'arsenal, & l'altro di lui supplicante, essendo obligato di osseruar quanto è disposto in materia di stampa. Quare authoritate suprascripti consilij mandamus uobis, ut suprascriptã partẽ obseruetis, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari, ac vbi opus fuerit registrari faciatis.

Data in nostro Ducali Palatio Die XI Nouembris. M D L X V.

INDEX ALPHABETICVS
PRAESTANTISSIMI IVRISCONSVLTI
D. HIERONYMI CAGNOLI
PATRICII VERCELLENSIS,
Et Sereniſsimi Sabaudiæ Ducis, Senatoris,

Ad omnes huiuſce operis locos notatu dignos, luculentas materias, arduas ſubtilitates, inſignesq; deciſiones, quibus undique ſcatet; eo ſtudio, cura, atque ordine concinnatus, ut ne dum quæ memoratu ſunt digna Lectorem non effugiant, ſed ea etiam perquirere uolenti longæ inquiſitionis labor abſit.

A

ABEAS monasterij an & quibus fructus fundi donare possit. in l. cum quid. si cer. pet. nu. 102 pag. 166
Absolutio à iuramento ad finem agendi & excipiendi quantæ sit potentiæ ac quanti effectus. in rubr. C. de eden. num. 39 p. 259
Absolutio à iuramento an concedatur parte non citata. in rubr. C. qui admit. num. 125 p. 409
Abstinendi beneficium ab hæreditate. uide in uerb. Hæreditatis abstin.
Accursius melius rectiusq; interpretatus est digesti Veteris libros atque institutionum, quàm cæteros alios, & redditur causa. in rub. C. de eden. nu. 48 p. 261
Accusatio quid sit. in l. imperium. de iurisd. om. iudi. numero 147 p. 68
Accusationis causa an expediatur officio iudicis nobili uel mercenario. ibid. num. 146. cum seq.
Actio in rem scripta quæ datur cõtra possessorem an sit alia ab illa, qua tenebatur auctor & prædecessor. in rubr. ff. si cer. pet. num. 54 p. 99
Actio personalis non sequitur fundum nec rem. ibidem. numero 56
Actio de peculio an sit in rem uel in personam; natiua uel datiua: ex quaque obligatione oriatur, an ex naturali & ciuili, uel ex naturali tantùm. in l. frater à fratre. de condit. indeb. nume. 197 cum seq. p. 218
Actio una secum non admittit aliam in cumulatione, ratione maioritatis. in l. edita. C. de eden. num. 223 cum seq. p. 353
Actio est concreta causæ & facto: ideo proponens in libello causam, actionem proponere censetur. in d. l. edita. num. 8 p. 314
Actio intentari an possit in uno & eodem libello cõtra plures diuersasq; personas. ibid. nu. 193 cum seq. p. 348
Actio in factum competit regulariter ex omni interdicto & edicto prætoris. in l. i. C. de eden. nu. 91 p. 282
Actio ad exhibendum an, quomodo, & qualiter sit præparatoria rei uẽdicationis. in rubr. C. de edẽ. nu. 4 p. 253
Actio est filia obligationis. in l. i. de iurisd. om. iud. numero 50 p. 45
Actio præsupponit obligationem, officium uerò iudicis nullam. ibid. nu. 63 cum seq. p. 47
Actionis expressio inepta an habeat uitiare si factum aptè proponatur. in d. l. edita. nume. 23 cum seq. p. 317
Actionis nomen an sit edendum in libello. ibidem. numero 17 cum seq. p. 315
Actiones personales digniores sunt realibus, quæ tamen fortiores sunt, & quæ nã sit diuersitatis ratio. in d. rub. si cert. pet. nu. 41 p. 96
Actiones personales quare difficilius & longiori tempore tollantur, quàm reales, quæ fortiores sunt. ibidem. numero 47 p. 98
Actiones personales, reales, mixtæ, & in rem scriptæ, quæ dicantur. ibid. nu. 50
Actiones personales & in rem scriptæ unde & quo modo causentur. ibid. nu. 52 p. 99
Actioni mixtæ seu mixtam habentes naturam, quæ dicantur. ibid. nu. 58 p. 80
Actiones mixtæ non requirunt de necessitate possessionem ex parte conuenti. ibid. num. 59 cum sequen. p. 100
Actiones & iura an contineantur appellatione bonorum. in l. i. si cert. pet. num. 63 cum seq. p. 120
Actiones an sint de iure ciuili inuentione, uel forma. ibid. nu. 17 p. 114
Actiones dicuntur dari ad idem, quando dantur ad rem & pretium, quod succedit loco rei. in dicta l. edita numero. 279 p. 362
Actiones contrariæ quando dicantur. ibid. nu. 210 p. 351
Actiones in rem scriptæ quomodo intentari debeant, & de earum praxi. in rub. si cert. pet. nu. 59 cum seq. p. 100
Actionum naturam cognoscere, magni est effectus ibidem. numero. 53 p. 99
Actor petens speciem, si illa peremptа probetur, utrum ipse probare teneatur illam peremptam post moram debitoris, si obtinere uelit. in. l. quod te. ff. si cer. pet. numero. 119 cum seq. p. 184
Actor quandoq; compellitur reo petente cumulare, & rem integrare petitionem. in l. edita. nu. 256 p. 358
Actor petens rem an intelligatur totam petere uel ne. in l. i. si cer. pet. nu. 293 cum seq. p. 146
Actus agentium non debere operari ultra eorum intentionem, quomodo intelligi debeat. in l. frater à fratre. de condi. indeb. nu. 135 p. 212
Actus potiùs ab effectu, quàm à denominatione iudicandus est, in l. fina. C. qui admitt. numer. 25 p. 449
Actum reddi eluſorium, absonum est. in rubri. de off. eius. num. 53 p. 7
Actũ à futuro euentu, nõ est inconueniens pendere, maximè in actibus uiuentiũ. in l. frater à fratre. nu. 282 p. 227
Actum impugnans an, & quando possit se ex eo iuuare. in auth. ex causa. de lib. præt. nu. 117 p. 537
Acta quæ dicantur, quæ ueniant appellatione actorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index

per quem scribenda sint, an requirant insertionem testiũ; quid differant à gestis, & à processu. in l.ij.C.de edend. nu.3. cum plurib.seq. & nu.40 p.286 & 293
Acta quare dicantur magis publica, quàm instrumenta extrajudicialia, et utrũ sint propria ipsius notarij causæ, uel spectent Principi aut Reipub.ibid.nu.9 & seq. p.287
Acta respicientia ueritatis indaginem, ut depositiones testium, si publicatæ non sint, an & quando fidem faciant in alia instantia. in d.l. ii.nu.123 cum seq. p.308
Acta an sint reproducenda coram successore in officio. d. l. ij. nu. 57 & seq. p 297
Acta facta in uno iudicio an, quomodo, qualiter & quando fidem faciant in alio inter easdem personas, uel inter diuersas.in d.l.ij.nu.109 cum sequen. p. 306
Acta notorium inducunt. ibid. nu. 100
Acta iudicij an contineant solùm productiones, uel etiam tenorẽ productorũ. in l.i.C.de eden. nu 53.cũ seq.p.272
Acta quando transmittuntur ad alium iudicem ante publicationem testium, clausa & sigillata transmitti debent. in d. l.ij.C.ij. de eden.nu.80 p. 300
Acta an præsumantur interuenisse pro ualiditate sententiæ. in auth. si quis in aliquo.C.de edend.nu.81 p.378
Acta concernentia ordinationem litis quomodo, & quando pereant perempta instantia. in d. l.ij.numero.113 cum seq. p.306
Acta litis edenda sunt. in d.l. ij. nu. 15. cum seq. p. 288
Actorum editio facilius conceditur, quàm editio instrumentorum.in d.l.ij.C.de edend. numero.24 p.289
Actorum siue scripturarum productio in sacculo facta, an ualida.in l.ij.C. de eden. nu. 63 p. 298
Actorum copia an sit facienda parti, quæ fuit semper præsens in lite, & illam tunc minimè petijt.in l.ij.C.de eden. nu.53 cum seq. p.296
Actorum reproductio coram successore in officio ad quem effectum fiat.in d.l.ij. nu.59 & sequen. p.297
Adam fuit organizatus & perfectus ab instanti creationis in perfectione quantitatis molis, & cur secus de Christo Iesu redẽptore nostro.in l.i.ff.si cert.pet.nu.201 p.134
Adeundi ius acquiritur filio, et seruo, non patri, aut domino. in l.i.C.qui admit.nu.6 cum sequ.et nu.13 p.415 et seq.
Adeundi ius non dicitur esse in bonis nostris. ibid.
Adeundi ius, an acquiratur Monasterio, uel Monacho, ibid. nume. 10
Aditio hæreditatis an sit necessaria ad hoc, ut legata ad pias causas debeantur.in l.i.C. de sacrosc. eccle.nu.43 p.240
Aditio hæreditatis per quos actus inducatur, & probetur. in l.frater à fratre.ff.de condit.indeb.nu. 213 p.219
Aditio hæreditatis inducitur, etiam ex datione minimæ rerũ hæreditariarum. in rubr.C.qui admit.nu. 102 p.403
Aditione hæreditatis induci confusionem patrimoniorum, quomodo intelligatur.in l.precibus.C.de impub. nume. 269 p.502
Adoptio & emancipatio an requirant causæ cognitionem, an sint delegabiles, & an coram notario fieri possint. in l. imperium. de iurisd. omn. iudi. numer. 293 cum sequen. p. 84
Adoptionis & arrogationis materia. ibidem.nu.282 p.82
Agni quando desint esse de numero agnorum, & incipiant esse de numero ouium. in l. cum quid.ff. si cert. pet. numer. 34 p.159
Aduersatiua siue copula aduersatur præcedentibus in iure & in facto, & talis est naturæ, quod in ea intelliguntur repetita præcedentia, exceptis illis, quibus expressè adnersatur. in l.i. de offic. eius.nu.47 cum seq. p.22
Aduocatus qui promisit patrocinium i causis aliquibus percepto fudo, si nolit i aliqua causa aduocare, aliqua speciali ratione, an totũ perdat.in l.cũ quid.ff.si cer.pet.n.105 p.167
Aduocato datum ob patrocinium an & quando reuocetur detecta eius imperitia, & quando præsumatur facta concessio respectu patrocinij potius quàm ob aliam causam. ibid. nume.100.& 103 p. 166.cum seq.
Adulter & adultera an simul possint accusari.in l.edita. C. de eden. nu. 287 p.363
Adulterium an & quando ex præparatorijs ad rem ueneream spectantibus inferatur. in rubr. C. de eden. nume. 29 p.257
Africani lex, ergo difficilis, consequentia à Doctoribus recepta est. & an id contigerit natura uel arte.in l. frater à fratre.de cond.ind.nume.7 p.200
Vsus communis loquendi probandus est secundum tempus conditi statuti, de cuius intepretatione agitur, nisi quàdo probaretur per legem. ibi. nu. 244 cum seq. p.139
Vsusfructus non acquiritur patri, quando legatum fuit, ut ipsi filio tradatur. in l. frater à fratre. de cond. indeb. numero 168 p.215
Vsusfructus bonorum aduentitiorum donari potest per patrem filio, etiam tacitè. ibi. nu. 335 cum seq. p.231
Vsusfructus pecuniæ aduentitiæ malè acquisitæ, patri non quæritur, nec in pluribus alijs casibus; & in his inter patrē & filium consistit ciuilis obligatio. ibi. numero 239 cum seq. p.223
Vtilitas publica præferenda priuatæ. in rubr. si cer. pe. numero 46 p. 97. & in l. i. C. de eden. nu. 95 p.304
Vxor ad quas operas sit obligata uiro, & hæredibus uiri. in l. frater à fratre ff. de cond. indeb. nu. 293 & seq. p.228

FINIS.

HIERONYMI CAGNOLI
PATRICII VERCELLENSIS
IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI,
& Serenissimi Sabaudiæ Ducis Senatoris,

In Rub. ff. De offic. eius, Commentaria.

1 Ordo doctrinæ, & processus qualis sit futurus in hac rubrica.
2 De, propositio, cuius naturæ sit.
3 Officij uocabulũ ad plura se habet: et unde sit dictum. & nu. seq.
5 Delegatus habet iurisdictionem delegatam.
6 Rubricæ istæ, quare potius de officio, quàm de iurisdictione dicant. cum nu. seq.
Officium propriè importat usum, & exercitium iurisdictionis.
8 Delegatus non habet proprietatem iurisdictionis, sed usum & exercitium. & nu. seq.
9 Procurator ad lites cui mandatæ sunt actiones, non habet proprietatem illarum, sed exercitium.
10 Argumentum de delegato ad procuratorem ad lites.
Officium differt ab artificio. ibidem.
11 Relatiuum quomodo poni debeat in oratione.
Genitiui natura est, importare proprietatem. ibid.
12 Delegatio cui possit fieri, & cui non.
13 Mandare, & delegare, an & quomodo differant. cum nu. seq. & 23.
Mandare idem est, quod committere. ibid.
14 Mandare iurisdictionem, & iudicem dare, an et quomodo differant. & nu. seq.
16 Delegare quis possit.
17 Exempla declarãt regulã in quibus terminis loquatur.
18 Mandata iurisdictione ad uniuersitatem causarum, uel dato iudice ad uniuersitatem causarum, conceditur subdelegatio. & nu. seq.
22 Tex. l. legatus, de offi. proconsul. quomodo legendus.
24 Est, importat ueritatem.
25 Iurisdictio hic intelligitur tàm in genere quã in specie.
26 Causa dignior est suo causato. & 33.
27 Delegatus dependet ab ordinario. & nu. seq.
28 Numerus singularis pro plurali, gratia ornatus sæpe ponitur. & nu. seq.
30 Maius & principalius censetur semper habitum in consideratione.
31 Ordinarij appellatione ueniũt oẽs ordinarij, et minimi.
32 Ordinarij an et quãdo sint digniores delegatis. et nu. seq.
34 Episcopus est principalis ordinarius.
35 Delegatus principis maior est quolibet ordinario. et nu. sequent.
36 Legatus de latere dignior est delegato principis.
38 Summus Pontifex in decretalib. quare non præposuerit titulum de officio legati.
39 Delegatus principis maior est & dignior omni ordinario cum nu seq. ubi infertur ad aliquas quæstiones.
40 Princeps supra omnes & supra ius est, uicarius q; & proconsul Dei in terris. & nu. seq.
42 Delegatum in exercitio iurisdictionis offendens, dicitur offendere ipsum principem.
Oratorem principis interficiens respectu officij incidit, in crimen læsæ Maiestatis. ibid.
43 Ordinarius habet firmiorem & potentiorem iurisdictionem, quàm delegatus principis. cum nu. seq. Et ibi. quare propterea non subdeleget causas imperij, ut facit delegatus principis.
46 Delegati iurisdictio dependet à repræsentatione rescripti, ante quam præsentationem non competit illi iurisdictio.
47 Delegatus principis delinquens, quare coram ordinario distringi possit. & nu. seq.
49 Delegati principis non sunt maiores ordinarijs absolutè sed in causis delegatis tantùm.
50 Repræsentatio personæ fit sæpè limitatè, & pro parte tantùm. & nu. seq.
51 Ordinarius de causa specialiter alicui commissa, non potest regulariter se intromittere, nisi ex noua causa nõ considerata à delegante. & nu. seq.
52 Tex. l. si hominem. ff. mandati, declaratur & ornatur.
53 Elusorium actum reddi, absonum est.
54 Inferior ex causa emergenti soluit legem superioris.
55 Princeps ubi de facili consuli potest, res contra regulas communes eo consulto per suos magistratus expedi ri. & nu. seq.
57 Tex. l. ubi absint, de tutoribus, & curatoribus datis, declaratur.
58 Causa debet exprimi, & de illa constare, quando à regula iuris communis ex causa ipsa receditur.
60 Principis solius est gratiam facere condemnatis.
61 Delegatio facta per non habentem iurisdictionem an cõfirmetur, ea deleganti superueniente.
62 Vniuersale negatiuum excludit quodcunque licèt minimum.
63 Delegatio tàm de iure ciuili, quàm de iure canonico, quibus possit fieri.
64 Clerici an & quando possint esse delegati laicorum in causis ciuilibus.
65 Clerici nõ possunt esse locũtenentes officialiũ laicorum.
66 Laici an possint esse delegati in causis contra clericos.
67 Laicus delegatus Papæ habet potestam excommunicandi.
68 Episcopus delegatus principis in causa delagata non potest uti excommunicatione.
69 Delegatus Episcopi si laicus sit, non põt excõmunicare.
70 Mendicãtes an et quãdo possint esse delegati apostolici.
71 Delegatus iudex quis dicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

72 *Delegatus an dicatur uicem gerens delegantis.*
73 *Delegatus & uicem gerens an differant.*
74 *Delegatus extraordinarius iudex est.*
Ordinarij diffinitionem uide ibidem.
74 *Vicarius seu uicem gerens quot modis dicatur, an et in quo differat a delegato, & quis possit eos constituere. & nu.seq.*
75 *Vicerector an & quando gaudeat priuilegijs et prærogatiuis Rectoris & nu.seq.*
76 *Tex.l.ossa, in fi.ff. de religiosis, declaratur.*
77 *Locumtenens honorari debet propter personam illum constituentis, non tamen tantú, quantum constituēs. & nu.seq.*
78 *Vicerector an gratis promouendus sit ad doctoratum.*
80 *Vices gerentium seu Vicariorum plures sunt species: et quando habeant ordinariam uel delegatam iurisdictionem. & nu.seq.*
82 *Episcopus uicarium constituit, alij inferiores a principe non. Et an & quando habeant ordinariam iurisdictionem. & nu.seq.*
84 *Episcopi & habentes iura episcopalia æquiparantur.*
85 *Vicarius Episcopi non confert beneficia, nisi habeat speciale commissionem, secus in uicario principis. & nu.seq.*
86 *Vicarius Episcopi potest instituere præsentatum ad ecclesiam patronalem.*
87 *Vicarius Episcopi non potest facere compositiones cũ partibus.*
88 *Episcopi gerens uices, quãdo aliquid facit Episcopo præsente & patiente, censetur id facere de mandato ipsius Episcopi. & nu.seq.*
89 *Vicarij possunt ad libitum reuocari, nisi sint perpetui, ut Dux Sabaudiæ, & Mediolani, & similes.*
90 *Appellari quamuis nõ permittatur à principe, permittitur tamen ab eius uicario ad ipsum principem.*
91 *Differentiæ inter ius ciuile, & canonicũ constitutæ per Alex. in hac materia quomodo procedant. et nu.seq.*
92 *Episcopus, & Præfectus prætorio, an et quomodo æquiparentur.*
93 *Vicarium, seu uicem gerentem, seu locumtenentẽ, quis possit constituere.*
95 *Locumtenens non constituit locumtenentem.*
Petrus qui fuit Vicarius Christi, non potuit alium uicarium facere ibidem.
96 *Appellatio à prædictis uicarijs ad quẽ introducatur.*
97 *Vicem gerens differt à delegato. & nu.99 ubi ponitur utilitas.*
98 *Vicem gerens seu suffectus habet easdẽ prærogatiuas, & dignitates, quas ille, cui sufficitur.*
101 *Delegatus in quo loco debeat causam expedire.*
102 *Et an teneatur de imperitia delegati, possitq; esse illiteratus, & assessorem sibi assumere. & nu.seq.*
104 *Delegatus impediens iurisdictionem alterius delegati an possit ab illo puniri, & quis eorum præferatur, et utrum delegatus principis per ordinarium possit puniri. & nu.seq.*
106 *Delegatus an teneatur citare partes, quando causa fuit sibi delegata post citationem ad audiendum sententiam ab ordinario factam.*
111 *Delegatus Papæ an dicatur officialis Papæ, & potestas Pistorij dicatur officialis communis Florentiæ, quando fuit deputatus ab ipso communi. et nu.112.*

In Rub. ff. De officio eius cui mand. est iurisd.

QVIA, dilectissimi Auditores, vbi Christus non est fundamẽtum, ibi nullum opus bonum superædificari potest. vt dicitur in c. cum Paulus j.q.j. Ideo Christi nomine reueren ter prius inuocato, vt oculos nostros aperiat, illuminet intellectus, & nos omnes in uiam veritatis dirigat, & actionibus nostris semper adsit, accepta secundet, omissis solitis præfationibus, quũ ad studium uos satis animatos videam, nec sint addenda calcaria equo sponte currenti, ne priusquàm ad metam perueniat præcipitato cursu labatur & cadat: ad rem ipsam cõdescendam. Et non discedendo ab inueterata iam consuetudine Gymnasiorum Italię, à solẽni Rub. de offi. eius, lectiones nostras auspicabimur.

1 †Doctrinę ordo & processus talis erit. Declarabimus in primis uerba tex. ipsius rub. secundum mẽtem Iurisconsulti in l.j.ĩ. si cert.pet. Secundò inuestigabimus quomodo ad præcedentia continuetur aut subordinetur hic titulus, ut cognoscamus compilatores rectè processisse in compositione operis, & congruo ordine doctrinam tradidisse. Et super hoc secundo quæsito vestigia glo. Bart. & communiter scriben. secutus, absoluam glo. ipsius rubr. super qua post Alexan. & alios declarabimus multos notabiles & difficiles articulos. Tertio tractabimus plures quæstiones, & notabiles dubitationes pro intelligentia ipsius rub. vt materiæ quibus absoluta hæc rub. Deo fauente expedita remanebit.

2 Pro expeditione primi polliciti, † capio primum verbum rub. ibi, de, quæ propositio multos habet significatus, vt per Fran. Pauinum Rotæ auditorem in tract. de offi. & potesta. cap. sede vacante, in præludijs tract. Dec. in rub. ĩ. si cer. pet. in secunda lectura, cum alijs quę accumulaui in rub. de orig. iu. hìc verò ponitur demonstratiuè: docet .n. & ostendit quid intendat facere Iurisconsultus, & causam materialem significat, materiam videlicet tituli esse, de offi. eius. &c. iuribus per præfatos alleg.

3 In eo. tex. ibi, officio. † hoc verbum plures habet significationes, & est vocabulum generale, tàm ad publicum quàm ad priuatũ officiũ adaptabile, tãq; ad priuatas quam ad publicas personas, & tàm ad habẽtes dignitatem, quàm ad non habentes, ut per glo. in l. legatis seruis, in §. j. de leg. 3. Barb. in c. dilectus filius, de rescrip. Rimi. hìc col. 4. Dec. 2. & per alios modern. Felin. Dec. & alios scriben. in rub. de offic. deleg. & Laurentium Vallam in elegantijs. capit. 211. & secundum grammaticos dictum est officium ab efficiendo, quasi efficium. † nam quod

4 quisq; efficere debet pro conditione suę personę officium nuncupatur. & licèt officium & iurisdictio idem videantur, vt patet ex titulis pręcedentibus, voluntq; glo. & doct. hìc in continuatione, Bart. in rub. ĩ. de iurisd. om. iud. & Cur. ĩ. in vlt. col.

Vel

Vel melius habeant se vt continens & contentũ: quum iurisdictio, vt cõtenta inhęreat officio, vt anima corpori: ita quòd in plus se habet officiũ quàm iurisdictio, ut per Pau. Castren. in d. rub. de Iurisd. om. iud. hìc tamen officium non comprehendit iurisdictionem: quum delegatus nullam habeat, sed tantùm exercitium ordinariæ iurisdictionis. l. i. §. fin. ĩ. eo. ibi, proprium nihil habet. Mod. Taur. & Curt. ĩ. in vlt. col. quę consideratio nõ videtur pro

5 cedere, † quia etiam delegatus habet iurisdictionẽ scilicèt delegatam. l. fin. ĩ. eo. c. j. & c. quærenti, ibi, iurisdictio eius. de officio delega. notant Deci. & alij in c. sanè. el. ii. col. ii. eo. tit. & Ias. in l. ait prætor, col. i. ff. de re iudic. Ideò hìc & in præcedentibus rubricis de officio loquentibus, officium iurisdictionem comprehendit. Id quod etiam probatur in fine rub. nostrę, ibi, mandata est iurisdictio.

Et propterea respõderi potest ad argumentum, quòd disputando hìc sumebatur, malè dici in rub. de officio, quum officium comprehendat iurisdictionem, quam delegatus non habet: sed certè & delegatus dicitur habere iurisdictionem, scilicèt delegatam, seu mandatam.

6 Quare autem potius † in istis rubricis dictũ fuerit de officio, quàm de iurisdictione, Barb. & Felin. in d. rub. de offi. deleg. post lo. Andræ ideo hoc fuisse factum dicũt, quia sunt quidam delegati quibus cõmittitur nudum ministerium sine iurisdictione. c. fin. eo. tit. Iccirco, vt comprehenderet omnes delegatos tàm habentes iurisdictionem, quàm non habentes eam, rubricatum fuit de officio. quę solutio & si procedat quantúm ad librum Decretaliũ, non

7 satisfacit ad hanc rub. per tex. nostrum ibi, mãdata est iurisdictio. † quapropter dicendũ est in proposito nostro, quòd officiũ propriè importat vsum & exercitium ipsius iurisdictionis, vt declarat Bar. & alij in l. j. col. iij. ĩ. tit. ij. & Pau. Castren. in d. rub. de iurisd. om. iud. in fi. & in nigro tractatur de exercitio delegati, & qualiter officium suum explicet. Iccirco congruentius de officio eius dictum fuit.

Vel etiam, quia in pręcedentibus rubricis ubi de

8 iurisdictione agitur, rubricatum fuerat de officio: similiter volit hìc facere. † & sic in delegatum non transit proprietas iurisdictionis, sed tantùm vsus & exercitium. l. etsi prætor. ĩ. eo. not. Deci. in l. more, col. j. ĩ. tit. ij. & in c. cum causa, col. fin. de appell. sicuti dicimus in procuratore ad lites, cui mandatæ sunt actiones, in quem non transit proprietas ipsa-

9 rum actionum, † sed exercitium. l. hoc iure. ff. de

10 sol. † tenet autem argumentum de vno ad alium. argum. l. & quia in fi. ĩ. tit. ii. Prętereà inepta fuisset conceptio rub. de iurisd. eius, cui man. est iurisd. gerendo vocabulum iurisdictionis in tàm breui rub. Quomodo autem differat officium ab artificio declarat glo. in l. legatis, in §. i. de leg. iii.

11 In eo. tex. rub. ibi. eius, † de delegato intelligitur. & quomodo hoc relatiuum ponendum sit in oratione declarat Lauren. Valla lib. vlt. elegantiarũ. & natura ipsius genitiui est propriè importare proprietatẽ. l. ii. §. locũ. ff. de relig. & sump. fune. cũ not. per Bar. & alios. in rub. de no. ope. nun. & Ias. in l. ait prætor, col. i. ff. de re iud. Prępos. in c. peruenerabilẽ, in f. not. qui filij sunt legit. Deci. in rub. ĩ. tit. ii. & Curt. in l. ii. in fi. C. de impub. & aliis subst. Exercitium autem ipsius iurisdictionis propriè est delegati, sed non proprietas, vt dictum est. Ideò post verbum officio significatiuũ exercitii, subiunxit eius: quum exercitium (vt dixi) sit ipsius delegati.

12 In eod. tex. rub. ibi, cui scilicèt delegato. † & si vis scire, cui mandari iurisdictio possit, & cui non, vide pulchrè text. in §. fin. l. cum prætor. ĩ. de iud. & quæ scripsi in libello Exercitationum.

In eo. tex. ibi, mandata, ideſt delegata & cõmissa,

13 vt declarat Iurisconsultus in l. i. & fin. ĩ. eo. † loquẽdo. n. de delegatione iurisdictionis semper vtitur verbo mãdata. est. n. mãdare, alicui personę aliquid gerendũ & exequendum cõmittere, vt in illo Quintiliani: Mãdata tua filii perago. ideſt, vt nunc loquimur cõmissiones, non autẽ iussa. alioqui turpe esset, si filius patri iuberet, ac imperaret: vt per Lauren. Vallã in Eleg. c. cclxvii. lib. v. & sub prædictis verbis, mandata est iurisdictio, cõprehenditur tàm delegata iurisdictio in genere, quàm in spetie sive pura causa. l. sola. ĩ. tit. ij. l. pe. & fi. ĩ. eo. uolunt Mod. Taur. hìc col. ij. quãuis nõ alleget iura pdicta.

14 Differentia tamen est, † inter mandatam iurisdictionem, & iudicem datum, seu inter mandare iurisdictionẽ, & dare iudicem: quũ plus tribuatur ex actu primo quàm ex secundo, vt post alios ponunt hìc Deci. col. fi. Mod. Taur. & Bonon. Articulus subtilis est, & difficilis: ideò diligenter aduertendum. Tenentes hanc opin. mouentur pluribus medijs, vt hìc per Deci. sed præcipuè. per tex. in §. j. d. l. cum prætor. ibi, is quoque cui mandata est iurisdictio, iudicem dare potest. iuncta l. à iudice, in prin. & fi. C. de iudi. ubi iudex datus, non habet potestatẽ subdelegandi, nisi à principe datus fuerit: quasi cognitionem tantum habeat, non autem iurisdictionem. per tex. in d. l. à iudice, ibi, iudiciario munere fungatur. vt hìc per Deci. col. fin. & Mod. Bonon. ij.

15 Ad oppositum tamen † est receptior scriben. sententia, vt refert & sequitur hìc in vlt. col. Deci. primò, quia dicta differentia iure non probatur: erubescendum ergo est sic dicere. l. illam. C. de collat. Secundò hęc opinio probatur ratione euidenti, & fundamento, cui præfati non respõdent, quòd delegatus, seu ille, cui mandata est iurisdictio, non sub-

16 delegat. † quia is demum delegare potest, qui iure proprio iurisdictionem habet; non autem alieno beneficio. l. more. ĩ. tit. ij. sed delegatus, seu ille, cui mãdata est iurisdictio, alieno beneficio eam habet. d. l. j. in fi. cum l. etsi prętor. ĩ. eo. tit. & l. more, prę-alleg. ergo &c. Quę ratio procedit quocunq; verbo vsus fuerit concedens, iurisdictionem mandando, siue iudicẽ dando. Facit, quia magis attendenda est substantia rei, quàm denominatio. l. insulã. cum similib. ĩ. de præscrip. verbis. Tertiò pro hac parte videtur casus in l. legatus. ĩ. de offi. proconſ. & lega. vbi legatus mãdata sibi iurisdictione, iudicis dandi ius nõ habet; prout dicitur ĩ omnibus antiquis Codicibus. quamuis gl. ibi, litterã illã alibi affirmatiuè haberi dicat. Quartò & vltimò probatur in l. fin. ĩ. eo in sui generalitate ibi, siue in genere, siue in spetie, mandata, aut delegata fuerit iurisdictio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad adducta in oppoſ. & præcipuè ad d. §. principium l. cùm prætor. vbi conſiſtit fundamentũ contrarię opinionis, reſpondet Dec. ℣. in vlt. col. quòd loquitur in proconſule, & legato proconſulis, & eſt ſpeciale in legato proconſulis, vt per Deci. ibi. & pro certo ille tex. loquitur exemplificatiuè, quę qui dem exẽpla declarant regulam in quibus terminis loquatur & ea procedat, vt ℣. de præſcrip. verbis l.
17 prima. † tradit Paul. Picus in rep. l. in quartam, col. 38. ff. ad l. falcid. & Mod. Taur. in l. j. col. 48. ℣. eo. rationem verò ſpecialitatis vide per Iaſon. in dicta. l. iudice, colum. ij.

Ad alia argumenta facilè eſt reſpondere, vt patet ex dictis Decij hîc. ex quibus apparet, multas illationes Mod. Taur. quę fundantur in prędicta opin. cõtra communem ſuperius confutata.

18 Videtur tamen † quòd ſi iuriſdictio mandata, eſſet ad vniuerſitatem cauſarũ, vel datus eſſet iudex ad vniuerſitatem ipſarum cauſarũ, hoc caſu poſſet ad unam cauſam dari iudex ab eo cui fuiſſet mãdata iuriſdictio. d. §. j. l. cùm prætor, ſecũdum vnam lecturam gl. in d. l. legatus. quia plus iuris habet ille cui delegata eſt vniuerſitas cauſarũ, quàm ille cui ſolùm vna cauſa delegata fuit: vt per Iaſ. in d. l. iudi
19 ce, in ij. col. Eſt etiam magna differentia † per quæ verba facta fuerit delegatio reſpectu ſubdelegationis inde faciẽdæ, vt hîc per Rimi. in 5. col. Feli. in c. eam te, col. 6. de reſcrip. & Iaſ. in d. l. iudice, col. fin.

20 Si tamen diſputando quis vellet † opin. primam tenere, poſſet dicere eam probari in d. §. j. l. cũ prætor poſuit. n. primò regulam; quòd illi poſſunt iudicem dare, ſed delegare, quibus id conceditur à lege, conſtitutione, vel ſenatuſconſulto. Secundò illi quibus mandata eſt iuriſdictio, vel quibus ex conſuetudine hoc permittitur: ergo ille cui mandata eſt iuriſdictio, id poteſt facere. Nec obſt. quòd loquatur in delegato proconſulis, vt Dec. dicebat, quia reſpõdetur; quòd immo ponit regulã generalem, ℘ quibus mandata eſt iuriſdictio, iudicẽ dare poſſunt. & licèt exẽplificet in legato proconſulis, non reſtringitur regula per exẽplum. l. dãni infecti ſtipulatio in fi. ℣. de dam. infec. & ad replicationem Decij, vltra reſponſionem Mod. Taur. in 2. col. quæ mihi non ſatisfacit, reſpondeo nõ eſſe verum, ℘ tex. ibi ita loquatur, & ampliere quod dictum fuerat, etiam in legato procõſulis quia hoc attento dixiſſet idem in legato proconſulis, non autem poſuiſſet ſuperfluè tot verba, ſcilicet is quoque &c. ex quo datur intelligi, quòd iuriſconſul. non procedit (vt voluit Dec.) ampliando ſimpliciter in proconſule, ſed ponendo vnam aliam generalem regulam, de qua ſuprà, illã exemplificando in legato proconſulis: quòd ille cui mandata eſt iuriſdictio, poteſt iudicem dare lege ſic concedente, ut in legato proconſulis, cui id à lege ſpecialiter conceditur: idem tamen & in aliis quibus mandata eſt iuriſdictio, vt in principio dictum fuit.

Ad ſecundũ reſpondetur, quòd licèt talis habeat iuriſdictionem alieno beneficio, poteſtatem tamen habet delegandi à lege d. §. j. l. cum prætor, quemadmodum dicimus in delegato ad vniuerſitatem
21 cauſarum. † qui licèt habeat iuriſdictionem alieno beneficio, delegare tamen poteſt. glo. & doct. in d. l. cum cauſam de appell. & in d. l. à iudice, quaſi iudex mandando iuriſdictionem, videatur dare poteſtatem delegandi, vt facere poteſt: vt per Bar. & Alex. in d. l. more. vbi Dec. in 7. col.

22 Tertiò motiuo reſpondetur, quòd tex. l. legatus, ſecundum ſanam litteram probat contrarium, quia debet legi affirmatiuè, vt ibi per glo. & probatur in d. §. j. volente, quòd legatus proconſulis ſubdelegare poſſit. & ideò Politianus in Miſcellaneis negatiuam illam malè fuiſſe poſitam ibi dicit, & in littera Florentina non legi.

Non eſt tamen recedendum à communi & recep
23 tiore ſententia; † quia mandare iuriſdictionem, idem eſt quòd delegare, vt patet ex rub. noſtra, ac l. j. cũ ſequenti coniuncta fin. & ex l. nec mandante, cum gl. j. ℣. de tut. & cur. datis ab his. ſed delegatus non ſubdeleg. d. l. à iudice. ergo &c. Secundò per l. fi. ℣. eo. & reſponſio Mod. Taur. hîc in 2. col. (intelligentium vt tantum habeat is cui delegatur, quantum delegans, aliàs ſecus,) eſt diuinatiua, & deſtruit illum tex. generaliter loquentem in delegato mandante iuriſdictionem. Prætereà & tertiò, ratio quare talis non poſsit delegare, eſt, quia iuriſdictionem nõ habet iure proprio, ſed alieno beneficio. d. l. more. vt hîc per Dec. in vlt. col. & in d. l. fin. quæ ratio militat etiam in ſubdelegãte ſimpliciter iuriſdictionem, ergo &c. Nec obſt. ℘ de delegato ad vniuerſitatem cauſarum ſuprà dictum eſt. quia reſponderi poteſt, verum nõ eſſe, ut per Dec. in d. c. cũ cauſam. vel tenẽdo cõmunem, ℘ talis delegatus plus habeat propter vniuerſalitatem, quàm ſimplex delegatus, vt per Iaſ. & alios in d. l. iudice. neque etiam refragatur, quod dicebatur, videri datam poteſtatem delegandi mandata iuriſdictione: quia id confunditur per tex. in d. l. fi. ℣. eo. præterea non eſt verũ, ℘ ordinarius ſic facere poſsit, ut per Dec. in d. l. more.

24 In eo. tex. rub. ibi, eſt, verbum eſt, † veritatem importat. Bar. in l. ſi maritus, in §. l. Iuliæ, per illum tex. ff. de adult. Iaſ. vbi limitat in l. 3. in §. genera not. j. per illum tex. de acquir. poſſ. in l. fi. §. j. de vulgari. & in l. cętera, in §. itẽ quæri, in 4. not. de leg. j. aliquando exponitur eſt, ideſt eſſe poteſt, vt in l. j. in §. quã diu. ff. quan. actio. de pecu. eſt anna.

25 In eo. tex. ibi, iurisdictio, † intelligi debet tàm in genere quàm in ſpecie, vt in l. j. ℣. eo. & in l. ſolet. ℣. tit. 2. declarat Rimi. ℣. ad fi. rub. Quomodo autẽ iuriſdictio differat ab officio, declarat Bar. col. 2. ℣. tit. 2. & tetigi ſupra.

26 Poſtremò ex toto nigro † iunctis prędecentibus rubricis vbi tractatur dę officiis ordinariorum, colligi poteſt, ℘ cauſa dignior eſt ſuo cauſato: ideo prę mittitur, ut hic per Alex. & Iaſ. in i. col.

27 Abſoluto primo pollicito, † venio ad ſecundum pro cuius expeditione capio gl. rub. quę diuiditur in duas partes prout duas ponit cõtinuationes. ſecũda ibi, alii ſic. Prima cõtinuatio ſiue cõnexio eſt: Viſum eſt. ℣. de offi. ordi. à quo depẽdet † delegatus. l. & ſi ꝓtor. ℣. eo. & l. iudiciũ ſoluitur. ℣. de iud. ideo cõgruenti ordine poſita eſt hæc rub. de offi. delega.

Bart. hic & communiter ſcriben. (vt teſtantur Deci. Curt. & alii) primam continuationem approbant.

bant. & poſuit glo. hic numerum ſingularem pro plurali, quum faciat continuationem ad rubricas prædecentes, in quibus (vt inquit) Bar. tractatũ fuit
29 de officio iudicium ordinariorum, † & eſt elegans modus dicendi, vt docet Auguſtinus ſuper illo Exodi: Venit muſca grauiſsima. & tradunt ſcriben. in l. ij. in §. exactis deinde regibus, ſuprà de orig. iur. & in l. ſingularia, infrà ſi cer. pet.

Nec huic continuationi obſtat tit. §. de offi. pro conſ. & lega. vbi tractatur etiam de officio delegati, ergo nõ videbatur bona cõtinuatio glo. quòd dicto de offi. ordinarii, dicat nunc de offi. deleg. quũ etiã in ſuperioribus dictum fuerit de offi. deleg. quia reſpondeo, quòd ibi tractatur de offi. deleg. ſpecialis, videlicet procõſulis: ea ratione, quia poſtquàm tractatũ fuerat de offi. proconſ. ne materiæ cõnexę diuiderẽtur, viſum fuit ſimul tractare de officio eiuſdẽ procõſulis & legati: in quo plura ſunt ſpecialia, ut per glo. in d. l. legatus, illo eo. tit. hîc autẽ generaliter tractat de officio cuiuſlibet delegati. minimũ ergo eſt, & ſpeciali quadã ratione coniunctũ, quod ibi de officio legati procõſulis dictũ fuit: ideo non habetur in cõſideratione, ſed habetur reſpectus ad
30 principalẽ intentionẽ, † & ad id quod maius eſt. l. ſi quis nec cauſam. ℣. ſi cer. pet. l. Hermaphroditus, ſup. de ſtatu hominũ. & l. quod maior. ℣. ad munic.

Ex prędicta continuatione iunctis prędecentibus rubricis, & dictis Bar. hîc, colligitur primò
31 † quòd appellatione ordinarij, veniunt etiã inferiores magiſtratus: quũ in ſuperioribus fuerit dictũ tã de maioribus, quàm de minoribus, vt per Anchar. in conſ. 60. mod. Taur. hic col. iiii. Deci. in c. poſt ceſsionem, col. i. de proba. & probatur in c. ordinarij, cum glo. de offi. ordi. lib. vi. facit etiam, quia plus & minus non faciunt differre ſpetie. l. fina. ℣. de fundo inſtruc. & videtur pro hac concluſione tex. in aucten. de appell. & inter quæ tẽpora in princip. ibi, iudicibus ſiue magni, ſiue maiores ſint.

Et ſi opponas de regula vulg. l. primę. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager uectig. quòd verba intelligenda ſint in potentiori ſignificatu, ergo de ordinarijs maioribus. Reſpondeas per dicta Decij in. rub. ℣. de Iuriſd. om. iud.

32 Colligitur etiã ex prędictis † quòd iudices ordinarij digniores ſunt delegatis. quod probatur primò arguẽdo ab ordine titulorũ: quod argumentũ validum eſt in Iure, vt per Bar. & alios in rubr. ℣. de eo per quẽ fact. erit. digniora enim prætermitten
33 da ſunt. l. j. ℣. de albo ſcriben. l. ij. vt dignit. ord. ſe uetur. lib. xii. cum vulgar. † Secundò, quia cauſatũ non poteſt eſſe dignius ſua cauſa, vt hîc per Pau. de Caſtr. Alex. Rimin. & Iaſ. in j. col. intelligendo ſanè de cauſa finali. Tertiò, quia ordinarius deſtruit & reuocat delegatum, non autem delegatus ordinarium. l. iudicium ſoluitur. ℣. de Iudi. ergo &c.

Sed contra prędicta obſt. ardua difficultas de ordine obſeruato in Decretalibus, cur ibi oppoſitum fuerit factũ, cum primò poſitus ſit tit. de offi. deleg. & inde tit. de offi. ordinarij. & ſic delegati ordinarijs pręmiſsi fuere. Iaſ. hîc poſt Bulgar. licèt illum non referat, tenebat, ordinẽ ſeruatum in Pandectis non differre in actu ab ordine ſeruato in Decretalibus, & malè, vt per Deci. in rub. extra eo. col. ij. eundem Deci. & Curt. hîc in ij. col. & mod. Taur. quinta. Nam ſuprà in titulis prædecentibus in ſpetie & diſtinctè tractatum fuit de officio ordinariorũ habentium iuriſditionẽ ordinariam & contẽtioſam. ibi, ſcilicet in Decretalibus diſtinctè, & in ſpetie de officio diuerſarũ perſonarũ circa diuina conſiſtente. Secundò ſummus Pontifex expreſsè ibi tractat primò de offi. deleg. inde de offi. ordin. cuius oppoſitum hîc fecit Iuriſconſultus: quomodo ergo eſt adæquatio, & inter prędicta ſimilitudo? Pręterea ſi Papa intendiſſet de ordinarijs priuſquàm de delegatis tractare, incępiſſet ab officio Epiſcopi, qui eſt
34 principalis ordinarius † c. cum quærente, cum glo. in verbo iuriſdictionẽ, de offi. ordin. de quo tamen tractauit poſteà. Vera ergo & recepta eſt ſol. Io. Andreæ, Anto. de Butr. Felini, Decij, & Cano. in rub. extra eo. Pauli, Alex. Rimin. Aquenſ. Decij, Curtij, & Mod. Taur. hîc quòd principaliter ibi tractetur
35 de delegatis à principe, † qui ſunt maiores quolibet ordinario: quum principẽ repręſententc. paſtoralis, de offi. ordin. c. ſanè, el. ij. cum ibi not. de offi. deleg. Sed hîc tractatur de delegatis ab ordinarijs, qui inferiores ſunt ipſis ordinarijs, à quibus dependent, vt dictum eſt. Quę ſol. procedit quantùm ad ordinem Pandectarum & Digeſtorum, ſed nõ quòd ad ordinem Decretalium, quia ſi ſummus Pontifex in ordinatione titulorum habuiſſet reſpectũ ad proponenda digniora, prædicto tit. de offi. de leg. præmiſiſſet titulũ de officio legati, quum Legatus
36 de latere dignior ſit delegato principis. † c. ii. cum gl. de offi. legati. & eſt concludens ratio ſecundum Deci. in rub. extra eod. col. ii. & Mod. Taur. hîc in quinta. licèt nõ referant Deci. qui addit ibidẽ aliam rationem: & plenius proſequitur Barb. in rub. de offi. legati. Mod. Taur. nituntur prædictæ rationi reſpõdere, quòd ſpetiali ratione illud factum fuit, ut de offi. deleg. tanquàm generaliori diceretur. quod eſt contra tex. hîc, & in c. ii. de offi. deleg. volentem, quòd legatus habeat generale mandatum & commiſsionem, delegatus verò ſpetialem. Ideo legatus nõ poſsit ſe impedire de cauſa commiſſa delegato: quia generi per ſpetiem derogatur.

Curt. hîc col. i. reſpondet, hîc fuiſſe factum, quia generi per ſpetiem derogatur. d. c. ii. quę ſol. non ſatisfacit: quia incoandum eſt primò à generalibus, inde de particularibus tractandum, ut in rubr. de reg. iur. plenè docui. & licèt ſpeties deroget generi, quia conſtat, talem fuiſſe mentem & intentionem ſpetialiter concedentis & eximentis à generali, commiſsione cauſam ſpetialiter delegatam: hoc tamen non infert, debuiſſe propterea præmitti illi titu. Aliam ſolutionem dabat hîc Curt. quæ fuit Abba. & Cano. in d. rub. de offi. deleg. ſed non procedit: quia attenta ratione, de qua in dicta continuatione, quòd viſo de his, qui vices alterius gerunt in iuriſdictione uoluntaria, ſequeretur videre de his, qui alienas vices gerunt in iuriſdictione contentioſa: ideo ſubiunxit de offi. delega. vt coniungeret materias. potuiſſet enim ſubiungere etiam hoc ſtante de officio legati, antequàm poneret de officio delegati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

37 Arbitror dicendum † ꝙ ex ordine & compoſitione tit. & rub. malè arguatur & inferatur ad maioritatem ſeu dignitatem, quia legislator in dicta cõpilatione magis habuit reſpectum ad coniungendum & rectè ordinãdum materias, quàm ad dignitatem, ſeu ad præmittendum digniora, prout dixi in præalle. rub. de reg. iur. quamuis ergo poſtpoſuerit titulũ de offi. leg. tit. de offi. delega. non ſequitur ꝙ malè fecerit, eò ꝙ legatus eſſet dignior delegato, quia conſideratio dignitatis, de qua non erat tũc quæſtio, non fuit in conſideratione: & ſi delegatus principis ſine dubio dignior ſit ordinario, per rationem & iura præalleg. ac. ℣. alleganda, magis quàm per argumentationem ab ordine Rubricarum.

38 Quare autem ſummus Pontifex † in Decretalibus non prępoſuerit titulum de officio legati, ipſi titulo de offi. deleg. quo dignior eſt legatus. hoc nõ eſt præſentis ſpeculationis; & ibi, non hic diſcutiendum: & quia iſta ſunt iuris poſitiui, vt per Barb. in rub. de offi. leg. & Dec. de offi. deleg. col. 2. & Mod. Taur. hic. 6. Quanuis perſuaſiuè loquendo dici poſſit, vt p Abb. Barb. & alios in d. rub. ꝙ ita potuiſſet ſummus Pontifex præponere titulũ de offi. lega. vt illũ de offi. deleg. habitâ conſideratione ad id quod prędicti in continuatione ibidẽ dicunt, ꝙ viſo de his qui vices alienas gerunt in diuinis officijs, & in iuriſdictione volũtaria, ſequebatur videre de his qui alienas vices gerunt in iudicijs, & in iuriſdictione contentioſa. quia tamen ſummus Pontifex in præcedentibus particulariter dixerat de officijs multorum in ſpecie, voluit etiã dicere immediatè de offi. deleg. quod eſt magis ſpeciale, quàm officiũ legati, vt dixi: & ponit Barb. in d. rub. de offi. leg.

39 Colligitur ex prædictis, † quòd delegatus principis maior & dignior eſt omni ordinario. c. ſanè, el ij. de offi. deleg. c. paſtoralis, de offi. ordi. quia vt ibi dicitur, & in d. l. & ſi prętor. gerit vices principis, &
40 repręſentet ipſum principẽ, † qui eſt ſupra omnes, & ſupra ius l. princeps. ℣. de. ll. l. digna vox. C. eo. c. 2. de conceſſ. præb. traditur per ſcrib. in l. j. ℣. eo. & per Iacobin. de Sancto Georgio in tract. feu. in verbo Princeps. à quo quidem principe egrediũtur & procedunt omnes dignitates tãquàm riuuli ex fonte, vt per Bal. in titu. Quis dicatur dux. Iaſ. in l. j. col. 2. C. de ſumma Trinit. & Bal. in titulo de pace conſtan. in principio, & in verbo Debitã. vbi dicit, † ꝙ
41 Princeps eſt Vicarius & Proconſul Dei in terris. & ita videtur tenendum, quicquid dixerit Barb. in rubr. extra eo. cuius motiuis reſpondent Dec. & Cur. hîc in 2. col. & Dec. ibidem.

Ex quibus infertur ad plura, vt hîc p Mod. Taur. col. 6. Item, quòd offendens delegatum principis
42 † in exercitio ſuæ iuriſdictionis, dicitur principem offendere, vt hîc per Aquenſ. col. j. & ꝙ interficiens oratorem principis reſpectu officij, incidit in crimẽ læſæ maieſtatis. Bal. in c. j. col. 2. de offi. deleg. per l. oſſa, ad finem. ℣. de relig. & ſump. fun. vbi procuratore eius, qui ius inferendi mortuum in aliquem locum habet, inferre prohibito; intellectu aliquo videtur prohibitus eſſe dominus. Facit tex. in l. ſed ſi hac, ad fi. infrà de in ius uocan. de quo Iacobin. de Sãcto Georgio in tract. feud. in verbo Vicarius col. vlt. & in verbo De adherentibus, col. j. Rimi. ℣. col. 3. Felin. in c. mandata, de pręſump. Dec. in d. c. ſanè, col. j. & Mod. Bono. in l. ſi quis obrepſerit, col. 2. ℣. de falſ. plura ſcribunt.

Prędicta conel. quòd delegatus principis cenſeatur maior & dignior omni ordinario: & quòd ordinarius de cauſa illa allegata & commiſſa impedire ſe nequeat, etiam quòd volens ſe impedire eſſet legatus de latere, iuxta c. ſecundum, de offi. leg. multi
43 pliciter declaranda venit. † Et primò, quia licèt legatus principis dicatur maior & dignior quocunque ordinario, tamen ipſe ordinarius dicitur habere firmiorem, potentiorem, ac maiorem iuriſdictionem, ut hic latè per Alex. & Rimin. col. 2. Dec. & Cur. in primis col. Mod. Taur. col. 7. & latius per Bonon. & per Felin. in d. c. ſanè, comprobantes pluribus medij ac ſimilibus, vt per eos.

Sed obſtat difficultas, quare delegatus principis poteſt regulariter omnes cauſas etiã meri mixtiq; imperij ſubdelegare d. l. iudice, cũ ℣. alleg. & l. unica, cum glo. in uerbo iudicandas. C. qui pro ſua iu-
44 riſdict. aliud tamen ſit in ordinario. l. j. ℣. eo. † cum enim habeat firmiorem & potentiorem iuriſdictionem, videretur ſimiliter habere maiorem poteſtatẽ delegandi, vt hic per Curt. in ij. col. relinquentem cogitandum. reprobatis rationibus laſo. in d. l. iudice, reſponderi fortè poſſet, gloſ. illam malè loqui, ut hîc per Alex. col. 3. in 8. fundamẽto, & per Aquẽſ. in l. j. col. fi. ℣. eo.

Quia tamen glo. illa eſt communiter approbata per doct. in d. l. j. reſpond. poteſt aliter per rationẽ de qua per Dec. in d. l. j. col. fin. verſ. & pro iſta opi-
45 nione Bar. ubi pleniùs dicam. † Nec eſt multùm laborandum in hoc, quia de conſuetudine omnes cauſæ meri & mixti imperij, etiam vltimi ſupplicij indiſtinctè hodie delegantur: ut ibidem per ſcrib. & dixit in libello Exercitationum.

Secundò prædicta concl. declaratur, vt procedat poſt pręſentationem litterarum & reſcripti delega-
46 tionis, aliàs ſecus: † quia illi iuriſdictio anteà non confertur, nec aufertur ab ordinario, qui poteſt pręuenire c. ut debitus, cum not. ibi per Dec. in 5. not. de appell. & Rimin. hic in 3. col. verſ. Item aduerte. Iuriſdictio ergo delegati pẽdet à repręſentatione reſcripti, ante quam præſentationem non competit iuriſdictio, quum ſcribentis intentio ſuſpendatur, donec fiat pręſentatio litterarum. ut pulchrè per Felin. in c. cum ex officij, col. antepen. de præſcrip. & Dec. in c. ſuper eo. el. ij. in vltimo not. per illum tex. de appell. ubi poſt Specul. admonet impetrantem, vt ſit cautus in faciendo apparere & conſtare ex actis de præſentatione reſcripti.

47 Tertiò declaratur prędicta concluſio, † ut ſolùm procedat in cauſa delegata & ſibi commiſſa, in qua ordinario mandatur & præcipitur c. ſignificaſti, de offi. deleg. abſolutè autem & indiſtinctè non, vt per Barba. in rubr. extra eod. in 3. colum. Alex. Rimin. & Cur. hîc col. 2. & 3. & Mod. Taur. 6. Contrarium tenet Dec. in prędalleg. rubr. & hîc in 2. col. quia quantùm ad illam cauſam indubitatum eſt, eum eſſe maiorem ordinario, vt iura clarè diſponunt. Ideo tenet Deci. maiorem & digniorem

rem abſolutè dici, quia repræſentat principem: propter quam repræſentationem abſolutè iudicatur dignior.

Et ad motiuum Rimin. hîc in 3. col. poſt Bald. & alios per eum alleg. ꝙ ſi extra illam cauſãm delegatus vocaretur in iudicium, vel delinqueret, non cẽſeretur in hoc maior, ſed vt priuatus. reſponderi poſſet, concluſionem procedere, qñ delegatus bene
48 agit, aliàs non. † quia malè agere, non cenſetur ſibi per ſuperiorem conceſſum: ut tradit Dec. poſt alios in d. c. ſanè. col. 2. probatur in l. ſi procurator tuus. ℣. de cond. inde. & in l. 2. ℣. eo. tit. quod locum habet in delinquente, non in uocato ad iudicium ciuiliter. Eapropter non eſt recedendũ à communi declaratione, quę probatur expreſsè in c. paſtoralis. in §. prętereà, de offi. deleg. ibi, quum delegatus quantùm ad illud ſit maior ordinario. & in d. c. ſanè, ibi, vnde in illa cauſa ſuperior eſt. quibus iuribus non reſpon. Dec. Prætereà id quotidie manifeſtat experientia, quæ eſt rerũ magiſtra. c. quã ſit, de elec. in 6.
49 † Delegati. n. qui in aliquibus cauſis dantur à Sede Apoſtolica abſolutè non iudicantur digniores ordinarijs, maximè Epiſcopis, nec illos præcedunt; immo extra cauſam delegatam ſub illis cõueniuntur: ut hîc per Rimin. in 3. col. & ratio Decij de repræſentatione debilis eſt, quum limitata ſit reſpectu illius cauſę delegatę, iuribus prędallegatis: ideo limitatum parit effectum reſpectu illius cauſæ uidelicèt: vulg. l. age. C. de tranſa. facit tex. in l. cũ à matre. C. de rei uend. ubi hęres, qui cenſetur eadem perſona cum defuncto, illum tantummodò repręſentat pro
50 parte, pro qua eſt hæres: † & ſic repræſentatio perſonę pro parte tantùm fieri poteſt.

Quartò declaratur & reſtringitur prædicta concluſio niſi ſuperueniat noua cauſa à delegante non
51 cõſiderata: † quia tunc ordinarius poteſt de cauſa illa commiſſa ſe intromittere, ut poſt Abba. tradit Alex. hîc in 2. col. & ℣. in l. j. col. pen. Aquenſ. hîc. & Mod. Taur. in 6. col. allegant omnes in argumentũ
52 tex. no. † in l. ſi hominem. ff. manda. ubi procurator generalis ex cauſa non conſiderata per dominum nec illi nota, inhibet procuratori ſpeciali, ne commiſſum ſibi negotium exequatur, néue ad manumiſsionem ſerui ſibi ſpecialiter commiſſam procedat. Id quod pluribus ſimilibus ſingularibusq; deciſionibus comprobari poſſet: ut per Roma. in cõſi. 218. & 428. Barb. in c. cum. M. col. 6. & ſequen. de conſti. in cap. j. col. j. & 2. de offi. legati. & in rub. qui admitti. fol. 6. & ſequen. & in conſi. j. col. 22. lib. 3. Fel. plenè in c. j. col. 15. cum ſeq. ubi Dec. in 2. lectu. col. fi. de conſti. Iaſ. in l. non ſolùm. §. morte, col. 21. ff. de noui oper. nun. Corſe. in ſingularibus in uerbo Iuramentum. Curt. in tracta. conſuetudinis ſuper c. fi. col. 36. & mod. Bonon. in l. j. in §. fi. colum. 9. de quæſt. per quę multum exornari poſſet tex. in d. l. ſi hominem.

Oppoſitum tñ tenet hic Aquenſ. in 2. col. quia aliàs de facili eneruaretur iuriſdictio delegati, eluſoriaque redderetur commiſsio facta ipſi delegato:
53 † quod abſonum eſt dicere. l. fin. ℣. ne quid in loco publ. l. ſi prętor. in princ. ℣. de iudi. prætерquàm in tribus caſibus, vt per Aquenſ. & Mod. Taur.

Sed nõ eſt recedendũ ab opi. Abb. Alex. & aliorum prędalleg. quę communis eſt & tenenda. ſecundũ Mod. Taur. prædalleg. & probatur in d. l. ſi homi
54 nem. cui non reſpondet Aquenſ. † & ſi inferior à principe ex cauſa de nouo emergenti poteſt legem ſuperioris ſoluere. c. fina. ubi Imola notat de tranſac. Alex. in conſi. 106. col. 3. lib. 2. & Felin. in locis prędalleg. multò magis de cauſa delegata poterit ſe intromittere: ut per Abba. in d. cap. dilecti, vltimo. de appell. quando tamen delegans & ſuperior præ-
55 ſens, aut parum remotus eſſet, † de facili; conſuli poſſet, ipſe conſulendus eſſet: ut poſt Barb. dicunt hîc Taurin. col. 6. Felin. in d. cap. j. col. 16. ubi Dec. in 2. lectu. ad finem. faciunt cumulata per Iaſ. in l. 2. col. j. infrà ſi quis in ius voca. non ierit. & allegat ibi Feli. pro hoc legẽ non probantem, vt oſtendit Dec. allegans meliorem tex. in l. j. in fin. infrà de pœnis. vult allegare de quæſtionibus. Adde alium tex. in l. beſtias, infrà de pœnis. ibi, principem conſulere debet. & in l. pen. infrà de ſicarijs. ibi, vt conſulto principe & iubente id fiat. ubi tex. limitationem ponit,
56 niſi periculum eſſet in mora. † ut etiam per Cępollam in caurela ſecunda, & Aquenſ. in repetitione. l. vt vim, fol. pen. verſi. Item ex prædictis. & verſicu. Item regula eſt. ℣. de iuſt. & iure. & hîc in 2. col. in verſi. Secundus caſus. Sed ubi princeps eſſet abſens & valde remotus, tunc ordinarius (vt dixi) ex cauſa neceſſaria vel probabili ſuperuenienti, de cauſa
57 delegata ſe poſſet intromittere. † quod probatur etiam per tex. no. in l. ubi abſunt. infrà de tuto. & curat. datis ab his. ubi deficiente vel abſente magiſtratu, qui debet actũ expedire, recurritur ad aliũ, qui aliàs ſe non intromitteret. de quo plenè per Felin. in rub. de appell. col. 3. in c. paſtoralis. col. 4. de offi. ordina. & in c. ſignificaſti, el ſecondo col. 2. de homici. Pau. de Caſt. in conſi. 74. col 3. in antiquis. Roma. in conſi. 501. col. fin. Anchar. in conſi. 409. col. 3. Barb. in conſ. primo col. 23. verſi. Tertiò prę-
mitto. lib. j. & in Clem. ne Romani. verſic. Ittitum. col. j. de elec. Iaſ. in l. fina. C. de iudi. in l. bonorum. col. 2. C. qui admitti. in repetitione l. admonendi, colum. 79. infrà de iureiur. in l. cum filius familias, col. 2. infrà ſi cer. pe. & Dec. in d. c. dilecti, col. j. & in cap. cęterum. col. 7. de iudi. quę omnia ſignanda ſunt ad d. l. ubi abſunt.

Non obſt. prędalle. ratio Aquenſ. de eneruatione iuriſdictionis delegati. ex quo. n. ordinarius contra regulas iuris communis intromittit ſe ex cauſa tan
58 tùm, exprimi debet cauſa, † & de illa cõſtare: ut poſt Inno. tradit Fel. in d. c. j. col. 16. uerſi. Et prędictis adde. & de re iudicata in c. j. col. 3. & in c. quo ad cõſultationem. col. 10. cum ſequentibus eo. titu. Iaſ. in d. l. fi. de procura. & Dec. in c. ad noſtram, el j. col. fi. de appel. & in conſi. 8. col. j. Et conſequenter nõ eſt uerum, ita de facili poſſe ordinarium eneruare iuriſdictionem delegati, neque hoc pręſumitur, immo potius pro iudice. l. 2. C. de offi. ciuil. iudi. & c. in præſentia, de renunci.

Poſtremò conſidera, non uideri eſſe faciendam differentiam nec diſtinctionem, an princeps delegans ſit pręſens, uel parum diſtans, an abſens, & in remotis degẽs. verum indiſtinctè ſit concludendũ:

con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

consulendum esse ipsum principem, per iura. ſ. alleg. volentia illum debere cõsuli, vbi ex magna causa à regulis iuris communis receditur. nec distinguunt, absens sit vel presens. & l. vbi absunt, non loquitur in casu vbi, princeps consulendus est: vt in terminis nostris, & absente magistratu, qui tutores dare potest, ne pupilli remaneant indefensi. deciditur ibi recurri ad superiorẽ, qui magistratũ constituit, vt tutores decernat: & consequenter ad Decuriones penès quos erat iurisdictio: vt per Deci. in rubr. de appell. col. pen. Sed in terminis nostris absente principe non est superior aut par, ad quem recurratur: ergo expectandus est illius iussus. Nec ordinarius debet posse causam iam à manibus suis
59 exemptam expedire. c. Istuduisti. de offi. legati. † no tant hic Rimin. col. iij. & Mod. Taur. vj.

Attamen videtur quod donec princeps consuli tur; possit ordinarius inhibere delegato, ne expediat causam sibi commissam: sed expectet nouum principis mandatũ ac prouisionem, ex causa prędicta de nouo emergenti. per d.l. si hominem. ordinarius aũt de dicta causa se immiscere & intromittere non debeat, nisi principe posteà iubente. d.l. pen. ℣. de fica. nisi in casibus de quibus. ſ. nisi fortè respõdeatur subtiliter, q̃ in casu dictarum. ll. dispositio
60 in omnem euentum spectabat ad principem † qui solus potest gratiam facere ad mortem condemnato. d.l.j. in fi. de quæst. tradit Iacobi. in tract. feud. in verbo. Cum mero col. vij. & in constituendo pænã contra Decuriones capitale crimen committentes: vt in d.l. pe. rescribit. l. diui fratres. §. fi. ℣. de pœnis. & consequenter omnino cõsulendus erat princeps in casu dictarum. ll. Ideo non consideratur an absens sit vel presens. Sed quando princeps causam alicui delegauit, illã videtur exemisse à iurisdictione ordinarij, qui de illa se intromittere non potest: nisi ex noua causa. tunc. n. id videtur posse ex mente & intentione committentis. d.l. si hominem, cũ prædictis. quod si princeps in remotis degat, eo inconsulto debet id posse fieri, sicuti poterat ante delegationem: ne vtilitas publica impediatur. d.l. vbi absunt. cum alijs, ſ. allega.

In eadem glo. ibi, licèt de ordinario. hanc particulam declarabitis vt hic per Dec. col. j. Rimin. & Taur. iiii. & quinta.

In eadẽ glo. ibi. Alii sic, quamuis Alex. nitatur defendere hanc secundã continuationẽ glo. tñ nõ est tenẽda, vt hic per Aquens. & Dec. in j. col. & Rimi. iiij. vbi aliter saluat glo. sed est contra verba ipsius glo. quę vult, q̃ in ista secunda cõtinuatione, tractetur de iurisdictione, quę est in delegando, videlicet quis, cui, quem, &c. quod damnant prędicti scriben. quia tunc debuisset rubricari. De officio delegãtis. nec prædicta censetur penitus continuatio glo. propter illa verba, alij sic, vt per Ias. in l. si idem. §. fi. col. vlt. in iij. limitatione. ℣. tit. ij. sed ista sunt modicæ vtilitatis. non recedo à continuatione prima.

In eadem glo. ibi. l. fin. in principio. Ias. redarguit glo. dum ait, tu dic q̃ de hoc primo plenè habetur in l. more. quamuis tamen plenius alibi habeatur, glo. nõ est malè locuta allegando d. l. fi. vbi aliqualiter de hoc tractatur: & voluit glo. allegare solùm iura istius tituli tractantia quis possit delegare.

Vos aduertatis, quia in d.l. fi. non tractatur quis possit delegare, vt in puncto gl. Sed quis nõ possit. & solummodo dicitur, q̃ delegatus nõ potest subdelegare. Saluando glo. dic, id ibi colligi à contrario sensu ac notari, quia si ille qui habet mandatã iurisdictionem, delegare non potest, ergo ille qui habet ordinariam, poterit. qui articulis plenè enucleatur per scriben. in l. more. & in l. à iudice, prælleg.

61 Nunquid autem † delegatio facta per delegantẽ non habentem iurisdictionem confirmetur, si illi superueniat iurisdictio? tangit hic Ias. Sed pulchrè & plenius Feli. in c. cum ex officij, col. antepen. de præscrip. & Dec. in consi. clxxij. col. ii.

In eadem glo. ibi, de secundo nihil. Pau. Alex. & alij damnant gl. per l. & si prętor. & l. fi. in uers. mãdata, infrà eo in quibus tractatur cui possit fieri delegatio. Parpal. hîc seruabat glo. quia in dictis iuribus non tractatur cui principaliter possit delegari, nam in d.l. etsi prętor, traditur cuius vice fungatur delegatus, & quo imperio. in uersi. mandata, tractatur principaliter quid veniat in delegatione: an Imperium, vel modica coërctio: incidenter tamen dicitur de magistratu & priuato, quibus facta est delegatio. Sed glo. habuit respectum ad tractatum principalem, quum non inspiciatur quod incidenter agitur. vulg. l. si quis nec causam, infrà si cer. pet. ut hîc per Dec. & Aquens. in j. col.

Quæ solutio non videtur procedere, quum glo. dicat, de secundo nihil, vniuersaliter & negatiuè loquendo. per quam negatiuã excluditur quodcun-
62 que licet minimum, † respectu eius de quo quæritur, vt per Soc. in consi. xxi. col. iij. lib. j. Si igitur nihil dicit, ergo nec principaliter nec incidenter: quod est falsum, vt suprà dixi.

63 Cui autem † fieri possit delegatio, dicendũ est, q̃ de iure Ciuili fieri potest tàm existenti in magistratu, quàm in priuato. l. etsi prętor. cum l. fi. prælle. & per consequens priuatus quamuis non possit iurisdictionem dare, potest tamen illam recipere.

De Iure Canonico non potest fieri delegatio nisi existentibus in dignitate, & his de quibus in ca. statutum, in principio de rescrip. in sexto. quod intelligit hîc Ias. etiam per summum Pontificem, & malè, ut hîc per Mod. Taur. col. pen. & glo. in d.c. statutum, in uerbo litterarum. modò constet de certa scientia Pontificis. Et dicunt ibi Gemin. & Philipp. Fran. in iij. col. intelligi illum tex. quando clausula esset inter clericos vel inter laicos de rebus ecclesiasticis, aut inter clericum & laicum: secus si de rebus temporalibus inter laicos. per tex. in cap. fuo nobis. de appell. licèt Dec. ibi teneat oppositum. & quamuis in delegatum superueniat dignitas tempore sententiæ, non sufficit. Bald. in l. præcipimus. col. fi. per illam tex. C. de appel.

64 Iuxta prædicta quærit Ias. de tribus. † primò, vtrum Clerici possint esse delegati in causis ciuilibus laicorum. concludens quòd sic: licèt peccent secundum eum. quod non est uerum, ut hîc per Mod. Taur. col. pen. & fina. quamuis de honestate abstinere debeant: nisi materia concerneret animam. & iudicium coram eis agitatum tenet, quicquid

quid dixerit Barb. vt per Fel. in c. inter dilectos, col. 3. per illum tex. de fide instr. & plenius Ripam in c. 2. col. 13. & sequen. de iudi. non tamen possunt esse dicti clerici † locumtenentes officialium laicorũ.
65 c. clericis. vbi Abb. no. extra ne clerici, vel mona. & Ripa loco prælallegato. quia nimis retraherentur à diuinis, & sęcularibus negotiis supra modum se immiscerent.

Ad l. consulta diualia. C. de testa. respond. quòd procedit de honestate. itẽ quòd ex his promiscuis actibus, non turbantur rerum officia, quum iurisdictio sit habitu penès Ecclesiam. c. nouit, de iudicijs. Fel. in d.c. inter dilectos, col. 3. & omnes scribẽ. in d.c. 2. de iud.

63 dictorũ: quia reſpon. ꝙ immo cõtraria directo ſunt, permittere & prohibere: approbare & reprobare: velle & nolle. l. j. cũ glo. &. not. C. de furt. l. eius eſt uelle. de reg. iur. † & l. 2. C. de condi. inſer. ſic indu cẽdo; quicquid dicat Deci. Si pater mandauerit filię ſuæ, vt caueret nomine fideicõmiſsi ſcilicet reſtituẽ di, ſi à marito nõ diuerteret: perinde eſt, ac ſi nihil ſuper ea reſcriptum fuiſſet: quia abſurdũ eſt, ſubij cit, ideo negligi edicti perpetui formã, quia patris voluntati non obtẽperatur. Si vt Deci. & præfati di cebant, cõtrarius ſenſus eſſet, ſi diuertas, nõ iubeo, & ſic nihil dico: perperam loqueretur tex. in fine di cens; non negligi edicti perpetui formam, eò quòd patris voluntati non obtẽperatur, diuertendo ſcilicet. ex quo datur intelligi, arguendo à contrario ſenſu, patris voluntatem fuiſſe, quòd in caſu diuor tij non caueret: ſed non ſumitur tale argumentum, quia abſonus reſultaret intellectus. Contrarium igitur iſtius propoſitionis; Iubeo te cauere, ſi non diuertas, erit ſi diuertas, nolo quòd caueas, quicquid dicant præfati. Comprobo per tex. in l. cum lex. ĩ. de legib. vbi dicitur: quum lex in præteritum indulget, & ſic concedit, in futurum vetat. Ad idẽ tex. in l. cum prętor. ĵ. de iudi. quum prętor vnum ex pluribus iudicibus iudicare vetat, cæteris id (inquit) concedere videtur. & reſponſio, quam hîc in fine vltimi not. tradit Deci. ad illum tex. non vetando videlicet, eſt aperta violentia. Et cõſequenter quicquid dicat Aquenſ. logicando & ſophiſticando de tertio adiacente huic propoſitiont, qua conceditur præſidi, vt cauſas imperij poſsit delegare, ſi proficiſcatur, nulla eſt directò contraria, niſi iſta, ſi non proficiſcatur, delegare non poſsit, prout hîc oſtendit Vlpianus arguendo in verſ. non aliter itaque. Nec etiam obſt. motiuum præfatorum ſcriben. dum effugere volentes deciſionem tex. noſtri, & prędallegatorũ, arguunt reducendo rem ad inconueniens, eò ꝙ fruſtra poneretur hîc vnus caſus ſpecialis, ſi regulariter id permiſſum eſſet. quia reſpondetur, iſtud procedere, ſic talis regula conſtaret: ſed quũ adhuc non conſtaret, Iuriſconſul. ex illo caſu probat, arguendo à contrario ſenſu, ac oſtẽdendo per poſitionẽ illius caſus à contrario, non aliter poſſe dictas cauſas delegari, quàm in caſu abſentiæ. & iſtud eſt de quo diſceptamus. Ex quo igitur Iuriſconſul. arguit diſpoſituè à contrario ſenſu, debemus pariter nos id poſſe facere. Itẽ non oſtat, ꝙ inducta ad vnũ effectum &c. quia id non ſequitur in propoſito. nã in ſenſu directo verba operãtur effectum, ad quẽ directò tendunt. In ſenſu verò contrario operantur effectũ, quem à cõtrario ſenſit proferens. & ſic nihil operatur contra intentionem diſponentis: immo ſecundum illius ſententiam & voluntatẽ omnia redendo ſingula ſingulis: & quia cõtrariorum eadem eſt per contrarium diſciplina. iuribus vulgar. reliqua in materia argumenti à contrario ſenſu reſeruo. ĵ. in loco ſuo.

Septimò noto ibi, Si proficiſcatur, mãdare. ꝙ iſtę cauſę ſpecialiter & in priuilegiũ conceſſæ, & ſui natura indelegabiles, delegari poſſunt propter abſentiã neceſſariam, quam materiã expediã ſuper glo. in
64 verbo Proficiſcatur. † Et ratio eſt, propter publicã vtilitatẽ, quę impediretur, ſi magiſtratus habentes proficiſci, non poſſent delegare; & ſic cauſę nõ poſſent expediri. l. ita vulneratus. ĵ. ad leg. aquil. l. i. & fin. C. de cuſtod. reorũ. & l. j. C. vt infra certũ tẽp.

Octauo noto ex tex. ibi, Non aliter itaquę. quòd ceſſante cauſa, ceſſat effectus: quia ceſſante abſen-
65 tia, † & ſic cauſa delegationis, ceſſat delegandi poteſtas. plura ſimilia conierit Iaſ. in vltimo not. quę fuerunt Fel. in c. Quę in eccleſiarum. col. x. in 2. de clatatione de conſtit. Quam regulam multipliciter declarat & limitat Deci. in c. cum ceſſante. de appellat. Et ad deciſionem Bar. in l. Si conſtante, ad fi. ſol. matr. quę videbatur obſtare, colligitur ſolu. ex dictis ibidem per eum, & per Iaſ. col. antepen. &
66 ſequen. † Nec videtur refragari alia deciſio eiuſdẽ Bar. in l. ſi is cui bonis col 2. de verbo. oblig. dum vult, quòd ceſſante prodigalitate eius, cui interdictum fuit bonis, non ceſſat interdictio, niſi ceſſatio prodigalitatis ſit notoria; vel de hoc per iudicem facta fuerit expreſsè declaratio. Reſpon. poteſt id contingere ac eſſe propter validitatem actuum geſtorum per curatorem illius, qui deſit eſſe prodigus, vt ſubſiſtant, donec iudex declarauerit, ipſum prodigum reſipuiſſe, aut ſit hoc notorium. Eo enim tacente, qui prodigus fuerat, curator videtur poteſtatem ſibi cõceſſam adhuc habere: per ea quę ſcribit Alex. in l. ſępe col. 29. verſic. Decimò poteſt ſaluari. ĵ. de re iud. & in conſ. 157. in col. 2. libr. 2. aliàs deciperetur quis auctoritate legis contra tex. in l. j. C. de his. qui veniam ætat. impetran. niſi. n. ſubſiſterent geſta per curatorem conſtitutũ, deciperetur ſecum cõtrahens, ſi eo inſcio reſipuiſſet prodigus: quod non eſt dicendum. Et ſic poſtmodum comperi velle Aquenſ. ĵ. in pen. col. eſtq; dictio illa non aliter, multùm taxatiua, vt hîc per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mod. Taur. col. 54. probat similiter hic tex. noster, † quòd aliàs prohibita propter necessitatem conceduntur, siue quòd ex causa necessitatis multa concedantur, quæ aliàs non permitterétur; vt plenè per Alex. Ias. & Deci. ℣. in glo. in verbo non aliter Deci. hîc in quarto. not. Mod. Taur. in pen. col. Felin. in c. omnes in prima distinctione Decreti cum multis alijs similibus. Et secũdum Bal. in l. Diuus. ℣. de peti hæred. tempore necessitatis ideo cessant præcepta legis, quia lex debet esse possibilis: extremum autem præsupponitur impossibile. faciunt multa, quæ dixi in l. quæ propter necessitatẽ. ℣. de reg. iur. Notandum tamen est, quòd facta delegatione propter absentiã, reuerso postea delegante, expirat potestas delegati dato modico spatio temporis; vt per Alex. ℣. col. 13. in glo. super verbo Proficiscatur. & probatur per supradicta, quòd cessante causa, cessat effectus.

68 Vltimò noto † ex fine istius principij, Prætorem Vrbis habuisse merũ imperiũ: quod apud me indubitatũ semper fuit, quicquid dixerit Fulgo. vt plenè scripsi in l. 2. in §. cumq; Consules auocarentur de orig. iur. ideo hîc omittã maximè, quia parũ vtile, quũ Prętor ille vrbis nõ sit amplius in rerũ natura.

Glo. j. diuiditur in duas partes. In prima timore contrarij formati hîc per Bar. restringit vniuersalẽ hanc, Quęcunque cætera ad merũ & mixtũ imperiũ. In secũda quę est ibi, quia hæc ratione assignat,

69 & in effectu concludit glo. † ꝙ dictũ Vlpia. in prin. legis vniuersaliter loquentis restringitur ad causas meri & mixti imperij in priuilegiũ maioribus concessas: secus sit in causis simplicis iurisdictionis, licèt expressè cõcedantur à lege, quia concessio non fit specialiter & in priuilegiũ vt concludunt cõmuniter scriben. vt hîc per Rimin. & Mod. Taur. col. 47. cũ seq. cum alijs quę adduxi supra in 2. not. Sed quemadmodum ibi scripsi, Doct. malè restringunt hũc tex. ad dictas causas meri & mixti imperij: quũ loquatur indistinctè & vniuersaliter per verba quęcunque &c. Et sic in omnibus concessis in priuilegium maioribus iudicibus, siue sint meri, siue mixti imperij, siue iurisdictionis, vt ibi dixi. Et licèt Iurisconsul. in sequẽtibus in illatiua loquatur de causis meri imperij, in princ. tamen locutus est generaliter de concessis specialiter, & in priuilegium. Et hunc intell. inuenio sentire gloss. infrà super verbo Constitutione. & Bar. sibi contrarium ibi, & Curt. hîc, & ibid.

70 †Quãdo verò ab vniuersali sermone excipiatur, vel non excipiatur aliquid, tradunt Aret. in cons. 133. ad finem. etiam 64. col. 4. Bar. in cons. j. col. 5. lib. 2. Felin. in c. in omni. de testibus. Ias. in l. quodcunque. de verb. oblig. Deci. in rub. de proba. col. 17. & in cons. 171. ad finem Curt. Iunior in cons. j. col. 2. & Mod. in repetitione. l. primę, in prin C. de Sacrosan. eccles. Mod. tamen Mediol. c. j. lib. 2. Paradox. aliter intellexerunt hunc tex. vt dicam in glo. sequen.

71 Glo. 2. declarat † quid importet & significet verbum specialiter. & quicquid dicant Glo. Bar. eam sequens. ℣. in euidentialibus, Rimi. & alij hîc, volentes duo requiri, si incipiamus à primo, expressè sicut et in priuilegiũ, & sic nõ sufficeret, ꝙ expressè: secus si incipiamus à secundò, à priuilegio videlicet, vt per Alex. & alios. Deci. tamen hîc & Curt. dicunt, necessũm non fuisse, tantùm laborandum, vnum videlicet, vel duo requirantur: quia specialiter nihil aliud hîc importat, quàm in priuilegiũ. Id. n. dicitur speciale, quod à regulis cõmunibus est exẽptum. l. si non speciali. C. de testamen. l. Ius singulare. ℣. de. ll. & ita expressè declarat gl. ℣. in verbo Tribuuntur in fine. & in verbo Quæ verò iure magistratus. vt Alex. met. in fi. istius secundæ glo. Nec videtur posse causam in priuilegium cõmitti, quin sit hoc specialiter & expressè. probat igitur tex. in d. verbo specialiter. ꝙ ad hoc, vt regula nostrę legis in prin. procedat, necesse fore causam in priuilegium fuisse cõmissam vni, ita ꝙ alij sit denegata; vt vidimus. ℣. in euidentialibus, & dicã etiam. ℣. † Eo autem ipso, ꝙ causa est alicui specialiter cõmissa, censetur prohibita delegatio. l. vnica. cum glo. in verbo specialiter. C. ne lic. potent. vt hîc etiam sensit Deci.

72 In alia verò materia quomodo accipiatur verbum specialiter, dic vt hîc per Alex. Deci. & Aquens. & Mod. Taur. in 41. col. cũ sequenti. qui recedunt à prędicta cõmuni expositione & declaratione, vt etiã faciunt Mod. Mediolan. lib. 2. Paradox. cap. j. respondentes ad l. nostrã in verbo specialiter, ꝙ nõ sit accipiẽdum in signũ magnitudinis priuilegijq; causatum, vt Doct. accipiunt, contra naturã & significationẽ vocabuli. Intelligi enim debet specialiter, id est, nominatim & in spetie, vt ibi per eos. & ad tex. in l. j. in §. si quis seruũ. ℣. de offi. Præfec. vrb. de quo hîc per Alex. respondent, ibi, nihil specialiter & expressè cõmitti Præfecto vrbis, sed tantùm dici ex interdictis quod vi, aut clã, aut vnde vi, adiri posse: vt in multis alijs, quę in illo tit. exprimuntur. dubium

73 erat, an competerent ipsi Præfecto † primùm vrbanis negotijs proposito, deinde temporibus Cęsarũ criminibus cognoscendis, vt scribit Fenestella de illo loquens. ita vt tex. d. §. si quis seruum. procedat remouendo dubium, non autem de nouo aliquid expressè committendo, vt dicunt doct.

Non est recedendum à communi & receptiori sententia per. ℣. allegata: videlicet l. si non speciali. & l. singulare, ex quibus ostenditur dictam cõmunem expositionem ad verbum specialiter, non esse extraneam nec nouam. confirmatur per istum tex. in versic. sequen. quę verò, hoc modo ponderatus iuncto prin. legis, intellec. prędictorum Moder. manifestè confundit. Quę quidem communis opinio probatur in l. j. ℣. de offi. prefec. vrb. in pluribus locis facientibus mentionem de causis iurisdictionis expressè & nominatim cõmissis: quas nõ posse delegari, dicere quũ sint de iurisdictione, absonum est; vt hîc per Alexan. à veritateq; alienum est, quod prefati dicunt Iurisconsul. ibi procedere, dubium remouendo. nam vt principio illius legis dicitur, prefectura iam sibi, vendicauerat omnino omnia crimina intra Vrbem, & intra Italiam usque ad

ad centesimum milliarium: & constitutione Principis confirmatum erat. quod ergo dubiũ poterat esse remouendum in hoc, certè nullum? Præterea tex. ibi. col. 2. in uersi. Præterea, in specie dicit, præfecto vrbis circa nummularios iurisdictionem fuisse commissam: & tamen debet posse delegari, quando causa est simplicis iurisdictionis, ut dicit Alex. inducẽdo tex. in d. §. si quis seruũ, & per consequẽs non sufficit expressè & nominatim causam fuisse cõmissam, nisi & specialiter, id est in priuilegium; vt quia concessa maioribus, & denegata minoribus.

Glo. 3. cum sequenti approbatur. dum enim tertia exemplificat in l. Iulia, bene dicit, per tex. expressum. ℣. in uersi. Et ideo. Sed dum sequens super uer

74 bo Senatusconsulto, exponit ideſt Syllaniano, † nõ intelligas expositiuè & restrictiuè, iuxta glo. l. vbi pactum. C. de transac. sed exemplificatiuè, quæ exempla non restringunt. l. damni infecti stipulatio. in fi. ff. de dam. infec. Exemplificari etiam potest in Senatusconsulto Liboniano, de quo in rub. de falsis? & pariter exemplificari potest in Senatusconsulto Turpiliano.

Glo. in verbo Cõstitutione. exemplificat quatuor modis, quod de constitutione dicitur. primò in casu. l. secundę in fine. C. de pedan. iudi. vbi Imperator mandat ac iubet vt prędes de causis inge-

75 nuitatis & libertinitatis iudicent. † hę sunt causę maximæ iurisdictionis, quum magni sint prædicij; vt per Bar. ibi. & in l. Imperium. in j. col. Parpal. hîc relinquebat cogitandũ, quia istud est exemplũ simplicis iurisdictionis, ergo non cõuenit huic legi de mero & mixto imperio loquenti. Curt. hîc

76 &. ℣. in glo. j. respon. † ꝙ immo lex nostra loquitur generaliter de concessis in priuilegium, & sic etiam ꝙ sit simplicis iurisdictionis; & consequenter tenet intellec. quem ad hunc tex. accõmodaui suprà in 2. not. reprobando Bar. & alios restringentes hunc tex. ad causas meri & mixti imperii. & sic prædictũ intellect. ad. l. nostram in prin. voluit gl. hîc & Bar. sibi cõtrarius in j. col. & Deci. met. in xj. col. in uersi. Sed certè. & est verior & magis consentaneus uerbis legis prout etiam scripsi in libello Exercitationum. Et si dicatur, legem nostrã non loqui de causis simplicis iurisdictionis, sed imperij, vt patet ex serie legis, maximè ex sequentibus per quę declarantur prędcedentia. l. si seruus plurium. de leg. j. illatio. n. de qua in uersi. Et ideo, probatio & exemplum de quibus in uersi. huius rei, sunt omnia de mero imperio. Ex his ergo uidetur declarari principium legis, ut loquatur de imperio. Sed respon. quòd licèt ista sint de imperio; tñ principiũ legis non loquitur de imperio, prout sciuisset facere Vlpianus, si voluisset: sed loquitur generaliter & indistinctè de concessis specialiter & in priuilegium, & sic cuiuscumq; speciei iurisdictionis sint, modò in priuilegium concedantur. quum ergo principium constitutionis generale sit, tota lex erit generaliter intelligenda. l. regula. §. si quis. cum ibi no. per Bar. de iur. & fac. igna. facit vulg. regula. l. de pretio, infrà de publici.

Et si iterum opponas, Vlpianus auctor nostrę legis, non Papinianus, vt alij dicunt, floruit sub Aurelio Alexandro Imperatore, ante Diocletianum, & Maximianum auctores d. l. 2. annis sexaginta & vltra; vt per Paulum Orosium lib. 7. cap. 11. ad finẽ & cap. 16. Ita quòd hæc lex nostra non uidetur potuisse habere relationem ad dictam legem secundã posteriorẽ, & determinare quod ibi in specie dici-

77 tur. Respon. vt per Deci. & alios † contra Bar. in sequenti exẽplo secundo, volentes hanc. l. exẽplificari posse per. l. primã. C. nec liceat potentio. quę tamen lex est posterior, quemadmodũ d. l. 2. & tradũt Bar. & alij in l. j. C. de eden. vbi plenè scripsi.

Secundum exemplum glo. est de. l. vnica. præalleg. & clarius ponit ibi glo. in fine, & sequuntur cõmuniter Doct. reprobato Bar. ut hîc per Alex. Deci. Curt. & Rimin. respõdentẽ ad tex. nostrũ in uerbo Tribuuntur, vt hîc per eũ. Mod. Taur. col. 48. saluant Bar. & minus bene. quod enim dicunt, tendit solùm ad hoc, ꝙ lex illa sit posterior nostra; intelligendo fuisse creaturã Claudij Imperatorius secundi videlicet qui fuit post Alexandrum sub quo floruit Vlpianus, vt ex istorijs apparet. Sed non respectu exempli, quod Bar. reprobauit, & doct. sustinẽt contra Bar. etiã ꝙ exemplum nouum esset & recẽs. & dictum exemplum positum per d. l. vnicam, intelligi potest tàm de imperio, quàm de iurisdictione, videlicet in causa criminali accusationis, vel inquisitionis, quę sit cõtra cõmittẽtes in dispositione dictæ legis; cõtra quos seuera sententia vindicatur, ut ibi dicitur. in causa ciuili quantùm ad pœnã, videlicet iacturæ causę parti applicandam, quę petitur actione ciuili, vt ibi per Bar. in 2. lectura in vers. Quero vtrum præses. & sic in causa iurisdictionis.

Duo alia exẽpla glo. approbantur à Doct. vt hîc per Ias. defendentem à morsu Alber. qui tamen corruptus est, dum dicit restringitur, dicat. intelligitur. de quibus duobus vltimis exemplis videte etiam Mod. Mediol. lib. 2. Paradox. cap. j.

Glo. in verbo Tribuuntur. diuiditur in tres partes. materiã graduum magistratum, de quibus per glo. plenius tetigi. ℣. in euidentialibus. Glossator tamen hîc barbarè locutus est, dicẽdo; Nota esse quatuor ordines magistratuum, Illustres, Spectabiles, Clarissimi, & simplex magistratus. rectius enim dixisset Clarissimos, & simplicem magistratum. & pariter melius fecisset copulatiuè loqui de mero & mixto imperio, quàm alternatiuè.

Ex prima parte glo. ibi, ergo multò magis spe-

78 ctabilibus. nota consequentiam glo. † quòd ea quę sunt meri & mixti imperij, ex quo competunt Clarissimis multò magis Spectabilibus & Illustribus; vt etiam dixit glo. in §. qui vniuersas. l. illicitas. ℣. de offi. Prędis. & Bar. ℣. in euidentialibus glo. & à morsu Ang. & Fulgo. defendit hîc Alex. cuius dicta procedunt quantùm ad probãdum, quòd Consul haberet merum imperium, sed non in terminis consequentię glo. vt hîc per Deci. col. 11. vers. Vltrius, saluantem glo. in eadem specie, seu data qualitate terminorum. quod non satisfacit, vt per eundem Deci. in c. Cùm non ab homine, col. 2. in fine de iudi. magis placet saluatio & concordia Curtij hîc in 9. col. versic. Puto tamen.

79 Et ex dictis glo. habetis † quòd valet argumen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum de minori ad maius affirmatiuè. ad idem tex. cum glo. 3. in clemen. vnica. de reliq. & vener. sancto. vbi Dominũ in sanctis suis laudare iubemur: fortius in seipso. probatur etiã in c. cum in cũctis, in prin. vbi glo. in verbo . Multo fortiùs , de elect. in cunctis sacris ordinibus ætati maturitas , grauitas morũ, & scientia litterarũ inserẽda sunt: fortius in Episcopo, cũ alijs alleg. per Deci. in c. quia in tantùm, ad fin. primæ col. de prębend. immo argumentum à minori ad maius procedit etiã negatiuè, quãdo est omnimoda ratio. l. Pomponius. §. quęsitum, vbi notat Iaſ. in vlt. not. ℣. de acquir. possess. in idẽ recidit illud vulgatũ . Si de quo minus inesse videtur & inest, ergo & de quo magis : secundũ glo. in c. quoniã cũctis. & illud etiã, propter vnũquodque tale est illud magis aucten. multò magis. cũ not. C. de sacrosan. eccle. & prælle. clemen. vnica in principio. cũ ibi not. per Card. Zabarel. in principio : Si scolaris diligit ancillam propter dominam , multò
80 magis dominam. †à maiori uerò ad minus affirmatiuè valet argumentum; quia ille qui potest, quod est plus, potest etiã quod est minus. l. nõ debet, cui de reg. iu. etiam in materia pænali & odiosa. l. nec in ea. ff. de adulter. vbi qui potest impune interfici, multò magis vulnerari, & contumelijs affici poterit. Ad idem. l. in suis, infr. de libe. & posthu. ubi habens potestatem vitæ & nec is in aliquem , utique etiam in bonis illius habebit: ut per Aret. in l. qui plures, per illum tex. ubi Iurisc͡ol. eo modo arguit . ff. de vulg. vt etiam per Deci. in d. c. cum non ab homine. col. 2. & in d. §. quia in tantùm. Multipliciter tamen limitando, vt scripsi in d. l. non debet & est idem sensus, quando argumentũ sumitur à maiori negatiuè, hoc modo; Si id de quo magis videbatur inesse, & non inerat, nec id de quo minus. ita gl. in d. c. quoniam cunctis. affirmatiuè uerò à maiori ad minus arguere in diuersis personis ineptum est; puta , Rex potest hanc vrbem expugnare , ergo & Comes. l. 2. §. ex actis. cum. §. sequenti. de orig. iur. & satis ad sensum patet.

Circa secundam partem glo. ibi dic melius, bene loquitur volens. quòd quando causa specialiter, id est expresse & nominatim committitur, non efficia
81 tur ex hoc indelegabilis: †iuribus per eã alleg. & l. j. ℣. de offi. præfec. vrb. inducẽdo vt per Alex, ℣. in gl. 2. secus vbi in priuilegium, quãdo tamen esset commissa expresso verbo specialiter, censeretur electa in dustria personæ, & esset indelegabilis. l. j. ad finem cum glo. vlt. ne liceat potent. Alexand. suprà in glo. 2. & in l. 2. in §. si fortè de dam. infec. & etiam Deci. super d. glo. 2. & an sit differentia inter mandare & committere ; quibus terminis vtitur glo. tradit Fel. in cap. licèt in corrigendis, col. j. & secunda de offi. ordin.

82 Circa finem istius glo. quæ valde not. est † secundum Alex. & cognoscendum quando causa censeatur in priuilegium concessa, adeò , vt sit indelegabilis : hoc etenim est , vbi est commissa maioribus, & denegata minoribus . Et sequuntur Bar. & communiter doct. vt diximus in superiori bus. & dum alternatiuè loquitur specialiter uel in priuilegium : idem esse vult specialiter, quòd in priuilegium dicere: quod latius ostendi & firmaui. ℣. in euidẽtialibus, & in glo. ij. quæ minus bene loquitur, quã faciat hîc Aduertendumq; est, secundũ Curt. hîc. q͡ tex. in d. l. magistratibus, infrà tit. 2. loquitur de mero imperio cõcesso maioribus, et denegato minoribus . De mixto loquitur. §. magistratibus. l. ea quæ. ff. ad municipal.

Glo. in verbo Iurisdictione , diuiditur in duas partes. in prima declarat tex. in 2. ampliat quod hîc dicitur . Secunda ibi, idem puto. cum expositione glo. transit Bar. in prima quæstione & communiter doct. vt hic per Alex. dicentẽ glo. bene loqui. quod verum non est, quia malè exponit & intelligit tex. nostrum in verbo mandata iurisdictione, scilicèt tota. verba enim potius intelligi debent in specie, quàm in genere. l. hoc legatum. de lega. 3. ergo mãdata iurisdictione in genere. non in specie. Ideo ipse Bar. in l. imperium. col. j. in versic. Tertiò quæro,
83 intelligit in specie , dicens, † quòd Iurisconsul. hîc merum imperium appellat iurisdictionẽ. & cũ eo transeunt ibi communiter Doct. & similiter malè, quandoquidem, vt uolunt glo. Bar. & alij. ℣. in glo. in verbo Constitutione, non solùm procedat quod hîc dicitur in principio in mero imperio , verum etiam in mixto , & simplici iurisdictione. l. 2. de pedan. iudi. cum aliis. suprà alleg. & per consequens restrictio & intelligentia Bar. de mero imperio bona non est: ergo tex. noster. non potest rectè intelligi ac exponi, iurisdictione , hoc est mero imperio. nec etiam precisè de iurisdictione in specie , quum etiam loquatur de causis imperii ; ut ex sequentibus patet . Nec similiter potest intelligi mandata iurisdictione , in totum & generaliter , vt dixi , & demostrant sequentia , per quæ apparet Iurisconsultum semper loqui ubi delegatio fit in specie.

84 Quid ergo dicendum? † Aduerte , quia Vlpianus hîc cum magno mysterio usus est uerbo iurisdictione, ut comprehenderet omnia specialiter cõcessa & indelegabilia : de quibus in principio dixerat: siue essent meri imperij, siue mixti, siue simplicis iurisdictionis : quę omnia comprehenduntur sub iurisdictione in genere, ut per Bar. & alios. in d. l. Imperium. propterea dixit, mandata iurisdictione, ut comprehenderet ea omnia de quibus. ℣. dixerat, siue essent imperij, siue iurisdictionis . Voluit ergo hîc dicere Vlpianus , quòd ea quę specialiter à Lege , Senatusconsulto, vel constitutione Principis tribuuntur , siue sint meri imperij , siue mixti, uel simplicis iurisdictionis , dummodo specialiter tribuantur , mandata iurisdictione , idest per delegationem iurisdictionis non transferuntur : capiendo iurisdictionem pro imperio , si sint causæ imperij . Si uerò sint causæ iurisdictionis, uerbum ipsum iurisdictione, propriè stabit , ut sub genere comprehendatur, & sic stat generaliter; non quòd tota iurisdictio fuerit mandata, sed, ut, in sui generalitate comprehendat quamcunque speciem iurisdictionis, merum, mixtum imperium simplicemque iurisdictionem , quando specialiter fuissent concessa , ut per delegationem non possint demandari . Et per consequens si imperij

sunt, intelligitur, mandata iurisdictione, idest imperio, quod sub iurisdictione continetur. Si uerò iurisdictiones, intelligitur de ipsa iurisdictiõe in specie, quæ comprehenditur sub iurisdictione in genere. & hæc est vera, & pulchra intelligẽtia istius tex.

Glo. in uerbo Quę uerò iure magistratus. diuiditur in tres partes, ut hîc per Iaſ. & in effectu ponit intellec. ad l. nostram. in prin. & in §. j. & tria exempla ad secundam regulam tex.

85 Ex prima parte gl. habemus q͡ ea †quæ cõpetunt iure magistratus, idest eò ipso, q͡ quis est magistratus etiam infimus, secundum glo. & doct. delegari possunt. & approbatur communiter, & latius dixi in 3. no. ampliando, etiam quòd sint meri & mixti imperij, quę competãt iure magistratus in duobus ultimis gradibus.

Secundò ampliatur, vt talis delegatio fieri possit ẽt partibus inuitis, ut per Iaſ. in d. l. iudice. in 7. limit. de iud. Est. n. facultas ista delegandi beneficiũ datũ à lege ordinarijs iudicibus. d. l. more. & l. Imperium, in fin. ergo non debet per partes sibi posse tolli. c. decet. cum vulg. de reg. iu. in 6.

Limitatur secundum Pau. de Cast. hîc in tribus primis gradibus iurisdictionis, de quibus per Bar. in d. l. Imperiũ, col. fi. limitatio tñ prima nõ videtur bona, quũ ea de quibus in prędictis gradibus, non cõpetit iure magistratus, idest omnibus magistratibus, licèt sint de simplici iurisdictione. nec quę ibi dicit Bar. omnino vera sunt, vt ibi (Deo dante) dicemus; ideo ad ibi dicenda me remitto .

86 Secundò limitatur, †vt quamuis possint delegari, non tamen possunt subdelegari, ut p Alex. & Iaſ. in d. l. iudice. Sed nec ista limitatio bona est, quum non sit de regula loquente de delegatione. Alias limitationes videbimus in glo. seq.

Glo. in 2. parte ponit tria exempla de his, quę dicuntur competere iure magistratus . primũ est, de auctoritate interponenda, seu præstanda in manumissione serui, quã causam propterea vult esse delegabilem, qñ scilicèt fit à maiori, secus si à minore viginti annis: ita intelligendo. l. secundam. ℣. eo. ubi glo. idẽ uoluit. & in §. eadem. inst. qui & ex quibus cau. manu. non poss. sequuntur Bar. Alex. Deci. Aquenſ. Mod. Bonon. & alii communiter hîc. & in l.
87 2. ℣. eod. †Fulgo. autem contrarium tenebat, q͡ interpositio auctoritatis quę adhibebatur in manumissionibus, siue fieret à maiore, siue à minore indelegabilis sit, per tex. in l. sequẽti, quę generaliter loquitur, & generaliter debet intelligi. Itẽ quia illa maioribus tantùm magistratibus competit, nõ aũt minoribus. §. multis inst. de liberti. cum alijs pluribus. hîc per Alex. alleg. & cõsequenter nõ cõpetit iure magistratus, ergo non est delegabilis. Et istam opi. sequũtur Parpal. & Cur. in d. l. 2. & Mod. Tau. hîc fol. 31. col. 2. & est opi. multùm sustentabilis, ut hîc dicit Aquenſ. & fuit Bal. ante Fulgosi. ut hîc per Mod. Bonon. & responsiones Alex. ad iura Fulgos. continent magnam diuinationem secundum Aquenſ. & Mod. Taur.

Pró qua opin. Fulgo. vrget tex. in l. apud præfectum Aegipti. ℣. de manumiſ. uind. ubi apud prefectum Aegypti posse seruum manumitti ex cõstitutione diui Augusti dicitur . Si apud omnes magistratus manumissio illa posset experiri, inepta fuisset & superflua specialis prouisio Augusti in Præfecto Aegypti , quum esset de maioribus imperium habentibus, ut. ℣. de off. prefe. Augst. l. j. cũ gl. rub.
88 †Nec obst. l. fi. cum glo. C . de manumiſ. uind. per quam legẽ dicebat ibi Bal. manumissionem posse expediri apud quemcunque magistratum etiã municipalem per quem tex. Mod. Portugal. in repetitione d. l. imperium col. 13. in uerſ. Solus Fulgosius tenent contra Fulgo. quia respon. retorquendo ad oppo. dum ait posse manumissionẽ fieri apud Consules, Prętores, Prędides, magistratusúe earum ciuitatum, quibus huiusmodi ius est. ponderando uerba earum ciuitatum, quibus tale ius est. ex quibus innuitur prædictam manumissionem nõ posse fieri apud oẽs magistratus, sed solùm apud magistratus ciuitatum, quibus ius tale datum est : ergo non competit iure magistratus , quum non posset fieri apud omnes . facit tex. in l. cunctos populos. C. de summa Trini. de relatiuo quod , cuius natura est , præcedentia restringere . Confirmo, ponderando particulã ue, de qua ibi, cuius natura est, idem im-
89 portare q͡ alternatiua, quę inter æqualia † vel parũ distãtia poni solet. l. j. vbi Soc. notat. ff. de reb. dub. & sic mens tex. d. l. fin. est. q͡ illi magistratus ab alijs nominatis & expressis supra , non multum differrent . Igitur debeat esse de maioribus , vt sunt alij ibi proximè nominati: quicquid ibi dicat glo. Non obst. etiam alia ratio Aquenſ. hîc, quam ascribunt sibi Portugal. loco prælleqato, q͡ cum fine iudice delegato vel ordinario procedat manumissio in maiore uiginti armis, præall. §. multis. cum glo. in verbo transitu. fortius debet sustineri, si fiat coram de-
90 legato, per glo. ℣. proximè alle. quia respon. † quòd licèt manumissio possit fieri à maiore sine iudice, quando tamen coram iudice eam facit, coram competenti id expedire debet. probatur in simili : nam prętor potest per se absq; ãlio magistratu proprios seruos manumittere. l. an manumittere. ff. de manumiſ. vind. & tamen non potest apud collegã. l. apud filium familias. §. j. illo eod. ti. ex quo manifestè colligitur in ista materia non procedere id argumentum: Potest quis sine iudice manumittere, ergo corã quocunq; : si ergo præsentiam iudicis uoluerit adhibere, competentis iudicis prędentiã adhibeat. & prędalle. gl. in transitu loquitur respectu causę cognitionis & solemnitatis, quę adhibenda non est in manumissione coram prætore facienda, eò q͡ sine illo & absque solemnitate aliqua potuisset fieri: iccirco causæ cognitio & solemnitas aliqua non requiritur de necessitate, si coram illo fiat . Eritque satis prætorem illum, qui non erat necessarius, adhibere; sed respectu præsentiæ magistratus , si manumittens uelit apud eum id facere , necessaria , erit præsentia alicuius ex maioribus , vt dictum est. Ideo nequit fieri coram quocunque : & debet sibi imputare , quia hanc viam elegit , iuxta tex. l. si mulier , in fine . ff. quod metus caus. facit quod dicit gl. 2. & ibi scriben. in l. j. infrà ti. 2. cum l. pen. & fin. C. qui admi. quòd licèt agnitio bonorum possessionis hodie possit fieri apud quem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunque magistratum, si tamen decretalem quis cõ sequi vellet,id facere debere apud competentem iu dicem,cui tale ius competit.

Et quãuis opinio Bal. & Fulgo. in via disputatio nis defendi possit,à receptiori tñ sententia non es set recedendum.& ad iura Bal. & Fulgo. respondetur,vt per Alex.Nec est inconueniens ea iura ita re
91 stringere: † quum illa quæ nullã aut modicã causæ cognitionem requirunt possint,per delegatum expediri,ét ꝙ requirant interpositionem auctoritatis vel decreti.l.cognitio.§.ut bonorum.j.eo.l. omnia quæcunq;.à contrario sensu de reg.iu.& l.nequicquam.§.ubi decretum.cum ibi no. per omnes scribentes.ſ.de off.procons.& lega. Nec obst.ꝙ actus manumissionis irreparabile contineat damnum, vt dicunt Mod.sic respondẽtes motiuo Alex. quia id non est in consideratione ad impediendum delegationem : ex quo prætor multam adhibet causę cognitionem in tali manumisſione.si.n. haberetur ratio irreparabilis damni, ea manumisſio cum causę cognitione fieri deberet. facit quod dicunt Cano.in c.fi.§.j.de of.deleg. quòd si specialiter fuerit aliquid cõmissum delegato,ita ꝙ personaliter exequeretur, si tñ illud est leue ac modici præiudicij, non censetur electa industria personæ, & delegari põt:ut hîc per Aquens.col.4.in uers.secundò addu co.ergo in proposito, quum adhibere eius auctoritatem sit leue,ex quo fit nulla causę cognitione interueniente,debet posse delegari.Tenendo tñ opinionem Fulgo.maximè per tex.vrgentem in d.l.fi. C.de manu.vind.ad rationem prædictam respon. potest,quòd nõ procedat in materia manumisſionis per iura prælleg.quæ clara sunt. Sed de his satis,maximè quum articulus sit magis difficilis. & speculatiuus,quàm utilis.

92 Secundum exemplum glo. †de apertione testamenti, quæ potest fieri apud quoscunque etiam de fensores ciuitatum.§.sed neque.in glo.alleg. quod intelligit extra vrbem Romanam:ut etiam facit alia glo.in l.testamento omnia. C. de testa. & sequitur simpliciter Cur.

Tertium exemplum glo. est de causis pecuniarijs,præsertim uilibus; ergo etiam non uiles poterunt delegari. contra tex.in l. 2. cum no. per Bar. de pedan.iud.& doctrinã eiusdem Bar. in d.l. Imperium.col.fin.dum ponit, quòd in tribus primis gradibus non potest fieri delegatio. Respon.quòd dictio maximè,in exemplo glo. posita stat taxatiuè
93 pro tantum,ut loquitur Bar.ſ.in euiden.†Pro qua expositione uide glo.in c.illlud.12.distinct. & Iaſ. in l.qui se patris. super uerbo maximè, per illum tex.C.unde lib.

In ultima parte glo.iura alleg.per eam de delegatione non probant,sed quòd maioribus magistratibus sæpe committitur generalis discussio causarũ, & plenissima iurisdictio.Sed voluit dicere gl.quòd ea quæ non spectant ad merum uel mixtum imperium,sed omnibus iure magistratus cõpetunt,possunt delegari per istos,quibus est commissa generaliter causarum discussio, per legem nostram in secunda parte.Induci tñ possent aliter iura alleg. per glo.dum dicunt,quòd omnium partes,quę Romę ius dicunt,ad prędictos spectant:sed qui Romę ius dicunt,habent potestatem de legandi.l. cũ prætor. §.j.ĩ.de iud.ergo & isti.

In fine gl.Accurs.residet,cum intel. de quo.ſ.in 2.no.& in primis glosis vt hîc clariùs & latiùs per Alex.Iaſ.Dec.Aquens.& alios,quòd causæ meri & mixti imperij,quę competunt maioribus magistratibus in priuilegium,ut quia specialiter commissæ maioribus, & denegatæ minoribus, delegari nõ possunt.Causæ verò quæ competunt iure magistratus,idest eò ipso,quòd quis est in magistratu etiam infimo delegari possint.

Et si quis intel.hunc cõem tueri vellet, ad quatuor argumenta,quæ hic in contrariũ facit Dec.facilè respon.posset.nã ad primũ dum ponderat uerbũ vniuersale quęcunq;, propter quod dicebat incõueniens videri restringere ad causas meri & mixti imperij.Respon.absonũ non esse,talẽ restrictionẽ facere,propter aduerbium specialiter in tex.positum,ut per gl.primã & Bar.in prima oppo.Mod. Taur.hîc col.47.Iaſ.in l.quodcunq; de verb. obli. & per alios in l.j.C.de sacrosa.eccl. & ét propter sequẽtia.j.quę omnia sunt de mero imperio.ex quibus declarantur præcedentia,vt de tali imperio intelligantur.vulg.l.si seruus plurium.de leg.j.

Ad secundũ ꝙ de magistratibus municipalibus nihil dicatur,& tex.impersonaliter loquatur:& intelligere de maioribus magistratibus tantũ,sit diuinatio;respon.ꝙ immo de illis virtualiter fit mentio propter verbũ specialiter,& illationem sequentem in vers.& ideo rarè. Ex dictis.n.in præcedentibus infert,vt ibi.Ideo datur intelligi, ꝙ in præcedentibus dixerat de magistratibus,& de maioribus etiã, propter aduersatiuam,quę verò.

Ad tertium argumentum ꝙ secundum cõmunẽ intelligentiã,non esset vis in verbo specialiter;quẽadmodum hîc ponderatur,sed à maioribus tãtùm concedantur,& minoribus denegentur.Respon.ꝙ fit vis in illo uerbo specialiter,quæ quidem specialitas,prærogatiua,& priuilegium ex eo deprehenditur,ꝙ causę sunt maioribus cõcessæ, & minoribus denegatę,ut per Accurs.in gl.2.& in glo.Tribuuntur.& per Bar.in euidentialib.

Ad quartũ de aduersatiua,quę verò, vt debeat intelligi de maioribus magistratibus, quum absolutè loquatur,& aduersatiuè ad præcedentia, quæ de maioribus tantùm loquuntur:& intelligatur facta repetitio maiorum magistratuum & omnium, exceptis his,in quibus expresè aduersatur: & secũdum communem intelligentiã intelligi deberet de minoribus magistratibus tãtùm. Respon.quòd immo vers. Quæ verò,intelligitur & procedit tam in maioribus,quàm in minoribus.Et sensus est,quòd ea quæ conceduntur specialiter & in priuilegium, quia maioribus,& denegata minoribus,nõ possũt delegari.Quæ verò iure magistratus cõpetũt, ideſt eo ipso ꝙ quis est magistratus, delegari possunt. quæ verba verificantur in omnibus magistratibus maioribus & minoribus; quum omnes dicantur magistratus,vt de ordinarijs dixi suprà in rubr. Et sic intentio luriſconsulti non est facere differentiã,an competat specialiter & in priuilegium,& sic

maioribus

maioribus tantùm; an verò iure magistratus, ideſt omnibus magistratus etiam minoribus, vt ſ. dixi in ij.no.Ex alijs tamen prędictus communis intell. nõ potest sustineri,vt dixi in ij.no.& ĩ primis glos-
94 sis.†Vnde dãtur multi alij intellectus ad hunc tex. quos omnes retuli & excusi in libello Exercitationum in sexto cap. vbi posui planam & veram declarationem ad hunc tex. nunquam hactenus non intellectum: ideo ad ibi dicta me remitto.

Glo.in verbo mandari, diuiditur in duas partes principales,prout duo formant cõtraria cõtra secundam regulam.l.nostræ.secunda est ibi,item contra. Corrigite primò hanc glo.ibi,propter iussum legis, vt dicat prędis.in quo se fundant aliæ glo.in l.ius dandi.& in.l.nec mandante, de tutor.& curat.dat. ab his.Et tex.in.§.penul.Instit.de Attilia. tuto.

Pro declaratione istius glo.& dictorum per Bar. super ea in 2. col.qui parum & valde confusè scri-
95 pst super.l.nostra, † tres notabiles & disputabiles articuli se offerunt excutiendi. primus, vtrum datio tutoris sit mixti imperij. secundus an competat iure magistratus,tertius an sit delegabilis.

Circa primum,communis & recepta scriben est sententia,dationem tutoris fuisse & nunc esse mixti imperii, aliquando maioris, aliquando minoris, iuxta tex.in d.§.pen.quum expediatur officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem : vt hîc latè per Rimin.in primo articulo omnibus argumentis facientibus ad oppositum respondentem.

Circa secundũ articulũ à quo depẽdet tertius vt
96 patet ex dictis † doct. hic articulus disputabilis est, vt hîc per Alex.Rimi.Dec.Iaſ.Curt.& alios Moder. & refert se aliàs publicè illum disputasse. Aduertendum in primis,quia videtur ꝙ disputemus de lana caprina, contra præceptum Horatianum ; faciunt sępe Grammatici. Ius.n.dandi tutores, competere etiã magistratibus municipalibus,concedunt communiter scriben.per d.l.Ius dandi. interueniẽte tñ iussu Præsidis vel maioris magistratus.l.Lutius.§. cum testamẽto.j.de admini.tuto.&.§.pen.ſ.alleg. sed esse indelegabile. per d.l.nec mandante, vt hîc latius per Deci.frustra igitur disputamus,vttum cõpetat iure magistratus vel nõ. nam illa inuestigatio fit ad hoc,vt cognoscamus,an possit fieri delegatio.

Respon. disputando posse teneri, talem tutelæ rationem delegabilem esse,vt per Iaſ.Curt.& Mod. hîc.concedit tamen ipse Iaſ.hoc nullius vtilitatis esse: ideo non multùm insistendum. Et quãuis Fulgos.Alexan. Parpal. & Mod.Taur.teneant dationẽ tutorum iure magistratus cõpetere, præsertim per d.l.Ius dandi, sed non esse delegabilem.per d.l.nec mandante. maximè, quum non competat liberè, sed expectetur iussus magistratus.

97 Receptior tamen sententia † à quà non est discedendum, est cum glo. nostra, quum non competat iure cuiuslibet magistratus; & propterea non sit delegabilis, vt hîc per Rimin. Deci. Aquens. & Curt.facientem sex fundamenta pro ista opin. Sed præcipuum & principale fundamentum istius cõmunis sententię est,quia ea dicuntur iure magistratus competere, quæ sibi competunt eò ipso quòd est magistratus, per istum tex. vt sæpe in superioribus dictum fuit.Sed datio tutelę nõ competit iure magistratus, eò ipso videlicet quòd quis est magistratus,sed requiritur iussus Prędis,vt dictum est: ergo necessariò sequitur, quòd non competat iure magistratus : quia tunc nihil aliud expectaretur,vt per præfatos. Ad rationem Fulgo. & Alexan. quòd immo ex argumentatione tali inferatur fortius, ꝙ competat iure magistratus, quia talis iussus non est delegatio, sed præsupponit quòd magistratus ille teneatur facere,& sic importat necessitatem & exercitationem iurisdictionis. quia respond. ut hîc per Deci.& Aquens.in versic. Sed potes dicere. & restringitur talis potestas ad oppositũ in quo est magistratus, qui ibi potest habere maiorem informationem de qualitate tutoris dandi, vt hîc per Curt. eo modo rationi Fulg. respondentem.

Secundò probatur prędicta opinio per l.primã de tuto. & curat datis ab his. & d.§.tutoris datio. vbi probatur,eã tantùm cõpetere illis quibus à lege specialiter est concessa;ergo non competit iure magistratus.Non obstat etiã quod dicunt Mod. Taur. iussum illum tendere ad remotionẽ obstaculi à lege tantùm causati,quia vtcunq; sit,patet, magistratus municipales iure magistratus absq; superioris iussu & cõmissione id facere nõ potuisse, nec posse.
98 † Non omitto ꝙ responsio Iaſ.quam disputando se dedisse dicit.d.l.nec mãdante, exponẽdo, ideſt sine mandato stare nequit, vt hîc per Curt.& sic necesse est dicere, ꝙ determinat verbum poterit sequẽs, non participium mandare prędcedens, quia referendo verba, vt per Iaſ.decideret, magistratus municipales potuisse sine mandato præsidis tutores dare: quod est contra tex. in.§.cum testamento.ſ.alleg. Nescio ergo cum quibus disputaret Iaſ. articulum, dando tales responsiones leues,& contra alia iura. & quicquid hic Mod.Mediol.fol. 30.col.2.dicant, ibi est casus ineuitabilis, quòd datio tutoris sit inde legabilis,etiam quòd illa monosyllaba nec,stet implicatiuè, iuxta.l.nec auus.C.de emancip. liber.& erit sensus, quòd etiam præses non poterit tutori dationem delegare;sicut nec alius magistratus. pro babitur ergo dationem tutoris esse indelegabilem, etiam in maioribus magistratibus. Concludamus ergo communem opin.esse, quòd datio tutoris nõ competat iure magistratus, ex quo alio non expectato ac liberè non competit.Item non esse delegabilem,per prædictam rationem,& tex.nostrum.secundò,quia specialiter & nominatim aliquibus tãtum datur.d.l.i.de tuto.& curat. ergo non delegatur,per l.nostram,& alia suprà dicta.

99 Limitatur prędicta cõclusio,†quando facultates pupilli non transcendent ét quingentos solidos:quia tunc sine iussu Prędiũ,Defensores ciuitatũ,& Magistratus municipales possunt tutores dare.prælle. §.pen.Et sic dicitur iure magistratus competere, & est delegabile,vt hîc per Glo.Bar.Alex.Aquens.Parpal. & communiter alios.Et fuit id rationabile, ne pupilli habentes tenues facultates, cogerentur pro habendo tutore extra locum propriæ habitationis proficisci ad præsidem prouinciæ.

Contraria tamen opinio verior est: quia etiam tunc solus magistratus municipalis id facere non

potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest,ergo non competit iure magistratus: quum non competat liberè. & quemadmodum magistratus municipalis nõ potest id expedire sine iussu Præsidis,quando substantia pupilli excedit quingentos solidos, ita etiã si non transcendat talẽ summã sine
100 Episcopo † id expedire nõ potest,vt hic per Fulgos. Rimin. Deci. Curt. & Mod. Taur. fol. 30. col. j. & 3. qui sequẽtes Ias. in l. magistratibus. ff. tit. 2. hallucinãtur,credẽtes, magistratus municipales esse potestates villarũ & castrorum : concludẽtes propterea ℔ ipsis magistratibus municipalibus sine Episcopo ea datio tutoris cõpetat: quia non esset fauor pupilli,si propter id haberent exire municipium, & proficisci ad alium locũ. facit. l. vnica. C. quando imperator inter pupill. & uidu. nec extra municipium licet magistratibus iurisdictionẽ exercere. l. fi. ff. tit. 2. Nã municipium est ciuitas, & magistratus municipales sunt magistratus ipsius ciuitatis, vt plenius docui in l. 2. de orig. Iur. Et sic declarari debet dictus. §. penultimus ℔ siue defensores ciuitatũ, siue magistratus municipales, qui etiã sunt magistratus in ciuitatibus, dent tutores, id facere debent cum præsentia Episcopis. Nihilominus notabitis de consuetudine nõ seruari, quod de adiunctione Episcopi ad minores magistratus facienda, dictũ est: quẽadmodum nec in alijs casibus, in quibus Episcopus de Iure Ciuili adiũgitur iudici laico ad expeditionẽ
101 alicuius actus. † Id enim cõsuetudo non seruat, vt per Ias. in l. rẽ non nouã. col. fi. & in aucten. si uerò contigerit. C. de iudi. Dedignantur enim nunc Episcopi id acceptare & peragere : ideo nimirum si de consuetudine ciuiles dispositiones de adiunctione Episcopi facienda iudicibus laicis, in aliquibus casibus non seruantur in præsentia.

Videretur tñ loco Episcopi assóciari debere aliquem virum probum, † per ea quæ in d. auctẽ. si verò, scribunt Bal. Paul. & Ias. & Dec. in cap. cum speciali, col. j. de appell. vbi dicit, quòd in prædictis decisionibus, licèt non seruetur, quod de adiunctione Episcopi dicitur, loco tamen Episcopi aliquem virum probum eligendum esse: quod tamen de cõsuetudine etiam malè seruatur.

Et ad declarationem prælleg. §. pen. de quin-
103 gentis solidis mentionem facientis, † idest aureis. §. & iudicare, in aucten. de defenso. ciuit. vbi tex. clarus, qui hoc declarat, loquendo de aureis, quos statim solidos appellat: quod nota pro consuetudine Patauinorum nuncupãtium solidos etiam vbi de aureis intelligunt.

104 Sciẽdumq; est, † ℔ licèt olim septuaginta duo aurei legales libram auri conficerent, vt ibi per glo. & Bar. in l. quotiens. C. de suscep. & auri illat. lib. 10. hodie nonaginta sex usuales requiruntur, vt ibi. & talis computatio habenda est nunc in consideratione. videte in simili Paul. Castren. in l. fi. in fine principij. C. communia de lega. Socin. consil. 48. in 2. dubio, volum. j. Ias. in l. puniri. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. & Mod. Asten. in tract. de augumento. in vltima conclusione ad finem 12. ampliationis. Nonnullas alias limitationes ad conclusiones, vide per Mod. Taur. ff. in fol. 30.

Circa secundam partem gl. eius oppositio sic formanda est: dicitur hîc quòd ea quæ competunt iure magistratus, mandari possunt. Contrà, cogni-
105 tio leuium causarũ criminaliũ iure magistratus cõpetit. §. audient. in aucten. de defenso. ciuit. † Sed deputare loci seruatores, est de leuibus, quũ habeãt solùm inquirere et referre, & tamẽ est prohibitum; iuribus per glo. alleg. ergo &c. Solutio glo. non est bona vt hic per Alex. col. 9. aliter soluentẽ, & approbatur, vt hic Aquens. col. 6. & Curt. 2. & fuit Bar. in 2. col. hic, vt etiã aduertunt Cur. & Mod. Taur. fol. 31. Et licèt ipsi Mod. reprobẽt considerationẽ Alexãdri circa glo. pro qua allegant tex. in §. iubemus. col. pen. in aucten. de collator. Sed non respon. ad tex. in l. j. in §. penul. de offi. præfec. vrb. alleg. per Alex. Nec refragatur d. §. iubemus, quia non loquitur de ordinato ad exploranda crimina, & referenda præsidi, vt in terminis Alex. hic. Sed de insecutore latronum, violentiatũ inhibitionibus, & Tribunis, quos omnino prohibet, vt ex sequentibus appa
ret, ibi, non. n. permittimus &c. Nec est etiam bona j. fol. Bar. quum iura illa loquantur etiã de loci seruatoribus, qui regerent & administrarent loco Rectoris prouinciæ : quos tamen prohibet constitui.

Aduertendũ etiã circa secundã fol. Bar. post Pet. damnatam ab Alex. quia contra iura glo. præfati Mod. clarius deducunt, quomodo sit contra iura ipsius glo. ascribentes sibi reprobationem Alex. Ideo tenenda est fol. Alex. quæ fuit ex inuentione Petri, & Bar. quam sequuntur hic Rimin. Ias. & alij. & vi
debatur, Bart. vnum falsum præsupponere, quòd
106 præses possit prouinciam exire sine causa, † contra tex. in §. j. in aucten. nulli iudic. in d. §. & hoc ipsum. &. l. illud. ff. de offi. præsid. faluando Bart. solue, & respon. vt hic per Curt.

Ex prædictis habetis tertiã limitationẽ ad versic. Quæ verò. duas enim retuli in glo. præcedenti, tertia est quando ordinarius vellet loci seruatorẽ facere, cui penitus & in totũ cõmitteret regimẽ. Sequũtur præfati Mod. fol. 31. col. 4. Sed limitatio non est bona, nec de regula; quia non loquitur de delegatione, sed de concessione ordinarię iurisdictionis: vt per Alex. & præfatos Mod. fol. 31. col. j.

Quarta limitatio relata per eosdem Moder. post Paul. Castren. in l. iudice, in fine. C. de iud. quando quis est ordinarius in vna causa tantùm specialiter sibi commissa, non est etiam bona adhunc tex. & ad regulam loquentem de his, quæ competunt iure magistratus, idest omnibus magistratibus, eò ℔ sunt magistratus.

Nec similiter subsistit quinta limitatio, per ea quæ scribit Deci. in c. cæterùm. ad finem primi not. de iud. & fuit Bart. in l. 2. de dam. infec. & prosequitur latius Alex. in §. si fortè. d. l. 2. loquitur enim de delegato à lege prætoria, qui non sub delegat, per regulam tex. nostri de ordinatio. Vltimæ limitationi prædictorum Moder. de interpositione decreti siue auctoritatis, addatis plenè Deci. in l. 2. in 4. not. ff. eo.

Glo. in verbo & ideo, declarat tex. nostrum, vt principium intelligatur de causis meri & mixti imperij. versic. quę verò, de causis simplicis iurisdictionis, & vtrumque malè, vt dixi. ff. in glo. quæ verò, circa

circa finem, post excussionem intellectum scribentium ad hunc tex.

107 Glo. in verbo exercitationem, † ponit duplicem intelligentiam & declarationẽ ad istum tex. secundum primam de cognitione: secundũ alterã de diffinitione intelligitur. Quę expositiones ordine ipsius scripturę bene cõsiderato non possunt procedere. loquitur. n. de his quibus à lege in criminalibus iurisdictio deferebatur, & non solùm eis deferebat cognitionem vel diffinitionẽ, sed vtrũque. Et ideo uerbum exercitatio, id utrũq; importat, cognitionem. ff. & diffinitionem: quia hęc omnia à lege deferebãtur, & etiam per hanc legem in fine principij, ibi, cognitionem prętor quam ex Senatuscõsulto habet, mandare non poterit. loquitur. n. de cognitione & diffinitione, quas ex Senatusconsulto habebat. l. j. infrà ad Syllani. Et ita hunc tex. declarãt infrà Alex. col. 13. uersf. Restat ergo. Aquens. col. 8. in glo. Posset. & Deci. col. 22. versf. Venio ad secundum. probans per plura, ℔ verbum exercitationis de utroq; intelligi debeat, videlicet de cognitione & diffinitione. eò maximè, quòd ubi in lege fit mentio de cognitione, cõprehenditur etiã diffinitio, vt per eos. Et ideo melius est intelligere exercitationẽ propriè
108 vt cõprehẽdant vtrũque. † Est. n. exercere, tractare, secundum Collumelã lib. 4. ibi, Qui vrbanas artes exercuerit. idest, tractauerit. Exercitatio ergo siue exercitiũ, quod idem est in terminis nostris, est id quod vulgariter dicimus manegio de causę; quod tàm ad cognitionẽ, quàm ad diffinitionẽ pertinet.

Glo. in verbo Iurisdictione. bene dicit, quia posita specie sequitur positio generis. l. siquid earũ. §. interemptũ. de leg. 3. dixi in l. in toto. de reg. iur. iurisdictio ergo tanquàm genus inest mero imperio tanquàm speciei, ut hîc uult glo. & dixi ff. in euiden
tialib. vnde Bart. in l. Imperium col. j. uersf. 3. quæro. dicit ℔ Iurisc. hîc Imperium iurisdictionẽ appellat.

Glo. in uerbo Huius rei. declarat quã relationem faciant dicta verba : potest. n. uersf. iste huius rei. referri ad proxima, & sic ad probandum illationem proximè præcedentem, & ad probandum regulam in prin. legis factam. Bar. in diuisione legis ad illationem refert. glo. hîc ad regulam in principio positam, & hoc magis consonat. & placet quòd Iurisconsul. potius probare uoluerit, quod principaliter determinauerat, quàm illationem inciden
ter factam. arg. l. si quis nec causam. si cer. pet. Facit, quia illatio satis probabatur, & sequebatur ex regula prædicta : adeò quòd alia probatione illius opus non erat. Sed regula probata non erat, igitur melius dicendum est, quòd Iurisconsul. uoluerit declarare regulam ff. principaliter factam.

Glo. in uerbo Fortissimum, intricata est & scabrosa secundum Ias. mihi uidetur multùm inepta, quemadmodum & omnes alię glo. istius. l. nec sciuit hæc glo. explicare conceptũ mentis suæ. Diuidi
tur in tres partes, in prima pręmisso quòd dictio, si, sumitur dupliciter in iure, ponit unam solutionem ad contratiũ principaliter per eam formatũ de. l. 2. C. de condi. infer. In. ij. quę est ibi, uel speciale, aliã solutionẽ ponit. In tertia ibi, uel aliter. ponit tertiã. Et quia est ualde corrupta, restitue primò eam post
uerbum speciale expunctis uerbis sequentibus, ibi, & hîc in ui conditionis ponitur. nam legi debent post uerbum illum, sequens sensus. Item in ultima parte post uerbum cognitionẽ, desunt hæc uerba, non posse demandari, ut patet ex antiquis Codicib.

Circa primam partem, dũ primò glo. uult quòd monosyllaba si, ponatur hîc pro quia: & sit argumentum à cessante causa uel ratione ualidum in iure. §. quamuis, in gl. alleg. Bar. in ij. col. approbat, & sequuntur alii. Et id procedit, quando causa est simplex & finalis, aliàs secus, ut hîc per Mod. Taur. fol. 31. colum. 2. & 3. & Dec. c. cum cessante. de appell. Et in casu legis nostrę, finalis erat, ut est tex. satis ap
109 paret. † Quum tamen dictio si, à lege prolata impor tet conditionem & formam, ac solennitatem nõ leuem. §. quidem Titio. l. quibus diebus. de condi. & demonst. l. prętor. de colla. bono. Bart. pulchrè in l. j. de cond. & demõst. Alex. in l. j. in fi. ff. de lib. & po
110 sthu. & Mod. Taur. loco præall. Quę conditio prolata à lege habet uim causæ finalis: qua cessante, cessat dispositio. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de donat. Ias. in l. 2. §. ℔ si in patris. col. 3. fol. matr. illa monosyllaba si, in hac lege posita, potest propriè stare absque suppositione pro quia: & erit argumentum à causa cessãte. Dũ uero Bar. ait, dictum argumentũ à causa cessante, esse quasi argumẽtum à contrario sensu : Parpal. hîc declarando, dicit differre in modo sumẽdi: quũ argumentum à cessante causa ex mente tantùm sumatur: sed à contrario sensu ex uerbis: ut hîc etiam per Aquens. & ideo damnat Bart. uolentem oppositum. ff. in fi. commenti. qui tamen ut ibi dicam, nõ meretur reprehendi. fortè dixit Bar. esse quasi argumentum à contrario sensu, quia realiter & essentialiter non differunt, sed nominaliter. Verum tamen
111 † quòd argumentũ à contrario sensu non sit ex uerbis, sed ex mente, & interpretatione uerborum, uo lunt Alex. & Dec. in l. pecuniam quam. per illũ tex. ff. si cer. pet. Dec. ff. nu. 59. circa quę uidete etiã Moder. Bono. ff. in 4. not.

In eadem glo. ibi, pro quamuis. licèt hoc uerum sit, ut hîc per Alex. & Ias. in lege tamen nostra inepte dicitur, quum sit sine copula, ut Moder. Taur. loco prælleg. ista j. fol. glos. communiter damnatur: quia in legibus etiã conditionaliter loquentibus sumitur argumentum à contrario sensu: ut hîc per Alex. Ias. & alios, & clarè probat hęc lex nostra. Facit, si conditio à lege probata, habet uim causæ finalis; sequitur. argumentum sumi posse à contrario sensu: quia erit arguere à cessante ratione: quod ut ff. dictum est, permittitur. saluari tamen potest glo. in hac solutione, ut non liceat sumere argumentum à contrario sensu in conditionalibus contractibus si resultaret prauus intellectus, ut in d. l. 2. Et ita uidetur hîc intelligere Bar. licèt lectura sit corrupta, in uerbo nisi debet esse si, & ita intelligendo sanè loquitur, meliusq; est, quã id quod dicunt Mod. Taur. loco prælleg.

In eadem glos. ibi, nisi resultat prauus intell. hæc secunda solutio ad l. secundam de condit. infer. tenetur per Bart. Alexand. & communiter scribent. in d. l. 2. pro cuius intelligentia, † quia scabrosa & difficilis reputatur, Ias. & Deci. altiùs
112 exordiendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

exordiendo, non nulla permittant; omittentes tamen vnum magis necessarium & principale pro intelligentia d.l.& materiæ, uidelicet, ꝙ testator potest hæredē liberare & exonerare à præstatione cautionis, de quæ in illo tit. vt legatorū nom. caueā. Et est tex. clarus in l.ij.& in l. scire. C. ut in poss. legā. nam prædicta cautio fuit inuenta causæ tuendæ uoluntatis defunctorū, & merè in fauorē ultimę uolū tatis defunctorū; secundum Pau. de Castr. in d.l.2. ad finē. ideo nimirum si potest à testatore remitti.

113 Aduertite etiam,† quia Deci. hîc & Paul. de Castr. in prædictis ll. & in prę all. rubr. ut in possess. legatorum. malè dicunt, ꝙ illa cautio solum prę stetur pro legato, & fideicōmisso in diē, vel sub cōditione relictis, quia etiā pro purè relictis prę statur. l. hęc sti pulatio. i princ. & l. sequēti. ℸ. vt legat. nomine caue.

Communis resolutio Glo. Bart. & doct. est, argumentum à contrario sensu ibi non sumi, quia resultaret prauus intellectus, quòd testator uoluerit remittere filiæ suæ cautionem de præstando legato uel fideicommisso, si à marito diuertisset; quum. n. turpitudinem contineat; & à iure sit improbatū. l. reprehendenda. C. de instit. & substit. non est præsumendum, testatorem illud disponere uoluisse. Ideo nimirum, si non sumitur ibi argumentum à contrario sensu. Absurdum enim euitandū est. l. nā absurdum de bon. liberto cap. cum inter. ubi Dec. in vii. not. de except. Nec debet sumi argumentum

114 tale: † quia dispositio quælibet sic intelligenda est, ne possit à sapiente reprehendi. l. Saluius Aristo. in fine. ℸ. de leg. præstan. notat Socin. in consil. 23.

115 colum. 2. libr. 4. † Dec. hîc latè & clarè inducendo tex. in prælleg. l.ij. impugnat hunc intell. tanquam repugnantem legi prædictæ, quæ manifestè vult, quòd dispositio. l. reprehendenda, non vendicet sibi locum illo casu: ergo dato quòd testator expresse iussisset nō caueri, si diuerteret à marito, conditio illa diuortij non remitteretur eo casu: quum in terminis. l. reprehēdenda, dissimilibus remittatur. propterea Deci. post Petrum, & Alber. alium intellectum ad illum tex. ponit, quòd conditio diuortij non fuerit ibi apposita legato, vt in terminis. l. reprehendenda, sed cautioni præstandę: propterea sit dissimile. Ideo rectè subiungit tex. absurdum esse, quia patris voluntati non obtemperatur, quę reijcitur propter conditionem diuortij, negligēdamq; esse edicti formam de cautione præstanda: quia esset multiplicare conueniens, derogando iuri cōmuni, quòd absonum ibi reputatur. Secundum quam declarationem non videtur ibi tractari de argumento à contrario sensu. Quandoquidem etiā expresse disponente testatore, quòd si diuerteret, non caueret, teneretur cauere: quia in illo casu non habet locum dispositio. l. reprehendenda, ut ibi dicitur. quū ergo non attendatur ibi uoluntas testatoris etiam expressa & directa, multò minus tacita à contrario sensu. Ideo dici non potest, quòd sit ibi casus specialis, ubi argumentum à contrario sensu non habeat locum, ut doct. communiter dicunt, vt hîc latius per ipsum Dei.

Sed non est recedendum à communi intellectu, qui probatur ibi, quum absurdum sit. & ibi, uolū tati patris. ac per ratione s̄. assignatas. & quia falsum est, † quod scribit Deci. quòd si testator

116 expresse uoluisset remittere conditionem diuortij & cautionem, non potuisset: hoc enim est contra tex. in d.l.ij.& in l. scire, ut. ℸ. dicam. Et ad rationem Decii ꝙ non habeat locū dispositio l. reprehendēda, in casu illo, respon. non procedere æquiparationem, nec exemplum esse simile, eò quia non fuit ibi facta expresse dispositio de nō cauendo in casum diuortij, prout in. l. reprehēdenda. nā in d.l.2. id solūmodo venit à contrario sensu, qui propterea non sumitur, quia ut ibi dicitur, resultaret absurdū. Et consequenter in casu. l. reprehendenda. remittitur conditio diuortii à testatore expressa, secus in casu prædictæ. l. secundæ, quia non est censendum, testatorē à contrario sensu id voluisse. Ideo non remittitur, quia non entis nullæ sunt qualitates: nec multiplicātur incōuenientia, ut dicebāt prę fati. quia nō est inconueniens ex voluntate testatoris, cautionē illam remitti, vt dixi. Ideo labi videtur Deci. hîc, dicens testatorē expresse non posse disponere, ꝙ filia non caueret si diuertisset à marito. per tex. in. l.2. in fi. & in. l. scire. C. vt in possess. legato. ubi quocunq; iudicio defuncti prædicta cautio remitti potest. veruntamen est, conditionē diuortii remitti in casu. l. reprehendenda. sed non tollitur in casu nostro dispositio & voluntas defuncti de non cauēdo, quia vtile per inutile non tollitur nec uitiatur in separabilibus, ut extra de reg. iur. in sexto cap. utile. Nec obst. motiuū Dec. ꝙ in. l. scire, testator disposuit, sed in d.l.2. conditionaliter loquutus fuit, quæ conditio non disponit, nec in esse aliquid ponit. quia verū est, ꝙ non disponit simpliciter, nec quicquā ponit in esse pendente conditione, & alio non facto.

117 † Sed purificata conditione bene sequeretur dispositio: quę debitū consequitur effectū. Et tunc quod erat in conditione, ponitur in dispositione. l. cedere diem. cum simil. de uerb. signi. propterea in casu d. l.ii. adueniente conditione quòd filia diuertat, vel reiecta ipsa conditione tanquàm à iure reprobata, videbatur, dispositionem testatoris debere sortiri effectū, ut nō teneretur cauere. Sed quia illa uoluntas à contrario sensu veniret; quum turpitudinem contineret, non attenditur, ut uoluerit testator nō caueri in casum diuortii. Et ita declarando, communis intell. optimè ibi probatur. † Dicebat etiam

118 Deci. hîc post Alber. & Fulgo. quos etiam sequuntur Corn. in d.l.ii. & Curt. hic col. 13. quòd in terminis d.l. secundæ contrarius sensus non est, vt prę fati doct. uolunt, si diuerteret filia quòd non deberet cauere; sed solùm sequi, quòd si diuerteret, pater non iubeat, ut caueat: ideo succedere dispositionem tituli ut legatorum nomine. ut hîc per eos. & latiùs per ipsum Deci. s̄. in j. no.

Sed à ueritate alienum est, contrarium sensum ibi esse, si diuertas, non iubeo; sicq; nihil dico. quia tex. ibi in fine ait, non ideo negligi edicti formam, quòd patris uoluntati non obtemperatur, scilicèt tacitè diuertendo, de necessitate intelligēdum est: ergo contrarium non diuertendi, est diuertere. & si (ut dicunt prædicti scriben.) ille esset contrarius sensus, si diuertas, nihil dico iubeōue, uoluntas

tas partis de diuertendo nec expressa nec tacita argui posset. Ideò malè diceret ibi Imperator non negligi edicti formam, eò quia patris voluntati nō obtemperatur. Ex quo datur intelligi uoluntatem patris tacitam uidelicet & à cōtrario sensu resultantē, fuisse, vt non deberet filia cauere, si diuerteret; quia tamen illud turpitudinem continet, remq; à iure reprobatam, quòd inuitetur filia ad diuertendum à marito, voluntas illa tacita non consideratur, nec sumitur argumentum à contrario sensu: & quòd contrarius sensus ibi sit, si diuertas, non caueas, probauimus latiùs s̄. dum tractauimus in not. de argumēto à contrario sensu.

Hîc discutienda esset materia argumenti à con-

119 trario sensu, † quam latè hîc prosequuntur scrib. & Dec. ordinatè. s̄. in not. ostendit, argumentum à cōtrario sensu esse fortissimum in lege, & sumi dispositiuè: ad ibi dicta me remitto.

120 Ampliatur primò communis conclusio † vt procedat etiam in vltimis voluntatibus, in quibus similiter licitum erit sumere argumentum prędictū: quia, si legatum purè datum adimatur sub cōditione, videtur datum sub contraria conditione. l. si legatum purè. l. legata inutiliter, de adimen. lega. l. ali quando, in fi. de condi. & demonst. cum alijs adductis hîc per Alex. in quarto not. Iaſ. 12. & Deci. 15. & Felin. in. c. significasti, col. 4. de for. compet. Deci. hîc post Alex. tenet in dictis iuribus non posse sumi argumentum à contrario sensu, ut legatum videatur sub contraria conditione datum; quia inducta ad unum effectum, operarentur contrarium. contra d.l. legata inutiliter. &. l. non omnis, infrà si cert. peta. Et ideo hoc casu nō sumitur argumentū à contrario sensu, ut hîc etiam per Aquenſ. col. 6. & in iuribus prælleg. legatum primò datum, cui non fuit derogatum per ademptionem conditionalem, debetur cessante conditione ademptionis, uirtute primi legati, cuius prætextu agitur: non autē uirtute secundi legati, sumpto argumēto à contrario sensu: ne inducta ad unum effectum &c. Loquitur tamē Deci. inter dentes, non explicans conceptū mentis, quum non aperiat, an uelit argumentū à contrario sumi posse in vltimis voluntatibus, uel non: sed solùm dicendo, iura prædicta non probare cōmunem conclus. Sed hoc clarè tenet Socin. in cons. 10. col. pen. lib. j. per tex. in fortioribus terminis, libertatis uidelicet adeò fauorabilis; ut in l. Titia. in §. fin. ℸ. de manumiſ. testa. Sed nihil facit, ut statim dicā.

A communi & receptiori sententia non uidetur

121 recedendū: † quia quum argumentum à contrario sensu sumatur ex mente & interpretatione uerborum, ut s̄. dixi; quare non debet ita sumi in ultimis uoluntatibus, sicuti in alijs dispositionibus, ratio diuersitatis reddi non potest. & quicquid dicant Alex. Deci. Aquenſ. & sequaces, conclusio ista optimè probatur in d.l. si legatum purè, cum alijs. s̄. alleg. ubi legatum purè datum, sub conditione ademptum, intelligitur sub contraria conditione datum. pondero illa uerba datum, ergo debetur tanquàm nunc datum, non uirtute primi. & uti-

122 tur uerbo intelligitur, † quia quum id ueniat à contrario sensu, non est propriè ex uerbis, sed ex interpretatione. l. pecuniam quam, ubi Alex. & alij notāt. ℸ. si cer. pet. & Bar. ℸ. Ideo mortuo legatario pendente conditione, legatum non transmittitur, quāuis posteà conditio defecerit, ut ibi. Sumitur ergo ibi argumentum à contrario sensu, si nauis, puta, uenerit ex Asia, adimo & reuoco legatum datum. à contrario, si non uenerit, do; & uolo ꝙ legatum factum cessante conditione soluatur: & primum legatum debetur potius uirtute secundæ dispositionis, quàm primę, quia ademptio illa legati sub conditione facta, incipit contrariam conditionem legato prius dato injicere, ut ad uerbum dicit tex. in. l. si quis ita libertatē, in fine. ℸ. de sta. liber. Bar. in l. si paterfam. test. ff. de hær. instituen. Socin. & Ruin. in l. si mihi. §. legatis. col. 2. de leg. j. uirtus ergo argumenti à cōtrario sensu sumitur ibi dispositiuè; quia à contrario injicit conditionem contrariam legato. Et sic censetur repetitum legatum conditionaliter, & factum nouum legatum: & consequenter legatum potius debetur uirtute secundæ dispositionis, quàm primæ, quia, si ex prima debitū esset, transmitteretur ad hæredem: cuius oppositum uerius est, ut dicitur in d.l. si legatum purè.

Non obst. quòd inducta ad unum effectum &c. quia non operantur contrarium effectum. nam in casu directo operantur effectum illum, ad quem directò fuerunt inducta, uidelicet ademptionem legati. d.l. si legatum purè, cum prælegatis. In sensu uerò contrario operantur contrarium, quia contrariorum eadem est disciplina l.j. & ij. s̄. de his qui sunt sui uel alieni iur. Et consequenter semper operantur effectum, ad quem inducta fuerunt. In sensu autem directo, effectū ad quem in eo sensu fuerunt inducta: in contrario sensu, effectum ad quē à contrario sensu fuerunt similiter inducta. Et sic nunquam operantur contrarium effectū rectè intelligendo, sed semper secundum intentionē agētis.

Limitatur prædicta concluſ. quòd procedat argumentum à contrario sensu in vltimis uoluntatibus, tribus modis per Alex. Iaſ. & Felin. prælleg.

123 † Circa tertiam not. limitationem ubi uerba essent negatiuè prolata, quòd non sit sumendum argumentum à contrario sensu, quia ex sermone negatiuo non inducitur noua dispositio affirmatiua, nisi quatenus prius erat: secundum Bal. in d.l.ij. de cōdi. insēr. per tex. no. in d.l. Titia. §. fin. † ubi per illa

124 uerba negatiua, nisi rationes reddideris, liber ne esto. à cōtrario sensu non uidetur data libertas reddita rationibus, ut hîc per Iaſ. col. 12. Sed Alex. hîc oppositum tenet, sequuntur Aquenſ. hîc col. 7. & Deci. 17. in uers. similiter doctores. Mod. Mediol. lib. 5. Paradox. cap. 5. mouentur prædicti, per tex. in d. §. fin. Et in d.l. si quis libertatem. §. fin. aliter tamen inducendo; quàm faciat Alex. ut hîc per Deci.

125 † Confirmatur hæc opinio, quia fortius negat negatiua, quàm affirmet affirmatiua. l. hoc genus. cum glo. & Pau. de Castr. de condi. & demonſ. latius tradit Felin. in c. de treg. & pac. & Deci. in cons. 490. col. 2. Sed ex oratione affirmatiua sumi potest argumentum à contrario sensu, ergo etiam ex negatiua, data paritate terminorum.

Aduertendū igitur est circa tex. d.l. Titia, in §. fin.

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd seruus redditis rationibus non erit ibi liber, potest tamen patronus si voluerit tunc eum manumittere. quia ex quo verba illa; liber ne esto: præcedentia in ordine intellectus negant potentiam, alia quæ sequuntur, nisi rationes reddiderit: à contrario potentiã ponunt, ut hîc per Alex. & Deci. & cõmuniter scribẽ. ut per Socin. in cõs. prẽall. Curt. in l. prima col. 5. C. de edend. & in l. actione. C. de transac. Aquens. tamen hîc col. 7. versi. Fallit quando, dicit ꝙ in d. §. fin. ex uerbis negatiuis sumitur dispositio contraria à sensu directo negatiuè prolato, non uirtute argumenti à contrario sensu, sed quia contrarius sensus includitur ex necessitate & natura verborũ, per not. in d. l. actione. sed respond. verum esse ex natura uerborum à contrario sensu, vt dicunt Alex. Deci. & alij scriben. non aliter, immo in sensu directo cõtrariũ sonãt, vt ibi in fi. dicit tex.

Alium nouũ intellectũ ad tex. in d. §. fin. tradunt Mod. Mediol. lib. 5. Paradox. cap. 4. quũ dicat, One siphore, nisi rationibus redditis liber ne esto: secus vult si rationes reddiderit, arguendo ab oppositis. quia dicta uerba liber esto, actũ inducũt: ergo illa liber ne esto, actum debent negare. & Scæuola ibi satis habuit breuiter ad interrogata respondere, ex dictis uerbis super quibus interrogabatur, non posse consequi libertatẽ: sed si reddiderit rationes, quid iuris sit, respondet. Cui intellectui non est adhærendum. fatua. n. fuisset ibi dubitatio, & interrogatio Sceuolę, an ex dictis uerbis tantũmodo Onesiphorus, non redditis rationibus liber esset: quod nõ est
126 dicendũ, quia sermones nostri debẽt adaptari † rebus sensu fruentibus. ut. ff. de euic. l. si ita quis, in fine, ibi, quod nemo sanus probabit. de ædil. edic. Nec respõ. ad tale quęsitũ indubitabile penitus, & cõtra. lancillæ. C. de furt. & l. quod Labeo. ff. ad carbonia.

Nec obstat prædicta ratio ab opposit. sumpta, quia talis argumentatio non procedit, ubi non est cõtraria ratio in oppositis, vt per Socin. & alios in rub. ff. de acquir. possess. Alex. hic in quarto not. Vnde verba illa, Ne esto liber; non possunt actum negare, vt possunt ponere illa, liber esto: quum possit testator in testamento libertatem seruo suo dare, non autẽ eum illa priuare, si non sit data, hoc. n. est impossibile; propterea vt dicunt præfati scriben. negant potentiã essendi liberum. Non obst. ꝙ ex communi & receptiori sententia sequeretur, seruum ante excussas rationes liberum fieri nõ posse. contra. l. fin. illo eo. tit. secundum prefatos Moder. quia uerum non est, tale incõueniens sibi sequi, quum hæres cui per testatorem consultum fuit, possit fauori suo renunciare & manumittere, vt per Sali. in l. ij. C. de his qui ad libert. peruen. non poss. facit l. ij. & l. scire. C. vt in posses. lega. & quicquid dicat Deci. contra Alex. prædicta conclusio optimè probatur in §. fin. d. l. si quis libertatem. vt dixi. ff. in prima ampliatione.

Prædicta communis conclusio, quòd argumentum à contrario sensu ualidum sit & fortissimum,
127 † ampliatur utiliter ut procedat etiam in contractibus, ut hîc per Alex. in quarto not. Rimin. col. 3. Ias. 9. Deci. 16. Curt. 13. Mod. Taur. fol. ultimo. Alex. lib. 4. in consi. 5. Socin. consil. 5. col. 3. vol. 4. Felin. in d. c. significasti. col. 4. Alex. in l. pecuniã quã. ff. si cert. pet. Campeg. in tract. de iure dotium. quæst. 19. quintę partis. & pulchrè Bal. in l. apud antiquos. C. de furt. quem sequitur Deci. in cons. 232. col. fina. ubi dicũt. ꝙ prędicta regula procedit, quando in sensu contrario esset contraria ratio: secus si eadem vel maior ratio esset in casu cõtrario: quia tunc cessaret argumentum à contrario, & sumeretur argumentum à simili. l. si defunctus, ff. de cond. ob cau.
128 † Pro hac communi cõclusione allegatur principaliter tex. in l. inter socerum. in. §. cũ inter. ff. de pac. dotal. ubi inito pacto inter generum & socerũ, ut filia in matrimonio sine liberis defuncta, dos patri restitueretur; id actum inter contrahentes intelligitur, ut ipsa defuncta liberis superstitibus dos retineatur, ergo &c. Ad idem tex. in l. si cum dote, in prin. sol. matri. secundum Curt. hîc col. 13. ad quẽ tex. respon. Socin. cons. 9. col. 2. lib. j. quòd dos ibi remanet apud filios ex dispositione iuris communis, non uirtute argumenti à contrario sensu sumpti, quia casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis. l. si extraneus. ff. de cõdi. ob caus. cũ simil. Sed de iure communi superstitibus filijs dos apud eos remanere debet; iccirco dos ibi non remanet filijs uirtute argumẽti à contrario sensu, sed ex dispositione iuris communis. quæ responsio non procedit ad d. §. cum interimmo uidetur confundi per illum tex. uolẽtem, dotem non restitui, cò quia id actum intelligitur inter partes. ergo uirtute contractus, non dispositionis iuris communis, ut dicebat Socin. immo secus esset de iure communi, quia dos patri restituenda fuisset. l. dos à patre, in sui generalitate. C. sol. matri. Bar. in l. post dotem, in quinta quæstione principali. ff. sol. matrimo. Et secũdum glo. Bart. & doct. in locis prędalleg. rententio dotis superstitibus filijs potius fit ui cõsuetudinis, quàm ex dispositione iuris communis: propterea ad illũ tex. melius respon. Deci. & Aquens. hîc col. 16. & 3. quòd ibi pactum in casu expresso frustatorium erat, & nihil operabatur: quia mortua filia in matrimonio dos à patre data ad illũ reuerti debet. d. l. dos. Ideo, ne uerba sint superflua, & pactum aliquid operetur, sumitur ibi argumentum à contrario, quòd stantibus liberis dos debeat remanere. & fuit consideratio Bal. in l. obseruare, in §. proficisci. quæstione 3. ff. de offi. proconsi. & lega. & Socin. in cons. 278. colum. 2.

129 Aduertendum tamẽ est, † quòd in terminis d. §. cum inter. contrarius sensus est, quòd superstitibus liberis dos non restituatur, sed retineatur; non autem quòd remaneat apud maritum, uel liberos, eorumue lucro cedat: hoc enim à contrario sensu non infertur, ut patet ponderando uerba conuentionis in sensu directo. Ideo Iurisconsul. ibi cum mysterio loquitur, dicens: quòd dos retinetur: sed quis eam lucretur, non dicit: ut per Ias. in d. l. post dotem. col. 17. uers. quartò & ultimò. Dos tamen ibi retinetur ad commodum filiorum, ut per Socin. in cons. prædallegato, non uirtute argumenti à contrario sensu non inferentis hoc de necessitate, sed ex presumpta mente contrahentium: ut pulchrè per Aquens. col. 3. & latiùs in d. l. si cum dotem; col. antepen. ff. sol. matri. Et consequenter in d. §. cum

§. cum inter, sumitur argumentum à contrario sensu, vt dos retineatur: quia aliàs conuentio fuisset inutilis & nugatoria. retinetur aũt à patre ad commodum filiorum, non uirtute argumenti à cõtrario sensu; hoc non inferentis, sed ex presumpta mẽte contrahentium: quia cõtemplatione liberorum
130 nominatorum censetur facta conuentio de retinẽdo: † ergo ipsis acquiri debet. l. pe. C. de lega. cũ noper Soc. in consi. 5. uolum. j. Ad l. si cum dotem bona est responsio, ꝙ ibi in casum in quem non est factum pactum, actio de dote competit mulieri, non uirtute argumenti à contrario sensu, sed ex dispositione iuris communis, & sic, quia casus omissus relinquitur in dispositione iuris communis, ut dixi. Ad l. pecuniã, respon. ut per Dec. hîc & ibi. Ex quibus apparet communem cõclus. ꝙ validum & fortissimum sit argumentũ à cõtrario sensu in cõtractibus, non probari in iuribus allegatis pro cõmuni. Sed melius sic probatur: id argumentũ bonum est in ultimis voluntatibus, ut. ff. dixi, ergo & in cõ-
tractibus: quum valet argumentum de ultimis vo 132 luntatibus ad cõtractus, & econtrà. l. Seruum filii. §. cum qui chirographum, de leg. j. Item quia sumitur in dispositione legis, vt dixi, ergo & in dispositione cõtrahentis, quũ diuersa ratio reddi nequeat. Rursus istud argumentum venit ex mente, ut per Bar. & doct. ff. ad finẽ, quæ mens etiam in contractibus attendi debet. l. si in uenditione, cum glo. fi. ff. comm. prędi. ergo &c.

Retenta communi, ꝙ in prędictis dispositionibus licitũ sit argumentum à contrario, tantur multæ limitationes per Alex. Rimi. Ias. Dec. Cur. & præalleg. & Soc. in fallentijs, in regula. 28. Illa est pręcipua & generalis, ut non procedat, qñ resultaret prauus intellectus, per l. conuentuculam, de epis. & cle. cũ rationibus ad illã l. ff. adductis. Et sub hac generali limitatione cõprehendi possunt multæ aliæ, quas doct. hîc separatim ponunt; qñ disponens incideret in pœnam; qñ inducta ad vnum effectũ &c. quando in dispositione à qua sumitur argumentũ, esset dictio implicatiua: & vbi resultaret correctio legum; sunt. n. potius casus enumerandi sub prædicta generali limitatione.

Circa aliam limitationem. Ias. per glo. l. Lucius de hęre. inst. communiter reprehenditur Ias. ut hîc per Cur. col. 15. & quosdam alios Mod. quia illud, ꝙ dicit de liberis est tertium adiacens, cui non est contrarius sensus substitutio. quantum. n. ad eos, non est facta aliqua substitutio, ideo &c. & quod habeat locum argumentum à contrario etiã in uerbis testatoris conditionaliter prolatis, clarè probatur in §. fi. d. l. Titia, & in §. fi. d. l. si quis libertate, de quibus suprà. De materia autem glo. d. l. Lucius, plenè scripsi in l. j. C. de pact.

231 Facio transitum † ad quæstionem statutorum vtilem & frequentem, an argumentum à cõtrario sensu locum habeat in statutis? quam quæstionẽ latè examinat Bar. ff. circa fi. ex cuius dictis duę conclusiones principales colliguntur. primò ꝙ prędictum argumentum non habet locum in statutis, qñ sic arguendo corrigeretur ius commune. quum. n. casus ille decisus sit à iure commnni, standũ est dispositioni ipsius iuris cõis d. l. si cum dotem, in prin. arguendo de pacto ad statutum. tunc. n. ut concludit ipse Bar. in l. omnes populi. col. pe. ff. de iust. & iur. non uidetur fuisse de mente statuẽtium ꝙ recedatur ab illo, nisi id exprimatur. l. quod uero. ff. de ll.

Cum ista conclu. transeunt communiter doc. vt hîc per Alex. & Ias. col. x. & 11. Dec. 20. & Cur. pen. Fel. in d. c. significasti, col. fi. Ioan. Crotum. in repe. d. l. omnes populi. col. 44. Dec. in consi. 110. col. j. & in consi 507. & seq. cum similib.

Mouentur et præfati, quia legum correctio euitanda est, quantùm fieri potest. l. præcipimus, in fi. C. de appell. & quia argumentum à contrario sensu non est expressa prouisio, sed tacita; ac ueniens ex coniecturis; ergo per eam nó est inducenda legũ correctio. l. 2. cum gl. C. de condi. inser. & aliis uulgarib. aduertendum tñ circa tex. d. l. si cum dotem, uidetur. n. ꝙ illud quod deciditur de iure communi, & à contrario sensu, idẽ sit in casu illius tex. qñ extraneus dotem dedit, & in unũ casum illam sibi
132 restitui stipulatus est: † ut actio semper (excepto eo casu) mulieri competat de iure communi. probatur in §. accedit. l. vnicę. C. de rei uxo. actio. à cõtrario sensu, qñ extraneus stipulatur dotem restitui sibi, & non mulieri in casum diuortij, puta, nonne à contrario sensu extra casum diuortij uoluit dotem restitui mulieri, nó sibi prout ius commune disponit? ergo uidetur ꝙ non sumatur ibi dictum argumentum: quia frustra sumeretur: sufficit. n. dispositio iuris communis, & pariformiter in patre: quia licèt actio de dote sit communis soluto matrimonio patri & filię. l. ij. solu. matr. secus erit qñ in unũ casum tantùm stipulatus fuit: quia expressa prouisio hominis cessare facit prouisionem legis. l. fin. C. de pac. conuen. Dec. tñ hîc & Cur. in pe. col. à communi & receptiori sententia recedunt, uolentes argumentum à cõtrario sensu indistinctè procedere, si sumatur ad limites uerborum, seu abnegatiuè, nec tunc resultat aliqua iuris communis correctio: ut per Aquẽt. hîc col. pe. vers. Pro cuius euidẽtia. Sed non est discendendum à communi, quia ut audistis supra, opin. prædictorum damnata fuit & confutata: probando quòd argumentum à contrario sensu dispositiuè sumitur, quia in sensu contrario censetur dispositum contrarium eius, quod in sensu directo continetur. & quod dicunt præfati de argumento abnegatiuè sumendo, indubitatũ est; nec aliqua legum correctio tunc resultare potest: ex quo non induceretur tunc contraria dispositio. Et de his satis.

Paduæ pridię Kalen. Decembris.

SVMMARIVM.

1 *Diuini nominis inuocatio aliàs necessaria, cur hic omissa fuerit.*
2 *Difficultatum campum non ingredimur hic, sed iam diu inuoluti in illis fuimus.*
3 *Officium hic absolutè & in abstracto accipitur; et est idem quòd iurisdictio.*
4 *Continuatio rub. fieri debet, iuxta id, quod principaliter tractatur in tit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Iurisdictionis appellatione an tàm de ordinaria, quàm de delegata intelligatur.*

In rub. ff. de iurisd. om. iud.

TEX. istius rub. diuiditur in quinque partes. In prima ponitur causa efficiens cõpilationis. In secunda causa materialis In tertia demõstrat precedentẽ librũ fine debito fuisset terminatũ. In quarta numerũ sequentis libri apponit. In quinta & vltima titulũ sequentis libri exprimit. secunda, ibi iuris. tertia ibi, digestorũ. quarta ibi. Incipit. quinta & vltima ibi, de iurisdictione.

Casum figurabitis, vt elegãter per Bar. & Alex. in rub. ☞. de no. ope. nun. in principio.

1 Quæri sic põt: † Cur inuocatio diuini nominis omissa hîc fuerit, contra tex. in c. nõ liceat. 26. q. 5. pro solutione videte quæ dicunt scriben. in prædicta rub. de no. ope. nun. Illa solutio est satis plana, ꝙ facta fuerit in prin. operis & cõpilationis: quod quidem principium attenditur, & inspiciendũ est. l. j. de orig. iu. l. si quis ex argentarijs. §. initium. de eden. l. regula. ☞. de iu. & fac. igno. id quod clarè ostendo; quia summus Pontifex ipsam inuocationẽ Domini nõ posuit in principijs librorũ partialium, sed solũ in prin. cõpilationis Decretaliũ. In sequentibus verò omisit, aliàs sequeretur, ꝙ in quolibet capitulo, & responsione repeti debuisset.

Pro declaratione verborũ istius rubricæ videda sunt, quæ scripsi in rub. proœmij Digestorum.

Glo. istius rub. diuiditur, vt hîc per Rimi. & Ias. vel clarius in tres partes. In prima & tertia ponit duas cõtinuationes. In secunda quærit & respõ. secunda ibi, vel quæ. tertia ibi, vel dic. Iterũ secunda subdiuiditur in tres particulas, in prima facit quod dictũ est, quia quẽrit, in alijs respon. secunda est ibi, responde. tertia ibi, vel ibi.

Nunc, vt post Fulg. inquit Ias. campum difficultatũ ingrediemur: mihi aũt videtur, †ꝙ iandudum in
2 illis fuerimus inuoluti in tit. de officio eius.

Cum prima continuatione gl. transeunt communiter doc. vt hîc per Rimi. Cur. & alios. †Secundum
3 quam continuationem officium absolutè & in abstracto accipitur, idemq; est ꝙ iurisdictio, ut per Rimin. Ias. & alios in l. j. in j. quæst. Bar. ☞. eo. De qua quidem materia continuationis rubricarũ satis plenè scripsi in rub. de reg. iu. Et continuatio gl. satis est probabilis: quum simus in principio libri. Cur autem hęc rub. nostra non fuerit posita in principio, quum ab vniuersalibus sit inchoandum, dixi loco proximè alleg.

Circa secundam partem glo. licèt Bar. & Rimin. sequuntur ambas solutiones glo. j. tamen ꝙ in tit. de officio eius, tractetur de iurisdictione, quę est in delegando, non procedit; quia hoc stante, debuisset poni ibi rub. de off. delegantis, non de offi. delegati: ut per Rimi. Dec. & Aquens. in d. rub. de off. eius. nec ibi tractatur de iurisdictione, quę consistit in delegando: sed potius de officio ipsius delegati,
4 vt hîc etiam inquit Cur. in j. col. †Hanc tamen glo. in prima solutione singularẽ dixit. Aquens. in rub. de offi. eius, in principio, ad hoc quòd rubr. debet continuari iuxta principalem materiam tituli. facit regula si quis nec causam. ☞. si cer. pe. Tenenda est ergo ij. fol. glo. Confirmatur, quia ibi de ordinario parum dicit, hîc principaliter & plenè tractat de ordinarijs, differunt ergo tanquàm album & nigrũ; & vt mare à flumine.

5 Ex fine glo. colligitur secundum Alexan. †quòd appellatione iurisdictionis venit tàm ordinaria, quàm delegata. Sed malè colligit vt hîc per Rimin. Dec. & Cur. col. prima. Quæstionem ipsam plenissimè examinaui in rub. ☞. Siquis iudicen. non obtemper.

SVMMARIVM.

1 *Imrisdictionalia aut sunt meri imperij, aut mixti, aut simplicis iurisdictionis.*
2 *Iudex ante omnia illud inspicere debet, ne aliter iudicet quam quod legibus traditum est.*
3 *Officiũ iudicis latius, est quàm pischeria Rauennæ, secundum Rayne. & maximè in arbitrarijs; in quibus bonum est habere iudicem fauorabilem. & nu. seq.*
5 *Iudices in arbitrarijs debent cauere ne sint nimis gratiosi uel partiales, quia peccarent, contra propriam conscientiam agentes.*
6 *Iudex potest omittere condemnationem expensarum, si non fuerint petitæ.*
7 *Ius dicentis cur potius quam iudicis hic dixerit Vlpianus. & nu. 23. cum seq. & 24.*
8 *Officium iudicis cur dictum latissimum.*
9 *Species propriè continentur sub genere. & nu. seq. Specialissimum quod dicatur. ibid.*
11 *Officium iudicis quare potius hic fuerit appellatũ latissimum, quàm longissimum. & nu. seq.*
12 *Exempla mixti imperij, & simplicis iurisdictionis, an & cur tantùm posita fuerint in l. nostra. Copula &, implicatiuè ponitur. ibid.*
13 *Possessionis datio est mixti imperij. & nu. seq.*
15 *Tutoris datio expeditur officio iudicis etiam nemine petente. & nu. seq.*
16 *Pupillus quando connumeretur inter miserabiles personas.*
18 *Pupilli & scholares possunt dici miserabiles, saltem habitu.*
19 *Tutoris datio fuit legislatori præcipuæ curæ. Curator ad litem non datur adulto ex officio, nisi petatur. ibid.*
20 *Pupillo non habenti tutorem, aut habenti, sed nolenti legitimare personam suam, potest iudex de curatore ad litem prouidere, ne iudicium reddatur nullum. Et quomodo intelligatur.*
21 *Delegare est uoluntariæ iurisdictionis, quandoq; tamẽ mixti imperij. & nu. seq.*
23 *Ius dicens, & iudex, ac ius dicere & iudicare, an & quomodo differant. & nu. seq.*
25 *Bonorum possessionem dare, est mixti imperij.*
26 *Potestas in iudice an sit coniuncta cum necessitate. & num. sequen.*
27 *Potest, quandoque necessitatem importat.*
28 *Iurisdictio quomodo diffiniatur, plenè discutitur eius diffinitio. & nu. seq.*

Potestatis

Potestatis uerbi iura comprehenduntur. ibid.
29 *Potestati matris relictus, an uideatur sub tutela illius constitutus.*
30 *Iurisdictio quomodo & quo iure fuerit introducta.*
31 *Statuta condere an sit iurisdictionis, aut simplicis permissionis. uel imperij & nu. seq.*
33 *Missio in possessionem actualis quamuis sit mixti imperij & indelegabilis, cognitio tamen et pronunciatio de mittendo delegari possint.*
34 *Pronunciatio de mittendo in possessionem an & quando dicatur diffinitiua.*
Pronunciatio de mittendo in possessionẽ, est delegabilis & simplicis iurisdictionis. ibid.
35 *Executio, maioris est iurisdictionis, quàm pronunciatio de exequendo.*
36 *Missio in possessionem quamuis non possit per delegatũ expediri, per nuncium tamen sic, & quare, & num. sequentib.*
37 *Nuncius portat uerba domini in ore, & quandoq; illi committitur iurisdictio in paruis. & nu. seq.*
39 *Delegatio & iussus quomodo differant.*
40 *Curatoris ad litem datio an cõpetat iure magistratus, & sit delegabilis. & nu. seq.*
Curator ad litem per quem possit dari & cõstitui. ibid.
41 *Tex. §. Sed & si quis l. fi. C. de admi. tuto. declaratur.*
42 *Tutoris datio quãdo substantia pupilli est infra quingẽtos aureos, quum sit iurisdictionis, an possit delegari. & nu. seq.*
43 *Pupillus quando cogatur litigare extra prouinciam. Tex. l. unica. C. quãdo imperator inter pupillos et uidu. declaratur. ibid. cum nu. seq.*
44 *Vidua reputatur, quæ habet uirum inutilem.*
45 *Iurisdictio & officium iudicis an sint idem, plenè. & nu. sequentib.*
46 *Iurisdictio ante est, quàm magistratus.*
Officium iudicis & iurisdictio an sint idem. ibid.
50 *Actio est filia obligationis.*
51 *Potest, denotat potentiam.*
52 *Officium iudicis sumitur in concreto & in abstracto.*
54 *Officium iudicis & actio an sint idem, uel quomodo differant. & nu. seq.*
56 *Officium iudicis quomodo differat à iurisdictione. & num. seq.*
58 *Potentia duplex est propinqua & remota.*
59 *Officium iudicis parti competere an rectè dicatur.*
60 *Restitutio in integrum expeditur officio iudicis, et quid probare debeat, ipsam restitutionem implorans. & nu. sequenti.*
62 *Officium iudicis quando appellatur persequutio.*
63 *Officium iudicis prout competit parti, non est actio, sed instar habet actionis. Et uenit appellatione actionis largo sumpto uocabulo. & nu. seq.*
Actio præsupponit obligationem, officium uerò iudicis nullam præsupponit. ibid.
66 *Officium iudicis an quando, & quo præsupponat obligationem. & nu. seq. ubi ponuntur effectus resultantes ex prædicta differentia usq; ad finem.*
69 *Officium iudicis debet misericorditer implorari.*
70 *Officium iudicis denegari, non est semper iniuria; secus si denegetur actio.*

In l. primam de iurisd. om. iud.

DIVERSIMODE summari põt, vt, hîc per Bar. & doct. Ego nouiter elegantissimè secundum mentem Vlp. vt puto, ita summo. Officium iudicis latissimè patet, quia in omni specie iurisdictionis, siue meri, siue mixti imperij, siue simplicis iurisdictionis exerceri potest.

De mero imperio dictũ probatur ex implicatiua in tex. posita, ibi: nam hæc bonorũ poss. ut hîc p Alex. & Dec. in j. col. De mixto & simplici iurisdictione, ex exẽplis in tex. positis, vt declarãt Alex. & alij. extra has tres species iurisdictionis nulla alia
1 est: †quoniã omnia quæ iurisdictionaliter & per iudicẽ expediuntur, aut sunt meri imperij, aut mixti, aut simplicis iurisdictionis. §. nulla in aucten. de defenso. ciuit. & l. Imperium. ☞. eo. declarat Rimin. in l. j. col. 10. in fi. ☞. de off. eius. Nimirũ ergo si latissimè patet in materia iurisdictionali, quũ nulla si species iurisdictionis, quę ad eius officium nõ spectet; & quę sit supra tres proximè enuntiatas, in quibus officium suum exercere potest.

Diuiditur hæc lex in duas partes. vt hic per Bar. & Docto.

Casus in terminis figurari potest, ut iacet littera: quum hîc ponantur principia artis, vel generalis regula iuxta ea, quæ post Seuer. dicam in l. Imperium, in prin. ☞. eo.

2 Pro maiori tũ declaratione †potes dicere, dubiũ fuisse, quia iudex ante omnia debet illud dispicere, ne aliter iudicet, quàm ꝙ legibus, cõstitutionibus, aut moribus proditum est. ut instit. de of. iud. in prin. & in §. responsa prudentũ. insti. de iure natu. Propterea videbatur officiũ iudicis ita latè patere, verũ restrictum & limitatum plurimùm esse. Ratio aũt decidendi, quia licèt restrictum sit ad regulas iuris, non sequitur tñ ex eo nec fit quin latissimum dicatur: quum in omni specie iurisdictionis exerceri possit, & nihil sit, vt dictum est in materia iurisdictionali, quę per officium illius explicari ne
3 queat. † Propterea dicebat facete hîc Fulgosi. post Ray. officium iudicis latius esse, quàm sit pischeria Rauennæ, quę est mare. Caueant ergo Aduocati ne Iudices ad iram prouocent, quum possint plurimũ obesse, ex quo officium eorũ latissimum est, ut hîc
4 per Rimi. †& maximè in arbitrarijs, in quibus pręcipuè bonũ est habere iudicẽ fauorabilem. c. cõsuluit, cum ibi no. per Abb. & alios de off. deleg. Cau-
5 eat tñ ipsi iudices ne in prædictis †sint nimis gratiosi, vel partiales, contra propriam conscientiam agendo, quia ad gehennã ædificarent, & inciderẽt in pœnas. c. cũ ęterni, de re iud. in vj. cũ ibi no. ꝙ Io. Andreę, & Mod. Perusi. Bal. in l. obseruare. in §. p-
6 ficisci. q. 26. ☞. de of. proconf. & leg. †Est ẽt prędictũ officiũ iudicis latissimũ, quum possit omittere cõdemnationes expensarum, si non fuerint petitæ, vt per Fel. in ca. significauerunt, col. 2. de excep. & in causa quã iudicat, interpretari iura. Abb. in c. ut debitus. col. 7. de appel. & Dec. in c. intimasti. col. j. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

appel.aliaq; multa facere pót, licèt nó teneatur; ut p Fel.in c.exceptionem,in primis col.de excep.Bal. hic in vltima col.fecundę lecturæ.Can.in d.c.cõsuluit,& Ias.in lect.l.admonendi,col.5.de iureiu.præcedens tñ declaratio de omni specie iurisdictionis, in qua pót officium iudicis exerceri, magis subtilis est,& de mente Iurisconsulti hîc. Nó sit igitur mirum,si officium iudicis dicitur esse latissimum.

Apostillemus litteram,& eo ordine ac modo remanebunt expedita notabilia.

7 In tex.ergo ibi,ius dicentis officium. †Cur potius Vlpianus dixerit ius dicentis,quã iudicis,uidebimus in glo.j.Officiũ multos habet significatus vt hîc per Alex.& Can.in rub.de of.deleg.& diximus ẽ.in rub.de off.eius hic pro exercitio iurisdictionis accipitur,secundũ Alex.Rimi.Ias.& alios.& sic differtà iurisdictione,ut actio ab obligatione,ut pulchrè per Bar.j̃.col.3.in 2.q.

8 In tex.ibi,latissimum est.†Cur dictum officium latissimum dicatur,declarauimus.j̃.Bar. hîc exponebat latissimum, idest genus generalissimũ: quũ oia(vt dixi)cõtineat,quę per iudicem expediri possunt.Dec.& Cur.dicunt Bar.ineptè loqui de genere generalissimo, nisi saluetur in materia iurisdictionis,de qua loquitur.Et pro veritate Bar. prout ex summario & euidentiali suo colligi pót,ita intelexit:nihilominus ab ineptitudine nó pót saluari, quia restinguendo cõclusionẽ ad hanc materiã, nó

9 pót ẽt dici genus generalissimum:†quia sicuti specialissimũ est,post quod nó datur alia interior species, ita generalissimum dicitur illud supra quod non est aliud superueniens genus, secundũ Arist. in librum Prædicabiliũ Porphirij.gl.& doct.l.legato generaliter,de leg.j.cũ alijs quę allegauimus in l. omnis diffinitio,de reg.iu.Quum ergo officium iudicis supra se multa habeat,non pót dici genus generalissimum.& si restringas ad materiã subiectã, de qua loquitur, impropria est & inepta locutio. Præterea,attenta consideratione prędicta similiter animal respectu animalium, genus generalissimũ dici posset,cuius oppositum verius est;ut per gl.& doc.in d.l.legato generaliter.iuridica ergo non est, nec Dialectica consequentia Bar. Officium iudicis est latissimum,ergo genus generalissimum.

Sed ex dictis Barto.incidenter notabitis oẽs spe-

10 cies sub genere suo comprehendi. † addite & propriè hoc esse,ut post Bal.scribit Dec. in rub.ẽ.eo.facit ad quęstiones,de quibus ibi per Rimi.

Quare aũt Iurisconsultus potius dixerit latissimum,q̃ longissimum; dicẽdum est ut hîc per Bar. in 2.col.declarando ut hic pulchrè per Aquẽs.col.

11 j.& Cur.4.†secundum quos latitudo & longitudo adaptari possunt officio iudicis.verùm,quia Iurisconsultus hic loqui intendit de latitudine interlectuali,idest circa quę seu circa quas species iurisdictionis cõpetat officium iudicis:& nó de longitudine intellectuali ac uitæ.i. quanto tempore ipsum officium iudicis duret:propterea dixit latissimum, & non longissimum.& istud in effectu voluit etiã Bar.ut ex dictis suis apparet.

12 Sed instat pulchra difficultas. †Si officium iudicis dicitur latissimum, quia cõprehẽdit oẽs species iurisdictionis,ut dixi: quare in tex. fuere tãtum posita exẽpla mixti imperij & simplicis iurisdictionis, de quibus erat minus dubiũ ? Respondetur,q̃ dictio & in tex.posita,quæ pro ẽt ponitur.l.j. cũ glo. sol.mat.stat implicatiuè respectu causarũ meri imperij:& p̃ consequens implicãdo,pulchra quadã & elegãti forma dicendi, ẽt de mero imperio locutus est Iurisconsultus, ut hîc per Bar.Alex.& alios.& licèt Dec.de prędicta copula &,in hoc tex. posita cõtradicat,loquitur cõtra tex.& gl. in d.l.j.fol. matr.

Nec obst. q̃ natura implicatiuę sit implicare casum minus dubitabilem, ut post alios scribit hîc Cur.in ij.col.Et hîc implicare uideatur casum magis dubitabilem : quia respond. vt hîc per ipsum Cur.& prius Rimi.quamuis Cur.eum nó referat; melius loquentes,quàm Dec.Vtraq; solutio Rimi. procedere pót,prima multũ placet, q̃ implicet casum minus dubiũ propter publicã vtilitatem, quæ principaliter versatur magis in mero imperio, quã in mixto,& simplici iurisdictione,vt per prefatos.

Iuxta prædicta instat alia not. difficultas, ut hîc per Cur.col.2. respond.ut per eum. & prius per Lanc Dec.in j.col.

13 In eo.tex.ibi,bonorum possessionẽ dare.†hodie hęc bonorum possessio decretalis non est necessaria:quum sufficiat simplex agnitio corã quocunq, iudice facta.l.fi.ubi latè scripsi.C.qui admitti. mixtiq; imperij est l.Imperium.j̃.eo.

14 In tex.ibi,in possessionẽ mittere. †obst.§.adipiscendę,in fi.de interdic.Sed respon.ut hic per Cur. in 2.col.Et est etiam mixti imperij.l.iubere.j̃. eo.l. ea quæ.§.magistratibus,ad municip.

15 In eo.tex.ibi,tutores constituere. † probat tutorem dari officio iudicis, quod intelligitur ẽt nemine petente; ut hîc per Alex. quem sequitur Rimin. quamuis soleat opiniones Alex.impugnare.Sequũtur pariter Ias.Cur. & Aquens. Oppositum tenet vterq; Dec.per regulã.§.hoc autẽ iudicium.l.quartæ de dam.infe.Et quia pupillus †inter miserabiles

16 personas solùm connumeratur, quãdo est pauper. Item, quia licèt leges tutorem posse dari absenti dicant,non sequitur,ergo nomine petente,puta,matre,consanguineis,uel alijs similibus personis: ideo eis,vel alijs pro eisdem petentibus,prefati Decij intelligunt; iuxta. l. secundam de off. eius qui vices alterius iudi.obtin.& l. primam.§. magistratibus. de magistr.conuen.

Nõ est à cõi opi.discendendum per tex.apertum in l.illud cũ.l.seq.de tuto.& cur.dat. ab his qui generaliter disponit tutorẽ dari posse per iudicẽ pupil

17 lo,& ignoranti,& inuito:†ergo ẽt nemine petente, propter generalitatẽ legis,ẽt q̃ maior ratio videretur in vno casu,quàm in alio.l.j.quod autem.j̃.de aleato.cum adductis per Are.in consi.81.ad finẽ. & Dec.consi.126.col.1.& in l. si emancipati, in j.

18 not.C.de emanc.†Nam pupilli possunt dici pauperes & miserabiles saltem habitu. Abb. in c. significantibus,col.2.de of. deleg. uel largo modo prout scholares,auct.habita.C.ne filius pro patre.dum dicit:Quis.n.eorũ nõ misereatur? vel propter pietatẽ quũ datio tutoris dicatur actus pius,& expediri potest ẽt die feriato in honorẽ Dei.l.nec mãdate.§.da-

ri

ri tutor cũ no.per Bar.j̃.de tut.& cura.& per eundem Bar.in d.§.hoc aũt iudicium, in 4. opposi. & per consequens est casus specialis, in quo ex causa prædicta iudex impartitur officium suum,etiã nemine petente,prout & in pluribus alijs,de quibus ibi per Bar.& doct.Nec obst.tex.in d.l.2. per Deci. adductus,quia & si dicat, quòd iudex potest id facere petentibus,non tamẽ negat quin etiam id pos-

19 sit facere nemine petente,vt probatur per alia iura prędalleg.† Et de hac re lex habuit magnam curam, illamque specialiter quibusdam tantum iniunxit. d.l.j.de tut.& cura.dat.ab his.l.muto.§. tutoris datio.j̃.de tute.tradunt Rimi.& Mod.in l.j.in gl.mãdari.ẽ.titu. 2. Curator autem non datur adulto ex officio,nisi petatur. §. item inuiti. Inst.de Cura.l. j.C.qui petant tuto.& idem est in curatore pupilli ad litem,vt petenti tantùm dari possit.l.qui habet. §.si pupillus.ff.de tutel.secus in prodigo & furioso,vt hîc per Alex.& in apostil.ad Bar.in l.hæc autem.in principio.ff.ex quib.causis maio.& in consili.122.uol.primo.

Nota tñ, quòd pupillo non habenti tutorẽ, aut

20 habenti,sed nolenti legitimare personã suam,† pót iudex pupillo de curatore ad litẽ prouidere, ne sit in potestate minoris iudicium fugere,& ne conueniatur:seruata tñ in hoc forma.l.primæ.C.qui petant tuto.ut per Mathæ. de Affric.in decisione Regni.236.intellige etiam prędicta citatione generali consanguineorum,amicorum,& aliorũ, quos verisimile est non omissuros defensionem pupilli.d.l.hæc autem.in §.primo cum glo.& aliis alleg. per Soc.in tracta.de citatione articulo 5.quęstione 14.quod nota.

21 In eo.tex.ibi.Iudices litigantibus dare. †hoc est exemplum simplicis iurisdictionis,secundum glo. vltimam,Bar.& docto. & intelligitur iste tex. tàm de maioribus iudicibus, quàm de minoribus, secundum Bar.j̃.in 9.col.& dixi in l.prima suprà de officio eius,voluntariæq; iurisdictionis est. l. placet,la prima.C.de pedan.iudicib.Bal.infrà in gl.3. quamuis iudex ordinarius aliquando id facere cogatur,ut in l.prætor.j̃.eo.in l.fi.C.de assessor.& in l.eos.C.de appel.

Sed uidetur quòd immo istud exemplum nó sit iurisdictionis, sed mixti imperij; quum expediatur officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem, vt hic per Ias.Cur.respond. vt per eum hic Moder. Portugal. in repetitione.l. Imperiũ, in vltimo no. id reprobant,& prius ibi Aquens.in vlt.col.vbi dicã,declarando versi.fi.ipsius.l.Imperiũ. & nisi mu

22 tauero opi.†sequor considerationem Aquens.constituentis differentiã inter potentiã & actum delegationis,quia potentia,seu facultas,& licentia delegandi,est iurisdictionis ; ipsa autem delegatio, vel actus delegandi,mixti imperij,quum exerceatur officio nobili,non iure actionis : de qua potentia & licentia delegandi loquitur. & probat clarè tex.in d.l.Imperium in fi.& in l.nostra,ponderando verbum potest, quod determinat omnia exempla hic posita,& præsertim ultimum,ibi,litigantibus iudicem dare, scilicet potest : & sic loquitur de potentia delegandi, & per consequens vltimum exemplum est de simplici iurisdictione.

Glo.j.tenet,Vlpian. dixisse ius dicentis,non autem iudicis,quia loquitur de maioribus iudicibus tantùm, quę consideratio confunditur per istum tex.in fine. Ideo glo.cõmuniter reprobatur. ut hic per Dec. post alios probantem non esse differentiã

23 †inter ius dicentem & iudicem,nec inter ius dicere & iudicare.& ad rationem Socini tenentis contrarium in l.j.col.7.ff. quis & à quo,patet responsio ex dictis Bar.j̃.in 2.colum.versi.Et si instares.

24 †tenete quòd ista sunt iuris positiui, & quod gratia ornatus & elegãtioris sermonis dixit ius dicentis, & non iudicis:ut hic per Aquens. & Deci. Et quicquid dicat Rimi.quòd Iurisconsul.tractaturus de exercitio iurisdictionis, ut patet ex uerbo officium,conuenienter locutus fuerit per uerbum ius dicentis,significans rem prout est in actu & exercitio, non autem per nomen iudicis id non importans.respond.quòd licèt officium importet exercitium iurisdictionis,vt dixi Vlp. tamen hic non intendit tractare de actu ipsius exercitij,sed loqui de potentia, idest, circa quæ possit exerceri: ideo vtitur verbo potest, à quo omnia alia determinantur:vult ergo quòd officium iudicis possit circa prędicta exerceri,& sic non loquitur de officio iudicis, prout est in actu, sed prout est in potentia: vt hic per Dec.ita igitur potuisset dicere iudicis,sicuti ius dicentis.

Gl.2.diuiditur in tres partes. In prima declarat tex.in 2.probat q̃ dare bonorum possessionem sit mixti imperij.In 3.limi.vt non procedat hodiernis tẽporibus.Secunda ibi,quum.n.tertia ibi,hodie cõtrà.quæ tertia pars in aliquibus libris est ad fi. glo. sequentis,sed melius cadit hic.

Circa principalẽ articulum, quòd dare bonorũ

25 possessionem,†sit mixti imperij; superuacuum est tantùm laborare,quum sit tex.apertus in d.l.Imperium,licèt argumentum gl.corruat ex omni parte: ut hic per Ias.& doc.& tale argumentum à sufficiẽ ti partium enumeratione est valde periculosum & debile: quia enumerata una parte corruit, ut per Abb.in d.c.per venerabilem,de elec. Ias.in l.à patre.col.j.ẽ.de his qui sunt sui vel alie.iu.& in §.omnium,col.3.inst.de actio.

Circa fi.glo.potest diuersimodè intelligi, vt hic per doct.Si intellexisset, quòd hodie agnoscere bonorum possess.coram iudice, non sit meri imperij, quum in præsentia cuiusque iudicis absq; interpositione decreti possit id fieri,bene loquitur, per d. l.fi.cum ibi plenè no.C.qui admit.Sed si uellet, q̃ hodie quando interponitur decretum, non sit mixti imperij,malè diceret,vt hic per doct.de qua materia plenè scripsi in d.l. fi.

Gl.in verbo potest,diuiditur in duas partes.in j. supplet ad tex.In secunda,quę est ibi,est enim, ponit diffinitionem iurisdictionis.

Circa primam partem glo. ibi, & necesse habet, hæc expositio non est necessaria, nec congrua ad hanc legem,in qua Iurisconsul. solùm intendit probare dictum suum, ac ostendere officium iudicis esse latissimũ;quum possit circa omnia iurisdictionalia exerceri. an teneatur postea facere vel ne,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est prẽsentis speculationis, nec attinet ad intellectum Iurisc̃onsulti hic: sed alius est articulus vt vt hic declarant Rimi. Lanc. Ias. Aquens. & Cur. cõfirmantes per tex. nostrum in ultimo no.

26 Dec. hic in studio contradicendi oppo. tenet, †ꝙ in iudice potestas sit necessitati iuncta, per §. iudicã di necessitas, nisi in his quę sunt commissa in libera potestate iudicis. l. non quicquid, ut hic per eũ. Sed malè improbat Ias. & alios, & fallacia est in suo argumẽto. Nam Ias. & præfati loquuntur restrictiuè in terminis nostræ legis, Dec. verò arguit de potestate iudicis absolutè & generaliter, & sic ex separatis, ergo malè. l. fi. de calum. cum simil. Saluari tñ etiam potest gl. ut hic per Cur. vt noluerit se restringere ad hanc. l. sed mens sua fuerit dicere, quòd licèt hîc ponatur tantùm potentia, potest tñ dici ex alijs, ut ex diffinitione iurisdictionis præsertim apparet, iudicem cogi: & ita declarat Gartia Hisp. in l. Gallus in prin. col. 26. vers. non obst. tex. de liber. & posth. dicens, quòd qñ verbum põt, ponitur in materia quę necessitatem importat ex datione potestatis, tollitur necessitas, secundum gl. hîc. nam iurisdictio est potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi. Si in materia iurisdictionis

27 dicamus iudicem posse; †dicendum tunc est, necesse esse eum facere: quia dicta potestas necessitatem habet, in executione, non ex vi potestatis, sed ex materia subiecta, quę est necessaria, ut ibi per eum. Sed in terminis. l. nostrę uerius est, quod dicunt Ias. & præfati generaliter loquendo. in alia materia procedere potest opi. aliorum, quum potestas sit cum necessitate coniuncta. Ex quibus patet, ꝙ verbum potest, quandoq; necessitatem importat; ut qñ ponitur in materia importante necessitatem. ut hic per Alex. Ias. & alios: & p omnes in d. l. Gallus, in prin. An verò & qñ iudex teneatur facere id, quod potestati suę officioque committitur: uide tex. cum ibi. no. in d. l. non quicquid. cum alijs traditis in locis quibus hîc per Cur. in 4. col.

28 Circa secundam partem glo. † hæc diffinitio est communiter approbata: vt constat ex dictis hîc per Alex. Rimin. Iason. & alios, sequuntur etiam Paul. de Castr. in consi. 134. Notandum. col. quinta in antiquis. & Moder. Portugal. in d. l. Imperium, col. j. & secundum Rimi. hîc ad hanc diffinitionem sem per recurritur.

In primis dicitur, quòd est potestas, hoc ponitur in diffinitione, tanquam genus, quum multa comprehendat. l. potestatis uerbo. de verbor. sign. & ad magistratum relatum, Imperium iurisdictionemq; importat, vt per Rimin. hîc, & ibi, Alex. in l. eũ qui. col. j. ff. eo. Rimi. & Aquens. in d. l. Imperium, col. j. dicentes uerbum potestatis hic largè accipi, ut cõ-

29 prehendat etiam iurisdictionem in genere. †prædicta inducit Iaso. ad quæstionem de eo, qui reliquit filium in potestate matris; an uideatur tutrix cõstituta? de quo per eundem & alios in l. manumissiones, col. j. §. de iust. & iur. Dec. in c. ex parte M. ultimo col. j. de appel.

Secundò principaliter dicitur in diffinitione, de publico. Bar. allegat duo iura ad comprobationem. Sed §. huius iuris, loquitur de magistratibus in quibus consistit ius publicum; prout etiam est tex. in c. ius publicum. prima dist. Decreti. ante quos magistratus fuit iurisdictio, de qua loquimur, ut post Ang. dixi in §. post originem. l. secundæ de orig. iu. qui tex. loquitur de distinctis iurisdictionibus magistratuum de iure ciuili, ut per Bal. in l. ex hoc iure, col. j. §. de iust. & iur. ergo non loquitur de iure

30 publico. †vnde videtur, quòd iurisdictio in genere introducta fuerit de iure publico. i. de iure gentiũ, naturali quadã ratione, & instinctu, vt inter mortales essent superiores, qui cæteris pręessent, & maleficia coërcerent, vt declarant Bal. & Aquens. in d. l. ex hoc iure. col. j. facit tex. in c. in apibus, 7. q. j. & consequenter accipiendo iurisdictionem in genere, dici põt; ꝙ iurisdictio introducta fuit de iure publico. & ponderà quòd gl. in diffinitione non posuit uerbũ illud de iure, quo utitur Bar. sed solùm dicit de publico, vt ẽt dixit gl. in auct. de defenso. ciuit in verbo iurisdictione. quod verbum de publico seu pulchrè, per gentes idem sonant. & sic glo. diffiniuit iurisdictionem in genere, quæ pulchrè p gentes introducta fuit; ut inquit Bal. loco prędallegato. ex quibus põt inferri ad quæstionem, ut hic per Mod. Tau. col. 4. Tertiò dicitur in diffinitione cum necessitate. Bar. & doc. transeunt in iudice. nã ubi datur potestas, ibi est necessitas, quæ à potestate separari non põt, ut hic per Dec. col. 3. ampliando ut per Mod. Tau. loco prædallegato. Et intelligitur ista conclusio, si petatur, per regulã. §. hoc aũt iudiciũ. l. quartæ de dam. infe. Quartò dicitur in diffinitione, & equitatis statuendæ. Bar. & alij approbãt, declarate prædicta uerba, ut hic per Alex. col. 2. in uersicu. Nec ad hoc obstat. & per Dec. circa fi. gl.

Postmodum Bar. timore contrarii per eum formati, duo verba diffinitioni prædictę addit, ut per eũ. Sed non fuerunt necessaria, quia uerbum potestas, & uerbum iuris dicendi, nõ conueniunt, nec adaptantur personis, de quibus loquitur Bar. supplendo: licèt. n. dicantur ius reddere illis, quibus tenentur, non tamen dicuntur ius dicere, vt in diffinitione. Ideo Fulgo. Rimi. Ias. & alij ponderationem Bart. cauillationem appellant. Deci. tamen hic respon. ad vnum ex motiuis prędictis, ad aliud de potestate non. idem tamen per aliam rationem consideratione cum supplemento Bar. reprobat; ut etiam facit hic Cur. in 4. col.

Rursus contra diffinitionem prędictã quatuor videtur vrgere secundum Ias. ut hic per eum, cuius motiuis sustinendo communem diffinitionem respondent hic Deci. & Cur. & ultra ad primum motiuũ de chartularijs iudicibus & iurisdictione illorum, respondete, quòd diffinitio glo. & docto. est de iurisdictione, quæ per prius & simpliciter & propriè talis est, nõ proprium & secundum quid, prout est iurisdictio iudicis chartularii, de qua loquitur Iaso. Ad tertium & quartum vltra prefatos respond. etiam ut suprà, quia prædicti non habent iurisdictionem propriè & simpliciter, sed tantùm in habitu. Ideo nimirum, si non comprehenditur in diffinitione loquente de iurisdictione propriè sumpta. Item illud est propter inhabilitatem personarum excommunicati & existẽtis extra territorium

rium proprium, quòd non possunt iurisdictionem exercere. Ad aliam difficultatem de. l. nõ quicquid, faciunt quæ dixi d. l. omnis diffinitio. quòd sufficit diffinitionem comprehendere casus regulares, licèt speciales non comprehendat.

Sed contra prędictam diffinitionẽ glo. & doct. facit, quia illa concernit iurisdictionem Regum in genere, ut per Bal. in d. l. ex hoc iure. & hîc quærimus de iurisdictione iudicum & magistratuum, secundum materiam tituli nostri, ergo diffinitio non satisfacit, nec adaptatur probatio glo. ad dictum suprà positum. Vbi ergo dicitur in diffinitione de publico, si uis diffinire diffinitionem magistratuũ, dicas de iure ciuili, per d. §. post originem. & tradita per Bal. in d. l. ex hoc iure. col. j.

31 Ex prędictis in diffinitione positis † & æquitatis statuendæ, inferunt Alex. Rimin. & alij ad not. quæstionẽ: utrum condere statuta sit iurisdictionis. In quo articulo doct. sunt multùm uarij, interseq; ualde discrepant, ut hîc per Alex. Rimin. & scriben. & alios in locis per eosdem alleg. Cõmunis & recepta Doct. conclusio uidetur, ꝙ regulariter condere statuta, non sit iurisdictionis, sed simplicis permissionis. argumento. l. omnes populi, §. de iust. & iure. ubi omnes populi indistinctè id facere possunt, & tñ omnes populi non habent iurisdictionem, idq; intelligitur in negotijs ad ipsum populũ spectantibus. l. receptitia. in fi. C. de constit. princip. et id procedit in qualibet uniuersitate, agnatione, uel familia, ut etiã possint statuta & ordinamenta inter se facere, ut hic per Alex. col. 2. & Io. Crotum in d. l. omnes populi. col. 4. ponentẽ non requiri aliam confirmationem statutorũ per superiorem. & licèt in casibus prædictis condere statuta, nõ sit iurisdictionis, accipiendo iurisdictionem strictè; accipiendo tamen iurisdictionem largo modo pro ditione & potestate, erit iurisdictionis, ut hîc per Alex. Sed si uellent statuere in rescipiẽtibus restitutionem causarum, non possent, quia hoc pertinet ad iurisdictionem, quam non habent: ideo &c. l. nulli. cum ibi no. C. de sent. & interlo. om. iudi. & statuere

32 tunc iurisdictionis erit. † Et si queras, an sit imperij, uel iurisdictionis, tenẽda est, tãquàm cõmuniter recepta, distinctio Bal. in d. l. nulli. relata per Alex. hîc. & in cõs. 106. lib. 2. Barb. in c. cum accessissent. col. 24. cum pluribus sequen. de constit. ubi etiam per alios Cano. Iacobi. de Sancto Georg. in tract. Feud. in uerbo Cum mero, col. 2. Ias. in d. l. omnes populi, in prima quæstione. Bar. ubi Io. Crot. in 4. col. & sequenti. quomodo autẽ procedat & intelligatur prædicta conclusio, ꝙ habentes iurisdictionẽ possint statuere, declarant Deci. Curt. & alij In. l. j. §. quod quisque iuris.

Glo. in uerbo, In possessionem, diuiditur ut hic

33 per Iaso. ex qua plura colligitur, primò † quòd licèt actualis missio in possessionem sit mixti imperij, & indelegabilis, cognitio tamen & pronunciatio de mittendo, licèt sint mixti imperij, minoris gradus uidelicèt, delegari possunt. l. pen. §. fin. §. tit. 2. rationem diuersitatis assignant hîc Cur. ut euitentur scandala; prout anteà declarauit Ias. in l. iubere. col. 3. & fin. §. eo. de quo plenius dixi in libello Exercitationum.

34 Secundò colligite ex glo. † quòd pronũciatio de mittendo in possessionem est diffinitiua, intelligendo quãdo dicta pronunciatio fit ex secundo decreto, quia negotium perimit, & uim habet diffinitiuæ: secus in pronunciatione demittendo ex primo decreto, ut hic per Alex. col. 3. & ad motiuum Decij in 4. col. potes respond. ex distinctione Rimin. hic in 9. colum.

Tertiò collige ex glo. quòd pronunciatio de mittendo in possessionem, quia delegatur, est iurisdictionis, iuxta uers. primum. l. primę suprà tit. 2. sed uerius est oppositum, quum sit mixti imperii, sed minoris gradus: ideo delegatur, ut per Bar. & doct. in d. l. iubere.

Quartò colligitur secundum Bal. Alex. & alios.

35 †ꝙ maioris iurisdictionis est executio, quàm pronunciatio de exequendo. Executio enim quum sit mixti imperij, nõ delegatur. d. l. j. secus in cognitione, & pronunciatione de exequendo. d. l. pen. §. fi. illo eod. tit. hinc est, ꝙ delegatus diffinit causam sibi cõmissam, & tamẽ nõ exequitur. l. à Diuo Pio, in principio. ff. de re. iud. facit ad not. quęstionem, an prohibitũ per statutũ exequi, renũciare possit exequendũ? Alex. hic concludit ꝙ sic, tamen quia sententia interlocutoria est, reuocari potest per successorem, si sententia nõ fuerit iusta. argumẽto. l. quod iussit, de reiudi. sequitur Deci. col. 4. et Mod. Taur. 6. licèt Aquens. in hoc articulo multũ se inuoluat. addatis Felin. in c. non potest. in primis col. de re. iudi. & in c. j. ad finem de iudi.

36 Quintò colligite, † quòd licèt missio in possessionem non possit per delegatũ expediri, per nuncium tñ fic. sequuntur Bar. Alex. Rimin. Ias. Curt. & alij Mod. quia factũ nuncij, censetur factũ domini. ut hic per Bar. & ex capite suo nihil facit, quũ sit ei statuta certa forma. Bal. in rubr. C. de exercitoria,

37 col. 3. uers. Vnũ scias. † & portarin ore uerba domini in persona illius, non in sua actũ fundans: ut per Felin. in c. ex parte decani. col. 10. in 6. limitatione de rescrip. Sed nonne delegatus agit pro imperio delegantis, non pro suo. l. & si prętor. §. tit. 2. & cõsequenter habetur solũ respectus ad delegantẽ, quare ergo non potest esse? nisi respondeas, ꝙ nuncius nihil habet propriũ, delegatus autẽ sic, scilicèt delegati iurisdictionẽ, ut in rubr. & l. j. §. tit. 2. plenè dixi. & uirtute suæ proprię iurisdictionis facit, quamuis dependeat à delegante.

38 Et est notandum, † quod quandoque committitur nuncio iurisdictio re urgente in paruis, quòd apparente contradictore audiat partes & causam expediat. l. fin. ubi Paul. Cast. not. de iudi. & Curt. hic col. 7.

39 Vltimò colligite ex glo. † differentiam esse inter delegationem & iussum, quia ex primo trãsfertur exercitium iurisdictionis, ex secundo non, ut hic per Alex. Ias. & Mod. Taur. glo. sequentes. contra quam concluſ. uidetur tex. in l. iudicium soluitur, de iudi. ibi, qui iudicare iusserat. iubere ergo iudicare, & delegare, idem sunt. Solutio, iubere alicui non habenti iurisdictionem, ut iudicet talem causam, importat delegationem iurisdictionis, ut

ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi.Sed iubere fieri id quod est meri facti,vt mittere re ipsa in possessionem,non importat delegationem, sed meram executionem : ideo committi potest,& similiter si iussus fiat habenti iurisdictionem super eo,quod iubetur, importat excitationem iurisdictionis,magis q̃ delegationẽ.§.pen.in glo. allegato. ideo fieri potest, licèt ꝓhibita esset delegatio.

Glo. in verbo Tutores, diuiditur in tres partes, prout tres formant quęstiones.Secunda ibi,sed nonne.Tertia ibi, sed secundum.Circa primam non est insistendum, quum latè fuerit de hoc dictũ in.l.j. in glo,mandari.ſ.tit.2.concludendo dationem tutoris esse mixti imperij; & declaratus tex. in.§.tutoris datio. vt hîc per Curt. & fuit Rimin.vt ibi dixi.

Circa primum articulum videnda sunt , quę ibi
40 plenè diximus.† Sed operæprecium est hîc uidere de datione Curatoris ad litem, vtrum competat iure magistratus , & sit delegabilis , vel ne. Alex. hîc concludit, quòd post litem motam quum expediatur officio iudicis mercennario deseruienti actioni iam intentatæ,est simplicis iurisdictionis,& delegabilis ; per regulam d.l.primæ.ſ.tit.2.& hoc casu approbat opin. Ang.& aliorum , qui istud volebant. concludendo etiam cum Angelo , quòd delegatus possit incidenter Curatorem dare ad litem coram
41 se motam , per tex. singularem † in.l. fin. in.§.Sed & siquis.C.de admini.tuto.Idem ponit ipse Alex. in.l.2.col.fin.ĩ.eo.vbi Rimin.col. antepenul. post Bal.similiter dicit, quòd iudex causarum criminalium poterit minori curatorem dare ad litẽ mouendam super causa criminali, per.l.quotiens.C.de iudi.sed si ante litem motam petatur curator, concludit Alex.esse mixti imperij , quum expediatur officio iudicis nobili ad priuatam utilitatem , & consequenter esse indelegabilem, per regulam prædictã, cõtra Angel.& Paul.de Cast.Et pro ista opin. Alex. facit,quia tex.in d.§.sed etsi quis, loquitur ubi necessitas dandi curatorem superuenit mota lite , vt ostendunt verba tex.ibi, sub quo lis vertitur . ergo ante litem motam , & sic quando ab initio potuit prouideri, oppositum dicendum uidetur . Rimin. tamen hîc defendit Paul.de Cas. quia officium mercenarium implorari potest pro actione intentãda & deseruire pręparatorijs iudicij . facit quod dicit Curt.ſ.in 3.col.de potestate delegandi , quòd possit dici simplicis iurisdictionis , quũ expediatur officio iudicis deseruienti actioni intentatæ, quando mota lite impetratur, vel intentandæ, quando impetratur lite nondum mota. & quòd ante litis contestationem istud fieri possit , & post interpellationem,satis clarè probat ille tex.in principio.Et istud voluit etiam Paul.Castr.licèt teneat quòd prędictũ officium sit nobile ; omnes tamen scriben.præalle. concludunt,delegatum incidenter dare posse curatorem ad litem in causa coram se mota . Et si opponeres de tex.in d.§.sed & si quis, ibi,in competenti iudicio,ergo curator dandus est per iudicem cõpetentem , & sic per ordinarium . respond. quòd tex.portat secum solutionem, ibi , iudicis sub quo lis vertitur : ille igitur dicitur competens ad talem actum . & per illum tex. dicunt Domini de Rota decis. 207. in antiquis,quòd iudex laicus , dat curatorem clerico minori coram eo contra laicum agenti.quod procedit in curatore speciali ad illam litem,ut ibi per Bal.& Deci.in cons. 150.col.3.

In secũda parte.glo.ibi,sed nonne. melius dixisset nunquid. uel utrum, quum procedat quęrẽdo, ut hic per Paul.de Cast.& Aquens.& eũ ista glo.trã seunt communiter doct. quòd causę mixti imperij non possint delegari, etiam habẽti iurisdictionem; quum id sit contra generalitatem tex. d.l. primę.ſ. tit.2.& rationem.l.sed si prætor.eod. tit.non enim habetur in consideratione eius potestas & iurisdictio,aut persona,sed tantùm persona delegantis.

42 In fine glos. concluditur, † dationem tutoris in casu.§.penul.instit.de Attil.tuto.demandari fauore pupilli habenti aliàs iurisdictionem:secus erit in causa bonorũ possessionis, quæ non ita frequenter contingit , sicut datio tutelæ. Ias. & Curt. reprobant rationes glo. & Curt. aliter soluit , negans dationem tutelę esse delegabilem , & est communis ac receptior sententia doct.vt in d.l.j.super glo.Mãdari,visum fuit. & si quando substantia pupilli est infra quingentos solidos , magistratus municipales,& defensores ciuitatum fauore pupilli possunt cum interuentu Episcopi tutorem pupillo dare.

43 Quando tamen † pupillus cogeretur litigare extra prouinciã,secundũ Bar.hîc subdubitãtem, causæ imperij pupillorum delegari possent fauore ipsorum pupillorum.argumẽto tex.in.l.vnica.C.quãdo Imper.inter pupil. & vidu. quę lex, vt hîc probat Rimin.ad propositum nõ facit ; sed secundum Alex.Ias. & Curt.probat in argumentum & per rationem : quia quum pupillus priuilegiatus sit, ne cogatur exire prouinciam, quamuis ad principem vocatus , pariter ex identitate rationis debet esse priuilegiatus,vt causa aliàs sui natura indelegabilis , possit delegari; ne de prouincia sua extrahatur. Sed si ex prouisione illius legis , pupilli non possint cogi extra prouinciam litigare etiam corã principe,ineptè dici videtur,posse dictis casibus fieri delegationem contra regulas iuris , ne cogantur litigare extra prouinciam suam : quia si secundum ordinem iuris nõ cogũtur extra propriam prouinciam litigare,recurrendum est ad viam ordinariã, non ad extraordinariam,& specialem delegationis aliàs prohibitæ : & sic pupilli habent petere se remitti coram iudice suæ prouinciæ . nisi saluando Bar.dicas,quòd loquitur in casu, quo pupillus cogi posset extra prouinciam litigare, vt quia succesisset alteri , cum quo lis fuisset inchoata, iuxta notata per Ioa. Andreæ in c. fin. de fo. compet.lib.6. vel quando defunctus se & successores suos iurisdictioni illius loci submisisset,vt his casibus causa pupilli possit delegari , per rationem d. l.vnicę , quæ tanquàm fauorabilis extensionem recipere potest, secundum Alex.& Ias. hîc,quod esset not. Sed non videtur uerum in puncto iuris , quia priuilegium pupillo & alijs datum,intelligi debet sine prędiudicio tertij.l.nec aauus.C.de emancip.liber. si non cogeretur dictis casibus pupillus litigare , & causam inchoatam coram illo primo iudice prosequi , aut litigare in loco ad quem facta fuit summissio , priuilegium pupilli in damnum tertij redundaret , &

ius

ius ipsius tertij ex prouisione sua quæsitũ in secundo casu tollere; quod lex non patitur, ergo &c.

44 Pro ornamẽto autem † illius.l.vnicæ, notabitis, ꝙ nedum pupillus vel vidua vti potest priuilegio illius legis,verum etiam alius maior & priuatus habens causam communẽ cum dictis personis . Alex. in cons.122.col.3.vers.Sed regula. lib. 4. facit tex. not.in.l.si communem.ĩ.quemadm.ser. amitt. cũ multis quę accumulaui in l.si emãcipati.C.de coll. & licèt illa lex vnica loquatur in vidua,tamen vendicat etiam sibi locum in nupta, quæ inutilẽ habet maritum. Alex. in cons.104.lib.j.& de materia eiusdem legis , videte etiam Alex.in cons. 121.in fine.lib.j.Abba.& Felin.in c. significantibus , col.ij. de offi.deleg.Deci.in c.cæterùm. col. 8. de iudi. & Lactan.lib.6.de vero cultu, cap.12.

45 Extra glossas quærit in primis Bar. † vtrũ iurisdictio & officium iudicis sint idem. ex cuius dictis plures colliguntur cõclusione,vt hîc per Cur. Mihi videtur,ꝙ doctrina sua fuerit parum vtilis & sophistica . propterea Paul.Castren. & Alex.illam omiserunt tanquàm parum realem;& Curt.in aliquibus improbat dicta Bar.primò dum arguit à situatione legis, quum argumentum sit debile. Secundò inquantum vult,ꝙ dicendo officium iudicis, præsuppono ante fuisse iudicem : cum eodem tempore vtrumque creari possit, vt in similibus per eum ponitis . Idem hîc vult Aquens.dum de loquelâ verba facit.Præterea contra Bar.ꝙ non sit vera differentia per eum posita inter officium iudicis,& iurisdictionem iudicis , quia vtroque casu videtur primò nominatum officium & iurisdictio, inde iudex; patet, quia sicuti quando dico , officium iudicis; si iudex officium habere debet , illiq; præesse , necesse est, quòd primò sit iudex, inde officium ; prout voluit dicere Bar.ita quando dico , iurisdictio iudicis, similiter necesse videtur,quòd primò sit iudex, inde iurisdictio , si iudex illam habere debet ; qua ergo ratione dixit Bar. quòd nominando iurisdictionẽ iudicis , primò & principaliter iurisdictionẽ nomino, secundò personam eius , cõsideratio de officio iudicis confundit id , quod de iurisdictione dixit: nec iura per eum alleg. aliud probant.& tex.in d.l. fin.C.ubi & apud quẽ.quæ melius videbatur probare,ibi,apud iudicem cui aliqua iurisdictio est. & in fine ibi,vel certę administrationi, cui hęc iurisdictio adhęret, & sic videbatur probare,iudicem esse ante officium & iurisdictionem, aliter intelligitur, vt statim dicam.

Immo videtur oppos.dicendũ eius , quod dixit Bar.ꝙ nominando officium vel iurisdictionem iudicis,primò censeatur nominatum officium & iurisdictio,deinde iudex , quum ea sit ante iudicẽ, &
46 magistratum,qui illi officio præponitur, † & ratio naturalis ostẽdit,& probatur in illo Virgiliano Iura magistratusq; legunt,sanctũque Senatũ. Natura.n. dictat, vt primò constituatur officiũ & iurisdictio, inde prouideatur de persona,quę illi officio pręsit, vt hîc etiam voluit Bald. in ij. lectura col.j.allegando tex. in.l.2.in §. post originem.ĩ.de orig.iur.vbi notauimus.

Vnde concludendũ videtur,ꝙ iurisdictio & officium iudicis nó differant modo deducto per Bar. sed sint synonima secundum Bal.hîc Rimin.& Ias. probaturque in rub.ĩ.de offi. eius , cum ibi no. & in rubricis precedentibus. Et si volumus constituere differentiã inter prędicta,dicamus secũdũ Paul. de Cast.in rub.ĩ.eo.& Rimin.,hîc quòd differunt vt continens , & contentum:in hæret enim iurisdictio officio , vt anima corpori.In quam sententiam satis cõueniunt & quadrant.l.honor.& l.fin. alleg. per Bar.volẽtes quòd iudici & administrationi insit iurisdictio tanquàm contenta videlicèt in continente sub officio & administratione.

Facit ergo Bar.in hac sua theorica quinque con-
47 clusiones principales. † Circa primũ ꝙ simpliciter & in abstracto , cõsiderãdo ꝙ officiũ & iurisdictio non differant,iccirco officium potestariæ & officiũ capitaneatus idẽ sunt: & idem sonant ꝙ iurisdictio potestariæ & capitaneatus . Doct.cõmunitet transeunt.& probatur hæc conclusio in rubricis,& legibus præcedentium titulorũ . Et quãuis Bar. prima facie videretur implicare sibi contradictionẽ, & cõsiderando officium in abstracto & sine persona illi præposita : & postea subiiciens , ꝙ primò uidetur considerata persona , vbi de officio facta est mẽtio: pót tamẽ optimè ad hoc responderi , & saluari Bar. quia primò cõsiderauit personã particularem & in specie:quia officiũ est in abstracto consideratũ sine aliqua particulari, quæ ei pręsit : ex quo officiũ abstrahit à persona particulari & determinata.In secũdo casu concludit Bar.ꝙ cõsiderando officiũ in abstracto vt ſ.officiũ semper & omni tẽpore est vnũ, licèt personæ mutẽtur.l. proponebatur.ĩ.de iudi.
48 † & c.si gratiosè.de rescrip,in sexto . Idẽ uoluit ipse Bar. in l. cum apud. col.2 .infrà iudic. solui.& pulchrè latiusq; prosequũtur, inferẽtes ad multas quę stiones,Roman.in cons.210.Circa primũ.& Felin. in c.ex litteris.col 6.de cõstit.circa prędicta ad intelligentiã & ornamẽtũ.d.l.proponebatur.plura scripsi & cumulaui in l.2.C.de pact.iter. empt.& vẽd.

49 † Tertiò principaliter concludit Bar.ꝙ considerando officium iudicis in concreto , ideſt , prout cohæret personæ iudicis : capiendo officium pro tali administratione , differt à iurisdictione,quia iurisdictio est ius atque potestas &c. officium est exercitium illius iuris ac iurisdictionis.l.3.§.in eum.ĩ. de administ.rerum ad ciuit.pertinen.ibi, post depositum officium.ideſt exercitium iurisdictionis Reipub.& indicant præcedentia. Et sic officium, vt dicunt Petr.de Bella pert.& Bal. oritur ex iurisdictione,& est exercitium illius, & sic differunt , vt in si-
50 mili actio & obligatio, † quum actio sit filia obligationis.l.licèt.§.obligatio.ĩ.de procur. & sic exercitium ipsius obligationis.§.j.instit. de actio. vt per Bar.ĩ.in quęst.sequenti, & approbatur cõmuniter à scriben.vt hîc per Ang.Rimin.Ias. Cur. & alios.

Et licèt videatur obstare secundum Curt. quia officium est ius,secundum Bar. in sequẽti quæstione,ergo non est exercitium , & sic facti , prælegato.§.in eum,tamen potest respõd.ex mente Bart.in sequẽ. quæstione,quòd inquantũ dicimus & appellamus officiũ iudicis, exercitium, non intelligimus de actu,prout est in fieri , sed de iure exercẽdi iurisdictionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictionem, & sic de exercitio in potentia. Ideo hęc
51 nostra lex vtitur uerbo potest, †quod potentiā denotat, vt hîc per Dec. in quinta col. & diximus suprà, & hîc officium iudicis erit ius exercendi ipsam iurisdictionem. ad quod adduco tex. no. in l.j.§.j. ff. de suspec. tuto. ibi, mandata iurisdictione, officiū iuris dicendi in eum transit.

52 †Quartò principaliter vult Bar. ꝙ sumendo officiū iudicis in concreto iuxta prædicta, unū erit officium, idest separatum in persona cuiuslibet iudicis, iuxta d.l.cum apud. & d.c.si gratiosè. cum no. per Bar. in d.l.cum apud, col.2. Roma. & Fel. in locis prealle. & Dec. in consi. 108.

Quintò & vltimò concludit Bar. ꝙ officiū iudicis consideratū discretim prout exhibetur particulariter in causis singulorū, dicitur latissimū, vt hac lege, & genus generalissimū, ut per eum, quē malè loqui ostendimus in superioribus. & differt à iurisdictione quemadmodum actio ab obligatione, vt s. dictū fuit. Propterea Ias. hîc dicebat hunc vltimū casum Bar. nō differre à tertio præcedēti, cui Dec. in 5. col. respon. ostēdendo ꝙ immo manifestè differt, vt per eum. Sed voluit Ias. dicere, ꝙ nō differt in effectu, quia ibi officiū pro exercitio accipitur, & similiter hîc. Et ita etiā volunt hîc Mod. Taur. Ego dico hoc voluisse ipsum Bar. in sequenti quæst.

Sed videtur ꝙ Dec. in alio malè dicat, quòd cōsiderando officium prout exhibetur in particularibus causis, varietur in speciebus; quia aliquādo erit nobile, aliqn̄ mercennarium inter aduersarium. quæ variatio non cadit si pro totali administratione consideretur, quia non potest tunc dici genus, vt etiam videtur fuisse mens Bar. nam sub toto cōtinetur pars. l. in toto. de reg. iu. † & omnes species
53 propriè continentur sub genere, vt per Bal. in l.2. C. de iure aureo. annul. Si ergo officiū generaliter pro tota administratione capiatur, nonne sub tali generalitate omnia quæ officio & administrationi incumbunt, continentur, & sic omnes species administrationis? certè sic. videtur ergo, ꝙ tā hîc quā in tertio casu de quo. s. officiū pro exercitio iurisdictionis capiatur, ibi cumulatiuè, hîc discretiuè intelligendo. Et sic in effectu modica est differentia.

Postremò videtur argui posse & reprehēdi Bar. dū loquitur de officio aduersario, vt hîc per Dec. in vj. col. in alia sequenti quęst.

54 Secunda principalis quæstio Bar. est: † nunquid officium iudicis, & actio sint idē, uel quō differāt? quæstio est not. & vtilis, licèt Bar. fuerit nimis prolixus. Sed vt clarius pateat eius doctrina, ex dictis suis octo cōclusiones colligimus. prima erit, quod officium iudicis prout cohęret & residet in iudicē, est ius faciendi ea, quæ sibi vt iudici facienda incūbunt. l. ius dandi. & §. qui vniuersas. hîc allega. per eum. Contra Bar. tenebat hic Aquens. quòd immo sit merum factum in executione iurisdictionis consistens, vt in prędcedenti quęstione vidimus.

Respond. ut hîc per Dec. & Cur. & prius per Ias. s. col.3. versi. Ego puto. Immo Bar. met. j. in eadē quæstione, ꝙ inquantùm officium iudicis appellamus, exercitium intelligimus, non prout est in fieri, & actu, sed prout est in potentia: & sic idem est quòd ius & potestas faciendi, & probatur per tex. l. nostræ in verbo dare potest, iuncto in principio ibi, ius dicentis officium. & in l. Imperium, in fi. j. eo. & in d.l.j. de suspec. tuto. in § j. ibi, officium iuris dicendi. facit tex. in rubr. extra de officio & potest. deleg. qui vtitur dictis vocabulis tanquàm synonimis. Officium igitur iudicis potest dupliciter considerari, prout est in fieri seu in actu, & particulariter in causis exhibetur, & sic in exercitio propriè. Item prout est in potentia exercendi, vt accipitur in l. nostra, secundum quod suprà dictum fuit. Et hoc modo accipiendo, iurisdictio est potestas, ut in diffinitione diximus: & officium est ius & potestas, vt s. ergo parum differunt. secundū Deciū differentia est in hoc, quia officium est in potentia magis propinqua ad exercitium; & iurisdictio est potestas magis remota, nihil tamen allegat.

55 †Ego legaliter loquendo, dico ꝙ licèt modo prædicta considerando, vtrumq; sit ius: actio tn̄ oritur ex obligatione, iuribus. s. alleg. ita officium iudicis, quemadmodum & iurisdictio, est ius, ut dixi; & oritur ex iurisdictione, vt hîc per Bar. & Bal. s. in j.q. & videtur tex. in d.l.j.§.j. ff. de suspec. tuto. ibi, mandata iurisdictione, officium iuris dicendi transit tāquā descendens, videlicet ex iurisdictione ut à matre. & sicuti per actionē quis consequitur, quod in obligationē deuenit, ita per officium iudicis deducitur ad effectum, quod in iurisdictione cōtinetur, vt subijcit Bar. habet ergo se iurisdictio ad officiū iudicis, vt mater ad filiam.

Posset etiam aliter opponi contra diffinitionem Bar. ut hîc per Mod. Taur. col. 11. in primo motiuo. Sed dicunt contra tex. in l. quis ergo casus, de peculio.

56 Secunda conclusio Bar. est, †ꝙ officium iudicis differt à iurisdictione, sicut actio ab obligatione. declarādo, vt hic per eum. & quamuis Cur. dicat nusquam probari, ꝙ officium iudicis oriatur & descendat à iurisdictione, vt actio ab obligatione, tn̄ ultra Bar. hic, hoc dicit etiam Bal. s. in prima quæst. quia quum causetur à iurisdictione, dici potest ab ea descendere: quod etiam probatur (vt dixi) in l. j. in §. j. de suspec. tutor.

57 Tertia cōclusio Bar. †ꝙ propterea officiū iudicis differt à iurisdictione, tanquā actus à potētia, &c. vt hic p eum. Cur. redarguit Bar. quū potentia loquendi nō deducat locutionē ad actū, sed econtrariò. saluat tn̄ Bar. ut per eū. Putabā aliàs lectura Bar. corruptā, ficq; stare debere: aliud est potentia loquēdi, quæ per locutionē deducitur in actū. Sed nunc minimè, quia, vt ex sequentibus apparet, Bar. vult ꝙ vt potentia loquendi deducit ad actum loquelā vel locutionē, idest ius, & facultas est deducēdi, ita officium iudicis, ut cōsistit in potentia deducat iurisdictionē ad actū; idest, ius sit deducendi, vt statim subiungit Bar. allegando. l. primā. s. de off. consul.

58 †& quum potentia duplex sit, propinqua & remota, vt habens habitū scientiæ est in potentia propinqua ad sciendum: puer verò qui adhuc nō habet habitum, est in potentia remota ad sciendum: ut scribit Arist. secundo de anima, tex. cōmen. 55. de qua quidem duplici, potentia ponunt etiam Legistæ.

stæ. Pau. & Ias. in l.3.§.fin. j. de eo quod certo loc. Dec. in l. quatenus. in fi. de reg. iu. & dixi in l. unica in 2. dubitatione. C. de sent. quę pro eo. at potentia de qua hîc loquimur, est propinqua.

Quarta cōclusio Barto. ꝙ impropriè loquimur, quū dicimus officiū iudicis parti cōpetere, quum uideatur repugnantiā continere, ut hîc per eū. cum quo alij transeunt, excepto Cur. qui cōcludit posse propriè parti cōpetere, rectęq; dici, ꝙ sit iudicis, ut hîc per eum: quia quò ad implorationem competit parti, quò ad cōcessionē & exercitium est iudicis, & in iudice, & istud non impartitur nisi petenti. l. 4.§. hoc aūt iudiciū. de dā. infe. & istud ēt satis voluit ipse Bar. j. dū loquitur de excusatione. faciūt q̄ in proposito scribit Seuer. in d.l. Imperiū, in 8.q.

60 Quinta conclusio Bar. †quòd restitutio in integrum expeditur officio iudicis. l. quod si minor, in fi. ff. de minor. c. cum ex litteris. de in integr. rest. c. fi. de off. iud. Ias. in l. ea demum. C. de colla. & Soci. in consi. 266. col. 9. & seq. ubi concludit, quòd si non competit restitutio in integrum, officium iudicis implorari non potest: ut ibi per eum.

61 Quid autē deducere & probare debeat † uolens consequi huiuscemodi restit. in integrum, tradunt Alex. in consi. 55. in fi. lib. 5. Io. de Anan. in consi. 85. Ias. in l. nā & postea. in §. si minor, per illū tex. j. de minori. & in consi. 188. lib. 2. Dec. in l. singularia. col. 9. vbi Cur. 7. j. si cer. pe.

Sexta conclusio Bar. ꝙ officiū iudicis prout cōpetit parti, †si careat speciali nomine, nuncupabi-
62 tur persecutio. l. pecunię. §. persecutio. de uerb. sig. l. actionis verbo. eo. tit. & est ius impetrandi ipsum officiū, secundum Bar. quod persecutionē nuncupamus, & impartitur æquitate suggerente: ideo extraordinariū dī, d. §. persecutio. quem tex. declarat Ias. in l. centū capuę. col. 5. j. de eo quod certo loc. differt tq̄; ab actione reali & pſonali, nomine & effectu, vt hic ꝙ Cur. & latius per Fel. in c. fi. de of. iud.

63 Septima conclusio Bar. †ꝙ officiū iudicis prout parti cōpetit, non est proprię actio, sed instar habet actionis l. actionis verbo. j. de act. & obl. & per cō sequens impropriè & largo modo. Sicuti ergo per actionē consequitur, quis, quod sibi debetur, ita p officiū iudicis, quod modo aliquo sibi debetur. Et hanc opinionē sequi videntur Alex. Ias. Rimin. Dec. Cur. & alij Mod. ꝙ strictè loquendo actio capiatur pro iure persequendi in iudicio, quod sibi debetur, vt inst. de act. in prin. & in d.l. actionis verbo. differatq̄; ab officio iudicis, quod impartitur ęquitate suadente, vt s. dixi. Si. n. essent idē, cur diuersis nominibus nuncuparētur? Sed largo modo accipiendo actionem, prout potest, importatur ius peruenienti ad suum, iuxta. l. eleganter. j. de dolo
64 compræhendit exceptionem, & officium iudicis. †& secundum Alex. hoc communiter tenetur, ꝙ largo sumpto vocabulo, appellatione actionis veniat officium iudicis.

Ex quo infertur ad no. quæstionem, ꝙ statutum loquens de actione, ēt in materia exorbitanti, locū habebit in officio iudicis, quod sub lata significatione vocabuli, actionis appellatione venit. sequitur Fel in d c.fi.col.2. repetans decisionē Alex. hîc singularē. Idq̄; procedit, qn̄ esset omnino eadē ratio in officio iudicis, quę est in actione, aliàs secus. Ita volunt Rimi. Dec. & Cur. & hoc casu posset procedere opin. Mod. Mediol. in 10. c.2. Paradox.

65 Octaua conclusio Bar. †quòd actio regulariter præsupponit obligationem, quum sit eius filia: officium verò iudicis nullam præsupponit, vt hîc per eum. lex qui per collusionem probat à fortiori, vt per Dec. & Cur. declarantem quare Barto. dixerit regulariter.

Sed duæ videtur obstare difficultates, prima, of-
66 ficiū iudicis mercennariū † qn̄q; deseruit actioni proponendæ qn̄q; propositæ exercendæ, vt per Bar. j. in pe. col. ergo præsupponit obligationē. respond. ex diuersis malè inferri. Ideo stant simul, ꝙ officiū iudicis nullam presupponat obligationem, & tn̄ deseruiat iam propositę vel proponendę, quę bene præsupponit obligationem. Secunda difficultas est: officiū causatur & oritur ex iurisdictione (vt diximus) ergo sicuti actio oriens ex obligatione præsupponit obligationem, ita officiū iudicis causatum à iurisdictione. respond. ꝙ præsupponit iurisdictionem vnde descendit & causatur, sicuti actio obligationem, à qua causatur, non autem præsupponit officium obligationi, quū ab ea nō causetur. Quam quidem conclusionem, ꝙ officium iudicis nullam præsupponat obligationem, intelligite propriè & strictè, secus autē largo modo, vt hic per Dec. col. 6. Cur. 12. & Aquens. fi. Rimi. circa fi. pen. chartæ. Alexan. in l.j. col. 2. C. de iudi. Lanc. Deci. in l. Quintus. ff. de annuis leg. Ias. in l. si seruus Stichum, de verb. obl. & in l. centum Capuæ. col. 4. j. de eo. quod certo loc. ponentes effectus inde resultantes, maximè de fideiussore, qui potest accedere obligationi, quę stat sub officio iudicis. & quòd officium iudicis largè præsupponat obliga-
67 tionem, †est tex. subtiliter inducendo, in l. pecuniæ, in fi. de verb. sign. in verbo debuit, ut per Ias. in d.l. centum Capuę. col. 4. nisi id resideat in mera potestate iudicis, iuxta l. non quicquid. j. de iudi. quia nullo modo dicitur tunc deberi, secundū Dec. hîc. sed istud intelligitur in his, quæ in libera potestate iudicis ponuntur, ut etiam per eundem Dec. j. in 3. col. non ergo in his, quæ simpliciter veniunt, & debita sunt officio iudicis.

Ex prędicta differētia correlariè sequuntur plures alię secūdū Bar. & scrib. vel melius secūdū Fel.
68 in d.c.fi. multos explicantē notab. effectus. †in primis, quòd aliter formandus sit libellus, & concludenda petitio, qn̄ intentatur actio, quàm qn̄ imploratur officium iudicis: vt hîc per eos. si tamen dicta forma non seruaretur, nō vitiaretur libellus, nisi contineret manifestam contrarietatem & repugnantiā, vt hîc per Dec. & Cur. Fel. in d.c.j. col. j. & ij. de off. ordi. & Ias. in l. si seruus Stichum. in §. fi. de verb. oblig. Nec procederet saluatio prædicta in materia stricta, siue in qua facienda esset stricta interpretatio, vt hîc per Ias.

Secundus effectus de incursu morę: Ias. hic & in l. si ex legati causa, col. pen. de verb. oblig. ampliat, sed parum conuenit in proposito, vt hic per Dec. & Aquens. col. fi.

Limitatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Limitatur primò dicta conclusio, ut non procedat in officio iudicis mercenario, secundum Ias. melius tamen intelligendo & declarando. ut hîc per Dec. col. 6. Aquens. ult. & Cur. 13.

Secundò limitatur in materia collationis, ut hîc per Rimi. & Dec. per l. fil. emancip. in fi. ff. de colla. dotis. qui tex. secundum Cur. hîc, non probat de quo tex. uidete Alex. in cons. 3. col. 2. lib. 3. & Dec. in consi. 59. ad fine.

69 Tertius effectus Bar. est, †quia officiũ iudicis debet misericorditer implorari, iuxta gl. in rubr. ff. de interrog. acti. rationẽ assignat hîc Bar. Cur. uerò hîc dicit gl. illã uti improprietiua dictione quasi. Ego dico esse quendã modũ dicendi, ideſt, humiliter & reuerenter, ut per glo. in c. 2. in uerbo Petenti. de sen. excom. in sexto, per rationem Bar. hîc.

70 Quartus effectus est, ꝙ † si denegaretur actio, semper esset iniuria, sed si denegetur officium iudicis, aliquando est iniuria. sed confundi uidetur per tex. in d. l. non quicquid Cur. saluat Bar. ut hîc per eum: sed malè, quia uerba Bar. hoc non patiuntur, quum expressè dicat, quandoq; esset iniuria.

Paduæ 12. mensis Decembris. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Legis Imperium, laus, & commendatio.*
2 *Leges primæ titulorũ tanquã primæ filiæ euntes ad nuptias, ampliores dotes solent consequi; quandoq; tamen ultimæ maiori decorantur dote.*
3 *Præcognoscere, quod addiscere quis debet, ĩpossibile est.*
4 *Maxillus rhetor dicebat, oportere per spinosum locum ambulantem suspensos pedes tenere. quod consilium in hac scientia procedens spernit auctor.*
5 *Imperium capitur in specie, & in genere. et nu. sequ.*
Imperij species mediatè & immediatè quæ sint. ibidem & 115.
6 *Imperium capitur pro dominio & iussu. & num. sequ.*
7 *Imperium duplex est. supremum & absolutum cũ plenitudine potestatis, quod soli principi competit, et limitatum, ut in persona magistratuum.*
8 *Imperiũ merũ dicitur purũ, mixtum uerò compositũ.*
9 *Iurisconsultus in hac l. an procedat tradendo diffinitiones meri mixtiq; imperij, et simplicis iurisdictionis, uel ponendo exempla de prædictis? & num. sequen.*
11 *Gladius in hac lege an ponatur pro gladio materiali et ferreo ac incisiuo, uel pro ciuili & delictorum punitiuo. & nu. sequentibus.*
12 *Damnandi in metallum potestas, est species cõtenta sub potestate gladij.*
13 *Verba intelligẽda sunt potius naturaliter, quã ciuiliter.*
14 *Imperij meri diffinitio hic non ponitur, sed exemplum.*
15 *Mixti imperij diffinitio an ponatur in hac lege. & nu. sequentibus.*
16 *Hæc l. Imperiũ, quare potius posuerit exempla de quibus in tex. in hac materia, quam alia?*
17 *Tex. illius. l in uersi. Cui etiam iurisdictio inest, qũo intelligi debeat. et nu. sequentibus.*
18 *Qualitas quæ in proposito non infert, non attenditur.*
19 *Mixtũ dicitur, quia participat de duobus simplicibus, & sumit denominationem à digniori & nobiliori. & nu. seq. & 47. & 81. cum seq.*
21 *Inconueniens non est in una specie aliquid esse de natura alterius speciei.*
22 *Glossatores et Doc. sæpe de industria obscurè locuti sũt.*
23 *Tex. uersi. fi. istius l. legitur multis modis, & quæ sit uerior intelligentia. & nu. seq.*
25 *Delegare an sit de simplici iurisdictione, an de mixto imperio.*
27 *Delegare iudex regulariter non tenetur, sed est illi arbitrarium.*
28 *Delegandi potestas, ac ipsa delegatio, diuersa sunt, & diuersarum specierum iurisdictionis. & nu. 55.*
29 *Missio actualis in possessionem est mixti imperij, & an eodem modo cognitio, & pronuntiatio de mittẽdo?*
30 *Dare, & reuocare, an sint eiusdem iurisdictionis.*
32 *Imperium uidebatur magis delegabile in specie, quàm iurisdictio.*
34 *Breuitate gaudent Iurisconsulti.*
35 *Procedẽs ab aliquo solet esse simile ei à quo procedit: et causa producere effectum sibi in similẽ in qualitate.*
36 *Summarium legis.*
37 *Diuisio legis.*
38 *Casus figuratio.*
39 *Diffinitio sit per genus immediatum, non per aliud.*
40 *Diuisio bona operatur multos effectus.*
42 *Imperij species quæ sint.*
43 *Coërctio modica, est imperij minoris gradus. & nu. 98. & 101. & 115.*
44 *Gladij potestas est de mero imperio. & nu. seq.*
46 *Gladij potestatem habere quomodo dicatur habens merum Imperium.*
47 *Mixtũ seu participans de duobus simplicibus, denominationẽ accipit à nobiliori: ideo dicitur mixtum imperium, non mixta iurisdictio. & nu. seq.*
48 *Tex. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sump. fune. declaratur & ornatur. & nu. seq.*
Caput hominis est nobilior pars, & quare hoc sit, ibid.
Denominatio fit à nobiliori & digniori, præterquã in pluribus casibus. ibidem. cum pluribus seq.
52 *Matrimonium cur potius denominetur à matre, quàm à patre.*
53 *Scholares non studentes non gaudent priuilegijs scholarium.*
Artem non exercens non gaudet priuilegio artis. ibid.
54 *Fratrum in cõmunione existentium si unus speciali priuilegio sit à collectis exemptus, alij non, illi qui non sunt priuilegiati, non erunt immunes à collectis.*
56 *Capitales pœnæ non dicuntur omnes, in quibus gladius exercetur.*
57 *Capitalis pœnæ mentio ubi habetur, intelligitur in dubio de exilio. & nu. seq.*
58 *Interpretatio larga fit, etiã in pœnalibus, quatenus proprietas uocabuli patitur. & nu. seq.*
Exilij pœna imponenda est, non autem mors naturalis, ubi de pœna capitali fit mentio, ibid.
60 *Præsides habent merum imperium.*
61 *Imperium merum an & qũo competat soli principi.*
62 *Animaduertere hic idem importat, quòd punire.*
63 *Imperij potestas an & quando exerceatur in mortuũ.*
Cadauera defunctorum an & quando suspendi, uel decapitari possint. ibid. cum seq.
65 *Mortuorum & uiuorum ubi eadem est ratio, idem est iudicium.*

Cadauera

67 *Cadauera suspensorum in patibulis quãto tempore ibi remanere debeant. & an danda cuilibet petẽti ad sepulturam; eaque tollens de patibulis sine licentia principis puniri possit. & nu. seq.*
70 *Cadauera defunctorũ an et quando danda sint medicis pro anatomia facienda. et an iudex concedens possit conueniri actione iniuriarum. & nu. seq.*
74 *Cor alicuius an de licentia illius possit extrahi & aliò portari ad sepeliendum.*
Anatomia, uide suprà in uerbo Cadauera.
75 *Capitalis pœna, & amputationis membri qũo & qualiter æquiparentur, & ad quos effectus. & nu. seq.*
76 *Tex. l. qui manus de testa. qũo intelligatur. & nu. seq.*
77 *Aurem hominis tangens, an & quomodo totum hominem tetigisse dicatur.*
Abscissio membri dicitur pœna corporalis, non autem capitalis. ibid.
Mutilationis mẽbri pœna nõ erat cognita de iure Digestorum, quia Romani nolebãt homines inutiles ibid.
80 *Mutilatio membri, & truncatio an differant.*
82 *Merè diffinitiua sententia, et merè interlocutoria, quæ dicantur. et nu. seq. et ibi latè de statuto loquente de merè diffinitiua, & de merè interlocutoria, quomodo intelligi debeat.*
85 *Diffinitiua sententia dicitur duplici respectu, diffinitionis, & solennitatis.*
91 *Iurisdictione alicui per principẽ cõcessa, per principem an cẽseatur concessum merum Imperium, & redditus causarum ciuilium & criminalium?*
92 *Statuta cõdere an sit iurisdictionis, uel imperij, & quo modo. & nu. seq.*
95 *Verba intelligenda potius sunt in specie, quàm in genere, in materia odiosa & strictè intelligenda; secus in materia fauorabili, & largè intelligenda. & nu. seq.*
100 *Scribentium doctorum uigilijs, & laboribus enucleata sunt nunc iura nostra, aliàs obscura & difficillima.*
102 *Imperium delegari posse pro inconuenienti habuerunt Glossatores malè intelligentes hanc materiam.*
106 *Delegabilis causa de necessitate, non est simplicis iurisdictionis, quum possit esse meri & mixti Imperij in ultimis gradibus.*
107 *Bar. in hac l. obseruauit quod alibi promiserat, materiam imperij usque ad pellem se tractaturum.*
108 *Iurisdictio in genere quid sit.*
109 *Iurisdictio unde dicatur, & an scribi debeat cum et. & nu. seq.*
111 *Iurisdictio in genere an et quomodo sub se cõprehendat merum & mixtum imperium. & nu. seq. & 115.*
112 *Imperium merum uel mixtum an et quomodo species sint iurisdictionis.*
113 *Iurisdictio, & potestas an idem sint.*
117 *Tex. l. fin. De offi. eius. quomodo intelligatur.*
118 *Coërctio modica corporalis an & quomodo sit de mero imperio, an delegabilis, uel delegabilis.*
119 *Imperium simplicitur sumptum quid sit, et quare dicatur imperium. & nu. seq.*
125 *Diffinitio, an Etymologia dare debeant initiũ doctrinæ.*
126 *Merum imperium quare sic dicatur. & nu. seq.*
128 *Princeps est supra ius. ibid.*
129 *Origo rei inspicienda.*
Imperiũ supremum principis à uinculo et necessitate legis exẽptum est, nõ autẽ à lege honestatis. & nu. seq.
Princeps nõ potest cogere subditos ire in castrum ad ducendum choreas, subditusq; est legi honestatis, & in contractibus procedit à pari cum priuato ibid.
134 *Princeps quomodo teneatur ad obseruantiã contractus sui & prædecessorum suorum.*
135 *Magistratus nostri temporis nullam habent iurisdictionem, nisi quatenus eis concessa per principẽ, uel statuta locorum.*
136 *Princeps concurrit in iurisdictione & potestate cum omnibus alijs magistratibus.*
137 *Princeps in quem translatum fuit Imperium per Populum Romanum, quis fuerit.*
138 *Imperiũ merũ quare sic dicatur, & quid sit. & nu. seq.*
139 *Merum quid dicatur, & plura de hoc. & nu. sequenti.*
141 *Lectores in Cathedrã non debent referre inutilia.*
143 *Absoluere à pœna delicti, an sit de mero Imperio, & dicatur respicere publicam utilitatẽ. et nu. sequ.*
144 *Tabelliones creare, est meri imperij.*
Legitimare illegitimos, est meri imperij. ibidem.
146 *Accusationis causa an expediatur officio iudicis nobili, uel mercenario. & nu. sequentibus.*
147 *Accusatio quid sit.*
148 *Officium iudicis nobile quomodo dignoscatur, & secernatur à mercenario.*
151 *Tex. l. 2. C. de peda. indi. declaratur. & nu. sequen.*
153 *Imperium merum quibus competat. & nu. cum sequ.*
154 *Imperium duplex, supremum & absolutum, quod est in principe, & plenitudo potestatis: alterum limitatum in persona magistratuum. & nu. sequen.*
155 *Imperium supremum soli principi competebat post translationem à Populo Romano factam.*
157 *Imperator non potest à se abdicare superioritatem, & obedientiam, et illam sibi reseruare intelligitur, nisi in concessione de contrario appareat. & nu. sequ.*
Imperator, concedendo omnimodas uices imperiales, uidetur concedere plenitudinẽ potestatis, non potest tamen facere sibi parem in aliquo loco. ibidem.
Regalia quando intelligantur concessa, & quæ censeantur. ibidem.
160 *Vniuersitati facienti prouinciam præexistens, dicitur habere merum imperium.*
Prouincia quomodo cognoscatur. ibid. cum sequen.
Imperij omnes species non cõpetunt præsidibus. ibi.
162 *Ciuitates hodie quomodo et quando teneant locum prouinciæ. & nu. sequen.*
Florentiæ ciuitas hodie non habet imperium, sed est penès Ducem. ibid.
163 *Glo. l. fi. C. de præscrip. long. temp. declaratur. et nu. seq.*
164 *Imperium auctoritate propria exercẽs, an incurrat crimen læsæ maiestatis.*
165 *Præsides ciuitatum seu potestates non habent merum nec mixtum imperium de iure communi, sed solùm quatenus reperitur sibi per principem, statutũ, uel consuetudinem concessum. & nu. sequenti.*
167 *Tex. §. decet. l. si duas. de excus. tuto. declaratur.*
Ciuitas an et quando dicatur habere merum Imperium uel iurisdictionem. ibidem & sequẽtibus numeris.
169 *Tex. §. cum urbem. l. primæ de offi. præse. urb. ornatur & declaratur. & nu. sequenti.*
171 *Populus Romanus post translationem Imperij in Principem factam, utrum potuisset reuocare, & cassare Imperatorem. & nu. 199. cum sequen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

172 *Præscriptio, & consuetudo quomodo differant.*
173 *Ciuitates nominatæ in titulo de pace Constantiæ hodie nullam habent iurisdictionem, quia usurpata per diuersos principes.*
174 *Castro ciuitatis subdito præsidens nullam habet iurisdictionem, quia castrum est de appenditijs, & in potestate ciuitatis.*
Ciuitatis iura, & prærogatiuæ utrum extendantur ad castra ciuitati supposita ibid.
175 *Inuestitus à Principe de castro cum iurisdictione, habet iurisdictionem in homines castri.*
176 *Text. cum glo. l. qui ex uico, ad municip. ornatur.*
Virgilius ex qua villa Mantuanæ diœcesis esset. ibid.
177 *Castrum ciuitati subiectum esse, quomodo probetur.*
178 *Castrum de necessitate non est ciuitati subiectum.*
180 *Castrũ ciuitati nõ subiectũ, quam iurisdictionẽ habeat.*
181 *Municipales magistratus nõ sunt magistratus villarũ.*
182 *Castro præsidens ut dominus, habet imperium.*
182 *Præsidens uniuersitati non facienti prouinciam, ciuitatem, aut castrum, non habet iurisdictionem.*
Tex. l. fi. C. de iurisd. om. iud. declaratur, et ornatur. ibi.
185 *Doctor legens an habeat Imperium in Scholares.*
187 *Imperium merum in quot gradus diuidatur.*
188 *Gradus quid sit.*
189 *Princeps an teneatur legem facere cum consilio suorũ Consiliariorum.*
191 *Princeps quædam sibi reseruauit in signum supremæ potestatis, & similiter Deus.*
192 *Legem condere an sit de mero imperio, & de quo gradu. & nu. seq.*
193 *Imperium merum, & mixtum, ac simplex iurisdictio considerari possunt in principe.*
194 *Statuta condendi potestas an sit iurisdictionis, uel imperij. & nu. seq.*
Statuta condere an & quando possint omnes populi. ibid. cum seq.
196 *Tex. l. quæ religiosis. de relig. & sumpt. fun. ornatur.*
197 *Senatus Romanus an et quomodo haberet potestatẽ legis condendæ. Et quid hodiernis temporibus, ibid.*
201 *Senatus Romanus hodie non est amplius.*
202 *Præfecti prætorij potestas in lege condenda qualis & quanta esset. & nu. 275. cum seq.*
Tex. l. formam. C. de offi. præfec. præto, declaratur, & ornatur. ibid. & nu. 277.
205 *Damnare in metallũ, uel ad perpetuos carceres, de quo gradu imperij sit.*
206 *Membri amissio non est pœna capitalis, & de effectu in de resultante. & nu. seq.*
207 *Potestas abscindendi membrum, & priuandi uita, an et quomodo à pari procedant. & nu. seq.*
209 *Mulier pregnans capitaliter damnata, reseruatur puniendo post editionem partus.*
Pœna capitis an sit maior, quàm pœna abscissionis membri. ibid. cum seq.
210 *Tex. l. qui manus. de test. declaratur. & in præcedentibus num.*
211 *Pœnæ maioritas arguit maius delictum.*
212 *Pœna abscissionis membri an dicatur capitalis.*
213 *Abscissionis membri appellatione, intelligitur de principali, idest manu.*
214 *Membrum quod dicatur, & quid ueniat appellatione membri.*
215 *Digitus an ueniat appellatione membri.*
Auricula an ueniat appellatione membri. ibid.
217 *Barbæ incisio an sit computãdas inter pœnas magnas.*
218 *Incarceratio de qua specie imperij, et iurisdictionis sit. & nu. seq.*
219 *Pœna perpetui carceris, de quo gradu iurisdictionis sit.*
220 *Damnatus ad perpetuos carceres æquiparatur damnato in metallum.*
Et an sit pœna capitalis, & amittat sic damnatus factionem testamenti ibidem. cum sequent.
221 *Damnatus ad perpetuos carceres an possit testari. & num. sequent.*
223 *Fustigationis pœna in personis nobilibus ratione ignominiæ æquiparatur pœnæ capitali.*
225 *Deportatio successit loco interdictionis aquæ & ignis; & loco deportationis postmodum successit exilium.*
226 *Deportationis pœna an sit minor pœna mortis.*
Exiliũ hodie successit loco interdictionis aquæ et ignis, & loco deportationis. ibidem. (bant.
227 *Deportare quare nõ posset præsides, qui ius gladij habe*
228 *Homicida, quod fecit expectat.*
229 *Furcarum pœna summum est supplicium, & ignominiosum, plebeis inferẽdum, & propterea est grauior pœna, quàm decapitationis.*
230 *Suspendendo ad furcas, fit gratia quando decapitatur.*
231 *Relegatio de quo gradu Imperij sit, & an sit capitalis, an auferat libertatem, uel bona, infamiaq; afficiat; & plura de relegatis. & nu. sequent.*
235 *Relegatio, & confinatio an fieri possint extra territorium confinantis. & nu. seq.*
239 *Banniti nostri temporis an æquiparentur relegatis.*
240 *Relegatus seu confinatus ad tempus lapso illo tempore potest domum redire absque alia licẽtia superioris.*
242 *Torturæ pœna cuius gradus iurisdictionis, et iperij sit.*
244 *Tortura leuis non potest propriè appellari tortura, & est de minimo imperio.*
245 *Tortura quando infertur ad eruendam ueritatẽ, potest esse simplicis iurisdictionis. & nu. sequent.*
247 *Tex. l. defensores. el 2. C. de defenso. ciuit. declaratur. & nu. seq.*
248 *Tex. §. quia uerò in auctẽ. ut nulli iudi. torturam grauissimum suppliciũ appellãs, quomodo intelligatur.*
249 *Torturam sine moderamine inferens, punitur.*
Tortura in quibus causis simplicis iurisdictionis possit inferri. ibid. & seq.
251 *Coërctio corporis de quo gradu imperij sit.*
253 *Priuatis quæ competunt, non possunt constitui sub aliquo gradu iurisdictionis, sed sunt simplicis, & legitimæ permissionis.*
255 *Coërctio modica corporis quãdo imponitur in cã simplicis iurisdictionis, de quo gradu imperij sit, et nu. seq.*
257 *Tex. l. fi. de officio eius declaratur.*
258 *Multa leuis de quo gradu imperij sit.*
259 *Coërctio modica uerbalis, non est de mero imperio.*
260 *Inferni pœnæ dispares sunt.*
Paradisi gloriæ gradus, et habitationes plures sũt. ibi.
261 *Imperium merum an & quomodo possit delegari.*
262 *Imperium mixtum quare sic dicatur.*
263 *Commixtio quid sit.*
Mixtum quid sit, ubi suprà.
264 *Instantiam an sufficiat dare ad tollendam cõsequentiã.*
265 *Imperium an sit indelegabile, & qũo hoc intelligatur.*

Imperium

266 *Imperium mixtum quid sit. & nu. sequentibus.*
268 *Imperium mixtum quibus competat, & quot sint gradus. & nu. sequen.*
272 *Princeps concedens alicui merum et mixtum imperium cum omnimoda iurisdictione, non intelligitur concessisse regalia, nisi ex uerbis concessionis aliud appareat. et nu. sequentibus.*
273 *Reseruata principi in signum præeminentiæ non transferuntur sine speciali expressione & licentia.*
Tex. in c. quod translationem. de offi. ordin. declaratur. ibidem.
274 *Vices imperiales concedens, intelligitur concede regalia. & ibi ponuntur limitationes.*
275 *Præfectus prætorio non est ponendus in eodem gradu cum principe.*
276 *Præfectus prætorio non potest legem generalem in toto orbe facere. & nu. sequentibus.*
279 *Reseruata principi plura sunt. & nu. sequentibus.*
Statutum disponens quòd minor decẽ & octo, uel uiginti annis habeatur pro maiori uiginti quinque, non ualet, nisi esset statutum populi non recognoscentis superiorem, aut ab ipso superiore confirmatum. ibidem.
280 *Veniam ætatis concedere quis possit? & plenè de hac materia. & nu. sequen.*
Ætatis uenia, suprà in uerbo uenia.
281 *Ætatis ueniam concedere minus est, quàm constituere quem in ætate legitima.*
282 *Arrogatio, & adoptio. plenè de materia. et nu. sequ.*
Adoptio & arrogatio, suprà in uerbo arrogatio.
285 *Emancipatio infantis de quo gradu iurisdictionis sit, an competat iure magistratus, et quibus. & nu. sequentibus, & 293. cum sequentibus.*
286 *Legitimandi potestas hodie pluribus competit, & faciliter conceditur.*
287 *Legitimatio infantis an requirat consensum ipsius infantis legitimati, & an ueniat in generali concessione.*
288 *Supplicatio aliter porrigitur & expeditur per principem, & aliter per præfectum pretorio.*
290 *Imperij mixti causa requirens plenam cognitionẽ cuius sit indelegabilis.*
291 *Missio in possessionem etsi non possit delegari, cognitio tamen & pronunciatio de mittendo sic.*
292 *Missio in possessionem ex primo decreto, in quo gradu imperij sit constituenda.*
Manumissio an & quando competat iure magistratus, & sit delegabilis, uel non. ibidem.
293 *Emancipatio, et adoptatio an exigãt causæ cognitionẽ, & competant iure magistratus, delegabilesq; sint, & coram notario fieri possint. & nu. sequentibus.*
296 *Appellationis & nullitatis causa an dicantur de mixto imperio, uel ne. & nu. sequentibus.*
298 *Nullicitatis causa an dicatur mixti imperij, uel simplicis iurisdictionis. & nu. sequenti.*
300 *Iurisdictio simplex quid sit, & quomodo diffiniatur.*
301 *Diffinitio nõ est bona, quando diffinitur idem per idem.*
302 *Testis ratio debet esse diuersa à dicto.*
303 *Iurisdictionis simplicis causæ non semper exercẽtur ad priuatam utilitatem, uerùm sæpe ad publicam.*
304 *Iurisdictionis simplicis quot gradus sint.*
305 *Status causæ maximi præiudicij sunt. et per maiores iudices cognoscendæ, & an delegari possint; & quomodo intelligatur. & nu. sequentibus.*
Tex. l. 2. C. de peda. iudi. declaratur. ibidem. et nu. 317. cum sequen.
308 *Iurisdictionis simplicis diceretur causa, licèt peteretur ciuitas aut castrum, & in cõsequentiam ueniret merum & mixtum Imperium.* (beat.
309 *Infamiæ causa sub quo gradu iurisdictiõis collocari de-*
310 *Princeps solus cognoscit de quibusdam causis.*
311 *Causæ in quibus defectu pecuniarum ad cruciatũ corporis deueniri potest, de quo gradu iurisdictionis sint, & an delegabiles.*
312 *Translatio pœnæ pecuniariæ fit solùm, ubi agitur de delicto, secus si de contractu.*
313 *Corporis coërctio an trãseat in delegatũ in cõsequẽtia, & an principaliter possit delegari. & nu. sequ.*
316 *Causa ascendens ad summã trecentum aureorũ est delegabilis, et quid de causis transcendentibus dictã summã, et minoribus prædictã summa, et quibus cõpetant; & an & quomodo sint delegabiles. et nu. seq.*
320 *Minimæ causæ, seu de minima iurisdictione, quæ dicantur. & nu. sequen.*
321 *Causa centum aureorum an dicatur minima, et summa uiè expedienda. & nu. sequ.*
323 *Iurisdictio an diuidatur in contentiosam & uoluntariam. & nu. sequen.*
324 *Iudex est cum necessitate iuris dicendi, ideo punitur, nisi id faciat.*
325 *Iurisdictio delegata an sit species distincta ab ordinaria. & nu. sequenti.*

Lex Imperium.

QPORTVNO tempore Magnifici dilectissimiq; Auditores, de imperio & iurisdictione altæ & mirabiles se uobis offerunt difficultates, quibus ignoratis quis est, qui iustitiæ, & Rei publ. optimus possit esse minister? Summa igitur ope & alacri studio labores nostros suscipite; benigneq; ac diligenter (ut soletis) me audiatis, & uos maximum decus in omne æuum sequetur.

Ad rem igitur ipsam descendendo: imperiũ inquit Iurisconsul. aut merum, aut mixtum est &c. uerba sunt legis nostræ, quę (vt ex inscriptione apparet) creatra fuit Eccellentissimi Vlpiani, de quo plura dixi in princ. l. vnicę. ĩ. siquis ius dicẽ. nõ obtẽp.

1 Hęc lex nostra † habet se ad alias, vt mare ad flumina: huc enim confluunt omnes aliæ de hac materia loquentes; hîcq; per scribentes reuoluuntur. Quapropter imperium in alias habere, meritò dici põt: & qui hanc ignorauerit, se nihil scire ingenuè profiteatur. Vnde licèt primæ leges titulorũ tãquã
2 † primæ filię ad nuptias veniẽtes, ampliori dote perscriben. soleant decorari, ut post Cyn. & Alber. inquit Ias. in l. Cunctos populos, in ij. lectura. C. de summa trinit. hæc nostra lex plenioré dotẽ, quàm omnes aliæ istius tituli cõsecuta fuit. propterea non errarunt Bar. & scriben. hãc l. subtilẽ, difficilem, claũe, & fundamẽtum totius materiæ prędicãtes. Possumusq; dicere cũ Dante Florẽtino: Questa è colei à cui tutti lionor li fanno. Quãta igitur diligentia, legenda & enucleanda per me sit, & quanto studio per vos versanda ac relegẽda, superfluũ est dicere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Capiant hic iuuenes (inquit Fulgoſ.) quod poterunt, nec propterea diffidant, quia omnia in tempore ſuo: impoſsibile eſt enim quempiam præcognoſcere, quod addiſcere debet † Ariſt. in primo Metaphi. ad finē. Ego autē vos omnes bono animo eſſe volo & hortor: curabo enim ita clarè, breuiterque cuncta deducere ac enucleare, vt vobis vigilātibus ſtudioq; inſiſtētibus, plana omnia & aperta auſim
4 polliceri † Nec ſequar conſilium Maxilli Rhetoris, qui, vt refert Seneca in proœmio Declamationum, dicebat, oportere per Spinoſum locum ambulantem, ſuſpenſos pedes tenere. Sed pedem figā, ſpinas omnes conculcabo, vt poſt me pedibus albis ac nudis per hūc locū ſine læſione vos ambulare poſsitis.

Pro declaratione & intelligētia. ī. dicendorum,
5 præmittendum eſt, quòd Imperium † accipitur in genere, & in ſpecie, ſeu loco generis, & loco ſpeciei; prout adoptio. l. j. & ij. ō. de adoptio. Idem de iuriſdictione largo modo capiendo Imperium, & iuriſdictionem: ſtrictè verò vtrunque eſt loco ſpeciei: & differunt tanquàm ſpecies oppoſitę, vt in hac l. noſtra, traduntque Alex. Rimin. Deci. Aquenſ. & alij Mod. hic in princ. & Curt. ī. in 3. q. Bart. Nec obſt. q; prędicta nō uideantur poſſe conſiderari, vt ſpecies oppoſitę, quū imperiū generalius ſit quàm iuriſdictio, quæ ſolum competit iudicibus de publico electis, ut per glo. cum ibi no. per Bar. & alios in l. j. ī. eodem: imperium autem pluribus alijs perſonis etiam priuatis, quemadmodum patri in filium, & domino in ſeruum. l. ij. C. de liber. & eorum liber. l. ſerui & filij, infrà de furt. ergo imperium potius dici deberet genus, quàm iuriſdictio: quia reſpond. poteſt, hoc procedere, accipiendo prout hic reſpectu iuriſdictionis: tunc enim idem ſignificāt, vt hic per Deci. col. quinta, & Curt. prima.

6 Vos autem clarius & ſubtilius dicatis; † imperium dupliciter capi in propoſito noſtro, generaliſsimè, & idem importat quòd iuriſdictio in genere, de qua per glo. & Doct. in l. prima ſuprà eo. & probatur in l. & ſi prætor. ō. tit. ij. & ī. de iudi. in l. cum prętor. in. §. j. ibi, propter vim imperij. ut hic per Alex. Rimin. & Curt. Accipiendo autem generaliter prout à iuriſdictione, differt tanquam ſpecies oppoſita, vt in princ. l. noſtrę, iunctis not. per Bar. & Doct. in ſummario. Iſtud imperium hoc modo ſumptum pōt eſſe genus, & etiā ſpecies diuerſis reſpectibus, & ſic capitur generaliter, & ſpecialiter: generaliter quidē reſpectu meri & mixti imperij, quę ſunt ſpecies immediatæ ipſius imperij generaliter ſumpti, & ſub illo, vt eius ſpecies cōtinētur, ut hac l. noſtra. ſpecialiter verò reſpectu illius primi generis, quod latius patet, & ſub ſe continet genus ipſum inferius. Et iſtud imperium generaliter ſumptum ſubdiuiditur in merum & mixtum, ut hic. quę quidem ſpecies meri & mixti poſtmodum ſub druiduntur in gradus, vt infrà. per Bar.

Accipitur ergo imperium pro dominio d. l. ij. & l. ſerui & filij, prędalleg. & pro iuriſdictione, vt hic, & in l. prima. ſuprà tit. ſecundo. & in l. quarta ſupra de offi. prędſid. Item pro iuſſu, iuxta illud Virgil.
7 Imperio læti parent. † Eſtque imperium duplex, primum ſupremum & abſolutum, cum plenitudine poteſtatis, quod ſoli principi nunc cōpetit poſt translationem factam à Pop. Romano. iuxta l. primam ſuprà de conſt. princi. & de hoc nō tractat iuriſconſul. in hac lege. Secundum eſt imperium limitatum, iuriſdictioni cohærens, magiſtratibus communicatum, ut diximus in l. ij. per illum tex. ſuprà eo. & de iſto loquitur lex noſtra, ut hic per Bar. col. 7. Rimin. 4. Aquenſ. 5. & Deci. 8.

8 Secundo ſciendum eſt, † qui dicatur merum, & quid mixtum imperium. merum ſignificat purum l. quinta, in prin. infra de verb obli. mixtū, quod habet cōpoſitionē et mixturā alterius ſimplicis, vt hic, & ī iuribus. ī. alleg. & declarāt Rimin. & Mod. hic.

Quare autem imperium appelletur vnum merum, & aliud mixtum, uidebimus infrà cum Bar.

9 His paucis ſic præmiſsis, † tres articulos ſubtiliſsimos & de apicibus Iuris explanare & enucleare decreui. Primus, an Iuriſconſul. hic procedat diffiniendo, uel exemplificando, hoc eſt tradendo diffinitiones meri, mixti imperij, ac ſimplicis iuriſdictionis, vel ponendo exempla de quolibet gradu prædictorum. Secundus, quę ſit vera intelligentia iſtius tex. in uerſic. Cui etiam iuriſdictio ineſt. Tertius, ſimiliter qui ſit verus intellec. uerſic. fina. l. noſtrę, ibi, iuriſdictio eſt res. In quibus, cunctis uiribus neruisque contendam declarare totum tex. l. noſtræ, qua intelligentia habita, facilius intelligetis reliqua: nam prędictis tribus articulis pendent (vt aiunt) leges, & Prophetę.

10 Ad primum, † receptior ſcriben. ſentētia eſt hic, de prædictis non poni diffinitiones, ſed exempla, quaſi uoluerit Vlp. dicere, materiam hanc per exēpla declarādo, habere gladij poteſtatem ad animad uertēdum in facinoroſos homines, eſt de mero Imperio, mittere in poſſeſsionem de mixto, poſſe dari iudicem, de ſimplici iuriſdictione. Diffinitiones. n. non eſſent bonæ, quum non ſint generales, nec conuertibiles cum diffinitis, ſecundum ſcribentes, vt ſtatim videbimus, ideo non eſt dicendum, Vlpianum poſuiſſe diffinitiones mancas & reprobas: propterea communiter tenetur, quòd de prædictis poſuerit tantū exēpla, ut hic per glo. Bar. Bal. Alex. Rimin. Seuer. Iaſ. Deci. Aquenſ. Mod. Portugal. & alios in primis col. Quæ opinio verior apparebit ex infrà dicendis, prędefertim dū reſpondebimus ad argumenta, quę pro Angelo. & contraria opin. ſiunt.

Ang. ergo poſt antiquos, vt hic referunt Alex. Seuer. Iaſ. & alij in primis col. in omnibus contrariā opinio. tenuit, & fuit peregrina & colorata opin. ſecūdum Seuer. & Iaſ. quam etiā ſequuntur Curt. hic in tribus ptimis col. & Mod. Mediol. lib. ij. Paradox. cap. 7. quæ opin. probatur primò. quia hic ponuntur neceſſariò requiſita ad bonas diffinitiones, genus & differentię, & cum diffinitis ſunt conuertibiles, ergo bonæ: vulg. §. dolū. l. primæ, de dolo. & l. j. de teſta. dixi latè in. l. omnis diffinitio, de reg. iu.

Et quòd hoc ſit uerū, diſcutiendo ſeparatim ſingula, patet primò in mero imperio, ex uerbo poteſtatē, quod generale eſt. l. ptātis verbo. ī. de verbo. ſigni. tradūr Can. in rub. de offi. & potes. deleg. differētię videtur poni ibi, gladii, et ibi, ad aīaduertēdū ad differentiam iuris & poteſtatis, quæ ſunt in mixto

to imperio, & ſimplici iuriſdictione. Et (ut dixi) cōuertitur, quia habere gladij poteſtatem, eſt imperiū l. illicitas. §. qui uniuerſas. ō. de officio prędſid. ſecundò probatur ex modo & forma dicendi, dū inquit; merum imperium eſt. ex quo colligitur mentem Vlp. fuiſſe, diffinire; quia tali verbo ſolet vti in alijs locis, ubi diffiniendo procedit, ut patet inſt. de actio
11 in principio, & de obli. cum ſimil. † & verbum gladij ponitur non pro gladio materiali & ferreo ac inciſiuo, de quo in l. aut damnū. in §. j. ī. de pœnis. ibi gladio, non ſecuri, ſuſtibus, uel laqueo. ſed pro gladio ciuili ſeu delictorum punitiuo, & pro quauis pœna. d. §. qui uniuerſas. l. nemo poteſt gladij. de reg. iu. cum alijs hic per docto. alleg.

Tertiò quia abſonum eſſet in tract. iſto, Iuriſconſultum nuſquam poſuiſſe diffinitionē imperij, contra tex. in d. l. j. de dolo. & in l. j. ſi cer. pe. & præceptum Ciceronis in primo Officiorū. maximè, quū in initio iſtius tractatus in l. j. ō. eo. à diffinitione iuriſdictionis incœperit, ut hic per Cur.

Et tenendo hanc opi. non obſtant adducta in oppoſi. nā ad primum motiuum Iaſ. de genere & differentia, & de conuerſione, patet reſponſio ex prędictis: quia uerba hic poſita uirtualiter hoc important, quum ſint genus & differentiæ, & detur conuerſio, vt dixi. Ad ſecundum & tertium quæ fuerunt Fulg. reſpon. hic Rimin. col. 4. in glo. j. Ad ultimum motiuum, propter quod Rimi. & Iaſ. receſſerunt ab intellec. Ang. reſpon. poteſt ſecundum declararionem Curtij. hic in 3. col. quòd diffinitionē iuriſdictionis poſuerit Iuriſconſul. in l. j. ī. eo. ideo ſatis erat. Sed à ueritate alienum eſt. quia Iuriſconſul. ibi non loquitur de iuriſdictione, ſed de officio iudicis, quod importat exercitiū ipſius iuriſdictionis; ut ibi videmus. nec ponit diffinitiones & exēpla, vt dictum eſt. ō. melius & ſubtilius reſpon. q; ſecundum verum intell. hęc lex non loquitur de ſimplici iuriſdictione, ſed ſolùm de imperio: ideo non eſt abſurdum, q; hic nō tetigerit diffinitionē iuriſdictionis, immo abſurdum ſi dixiſſet. Nec refragatur q; dicat habere gladij poteſtatem, quæ forma dicendi potius cōuenit exemplo, quàm diffinitioni, quæ datur potius per verba iuris, quàm per verba facti, ut inſt. de act. & obl. cū ſimil. ponderando verbum eſt. quia reſpondetur, non prohiberi ibi quin
12 poſsit dari per talia verba, modò obſeruentur alia requiſita. † Satis eſt igitur q; neceſſario ad diffinitionem requiſita interueniant, quum uis non ſit in verbis, ſed in ſenſu. c. intelligentia, de uerbo. ſigni. qui ſenſus multis modis exprimi pōt. l. 2. C. cōmunia de leg. l. 3. C. de lib. præte. Nec obſt. q; hic uerbū gladij non ponatur ſimpliciter, ſed iungitur cum verſi. animaduertendum, quo caſu ſecūdum quoſdam pro gladio materiali ponitur. l. aut damnum. §. j. cum. ō. allegatis: opinio ergo Ang. falſa eſt, quia ſecundum opinionem ſuam oporteret tenere, q; pro ciuili & delictorum punitiuo ſtet, quum merū imperium latius pateat, quā in animaduertendo in delinquentem gladio ferreo. d. §. qui uniuerſas. & d. l. nemo pōt gladij. Reſpon. poteſt ad hoc, quòd in d. §. j. cōſtat clarè ex uerbis legis, gladium poni pro materiali & ferreo, nec aliter poteſt intelligi propter ſubiectam materiā. Sed hic quum gladius capi poſsit (vt dixi) pro quacunq; pœna ac punitione, adiunctum illud animaduertendum, non debet facere, ut tex. intelligatur de gladio materiali, ſed pro quacunq; punitione & pœna. Ex quo etiā patet nō obſtare motiuū Iaſo. de leui mulcta, quia uenit ſub animaduerſione. l. unica in principio. ī. ſi quis ius dicen. non obtemp. vt ſenſit ipſe Iaſ.

Nec prędictæ opin. Ange. obſtare uidetur tex. in d. §. qui uniuerſas. ibi, ius gladii habetur, & in metallum damnare poſſunt, ponderando copulā quę ſolet poni inter diuerſa, iuxta glo. rub. ī. de iur. & fac. ignor. ad idē eſt lex ſolent. in prin. ō. de offi. pro conſ. & lega. & d. l. nemo poteſt gladii. quia reſpon. poteſt, non eſſe inconueniēs, copulā ibi poni, vt inter genus & ſpeciem, prout in rub. C. de ſerui. & aqua. vbi per glo. & doct. & poteſtas illa dānandi in metallū eſt ſpecies contenta ſub poteſtate gladii in genere. Ad duo iura ult. loco alleg. poteſt reſpond. fuiſſe ibi expreſſum de correctione aliqua ad tollendū omnē dubitationē: & ſic delegari nequeāt cauſe imperij. nec alterius coërctionis, quæ nō adimit vitā, de quibus maius dubiū erat, an delegari poſſent. Nec obſt. † quòd verba potius intelligēda ſint
13 naturaliter, quàm ciuiliter. l. fin. C. de his qui uenæta. impetra. l. ex ea parte. §. 2. cum gl. de uerb. obl. c. ſuſceptum. de reſcri. in ſexto. & per conſequens potius de gladio materiali, quā de punitiuo & ciuili, quia reſpon. quòd ratione ſubiectæ materiæ uerbo potius ciuiliter accipiūtur. l. Deo nobis, in principio. C. de epiſco. & cler. laſo. in d. l. ex ea parte. §. j. Quum ergo gladius (vt dixi) tàm ciuiliter quā naturaliter accipiatur, nihilq; repugnet quin ita hic capi poſsit, mirum non eſt, ſi ita accipitur, ut natura diffinitionis exigit: maximè, quum iſte ſignificatus potentior ſit, & plura comprehendens, & verba accipienda ſint in potentiori ſignificatu: iuribus uulgarib.

Poſtremò non obſtat ponderatio quorundā de iſto tex. in verbo quod ēt poteſtas appellatur, quæ verba innuunt, non eſſe propriè diffinitionē, quia reſpon. q; Vlp. primò ponit diffinitionē, meri imperij, poſtea ſubiicit, q; tale imperiū ibi diffinitū, alio nomine poteſtas nuncupatur.

Eſt hanc concluſ. & opin. Ang. vidi ſępe publicè ſuſtineri per repetentes hanc legem.

Non eſt tamen à receptiori ſententia diſcedendum, † quòd hic non ponatur diffinitio meri imperij, ſed exemplum potiſsimum, & magis frequēs in
14 materia meri imperij. primò, quia diffinitio nō eſſet bona, quia non conuertibilis. contra. d. §. dolo. nam condere legem competit Senatui Romano, ac Prefecto prætorio. l. non ambigitur. ō. de ll. & l. fortam. C. de of. præfe. præto. & exercetur officio iudicis nobili ad publicā vtilitatem: ergo eſt meri imperij, iuxta notata per Bar. iu l. j. ō. eo. & tamen non continet ſemper animaduerſionem in facinoroſos homines, quum legis virtus multiplex ſit, ut. l. legis uirtus. ō. de. ll.

Secundò merum Imperium non tantū conſiſtit in puniēdo facinoroſos homines, verū & in animā
lia. c. mulier. 15. q. j. quādo mulier facit ſe cognoſci

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab animali irrationabili, plectitur pœna mortis, vnà cum animali. Quum ergo merũ Imperium cõsistat etiam in puniendis animalibus irrationabilibus, & hîc de hominibus tantùm sic sermo, apparet diffinitionem non esse generalem.

Tertiò pondero hunc tex. sic; nam si illa verba habere gladij potestatem, accipiantur pro gladio ciuili & punitiuo secundum opin. Ang. & sequacium, sensus esset, quòd merum Imperium est habere potestatem puniendi ad animaduertendũ in facinorosos homines, idest puniendũ, quod quantùm esset ineptum, nemo est qui non videat: & superfluerent illa verba ad animaduertendum. melius est ergo dicere, ꝙ terminus gladij stet pro materiali gladio, & erit optimus sensus, ꝙ merum Imperium sit habere potestatem gladij materialis ad puniendum facinorosos homines, ac delicta.

Quamuis adhuc disputando pro defensione opin. Ang. posset dici, argumentisq; prædictis responderi: ꝙ in duobus primis sunt casus speciales, qui non habentur in cõsideratione. l. nam ad ea. ff. de ll. cum vulgar. & propter quos diffinitio nõ prosternitur, nec redditur imperfecta, licèt sub ea non comprehendantur, vt dixi in d. l. omnis diffinitio. Ad vltimum motiuum respond. quòd nulla est incõgruitas sic intelligendo verba prædicta, merum imperium est habere gladij potestatem &c. idest, potestatem punitiuam ad castigandũ facinorosos.

Dicebat etiam hîc Bal. in j. col. negari non posse, quin hîc ponatur maior pars diffinitionis, quod à veritate alienũ est vt patet ex distinctione graduũ imperij. ff. per Bar. facta. vbi ponit hanc partem de potestate gladij in secundo gradu maioris imperij, non in primo Imperij maximi. & cõsequenter maior pars est circa ea, quæ sunt primi gradus; & sic maximi imperij.

15 Tenebãt similiter Ang. hîc † & sequaces, & Mod. Taur. col. 7. & Mod. Mediol. in secundo Paradox. c. 8. poni hîc per Iurisconsul. diffinitionem mixti imperij illud esse, quod iurisdictioni cohæret.

Contra quam opin. primò facit, quia hic nullũ esset genus sub se species continens, ergo diffinitio mala.

Secundò, mixtum Imperium quum sit in alijs, quàm in dando bonorum possessionem. l. j. suprà eo. ergo diffinitio non esset generalis: contra iura vulg. vt hîc per Rimin.

Tertiò, quia vt in articulo præcedenti dixi, Vlp. hic incæpit declarando primò per exemplum, quid sit merum Imperium, non est dicendum, quòd inde statim volens declarare quid sit mixtũ, procedat diuerso modo, videlicet diffiniendo, cõtra regulã. l. iam hoc iure. de vulg. & pupil. & quia ex præcedentibus declarantur sequentia. l. si seruus plurium. de leg. j. secundũ Rimin. ff. in 4. col. eò maximè, ꝙ tex. videtur simili modo procedere dum primò dixit, merum Imperium est, posteà mixtum est &c.

Sed defendendo opin. Ang. in via disputationis ad primum argumẽtum respond. quòd hic tex. dũ dicit mixtum Imperium est, intelligitur scilicèt imperium cui iurisdictio inest. & sic subauditum Imperium est loco generis, vt in superioribus dixi. Ad secundum potest respond. quòd cum diffinitio ne posuit inde exemplum, vt per Mod. Taur. & si dicas, quare non posuit similiter exemplum de primo? respond. quòd res non indegebat exẽplo, quia satis clara erat. Ad tertium respond. retorquendo in oppos. argumentum, secundum opin. Ang. de qua suprà, quòd immo in princ. Iurisconsultus processit etiam diffiniendo merum Imperium, similiter hîc mixtum; & esset absurdum, quòd in princ. processisset diffiniendo, posteà incontinenti loquens de mixto, procederet exemplificando: à crebriori tamen & communi sententia in iudicando & consulendo non esset recedendum.

In fine legis nostræ, Iurisconsultus (vt. ff. latius declarabimus) ponit etiam vnum exemplum de
16 simplici iurisdictione. † Retenta communi, quòd Iurisconsul. processerit in hac. l. exemplificando, quæritur propter quid Iurisconsul. potius posuerit hic ista tria exempla, quàm alia? Quidam responderũt, quia sunt exempla potissima in qualibet specie, ut hîc per Mod. Portugal. & Curt. col. 2. & 3. uel melius secundum Aquen. ff. quòd ista sint iuris positiui, & Vlp. de istis potius quàm de aliis mentionem fecit, quia sic sibi placuit.

17 Absoluto primo pollicito, † uenio ad secũdum subtile & speculatiuum: uidebatur quòd hic tex. in secunda parte non posset procedere, dum dicit mixtum Imperium esse, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit, arguendo à sufficienti partium enumeratione. aut enim vis intelligere de iurisdictione in genere, aut de iurisdictione in specie. si in genere, quòd insit tanquàm genus speciei, iuxta tex. l. si quid earum §. inter emptum. cum glo. de lega. 3. quia ad positionem speciei sequitur positio generis, & posita specie ponitur genus; vt per Alex. & alios in l. iurisgentium in. §. Sed si fraudandi. colum. j. in fin. de pact. posito enim homine sequitur positio generis, quòd animal sit: hoc stare non potest, quum Iurisconsul. hîc volerit differentiam facere inter merũ & mixtum imperium, cui inest iurisdictio. Si intelligeremus in genere, pariter iurisdictio tanquàm genus inesset mero imperio, quod est contra mentem & intentionem iurisconsul. hîc volentis facere differentiam inter merum & mixtum respectu adhærentiæ iurisdictionis. Absonum igitur est, & impossibile intelligere verba prædicta istius. l. de iurisdictione in genere. Si autem volueris intelligere de iurisdictione in specie, nõ videtur etiam posse id fieri, aut stare, quia vna species non inest alteri: sed bene inest generi. l. semper in generalibus. de regu. iur. vt hîc per Alex. & Deci. col. j. Hinc est, vt proximè dicebam, quòd ad positionem speciei sequitur positio generis; quũ species semper insit generi: sed vna species non inest alteri, vt dixi, manifesteq; patet: quia in homine nõ inest equus, nec in equo musca, & sic de singulis: ergo vna species non inest alteri. Quo stante, impossibile videtur intelligere uerba illa, cui iurisdictio inest, de iurisdictione in specie. Si nec in genere, nec in specie potest intelligi, quum non sit dare aliam intelligentiã, quomodo stabit, & quomodo intelligetur?

Ob

Ob prædictam difficultatem hic tex. legitur perscriben. duobus modis secũdum quosdam, & quæ sit cõmunis intelligentia uix cognosci potest. multi enim intelligunt, ꝙ insit iurisdictio mero imperio tãquàm genus speciei. d. §. inter emptũ. cum prælleg. quia tanquã species non potest inesse, sed bene ut genus: ut hîc per Cyn. & Bart. ad finem pen. col. Alex. Seuer. & Ias. in j. col. & Mod. Portugal. in glo. mixtum. Nec obstat huic intelligentię, quòd pariter cõsiderata iurisdictione in genere illa insit mero Imperio, & tamen de mente iurisconsulti hîc est, ꝙ iurisdictio prædicta, de qua loquitur hîc, non insit mero imperio, aliàs nõ esset differentia inter merũ & mixtũ respectu adhærentiæ iurisdictionis, prout est secundum Iurisconsul. hîc: quia immo est magna differẽtia: mero enim Imperio inest uti pedissequa, & accessoriè; mixto æquè principaliter, declarando ut hîc per Seuer. col. 2. Ias. & alios. & Curt. quarta. in not. quinto. Quæ resolutio non satisfacit Decio hic in j. col. quia si iurisdictio inesset mixto Imperio modo aliquo tãquàm genus, iurisdictio ī genere dignior esset Imperio; quũ genus omnes species complectatur. d. l. semper. vnde debuisset dici, ista iurisdictio, non mixtum imperium Respond. ꝙ illa mixtura fit ex mero Imperio in specie, & iurisdictione in specie, non ex iurisdictione in genere. Ideo appellatur mixtũ imperium à digniori, & sic ab Imperio in specie non à iurisdictione in specie, quæ minus digna est, nec à iurisdictione ī genere, quę quãtùm ad illam mixturã nihil operatur nec miscetur, licèt positiuè concurrat de necessitate, quũ ad positionem speciei (ut dixi) sequatur de necessitate positio generis, & qualitas, quæ in proposito non in-
18 fert, † nec attenditur: Bal. in c. j. ad finẽ de grad. successi. in feud. Cur. in tract. feud. char. 32. in 6. q. Hinc etiã est secundũ eundẽ Curt. hîc in quinto no. ꝙ licèt animal tanquàm genus insit homini tanquàm speciei, non facit tamẽ ut homo dicatur mixtus tanquàm, compositus ex diuersis.

Melius ergo dicamus, ꝙ secundũ prędictã declarationẽ, ut intelligantur de iurisdictione in genere,
19 nõ posse dici mixta species, nec mixtũ imperiũ. † dicitur. n. mixtũ, quia participat de duobus simplicibus. §. qui ex aliena. Instit. de rerũ diuis. §. quędã actiones. instit. de actio. l. 2. in prin. cũ ibi no. per scriben. de uerb. oblig. & sic dicitur mixtũ imperium, quia partim accedit naturę meri imperij, quũ exerceatur officio iudicis nobili partim accedit naturæ simplicis iurisdictionis, quia principaliter exercetur ad priuatam utilitatem: & sic quum participet de duobus simplicibus dicitur mixtum. quę mixtura nõ posset considerari, si intelligeretur de iurisdictione in genere: ergo prima intelligentia non potest procedere, secundum Aquens. hîc, & etiam tenentes aliam declarationem, de qua statim dicta.

Secundò somnium est & diuinatio, quod de adhærentia, pedisequa, & coæqueua dicitur, ergo &c.

Tertiò quia qualitercũque inesset ut pedisequa, seu accessoriè, aut principaliter & coęqueuè inesse diceretur, & tamen de mente Iurisconsul. hic est, quòd mixto insit, in mero non.

20 Secunda lectura est, ꝙ hic tex. intelligatur de iurisdictione in specie, seu de qualitate iurisdictionis in specie, ex quo exercetur ad priuatã utilitatẽ secũdũ qualitatẽ iurisdictionis in specie, & officio iudicis nobili secundũ naturã meri imperij. ex istis duabus speciebus componitur hęc tertia species, & appellatur mixtũ imperiũ sumpto nomine potius ab imperio, quàm à iurisdictione, tãquàm à digniori, ut. ff. dicetur. ita tenẽt Iaco. de Aren. & Bar. ff. in prima quęstione mixti imperij. Bal. in prima lect. col. j. Ang. Fulgos. Rimin. Lanc. Deci. Seuer. Aquens. & Deci. omnes in prima charta. Curt. col. 3. in quinto no. & in tertia quæstione Bar. Mod. Taur. col. 7. & sequen. & dicit Bal. hũc esse uerũ intellec. l. nostræ, qui cõmunis est secũdũ Seuer. quod uerũ esse ꝛ. per me dicta, ostendunt. Probatur primò prędicta communis intelligentia, quia mixtũ dicitur, quod participat ex duobus simplicibus, ut ꝛ. dixi. Quia igitur de mero imperio in specie, et de iurisdictione i specie participat, mixtũ dicitur Imperiũ. Et qua declaratione colligitur, ꝙ hîc iurisdictio capitur pro iurisdictione in specie, non pro iurisdictione in genere. Secũdò probatur prędicta intelligẽtia ex implicatiua etiã, in tex. nostro posita. dum enim dicit, cui etiã iurisdictio inest; implicat ꝙ non solùm merum Imperiũ insit (glo. & doct. declarant) uerũ etiã iurisdictio. De Imperio in specie intelligitur, quũ nõ sit dare merum Imperiũ in genere, sed in specie: est enim species imperij in genere sumpti ut hic per Bar. & dicemus. ff. ergo similiter intelligendus est tex. de iurisdictione in specie, prout de imperio in specie intelligitur; ne una eademq; res disformiter determinetur. cõtra. l. eũ qui ædes. ff. de usucap. Voluit ergo Iurisconsultus hic dicere, merum Imperiũ est habere gladij potestatẽ ad puniendũ facinorosos. mixtũ est illud, scilicet Imperiũ, cui etiã iurisdictio inest, idest, non solùm merum Imperiũ, uerũ etiam iurisdictio in specie inest, & cõsequenter participat de utroque simplici: ideo dictũ est mixtum Imperium denominatione facta à digniori.

Nec obstat quod suprà opponebatur de una specie, quæ non potest inesse alteri: quia secundum glo. Bar. Bald. & scriben. prælleg. intelligitur iurisdictio, idest qualitas ipsius iurisdictionis, quũ participet de natura & qualitate meri imperij, ex quo exercetur oficio iudicis nobili, & de qualitate ac natura iurisdictionis in specie, quum exerceatur
21 ad priuatam utilitatem, ut simplex iurisdicto. † Nec inconuenit in una specie aliquid esse de natura alterius; patet in homine, in quo aliquid est de natura Angeli, quia intelligit; ité aliquid de natura brutorum, quia sentit. Imperium ergo in quo sunt istę qualitates iurisdictionis simplicis, & meri imperij, mixtum Imperium appellatur. & prædicta ex positio, iurisdictio, idest qualitas iurisdictionis, est necessaria, quia de specie iurisdictionis intelligi nõ potest, quum una species (ut dictum est) alteri nõ insit: nec etiam de genere intelligi potest, ut probatum est suprà: intelligetur ergo iurisdictio, idest qualitas iurisdictionis. facit tex. in l. quæritum, in uerbo operas, cum glo. æstimationem ipsarum operarum exponente de usufructu. Extranea ergo non est expositio, iurisdictio, idest qualitas iurisdictio

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictionis. Et hæc dicta ſufficiant pro intelligentia iſtius difficillimi tex. intus & in cute enucleati. Quantùm ad vtilitatem ſecundum Alex. hîc, inter unum intellectum & alium parum intereſt.

Venio modò ad tertium pollicitum, & nodum
22 Gordianum. † Arbitror equidem Vlpianum de induſtria hîc obſcurè & amphibologicè loquutum, prout ſæpe fecerunt gloſſatores, ut poſteros muſſare facerẽt; & ne difficultates legales cũ idiotis com
23 munes redderẽtur; † ſecũdũ Bal. & Paul. Caſt. in l. iuriſgẽtiũ. in §. Quinimo. col. fi. ubi Iaſ. 9. ĩ. de pac. & Barb. in c. j. col. 26. nu. 96. ut lite non conteſt.

Legitur uerſic. fin. iſtius. l. quatuor modis per doct. primò intelligitur per Angel. ut ponat diffinitionem iuriſdictionis in ſpecie: ſed ut in j. col. dicit Iaſ. ſubaudit multa uerba, quæ hic nó ſunt. Ideo omnes ſcribentes recedunt ab ipſo intellectu Ang. conſiderationẽ illius paruifacientes. quæ reprobatio clarius procedit, tenendo cómunem de qua in ſuperioribus, ꝙ hic non ponatur diffinitio meri & mixti imperij, ergo nec iuriſdictionis. Prętereà diffinitio non eſt generalis, nec euacuaret naturã rei diffinitiuæ, neque poneret ſubſtantiã eiuſdẽ rei diffinitiuæ, prout debet; ut dixi in d. l. omnis diffinitio. & poneret unũ accidẽs, potẽtiã uidelicet delegãdi, ut ꝙ Soci. in l. j. col. 7. uerſ. Sed reſpõd. ff. quis & à quo.

Secundò modo legitur per glo. fina. Bar. & com
24 muniter ſcribentes, † ut Vlp. non procedat hîc diffiniendo, ſed exemplificando, prout etiam in ſuperioribus, ponatq; hîc in fine unum effectum ſimplicis iuriſdictionis, uidelicet poteſtatem delegandi: ponitur ergo hic deſcriptio iuriſdictionis prout cõcernit perſonam iudicis, ut poſt Guliel. de Cuneo, & Bal. hic in 2. col. ſuæ repetitionis, dicit Alex. col. 6. & Aquenſ. ult. Facit quia deſcriptio ex accidentibus datur ut per Paul. Caſtren. in l. j. ſuprà de. ll. & latius docui in d. l. omnis diffinitio.

Contra iſtum cómunem intell. altera difficultas obſtat, quia delegare cauſas, nõ uidetur eſſe de ſimplici iuriſdictione, ſed de mixto imperio, quũ exer-
25 ceatur officio iudicis nobili, † quia nõ cõpetit actio ad impetrandũ delegationẽ, nec iudex ad hoc faciẽdum tenetur quomodo ergo poteſt eſſe de iuriſdictione in ſpecie, quæ ut in materia ſimplicis iuriſdictionis uidebimus, iure actionis, & officio iudicis mercẽnario illi deſeruiẽti exercetur: Alex. ĩ. in ult. col. poſt. Guliel. & Bal. reſpond. hîc deſcribi iuriſdictionẽ, prout cõcernit perſonã iudicis tãtùm; quia delegare poſſe, & iudicẽ dare, effectus eſt ſimplicis iuriſdictionis: quia quicũq; uiliſsimus magiſtratus poteſt delegare, dũmodo habeat ordinariã iuriſdictionẽ. l. more. ĩ. eo. & ponit idẽ Alex. ʒ. in ultimo no. & ita procedit iſte tex. Hanc ſolu. reprobant Iaſ. ĩ. in pen. col. Mod. Portugal. hic col. 4. & ſequen. & Moder. Mediol. lib. 2. Paradox. cap. 8. pluribus rationibus. Illa uidetur fortior, quia ius delegandi cauſas, non eſt ſimplicis iuriſdictionis, ſed mixti imperij, quum expediatur officio iudicis nobili; nec pro impetratione illius prodita reperiatur actio, immo inuitis partibus fit. Et ad hanc rationem de actione non prodita, non reſpond. Alex. ut dicit hîc Iaſ. in penul. col. licèt enim magiſtratus minimus habens ordinariã, poſsit delegare, tñ ex quo ad hoc, ut aliquid dicatur eſſe de iuriſdictione, requiritur, ꝙ expediatur iure actionis, ſi actus iſte talis naturæ non ſit, ut iure actionis expediatur, de iuriſdictione eſſe, non poterit dici. Curt. in l. j. ſuprà eo. & hic in 4. reſpondebat, ꝙ immo delegatio ſit ſemper officio iudicis mercẽnario deſeruiẽti actioni intentatæ, quando ſit lite mota, & intentando,
26 quando ante litem motam, ut per eum. † niſi quãdo delegaretur cauſa imperij in caſibus perm iſsis, quia ſortiretur naturam cauſæ, ſuper qua fieret, ſecundum quoſdam moderniores, ut inquit Cur. hi fuerunt Lanc. Deci. et Aquenſ. ĩ. circa finem commenti. quæ conſideratio non placet, nec uidetur poſſe procedere, quia licèt delegatio fieri poſsit tàm ante litẽ motã, quàm poſt; id tamen fit officio iudicis, non iure actions; quũ nulla ſit ad id prodita regulariter actio, per quã à iudice quis petat dele
27 gationem fieri, nec iudex id facere teneatur, † ſed totum ſit in arbitrio ipſius iudicis poſitũ. c. ſi pro debilitate. ibi, liberum tibi ſit. de oſti. deleg. l. j. uerſ. Quæ uerò iure magiſtratus. &. l. fin. ʒ. tit. 2. Quæ iura hoc ponunt in liberã poteſtatẽ iudicis; & uoluit hic Deci. ad fi. 2. col. quamuis prędicta iura non alleget. dici ergo non poteſt, ꝙ id expediatur officio iudicis mercennario, ſed potius nobili, & conſequenter mixti imperij, non iuriſdictionis, ut dicebant Iaſ. & præalleg.

28 Aquenſ. ĩ. in ultima col. reſpond. ſubtiliter, † faciendo differentiã inter licentiã, & poteſtatem delegandi, ac delegationem ſeu actũ ipſum delegandi. dicens ꝙ licentia dandi iudicis, & poteſtas delegandi, ſimplicis eſt iuriſdictionis, quũ quilibet ordinarius poſsit delegare. d. l. more. & de hac intelligi & loqui legem noſtram, quòd ſit ſimplicis iuriſdictionis: ſed ipſum delegare, et actus de legationis prout concernit exercitium & rem in fieri, mixti imperij eſt, ex quo exercetur officio iudicis nobili ad utilitatem priuatam: & de hoc loquitur. tex. in l. j. in fi. ʒ. eo. & ſic intelligendo, ceſſat difficultas mota: & hanc conſiderationem ſibi aſcribunt & ſequuntur Mod. Portugal. hic in 5. col.

Quæ reſponſio licèt colorata fuerit, & ſubtilis, non uidetur procedere; quia ſi poteſtas delegandi eſt ſimplicis iuriſdictionis, & ſic habens ſimplicem iuriſdictionẽ tantùm, delegare poteſt, neceſſariò ſequitur, quòd delegare non ſit mixti imperij, quia per habẽtem ſimplicem iuriſdictionẽ tantùm id explicari non poſſet: non ergo ſubſiſtit nec poteſt procedere, ꝙ actus delegandi ſit mixti imperii, & quòd habens ſimplicem iuriſdictionem tantùm
29 ipſum actum facere poſsit. † Secundò cõfirmatur, quia ſicuti actualis miſsio in poſſeſsionem eſt mixti imperij. l. ea quę. §. magiſtratibus. ad municip. l. j. ubi dixi, ſuprà eo. ita cognitio & pronunciatio de mittendo, licèt minoris gradus; ut per Bar. in l. iubere. ĩ. eo. quicquid dixerit glo. in l. j. ſuper uerbo Poſſunt. Pariformiter ergo, ut delegatio mixti eſt imperij, ita poteſtas & cognitio de delegando erit mixti imperij.

Tertiò, quia ſicuti delegatio quæ ſit in cauſis meri & mixti imperij ſortitur naturam illius actus, ut ipſam

ipſa ſit meri uel mixti imperij, prout eſt cauſa ſuper
30 qua fit, † ut poſt Lanc. Deci. uoluerunt Aquenſ. ĩ. in fin. commenti, & Curt. in 4. col. facit tex not. in l. j. in §. belliſsime. ut lega. nomi. caue. ita potẽtia delegandi & delegatio ipſa eiuſdem qualitatis, iuriſdictionis erunt. Faciunt quæ notanter ſcribit Alex. ĩ. in 4. col. de carcere, cuius ſpeciei iuriſdictionis ſit. Quartò probatur per tex. in d. l. j. in fi. volentem, ꝙ dare iudicem ſit ſimplicis iuriſdictionis ſecundum communem intellec. ſcriben. ergo actus delegandi erit de iuriſdictione ſimplici: & ita uoluit Alex. in vltimis not. quòd ipſum delegare ſit ſimplicis iuriſdictionis, ergo diſtinctio & differentia Aquenſ. ʒ. relata non procedit.

31 Tertiò modo legitur hic tex. in fine, † ut voluerit Vlpianus dicere, ꝙ natura cauſarum, quę ſunt ſimplicis iuriſdictionis, ſit, ut delegari poſsint, & propriũ iuriſdictionis ut poſsit delegari, & ſic iuriſdictio eſt. i. iuriſdictionis propriũ eſt, ut poſsit delegariſ; ipſa uerò delegãdi poteſtas & actus delegationis, non ſit ſimplicis iuriſdictionis, ſed mixti imperij, per prædicta, ut poſt Cyn. & Petr. uolunt hîc Rimin. in vltimo no. Seuer. col. 2. & Mod. Portugal. col. 5. hanc lectũrã damnãt Alex. hîc col. j. & Mod. Mediol. loco præalleg. quia uerbis Iuriſconſulti hîc non conuenit, quũ dicat; ꝙ iuriſdictio eſt licentia dandi iudicis, non quod proprium cauſarum iuriſdictionis ſimplicis ſit delegabilitas, ut prędicti nouũ tex. componendo, dicunt.

Obſtat ſecundò iſte tex. in implicatiua etiam, volens implicando, idẽ eſſe in præcedẽtibus, quod eſſet falſum: quia de natura meri et mixti imperij eſt, ꝙ ſint indelegabilia. l. j. vbi latè diximus ſuprà tit. 2. licèt ad hoc replicari poſſet, implicatiuã illam, ſic implicare, ꝙ iuriſdictionis eſt, nõ tantùm expedire cauſas per ſe, ſed etiam per delegatum; & ſic iuriſdictio eſt & conſiſtit non ſolum in expeditione cauſarum per ſe facienda, ſed etiam in delegando cauſas per alterum expediendas.

Tertiò, quia prædicta intelligentia non eſt vera ad hunc tex. eius verbis refragantibus, ergo &c. l. Labeo, de ſupellec. lega. l. non aliter, de leg. 3. nec etiam eſt veriſimilis, quia Iuriſconſul. ʒ. exemplificãdo (vt vidiſtis) proceſsit: iccirco non eſt veriſimile ꝙ hîc in fine legis, vbi eodem modo loquendi vtitur, non procedat exemplicando, ſed ponendo vnum effectum iuriſdictionis, qui clarè per alia iura tradebatur. d. l. more. & l. j. ʒ. tit. 2. cum gl. in l. ſequẽti, quæ dicat, ꝙ præcipuum iuriſdictionis eſt, vt delegetur. Ideo reijciendus eſt prædictus intel-
32 lec. † immo uidetur magis delegabile imperium, quàm iuriſdictio in ſpecie, quia vt. ĩ. declarat Bart. ſex ſunt gradus iuriſdictionis in ſpecie, & tres vltimi tantùm delegabiles ſunt: in mero imperio duo vltimi gradus, pariter in mixto duo alij vltimi, et cõſequẽter quatuor gradus imperij delegabiles ſunt: iuriſdictionis verò ſimplicis tres tantùm: ergo Imperiũ videtur magis delegabile, ſecundũ Curt. hîc col. 5. dicentem cogitandum pro ſolutione, quam poſtmodum ponit in vlt. col.

Vel clarius poteſt reſpon. quòd glo. in d. l. iubere. procedit ſecundum opin. gloſſatorum noſtrorum, qui habuerunt pro inconuenienti, ꝙ cauſæ meri & mixti imperij delegẽtur. Quã opin. Bar. & ſcriben. ibi falſam eſſe oſtendũt. Iccirco Iuriſcõſ. in l. j. ʒ. tit. 2. ſecundũ verum intell. quem ibi poſui & demonſtraui, in actu delegationis non facit differentiã inter cauſas imperij & iuriſdictionis, ſed an cauſæ ſint ſpecialiter cõmiſſę vel ne: quamuis cauſæ imperij dicantur prohibitæ delegari regulariter, quia ſpecialiter ſunt commiſſæ.

33 Vltimò legitur iſte tex. † vt Vlpianus hîc non tractet de ſimplici iuriſdictione, ſed ſolùm de mero & mixto imperio, ponens vnum exemplum imperij meri, & duo exempla mixti, quod conſiſtit in dando bonorum poſſeſsione, & in licentia dandi iudicis ſeu delegandi, in quibus ineſt iuriſdictio, quum exerceantur ad priuatam vtilitatem: & erit ſenſus; iuriſdictio eſt etiam in licentia dandi iudicis, ſed non eſt prima ſcilicet meri imperij, quę exercetur ad publicam vtilitatem; ergo erit ſecunda, de qua proximè facta fuit mẽtio, ibi, iuriſdictio ineſt. ideo dicitur mixti imperij. Et hunc intellec. poſuerunt. Mod. Portugal. hic in quinta col. & Mod. Mediol. loco præallegato.

Sed cõtra hũc intell. primò obſt. ſeries iſtius tex. vbi Iuriſconſ. facit tria membra, dum ait: merum imperium eſt: inde, mixtũ eſt: tertiò iuriſdictio eſt. Ex quibus manifeſtè colligi poteſt, Iuriſcõſ. voluiſſe loqui de ipſis tribus ſpeciebus iuriſdictionis in genere ſumptæ, & ſic etiam de ſimplici. Secundò, quia ſi de mixto imperio tantùm tractare voluiſſet, paucioribus agendo, more ipſius Vlpiani Excellentiſsimi Iuriſconſulti, dixiſſet, mixtum imperiũ eſt, cui iuriſdictio ineſt, quod in dando bono. poſſ,
94 Taur. col. 15 vers. Secūdò huic limitationi. †Secundò non obstat, ꝙ etiam in materia fauorabili verba potius sint intelligenda in specie, quàm in genere, si fieri potest. l. hoc legatum. cum ibi no. per Bar. de l. 3. ergo in terminis nostris concessio potius erit intelligenda de iurisdictione in specie, quàm de iurisdictione in genere; ut hic per Cur. column. 7. & Mod. Tau. 14.

95 Quia respon. †quòd materia legatorum, nō est largè interpretanda, sed strictè. l. nummis. de leg. 3. cum aliis per me alleg. de reg. iu. in l. in testamentis. Ideò nimirum si verba in d. l. hoc legatum, potius accipiuntur in specie, quàm in genere. sed vbi essemus in materia largè interpretanda, vt in proposito nostro, maximè quū verba generaliter prolata, sint generaliter intelligenda. uulg. l. de precio. ℣. de publi. etiam ꝙ esset maior ratio vno casu, quàm in alio. l. j. §. quod aūt ℣. de alea. l. in fraudem. §. fin. ℣.
96 de mili. testa. †quibus adde plenè Ruin. in consi. 8. col. 4. lib. 5. vbi consuluit, ꝙ in materia odiosa, uerba debent capi strictè & in specie, in fauorabili large & in genere.

Tertiò nō obst. fundamentū Curtii hic in 7. col.
97 in uersi. Secundò adduco, quia respō. patet † ex di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctis Aquenſ.hîc col.3.verſ.Sed primum, ac Mod. Taur.quia concluſio Fel.intelligitur,quando imperium exercetur immediatè per ipſum principem, ſeu ab eodem deputatum; & quãdo agitur de prę-iudicio ipſius principis concedentis tantùm.Cętera in hoc articulo dicatis,ut per præfatos.

Circa tertiam partem glo. ibi, quatuor gradus. reprehenditur communiter, dum ponit modicam
98 coërctionẽ,ut ſpeciem ſeparatam: † cadit enim ſub mero imperio, quum ſit animãduerſio in facinoro ſum; & ab alijs pœnis corporalibus differt tãquàm per plus et minus,nõ autem ſpecie,ut hîc per Alex. Aquenſ. Deci. & alios. & diuiditur cõmuniter in tres ſpecies,vt per Aquẽſ.Videte glo. not. in auctẽ. de defenſo.ciuit.in.§.Iuſiurandũ in verbo Iuriſdictione.quæ diuidit in tres,omittendo quod de modica coërctione hîc dixerat.Et de materia latius dicam.ĩ.cum Bart. & ab iſto modo dicendi ac loquendi gloſſatoris noſtri, Bart. & doct.acceperunt formam doctrinæ ſuæ, dum diuiſerunt imperium, & iuriſdictionem in gradus.

Circa quartã partem glo.ibi, ſub mero imperio:
99 †docet ſub qua ſpecie conſtituantur quæuis cauſę. & in omnibus membris ſuis malè loquitur, vt hîc per Alex.Rimin.Curt.& alios. Ex quo perpendi poteſt,quãtæ difficultatis eſſet hęc materia. † Nunc ve-
100 rò laboribus Doctorum,& vigilijs ſcribentium,res extra tenebras eiecta fuit, rectęq; declarata.

101 Et quòd modica coërctio † non faciat ſpeciem à iuriſdictione diſtinctam,ponunt pulchrè Bald. infrà ad finẽ primæ lecturæ,& Alex. in penul. col. Et dum Alex. reprehendit deciſ. Bal. in.l.fin.ſuprà de offi.prefec.vigi.ante eum id fecerunt nonnulli hîc, & Rimin.in vltimo gladu meri imperij, & Iacobi. de Sancto Georg. in tract. feudo. in verbo Cum mero. col. 2.

Circa quintam partem glo.ibi, prima duo non
102 delegantur.† glo.perſeuerat in eius opin.habuit.n. pro inconuenienti, ꝙ imperiũ delegaretur, vt per Bar.& alios in d.l.iubere.quæ opin.erronea fuit,& cõtra tex.in.§.audient quoq;, in auctẽ. de defenſ. ciuit.& in l. magiſtratibus. ĩ.eo.& alijs not. p Bar. & doct.in vltimis gradibus meri & mixti imperij.

Vltima pars glo.eſt approbata,vt hîc per Alex.&
103 Rimin.& de intellec.§.h.legis primę.ſ.tit.2.dicendũ eſt melius, vt ſcripſi in libello Exercitationum.

In eadem glo. ibi ex his ego. glo.infert ex dictis in quarta parte in materiam iuriſdictionis. Ex prędictis remanet declarata glo. quantùm ad corticẽ, materiam videbimus. ĩ.cum Bar.

Glo.in verbo Iuriſdictio, declarata eſt in excuſſione intellectuum: de qua etiam uidete Socin. in l.j.col.7.ĩ.quis & à quo.

Glo.fin. diuiditur in duas partes, in prima timore contrarij,quod format Bar. & ſtatim dicã, ponit vnam expoſitionem ad tex.noſtrum cũ triplici declaratione. In ſecunda,quæ eſt ibi, ſed quum delegatus, opponit & dupliciter ſoluit.

Pro expeditione primæ partis,oppono,quòd Vlpianus malè loquatur hîc in fine diffiniendo iuriſdictionem, quum in alijs conſiſtat, quàm in delegando: comprehendit enim expeditionem cauſarum, vt hîc per Bart.& patet in c. forus,de verbo. ſigni.Et tàm ex diffinitione iuriſdictionis in genere,de qua ſuprà in l.j.quàm ex diffinitione iuriſdictionis in ſpecie, de qua per Bar. & Doct.ĩ.timore iſtius contrarij,glo.dicit hîc nõ diffiniri iuriſdictionem; & ideo exponi debere hunc tex.in verbo iuriſdictio eſt, ideſt de iuriſdictione eſt.

In eadem glo.ibi, generis prędicationem, ideſt ponit quendam actum de quo prædicatur iuriſdi-
103 ctio,† ſecundum Bal. hîc. Et ſic vult glo. quòd ex quo ſecundum Dialecticos genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, hîc ponatur potius differentia,quàm genus, prout in ſequentibus declarat gloſ.ibi, uel nomen ſpeciei. & eſt ſenſus; quòd iuriſdictio in ſpecie continet ſub ſe facultatem delegãdi cauſas, quem tex. melius declarauit.ĩ. in diſcuſsione lecturarum ad hanc legem.

Circa ſecundam partem gloſ. vtrum delegatus
104 ad uniuerſitatem cauſarũ ſubdelegari poſsit, † tradunt laſ.& alii in.l.iudice,C.de iudic. & in.l.more.ĩ.eo. & eſt corrigenda glo.ibi.l.j.primo reſponſo,vt dicat.l.fina. vbi bene probatur, principium l.nihil.facit.

Circa ſi. glo.ibi, de ordinaria iuriſdictione. Bar. & Alexan.ſequuntur, & Socin.in d.l.j.ĩ.quis & à
105 quo,in fine.& hęc eſt bona declaratio: † quia appellatione iuriſdictionis, venit ſolũ ordinaria, vt dixi in rubr.ĩ.ſi quis ius dicenti non obtẽp.Bar.tamen poſt Petr.de Bellapertica aliter ſoluit,& cum eo alij tranſeunt.Et licèt aliqui impugnent Bar. dum allegat.l.neque.C.de procur. tamen poteſt reſpon. vt hic per Curt.& facit pro Bar.quum ſufficiat ſimilitudinem eſſe ſecundum quid, licèt non per omnia c. tranſlato.cum ibi not.per Abb.& Deci.de cõſtit. procuratorũ;, & delegatus in pluribus conueniũt,
106 vt per Alex.in.d.l.more.col.j ideo &c. † Mihi tamẽ videtur quòd Bar. & alij malè dicant, quòd ſi cauſa delegata ſit delegabilis, eam eſſe de ſimplici iuriſdictione, quum poſsit eſſe meri & mixti imperii in ultimis gradibus: quod tunc eſt delegabile, ut per Bar. & ſcriben.in dictis gradibus.

Expeditis gloſsis, Bar. hîc (quamuis in multis errauerit) hanc materiam iuriſdictionis, ac imperii meri & mixti eleganter tractauit, ad cuius dicta
107 ſemper recurritur, operęq; adimpleuit, quod pollicitus fuerat in.l.2.ad finẽ.C.de peda. iud. vbi hãc materiam uſque ad pellem ſe tractaturũ promiſit.

Prima quæſt.Bar.eſt. † quid ſit iuriſdictio in ge-
108 nere. omnes ſe remittunt ad dicta in l.j ſuprà cod. Curt.hic adhuc eſt in opin.ſua, quòd diffinitio iuriſdictionis in genere ponatur in.l.j.ſ.eo.quod verum non eſt,quia non loquitur ibi Iuriſconſul. de iuriſdictione, ſed de officio,quod ſignificat potius exercitium ipſius iuriſdictionis,ut ibi diximus. Secundò, quia non eſſet bona diffinitio, quòd iuriſdictio latiſsima ſit, quum non conſtaret ex genere & differentiis, prout debet. Tertiò refragantur verba illius tex. ibi,nam & bonorum. Eſt enim probatio dicti generalis per exempla, quibus uerbis non ſolent diffinitiones dari.

Aliam not.diffinitionem ponit Bal. hic in repetitione.col.2.

Secunda

puniendum delinquentes,ſecundum Seuer.hîc in
149 8. quęſtione, & Curt.in 12. col. † & hoc maximè procedit, quando iudex per inquiſitionem procederet,ut hîc per Aquenſ.col.4.Et ad id quod de excitatione iudicis dictũ fuit, facit tex.not. in c. licèt in corrigendis,de officio ordin.& in c. cum aliquibus,de reſcrip.in 6.Secundò ad oppo.facit,quia ex delictis naſcuntur obligationes,inſtit.de oblig.quę ex delic.naſcun.officium iudicis nullam præſupponit obligationem.l.qui per colluſionem, in fi.ĩ. de actio.emp.ergo non expediuntur officio nobili. Reſpond.ut hîc per Rimin.col.14.Aquenſ.4.Deci. 6.Curt.13.& Mod.Portugal.18.

Alia quædam argumenta contra Bar. formari poſſent,ſed ex dictis ſcribendum præalleg. colligitur ſolutio.

Non eſt ergo recedendum ab opi.Bar. commu-
150 niter recepta, † ut hic teſtantur Seuer.Rimi.laſ.Aquenſ.Deci.& omnes mod.præalleg.quicquid inaduertenter dixerint Mod. Mediol. loco præalleg. Pro qua opi.plura adduci poſſent,ut hic per Rimi. & Cur.col.12.ac Mod.Portugal. 17. & præſertim lex noſtra in ſui generalitate. non enim diſtinguit, an per accuſationem, uel inquiſitionem procedatur,ſed vult,quòd ex quo animaduertitur in facinoroſum,ſit meri imperij.

Reſpon.tamen poſſet, quòd licèt cauſa ſit meri
151 imperij,hoc tamen non cõcludit neceſſariò, quòd officio nobili expediatur; quũ.n.deſeruiat accuſationi inſtitutę,mercenarium videtur:Secundò adducitur tex.inſti.de pub.iudi. in principio, dũ ponit modum penitus diuerſum à prędecentibus remedijs,ergo non agitur ibi iure actionis,aut accuſationis fundato ac radicato in parte, prout in titulis præcedentibus.Reſpon.tamen poſſet, ut hic per Fulgoſ.& Mod.Portugal.col.18.

Melius probatur in l.2.C.de peda. iudi.in verſ. quod non ita,ibi,ex officio ſuo cognoſcere.ubi patet,illas eſſe cauſas indelegabiles, quæ officio iudicis expediuntur, quod de nobili intelligitur, aliàs nó differrent ab alijs, de quibus in principio legis, quæ expediuntur iure actionis, officio iudicis mercenario illis deſeruienti; & tamẽ Imperator in materia delegationis ponit tãquàm penitus diuerſas: ſed cauſæ criminales illæ ſunt,quę regulariter ſunt indelegabiles.l.ſi quid erit.ĩ.de offi.proconſ.l.j.ĩ. tit.2.& l.nemo poteſt gladij,de reg.iur. Nec diſtinguitur utrũ per uiam accuſationis, aut inquiſitionis expediantur,ergo prædictæ cauſæ ſunt, quę officio iudicis nobili expediuntur.

Nec obſt. conſideratio Rimin. hîc col. 13. uerſ. Niſi diceremus. quòd iſtud diſpoſitum ſit per iura ĩ. proximè alleg. quæ non debent cenſeri correcta nec ſublata,per dictam l.2. etiam quòd taxatiuè loqueretur.l.ob æs.cum gloſ.C.de præd. mino.quia hæc reſponſio non congruit d.l.ſecundæ, quæ expreſsè diſponit, quòd cauſę de quibus præſides cognoſcere non poterant,hodie propter publicas occupationes, uel multitudinem cauſarum poſsint etiam delegari; & ita limitari uidebantur iura.ĩ.alleg. quam dubitationem remouet Imperator in præallegato uerſ. quod non ita, declarando prędicta non intelligi in cauſis, quas ex officio cognoſcunt preſides,& per conſequens in cauſis meri,& mixti imperij. Et ſi diceres, quòd ubi inſtituta eſt accuſatio,non procedatur officio iudicis nobili, ſequeretur,diſpoſitionẽ iurium prędallegatorũ limitari in caſibus poſitis in d.l.2.quod dicere, abſonum eſt.Propterea,ueriſimile nõ eſt,ſi cauſę meri imperij, in quibus proceditur per accuſationem uel inquiſitionem indelegabiles ſunt ex diſpoſitione legum ſuprà allegatarum, ꝙ tex.in uerſ.quod nõ ita, excipiendo declarauerit diſpoſitionem ipſam,non comprehendere cauſas imperij, in quibus procedit tur per inquiſitionem, omiſsis illis in quibus proceditur per accuſationẽ; quũ omnes meri imperij ſint: dicamus ergo, ꝙ tex. ibi pariter per illa uerba ex officio ſuo,ſuſtulit dubitationẽ, & cõſequenter probat, quòd in omnibus cauſis meri & mixti imperij,quouis modo procedatur, ſiue per accuſationem,ſiue per inquiſitionem, dicatur procedi officio iudicis nobili, licèt non ſit ita merum primo caſu,ut ſecundo,quando proceditur per inquiſitionem nemine promouẽte cauſam, ut hîc per Seuer. quęſtione 8.& Aquenſ.col.4.& Fel.in c.fin.col. 3. de offic.ordin.

Nec etiam obſtant, quę contra communem dicunt Mod. Mediol. lib. 2. Paradox. cap. 2. dando
152 nouum intellect. † ad d.l. ſecundam, quòd antiquitus cauſas pecuniarias de quibus ibi in principio, non ſolùm ſi nó poſſunt preſides cognoſcere, ſed ſi nollent, delegare poſſent; ex quo competebant iure magiſtratus.l.j.ĩ. tit.2.& quia non potuit lex illa diuinare de diſtinctione cauſarum facta per tex. in §. & iudicare. propterea dicebant, uerba illa ex officio, intelligi debere de cauſis mixti imperij tantùm. nam, quia ſolebant iudices merum imperium delegare, uti non ualẽtes cognoſcere propter occupationes, id ibi uetant Imperatores,niſi ex duabus cauſis; aut quia impediti eſſent cognoſcere propter publicas occupationes, uel propter multitudinem cauſarum; quod non uolunt procedere, nec intelligi in cauſis mixti imperij: & ſic facilius concedi delegationem cauſarum meri imperij, ne captus & in carceribus fortè detentus in eis maceretur, ut latius per eos.

Nam ad primum motiuum facilis eſt reſponſio, quòd non poterant uel quia aliunde erant occupati, fortè etiam in negotijs proprijs, & ſic loquitur de impotentia facti,non de impotentia iuris,ut ibi declarat Paul. de Caſt.ad finem.j. col. uel etiam dici poteſt, ꝙ nó poterant,quia nolebant. Ad ſecundum de diuinatione, reſpond. legem antiquam poſſe per nouam exemplificari,quum antiqua ſem per loquatur.l. Ariani. C. de hęret.ut per Bar.& alios in l.j.C.de edend.verum eſt,quod Imperatores ibi non potuerunt diuinare de diſtinctione cauſarum poſteà in ſpecie facta in d.§.& iudicare. Generalis tamen illa diſpoſitio exemplificari poteſt, ſecundum terminos.d.§.& iudicare.& fortè tempore.d.l. 2. facta erat diſtinctio cauſarum iuriſdictionis aliter,quod nobis eſt incognitum: ſed bene cognita diſtinctio.d.§. & iudicare. cui ſatis poſſumus adaptare generalem diſtinctionem d.l.2.

Intellectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intellectus autem prædictorum Mod. ad.d.l.secundam non placet,dum volunt dici in princ.d.l. ϕ anteà possent iudices delegare causas meri imperij,quãdo erant occupati: ita ϕ cognoscere nõ possent,quod ibi prohibetur, nisi in duobus casibus ibi expressis:id quod nõ admittit lex in causis mixti imperij,ratione,de qua suprà.hæc.n.penitus deuiant à doctrina scriben.in.l.j.sup.eod.& est à veritate alienum,ϕ ante legem illam causæ meri imperij delegari possent.d.l.nemo potest gladij, &.l.j.s. tit.2.quia permittit delegationẽ in casu absentię tãtùm,& erat facta dispositio illa ante d.l.secundam, quę fuit Dioclet.& Maximi.Imperatorum, qui regnarunt multis medijs imperatoribus post Alex.Seuerum,sub quo floruit Vlpianus auctor l.primæ,l. nemo.prællegatarum,vt apparet ex Orosio lib. 7. cap.11.& c.16. Absonum est ergo dicere velle, ϕ ante illam legem,merum imperium delegari posset ex causa cuiuscũque impedimenti magistratus:propterea non est recedẽdum à communi intell. doct. ad d.l.secundam,nec ab opin.Bar.& scriben.hîc.& quod voluerit ille tex. loqui etiam de causis iurisdictionis, patet ex fine legis, vbi loquitur de causis iurisdictionis,ingenuitatis, & libertunitatis.

153 Quartò principaliter quęrit Bar. † quibus competat merum imperium? ex cuius dictis, quinque colliguntur conclusiones. Sed ante processum ad vlteriora, aduertendũ est primò,quia videbatur sequentem quęstionem in quot gradus.s.diuidatur merum imperium fuisse huic præponẽdam,& antea tractandam,per tex.instit. de oblig. quæ ex delic.nascun.ubi Imperator ordinatè procedens secũdum Are.ibi,primò posuit diffinitionẽ:secundò deriuationẽ:tertiò diuisionẽ.Et consequẽter Bar.post diffinitionẽ debebat ponere diuisionẽ graduũ meri imperij, & ostendere quibus cõpetent; quia cui cõpetunt duo vltimi gradus,non competunt de necessitate alij precedentes,vt videbimus.j.statim cũ Bar.Omnis autem actio legislatoris, nostra debet esse instructio.l.& hoc Tiberius Cęsar.j.de hæred. instituen.sicq; videtur feciſſe ipse Bar.j.in materia simplicis iurisdictionis; quamuis in materia mixti imperij hunc eundem ordinem seruauerit.

Secundò aduertendum est,quia Bar.cum mysterio quærit,quibus iudicibus competat merum imperium;quia tractat hîc de mero imperio magistratibus communicato; & sic de mero imperio magistratibus competenti, nõ autem de mero imperio
154 supremo & absoluto, † & sic de regio, quod propriè appellatur plenitudo potestatis; secundũ Bal. & alios, vt post Rimin. & Aquens. scribunt hîc
155 Mod. Taur.col.32. † Illud enim competit soli principi post translationem per Pop. Rom. in eum factam,vt.s.dixi.& tradunt hîc Bar.in j. lectu.col.4. Rimin.7. Aquens.5.& Seuer. in 10. quæstione. & ipse princeps est extra ac supra ordinem magistra-
156 tuum, vt vidimus in l.j.suprà tit. 2. † ponitq; Bal. quid sit supræmum illud imperium, seu plenitudo illa potestatis,tàm in Imperatore, quàm in summo Pontifice. in Imperatore enim est absoluta potestas per l. regiam à Pop.Romano concessam, in Papa quòd est absoluta potestas apostolica in spiritualibus à Deo collata. Sed videtur quòd etiam in temporibus fuerit collata per illa uerba Euangelij: Ecce duo gladii.secundum opin.Cano. in c.nouit. de iudi. Et prædictam superioritatem & obedien-
157 tiã,ut.j.dicam, † non potest Imperator à se abdicare,nec in aliquo loco parem sibi facere,ut per Are. in d.c.nouit,col.3.ubi etiam per Felin. & per eundẽ Felin.in cap.quum nõ liceat. col.fi.de prescrip.

Ea propter uidi antiqua priuilegia,& inuestituras Imperatorum, quibus concedebant aliquibus personis merum et mixtum imperium cum omnimoda potestate, maximè inuestitis de aliquo comitatu, in ampla forma.

Et aliquando cõcedebant omnimodas uices imperiales,sola culminis imperialis auctoritate sibi reseruata:& ita est inuestitura Comitis Crescentini. Ex quibus uerbis dicebam aliàs,ϕ erat ei concessa plenitudo potestatis, quodq; idẽ in comitatu suo poterat,quod Imperator in toto orbe, prout etiam de Duce Sabaudię, Mediolani, & aliis ducibus Italiæ concludunt communiter scriben. ut per Bar.in consi.131.lib.3.Socin.consi.6.col. fi. lib.2.Felin.in c.quæ in Ecclesiarum,colũ.11.cum sequenti de cõstit. Deci.in c. pastoralis col.2.de appell.& Mod. Taur.hîc col.25.cum sequenti: & cõsequenter prędictum comitẽ posse facere gratias, & etiam cudere monetam de iure. prędicta autem uerba ponuntur in inuestituris, & cõcessionibus imperialibus, quia (ut dixi) imperator nõ potest à se abdicare ius auctoritatis & potentiæ, nec facere sibi parẽ in ali-
158 quo loco. †Quam quidem obediẽtiam,superioritatem,& supremam auctoritatem imperator regulariter sibi reseruare intelligitur, nisi ubi faceret aliquam donationem uel concessionem Ecclesiæ Romanæ,ut per Prępos.in tit.de Capitaneo qui curiã uend.Sed si in inuestitura prædicta solũ diceretur, omnimodas uices nostras imperiales tibi concedimus,tunc nõ uenirent regalia; ut declarabimus.j. in materia mixti imperii in primo gradu mixti im-
159 perii Bar.† Plura autem sunt,quæ de regalibus dicuntur seu de reseruatis principi, & quæ non sunt solita communicari magistratibus; ut hic per Bald. col.4.& omnes in tit.quę sint regularia. Iacobi. de Sancto Georgio in tract. feud. in uerbo Princeps. quẽ hic citat Deci.col. 8.& per Aquens.in speculo feudorum.in tit.qui feudum dare possunt.

Tertiò est aduertendum, quia licèt Bar.hic incipiat à præside prouincię,qui est clarissimus, & de maioribus nihil dicat,diminutus tamẽ ob hoc censeri non debet; ut hic per Aquens. & potest etiam dici,Bar.habuisse pro claro & absoluto,quòd si merum imperium competit prędictis,qui clarissimi sunt,multò fortius competat Spectabilibus & illustribus, qui superiores sunt; ut per glos. & Bart. in.l.i.s.tit.2.Seuer.hic. in 10. quæstione,& Rimin.al.in 14. col.

160 Successiuè prima concl. Bar. est, † quòd ille qui prędest uniuersitati facienti prouinciã,dicitur habere merum imperium. §.qui uniuersos,per eum alleg.&.l.si in aliquam, in fine.s.de offi. proconsl. & in l.3.& sequen.de offi. præsid. & approbatur cõmuniter.Et idem est à fortiori, si habẽt sub se plures

si cer.pe.et l.j.de dol.cum simil.Et ita fecit ipse met Bar.s.in materia iurisdictionis in genere, quærens
125 primò quid esset iurisdictio;postea quare seu vnde dicatur. †Et idem seruauit Imperator in §.j.inst.de obli.quę ex delic.nascu.vt ibi notat Ange.ordinatè.n.tradendo doctrinè, primo ponit diffinitionẽ furti: secundò deriuationẽ seu denominationem: tertiò diuisionem furtorũ.Et propterea fortè Bald. & Seue.hîc primò quærunt, quid sit merum imperium.Cur.col.8.& Mod.Portug.15.dicunt ϕ ante diffinitionem,conueniens est etymologiam ponere.l.j.in princi.s.de iust. & iu.& sic Bar.secutus est Iurisconsultum.ibi.Sed non respon.ad alleg.in oppo. ϕ à diffinitione sit inchoandum:ideo dicas, ϕ ẽt Philosophus(vt dixi in d.l.omnis diffinitio) hanc doctrinã non seruauit,& diffinitionem posuit in processu & idem fecit Legislator.s.de iust.& iu.in l.iustitia est,ponendo diffinitionem iustitię quasi ad finẽ
126 tituli:ista ergo sunt iuris positiui.

Prima ratio Bar.†quare dicatur merum,quia liberum,ex quo princeps solutus est legibus.l. princeps.s. de.ll.ideo nemo põt ei dicere, cur ita facis?
127 secũdũ Bal.in prooem.feu.& Iacobi.in trac.de feu. in uerbo Princeps,col. j. †Et istud est quod solemus dicere,principem esse.s.ius,vt dicitur in c.pro posuit,de concess.pręb. secundum Iacobi. prælle. Prædictam rationem damnant Seuer.Rimi.Iaso.& communiter mod. hic.non.n.quærimus de mero imperio in principem collato,& sic de illa regia & suprema voluntate,sed de mero imperio prout est in persona magistratuum,vt vidimus.s. Nec obst. ϕ istud sit propter principalem originẽ,vt subijcit
128 Bar. † ad quod facit tex.l.clam possidere,in princi. ibi,origo inspicienda est.j.de acq.pos.& in l.quod habet.j.de tute. cum notatis per Bar. & Iaſ.in l. si eadem,in fi.s.de of.assess.& in l.si quis posthumo, de lib.& posth.& causa originalis & naturalis potius est attendenda,quàm accidentalis. Facit etiam quod scribit Aquen.ad declarationem.l.fi. de off. eius,hîc in 6.colũ.prędicta.n. procedunt, quando causæ illæ simul concurrunt,sed hic causa originalis non concurrit in imperio communicato p principem magistratibus, non.n. communicat liberè, & sic cum causa illa originali, cum qua in eum facta fuit translatio;sed transfert cum necessitate iuris dicendi:ideo in persona magistratuum non potest liberum dici, eaq; ratione considerata, pariter mixtum posse dici liberum.

Albe.de Rosa.respond.ut per eum. & per Mod. Portuga.hic colum.15.Sed mens Bar.fuit accipere dictas tres rationes as signatas per eũ, copulatiuè, secundum prefatos;quod clarè patet ex dictis eiusdem Bar. ibi,propter tria,copulatiuè ergo non disiunctiuè consideratiuè merũ imperium.Sed quicquid sit,prima ratio parum ad propositum facit de imperio magistratuum,de quo loquimur: ideo melius fuisset omissa.

Notandum,quòd quãuis supremum illud prin
129 cipis imperium †à vinculo legis, & sic à necessitate liberum sit,prælleg.l. princeps, tamen non est liberum à lege honestatis, vt subiicit Bar.l. digna vox. C. de. ll. Quum enim princeps rationale sit animal, non est solutus à dictamine rationis legis positiuę,secundum Bal.in d.l. Princeps. Iacobi.loco prælle.& Dec.in l.j.col.3.s.eo. †Quantum verò ad ius honestatis,procul dubio non est solutus, quia ius honestatis ab omni superioritate est exemptum.l.quod ex libera.C.de bon.liber.per quam le
131 gem dicunt†Bal.ibi,& Iacobi. in tract.de homagiis ad finẽ, Dominum terræ & loci, non posse cogere fœminas ire in castrum suum ad tripudiandum seu
132 ducendum choreas. †bene ergo fecerunt in partibus nostris illi,qui occiderunt dominos suos, qui exigebant à mulieribus prima cunnagia siue primos concubitus,quia istud erat contra honestatẽ,
133 quæ censebatur exempta à superioritate. †Similiter exemptum est à superioritate principis ius contractuum,quum & ipse princeps,sicuti priuatus, teneatur seruare contractum, & in ipsis cõtractibus princeps, & priuatus procedãt à pari.c.j. vbi Dec. Felin.& alii de proba.Seue.hic in 9. q. Iacobi.in d. verbo Princeps,col.j.& Feli.in c.j.col. 8. de consti. de qua materia tradunt D.Thomas secunda secundæ,q.96.ar.5.Iaſ.in l.ex imperfecto. C. de testa. & in consi.10.lib.3.Frater Anto. Carmelit. in sermone suo De legibus humanis Dec. in consi. 689. & 699.col.fi.& Mod.in d.l.Princeps,in quibus locis
134 †plenè traditur quomodo princeps teneatur ad obseruantiã contractus sui, & prędecessorum suorum. Ad id verò quod voluit hîc Bar. de communicatione iurisdictionis †facta pẽũ magistratibus,
135 addite Bal.in c.bonę.col.4.de postu.præla.& in tit. de pace Constan.in verbo criminalibus. Signorol. in consi.39.colum.2.Seue.hic in quæstione 14. & Rimi.col.15.Hinc dicimus,quòd magistratus nostri temporis nullam habent iurisdictionem, nisi quatenus per principem,vel per statuta apparet, & est eis concessa,& communicata;vt per Bald.in locis prælleg.Alexand.in l.j.s.titu.2.& in consi.24. lib.5 Barba.in consi.42.col.pen volu.3. Soci. consil.124.col.7.lib.2.Iaso.in l.Gallus.§. quid si tantùm,in 2.lectura char.pen.col.2.ff.de lib.& posth. Dec.in consi.8.per Cur.seniorem in consi.65.col.
136 5.& in consi.66.colum.2. & propterea dicimus etiam,quòd princeps concurrit in potestate & iurisdictione cum omni ordinario,d.c.bonę,el.2.de postul.prela.vbi Cano.notant,& latè post Bal. Iaso.& Aquen.in titu. Qui feud. dare poss. char.j. in vsibus feudorum.

137 Sed quæro:†Quis fuerit princeps ille, in quem Pop.Rom.Imperium & potestatem transtulit per legem regiam super hoc latam, prout dicitur in l.j. s.de const.princ.in §.nouissimè.l.2.de orig.iur.in §.sed quod principi.Inst.de iure naturali. & in l.j. in tertia col.versi.hoc etiam.C.de veteri iure enuclean.& per Alex.in apostil.ad Bar.in l.fi.in verbo facere. C.de.ll. tractantem de validitate prædictæ translationis imperij? Pro solutione & declaratione istius quæstionis videda sunt,quę scripsi in rub. proœmii Digestorum, super verbo Imperator. & in d.l.2.de orig.iu.

Secunda ratio Bar. reprehenditur per scriben. pręallegatos, quia eodem modo mixtum imperiũ debuisset merum dici.Secundò, quia differẽtia da-

ri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri debet reſpectu ſpeciei, puta mixti imperii, aut ſimplicis iuriſdictionis, nõ autem officio mercenarii, quod mero imperio non opponitur; vt hic per Aquen. col. 4. poſt Lance. Tertiò quia exponere merum ideſt non ſeruum, eſt extranea interpretatio, nec probatur iure: ideo &c. De hoc tamen mero officio, de quo hic per Bar. videte Fel. in c. fin. col. 3. de offi. ordin.

138 Tertia ratio Bar. †merum, ideſt purum, & ſimplex, non commixtum cũ alia qualitate, eſt bona; & probatur in prin. l. quintę. ℨ. de verb. obl. teneturq; per Bald. Dec. Aquen. Cur. & alios communiter, prout ipſi teſtantur, facit illud Satyrici, hæc mera libertas, &c.

139 Et poſſet induci ad quæſtiones, †de quibus in ſuperioribus, de ſtatuto loquẽte de mera diffinitiua, vel de mera interlocutoria, de qua materia dixi. ℨ. Cur. hic, & Mod. Portuga. col. 15. mouent nonnullas difficultates, i las reſoluentes, vt per eos. Et vltra prędictos contra tertiã rationẽ Bar. communiter receptã, ꝙ merũ imperium dicatur, quia totum exercetur ad publicã vtilitatem principaliter, facit, quia abſolutio pœnę delicti eſt meri imperii, & tñ non tendit ad publicã vtilitatem principaliter, ſed ad priuatã, vt per Ias. in ſequenti quęſtione Bar. vbi poſt Dec. & alios dicam, & reſoluam.

Succeſsiuè quęrit Bar. quid ſit merũ imperium.

140 †& reprobatis quibuſdã diffinitionibus antiquorũ. ſequendo Petrum de Bellape. reſpond. ꝙ eſt iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur, vtilitatẽ publicam principaliter reſpiciens. & cum eo tranſeunt communiter alii, vt dicunt Seue. Aquẽ. Cur. Mod. Portuga. & alii.

Vos aduertatis, dum Bar. dicit, nolle referre diffinitionem Gulie. de Cun. quia damnari poſſet eadẽ

141 ratione, qua præcedens: †ꝙ inutilia, non ſunt per lectores referenda. facit uulg. §. fidus. in prima conſtitu. C. ibi, reſecatis ſuperfluis.

Secundò aduertite circa diffinitionẽ Iacobi de

142 Arena, †ꝙ licèt aliqui illã defendant, ab impugnationibus Bar. conſiderata aptitudine, tamẽ, vt dicit Cur. col. 11. non ſaluatur diffinitio; quum non cõtineat omnem virtutẽ, & poteſtatem legis, quãuis ſeueriorem vltionem ſit apta comprehendere. præterea vt hic dicit Rimi. & poſtmodum Ias. in 6. col. ſub prędicta diffinitione non comprehenduntur leues pœnæ, ſeu mulctę, quę non ſunt ſeuerioris vltionis; ſunt tamen meri imperii, & ad puniendum facinoroſos, vt hic dicitur.

An autem verum ſit, quòd condere legem, ſit meri imperii, dicam cum Bar. in gradibus ipſius meri imperii.

Contra prædictã diffinitionem Bar. obſtant plura: primum ꝙ non ſit generalis, nec conueniat cũ

143 qualibet parte diffinitæ. †quia abſolutio rei à pœna delicti reſpicit principaliter priuatã vtilitatẽ, & tñ procedit ex mero imperio; ergo merum imperium nõ exercetur ſemper ad publicã vtilitatem, ut poſt Alb. ponit hîc Ias. col. 6. & Mod. Mediol. lib. 2. Paradox. c. 7. damnantes diffinitionem Bar. & ꝙ abſolutio ſit eiuſdẽ, cuius gradus. eſt cõdẽnatio, & ſic imperii meri, prout eſt condemnatio in criminalibus, probatur in l. ſolet, in prin. ℨ. de of. procon. & lega. inducendo vt p Soc. in rub. de acq. poſſ. & in conſ. 120. col. 3. lib. 1. Seue. column. 11. verſicu. Et ſcias. Fel. in c. non poteſt. col. 1. de re iudi. & Iaſo. in l. 3. ℨ. de re iudic.

Reſp. ꝙ abſoluere innocentes, ita reſpicit vtilitatem publicã, ac quietem humanã ſicuti condemnare nocentes & reos, vt hîc p Dec. col. 6. & ſeq. Cur. 11. Mod. Portug. 16. facit tex. l. non tantũ. de appel. & l. antepe. in §. 1. ℨ. de iuſt. & iu. vbi alterum nõ lędere, & ius ſuum cuiq; tribuere, ſunt in prędictis

144 iuris. & ſic eſt publicũ intereſſe. †quemadmodũ. n. Reipubl. intereſt, delicta puniri, iuxta l. ita vulneratus. ad l. aquil. intereſt ſimiliter ꝙ innocentes abſoluuntur. l. abſentẽ. ℨ. de pœnis. Conſiderato ergo intereſſe in genere, ita principaliter inter eſt Reip. innocentes abſolui, vt puniri nocentes. Quantùm ad illum, qui abſoluitur, bene videtur principaliter illius vtilitatem concerni; pro qua ſol. adduco tex. in terminis in l. ſeruum quoq;, in §. publicè. ℨ. de procura. vbi dicitur, ꝙ intereſt publicè abſentẽ defendi, & innocentem, excuſari.

Secundò contra diffinitionem Bar. videtur face

145 re, †quia creare tabelliones, & legitimare, ſunt meri imperii, vt hîc per Bal. in 1. lectu. col. 3. & tñ prædicta reſpiciunt principaliter vtilitatem eorum, pro quibus explicantur. Reſpon. prædicta eſſe de mero imperio alto, & regia poteſtate, non de iſto mero imperio conſiſtente in perſona magiſtratuum, de quo loquimur hîc.

146 Tertiò contra prędictã diffinitionem facit, †quia in criminalibus, in quibus proceditur per uiam accuſationis, non dicitur res expediri officio nobili, ſed mercenario deſeruienti accuſationi inſtitutę; ergo officium non eſt nobile; quia illud ſtat per ſe, & non ſeruit.

Articulus iſte, an in criminalibus in quibus proceditur per uiam accuſationis, cauſę dicantur expediri officio iudicis nobili, elegans eſt, & diſputabilis. †Sed primùm debetis ſcire, quid ſit accuſatio;

147 & quomodo officium iudicis nobile cognoſcatur à mercenario, de quibus per Seue. hîc in 8. quæſtione, & Aquen. colum. 4. & Lance. in rub. de accuſa. Bar. & alios in l. 1. ℨ. eod. & Felin. in c. fin. colum. 2. de offi. iudicis.

Igitur contra diffinitionem Bar. facit, quia dictæ cauſę criminales videntur expediri officio mercenario deſeruienti accuſationi inſtitutæ, unde Bald. hîc. Bar. & Alexan. in l. iudex poſteaquã, col. 1. de re iud. & Mod. Medio. loco prędallegato, & in c. ibi ſequenti, ita tenent, & communem atteſtantur, ſed malè, vt ſtatim dicam.

148 Reſpond. quòd non ſequitur, pars accuſat, †ergo officium iudicis deſeruit accuſationi: nam accuſando implorat officium iudicis nobile, quemadmodum petens reſtitutionem in integrum, aliàs ſe querentur, quòd ex quo iudex non debet impartiri officium ſuum niſi petenti. l. 4. §. hoc autem. ℨ. de dam. infec. tale officium deſeruire petitioni partis, quod eſt abſonum & falſum, quodq; non eſſet dare officium iudicis nobile per accuſationem, ergo excitatur officium iudicis ad procedendum & puniendum

res prouincias, vt per Seuer. loco prædallegato quo, modo autem cognoſcatur prouincia, ponit Seuer. ibidem. Bar. in extrauag. qui ſint rebelles. in verbo Lombardiæ. Paul. de Caſt. in l. fin. C. de longi tẽpo. præſcrip. Felin. in c. vltra tertiã, col. 2. de teſtib. & in c. Rodulphus, col. 14. verſ. cæterùm de reſcript.

161 Omnes tamen ſpecies meri imperij † non competunt præſidi, non enim poteſt deportare, vt per glo. & Doct. in d. §. qui in vniuerſas. Seuer. hîc addi. 2. col. & dicam in gradibus Imperij.

162 Ex prędictis infertur, † quòd quum hodie quęlibet ciuitas locum prouincię teneat, iuxta glo. l. fin. C. de præſcrip. Ion. temp. habebit tunc merum & mixtũ imperium, quum ſimus in vno ex prædictis caſibus; quod intelligitur quando ciuitas per ſe regitur & gubernatur, vt hîc per Deci. col. 7. exẽplificantem in ciuitate Senarũ, & Florentię: cuius tamen imperium hodie eſt penès Ducem Florẽtiæ. glo. ergo illa non procedit, quando ciuitas ſubiicitur principi, vt etiam declarat Bald. in d. §. qui vniuerſas. & ideo malè videtur ſentire Ang. quem hîc refert & ſequitur Curt. in 14. col. intelligens glo. illam, quando ciuitates eſſent ſub diuerſis principibus, non ſi ſub eodem; quia quando ſubſunt principi, imperium eſt penès ipſum principem, vt dixi, non apud ciuitatem.

163 †Et pro intelligentia & declaratione dicti illius glo. vltra p̃dicta, vide Seuer. ℨ. in. 10. quęſtione. & in l. Diẽ functo, in j. quæſtione, de offi. aſſeſ. Alex. conſ. 89. col. fin. lib. 5. Felin. in c. cum cauſa, col. fi. de teſtib. Mod. Taur. in l. j. col. 29. ℨ. tit. 2.

164 †An autem exercens imperium extra caſus prædictos, reus ſit lęſæ maieſtatis, & puniri poſsit, tradunt Seuer. loco prædallegato, Alex. in l. cos. an fi. ℨ. de fall. & Feli. in c. tertio loco. col. j. de probationib.

165 Secunda concluſio Bar. eſt, quòd † præſides ciuitatum non habent merum & mixtum imperium, niſi in quatuor caſibus, de quibus hîc per eum. cũ quo tranſeunt alii, & probatur cõcluſio in l. defenſores, la ij. de defenſo. ciuit. in. §. iuriſiurandũ, cum glo. in verbo Iuriſdictione. in aucten. de defenſ. ciuit. probatur etiam ratione, quia hodie poſt tranſlationem imperij in principem factam, omnis iuriſdictio eſt in principe. l. j. de conſtit. princip. vnde nimirum, ſi præſides vel rectores non habent imperiũ, niſi in urbe Romana, aut ſi fuerit ſibi per principem conceſſum, uel alia ſpeciali ratione, ut in caſibus Bar. hîc, ex priuilegio uidelicet, præſcriptione,

166 aut conſuetudine. de quibus limitationibus dicam. ℨ. Et ideo etiam poteſtates noſtri temporis de iure communi non habent merũ nec mixtum imperium, niſi in caſibus prędictis, ut hîc per Alex. col. 2. Seuer. quæſtione. 10. & Deci. in 7. col.

Quæ concluſio intelligitur de his, qui præſunt quò ad ius reddendum: ſecus ubi haberent titulũ Ducatus, Comitatus, ut Baroniæ, ut in tit. Quis dicatur Dux, Marchio, uel Comes, in uſibus feudorum. ut hîc per Rimin. & Curt. & Iacobi. in tract. feud. in uerbo De caſtro.

167 Contra prędictam concluſionem uidetur tex. †in. l. ſi duas, in. §. decet. de excu. tuto. ubi ciuitas magna, licèt non faciat prouinciam, dicitur habere foruũ cauſarum criminalium, & ſic merum imperium, ut ibi per glo. & Bar. in l. j. C. de metropol. Berito. lib. 11. ubi ponit quandam diſtinctionem ciuitatum minorum, magnarum, & maximarum, intelligendo illum tex. in magnis: et ſic concluſio ſua hîc intelligi debet in minoribus, vt per Deci. col. 7. Curt. 13. & Mod. Portugal. 19. adducentes illum tex. in contrarium, & malè reſoluentes. Faciunt quæ pulchrè ponit Paul. de Caſt. in conſ. 134. Notandum, in antiquis col. 4. quæ intelligentia eſt contra doctrinam Bar. hîc, & in extrauag. Qui ſint rebelles, in d. uerbo Lombardię. dum vult, quòd ille qui præeſt ciuitati, quæ non facit prouinciam, non habeat merum & mixtum imperium: ideo Deci. in fine ſubiungit, hodie non attendi diſtinctionem talem, ſed ſolùm conſiderari, an talis ciuitas regatur & gubernetur per ſe, uel non; quaſi dicat, illum tex. eſſe hodie correctum.

Sed nonne tempore illius legis erat iam in principem translata iuriſdictio, & tota in Cæſare? certè ſic: propterea dicendum, procedere illum tex. quando ciuitas ex priuilegio, uel conceſsionę principis haberet imperium; & ſic eſſemus in uno ex

168 caſibus prædictis, aliàs ſecus. † Et ideo quamuis ciuitas Paduæ magna ſit, habens plures uillas & caſtra ſub ſe, tamen quia ſubeſt Illuſtriſsimo Dominio Venetorum, non habet imperium, nec poſſet magiſtratum dare Iudæis; ita Paul. de Caſt. in conſ. 230. incip. Quia. & Mod. Taur. hîc col. 24.

Ad prędictam concluſionem, Bar. (vt ſuprà retuli) †tradit quatuor limitationes, prima eſt in ciuitate Romę. §. cum urbem. i. primæ. ℨ. de offi. præfec. vrb. vbi præfecto vrbis Romę competit merum imperium: qui tex. diuerſimodè intelligitur per doct. Bar. in l. j. C. de excu. mun. lib. 10. idem dicit, quod hic, quòd commiſſo regimine urbi Romę uenit imperium, ut in d. §. cum vrbem. ſecus ſi

170 committatur regimen alterius ciuitatis. †Idem uoluit Paul. Caſt. in conſ. proximè alleg. col. 4. ubi declarando illum tex. eleganter inquit, quòd ideo commiſſo regimine alterus ciuitatis aut loci, non cenſetur commiſſum imperium, ſed ſolùm quando committitur urbs Romana, quia apud illam olim erat imperium, non penès alios: ſecus dicit eſſe hodie, quando ex conceſsione principis imperium eſſet apud ciuitatem; & quum radix imperij remanſiſſet penès Pop. Roma. qui tunc temporis

171 Imperatorem reuocare potuiſſet: † ut per glo. & doct. in locis prędalleg. & Ang. Aret. in §. ſed quod principi, col. fina. Inſtit. de iuſt. & iure. nimirum ſi in urbe Romę erat ſpecialitas illa.

Non credo tamẽ ꝙ Imperatores id cõcederent, uel admitterent, nec ꝙ Iuriſconſulti, qui ſub prędictis Imperatoribus vixerunt & floruerũt, ea intentione ſcripſerint, principes ipſos offendẽdo. & ad illum tex. in §. cũ urbẽ, adde omnino Abb. in c. Rodulphus, col. 2. ubi Fel. 4. de reſcrip.

Deci. hic in 7. col. licèt de prędictis non faciat mentionem, dicebat illud cõtingere propter illam formam commiſsionis, ſeu commiſsi regiminis: uult fortè dicere, quia committitur uniuerſitas cauſarum & territorij, prout declarat illum tex. Alex.

in.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l.j.col.antepen.ff.tit.2.& sequuntur Mod. Taur. j.col. 25. quæ ratio non procedit, quia loquitur simpliciter in commissione urbis Romæ uidelicet, & nos etiam in commissione ciuitatis; cur ergo diuersum?

Tandem uidetur dici posse, & concludi, uel ꝙ illud erat, quia in mandatis principis ita continebatur, & uidetur dicere tex. in l.3.ff. de offi. præsid. aut ꝙ speciale erat in urbe Roma, in qua fuit radix totius Imperij, & tot prærogatiuæ. Ideo in honoré pristinę dignitatis id illi fuisse reseruatum, nec cum alijs ambularet à pari quod non erat conueniens.

Aliæ limitationes. Bar. approbantur à scriben.
172 hîc. † Et quia Bar. ponit tanquàm diuersa consuetudinem, & præscriptionem; quomodo differant, uidete hic Bal. in lectura col. 6. Alex. in l. more. col. 2. eo. Feli. plenius in c. auditis, col. 11. in quinta & ultima declaratione, de præscrip. materiam autem latè tangunt Balbus in tract. de præscrip. & Curt. in fin. de consuetud.

173 † Et est notandum, ꝙ licèt olim omnes ciuitates nominatæ in tit. de pace Constantiæ, facta inter Cęsarę & ipsas ciuitates, ex imperiali concessione haberent merum & mixtũ imperiũ, hodie tamen nulla est, quæ illud habeat: surrexerunt enim alij principes, qui sibi uendicauerunt imperium.

174 Tertia conclusio Bar. † quòd præsidens castro ciuitati subdito, nullam habet iurisdictionem; & sic illi non competit imperium. Aduertatis, quia iura Bar. non uidentur probare conclusionem suam solùm enim dicunt, quòd natus ex uico, censetur natus ex ciuitate, tractandusq; est ut ciuis illius ciuitatis; sed non sequitur, ergo nullam habet iurisdictionem.

Respond. secundum Deci. hic, & Curt. mentem Bar. fuisse, quòd ex quo castrum subiicitur iurisdictioni ciuitatis, & est de appenditijs, ac in potestate ciuitatis, non potest alios habere in sua potestate, et sub eius iurisdictione. l. sic eueniet. j. de adulter. l.2. §.j. ff. de uulg. & pupil. Hinc est, quòd dispositiũ in ciuitate, extenditur ad castra illi supposita. glo. not. in l. ex ea. ff. de postul. Roma pulchrè in cons. 61. & 218. Socin. in cons. 7. & 271. Felin. in c. Rodulphus, col. 8. de rescrip.

175 Quæ ratio non uidetur procedere, † quia inuestitus de castro cũ iurisdictione à principe, subijcitur iurisdictioni principis, & tamen ipse inuestitus habet iurisdictionẽ in homines castri. Oportet intelligere quando castrũ erat sub iurisdictione ciuitatis, & sibi nulla concessa iurisdictio: hocq; probant. l. qui ex uico. & alia iura Bar. loquẽtia de ciuitate, cui respõdet uicus, ĩ qua ergo erat iurisdictio, non in uico. Et ad illũ not. tex. l. qui ex uico. ad mu-
176 nicip. cũ glo. † quę dicit ꝙ Virgilius, qui erat ex Piatole, uel melius ex Petulis, Mantuanus dicebatur; quũ uicus ille subijcitur ciuitati Mantuę. uide Bal. in cõs. 46. lib. 4. Socin. in cons. 15. lib. 3. Felin. in d. c. Rodulphus, col. 4. & 8. & Neuiza. in sylua nuptiali col. 6.

Quomodo autẽ probetur castrũ esse ciuitati subiectũ, † inuenies per Ang. in cons. 376. & 391. in
177 nouis. Roma. in cons. 444. Anchar. in cons. 437. Alex. cons. 48. in fi. li. j. 35. col. 2. lib. 4. Socin. in cõs. 7. & 74. lib. j. & li. 3. cons. 15. & ét Alex. in cõsi. 151. col. 2. libr. 2. & cons. 16. lib. 5. Iacobi. de Sancto Georg. in tract. feu. in uerbo De adhærentibus col. 3. & Felin. in c. cum Bertoldus. col. antepe. de re iudi. † non enim tenet consequentia, est castrum, ergo ciuitati subiectum, ut hic per Bar. & prędalle. ma-
178 ximè, quum quælibet res pręsumatur libera. l. altius. C. de seruit. & aqua.

Sed quomodo & qualiter potest procedere quæstio Bar. † ꝙ quis prędit castro ut iudex, si non habet iurisdictionẽ? formauit enim Bar. quęstionem,
179 quibus iudicibus competat. respond. ꝙ potest præesse castro quantùm ad gubernationem castri, et quantùm ad administrationẽ rerum suarum: ita intellexit hic Bar. non quantùm ad ius reddendum.

Quarta est conclusio Bar. † quòd castrum non
180 subiectum ciuitati, eandem habet iurisdictionem, quam ciuitas, seu defensores ciuitatum, & talem habet præsidens illi castro. intellige de bassa & infima, quam habent defensores, nõ de maiore, ut hic per Curt. & est intentio Bar. quòd ex quo magistratus municipales ponuntur post defensores ciuitatum, dicendum non est, quòd habeant maiorem iurisdictionem, quàm ipsi defensores; qui prępon-
181 tur ut digniores. habent ergo eãdẽ scilicet bassam, quia minorem è iure constitutam habere non possunt; quum ipsi defensores solùm habeant infimam, qua nulla reperitur minor.

Labuntur tamen Bar. Curt. Deci. & alij † credentes, magistratus municipales esse magistratus uilla-
182 rum & castrorum; quum municipium sit ciuitas. l. j. ff. ad municip. Gellius in noctibus atticis, & Valla in suis elegantijs.

Secundò errare uidentur, † quia, si iurisdictio sit penès superiorẽ, quomodo erit penès castrum, nisi specialiter fuerit illi concessa?

Intelligenda est etiam conclusio Bar. iuxta titulum quęstionis, quando quis præest castro, ut magistratus & iudex, aliud si ut dominus; quia tunc haberet merum imperium, ut per Bar. & doct. in l. j. in ultimis quęstionibns suprà eo. & Iacobi. de Sancto Georg. in tract. feud. in uerbo De castro.

Rursus eandem conclus. intellige, nisi aliud esset ex consuetudine, uel priuilegio principis; per dicta Bar. & doct. id. l. j. ff. de dam. infe. quum. n. in eo tantùm (ut dixi) sit iurisdictio, potest illam prout uult, alteri communicare.

183 Quinta & ultima conclusio Bar. † Ille, qui præest uniuersitati non facienti prouinciam, ciuitatem, aut castrum, non habet iurisdictionem, seu merum imperium. allegat. l. fina. C. de iurisd. omiudi. quę lex uidetur oppositum dicere, quòd habet iurisdictionem inter eos de uniuersitate. Deci. & Curt. hic respond. Bar. restringi ad merum imperium. Et ista fuit intentio. Bar. hic, ut patet,
184 per dictionem seu, & clarius declarauit ipse Bar. in d. l. fi. † ad cuius legis declarationem, uidete Barba. in cons. 39. lib. 3. in cons. 59. col. 7. & 80. in prima charta in eod. uol. & in. c. cum ab Ecclesiarum col. 5. de offi. ordin. Alex. in l. more, col. 3. ubi Aquens. 2. j. eo. Socin. in rubr. de foro competuers.

uer. 42. & in c. i. uer. 14. declaratio, eo. ti. Deci. in c. j. col. 3. de confirm. util. uel inutil. & in c. cæterum, col. 4. de iudi. Felin. in c. cum ordinem, col. 2. de rescrip. Iaf. in l. si quis ex argentariis, in §. ratione, in tertio no. de edend.

185 Fallit prędicta concl. subiungit Bar. † in Doctore, qui habet merum imperium in scholares, licèt non seruetur de facto, dicit ipse. Deci. & Curti. hic transeunt. Sed limi. uidetur inepta, quia Doct. non prędest uniuersitati: sed bene. Rector aliàs credebã lecturam Bar. esse corruptam, & debere dicere fallit in Rectore, tamen auc. habita, alleg. per Bart. lo-
186 quitur in Doctore, ideo, &c.

Vltimò considera, † si dari possit in hac materia breuis & clarior doctrina, ut concludamus, ꝙ prępositus regimini alicuius loci, eam tantũ habet iurisdictionem, quæ sibi à principe reperitur concessa, uel ex consuetudine, aut præscriptione sibi competeret, per supradicta.

Quartò loco principaliter (quia exempla magis mouet & declarant, & quasi ad digitum rem ostendunt) quæsiuit Bar. exẽpla de mero imperio, & utrũ possit delegari; & ut melius ac clarius materiã explicet, diuidit merum imperium in sex gradus, ut
187 hîc per eũ. † Contra quẽ uidetur obstare uitiũ prolixitatis, & superfluitatis ĩ faciẽdo tot gradus; potuissent. n. secundũ id infiniti gradus fieri: ideo alii reprobantes diuisionẽ Bar. aliter diuidunt, & partiũtur merũ imperium. Bal. in lectura col. 4. diuidit in tres gradus, sequuntur Aquens. col. 4. Iaf. uerò post Sali. diuidit in quatuor, & pro ueritate loquendo, de imperio magistratuũ, iuxta tex. l. nostræ distinctio Bar. non conuenit, quia primus gradus est de supremo, & regio imperio, altaq; iurisdictiõe principi tm̃ cõpetenti; cui tm̃ motiuo saluando Bar. respondebimus in primo gradu meri imperii.

Possumus etiam diuidere in duos gradus, uidelicet in magnũ, & paruũ. merum imperium magnũ consistit in capitalibus, & criminalibus nõ leuibus, ut hîc per Bal. in lec. in 4. col. paruũ consistit in modica coerctione corporis, ac in leuibus pœnis ac mulctis. quod totũ expeditur ad publicam utilitatẽ principaliter, ut per Bal. loco prælegato. Bar. & Doc. in duobus ultimis gradibus meri imperii. quæ de primo gradu sunt, indelegabilia regulariter sunt, secusq; sunt de secundo gradu, ut. j. per Bar. & Doc. facit qd scribit Aquen. in 7. col. ubi de mixto impio facit similẽ diuisionẽ ĩ duos gradus.

A distinctione tamen Bar. tanquàm magistrali, & facta gratia clarioris doctrinæ tradendę, non est
188 recedendum, ut hîc per Seue. in q. 11. Mod. Portu. col. 42. & per alios Mod. transeuntes cũ Bar. † sunt autem gradus quibus pedetentim ad altiora cõscẽditur. Virg. Aera cui gradibus surgebant limina. & de gradibus cognationis, uidete tex. ubi gl. & Ang. diffinitionẽ ponũt, insti. de gradib. in §. hactenus.

Descendendo modò ad dicta Bar. in primo gradu ponit potestatem condendi legem generalẽ cõpetentẽ Principi, Senatui, & Præfecto prætorio.

Aduertẽdum est in primis: quia Bar. uidetur inepte loqui, quum in materia de qua hîc agitur, nõ conueniat. Nã consideratur merum imperium hic respectu iurisdictionis, quę habet necessitatem, & respectu punitionis delictorum, ut patet ex. l. nostra. Rim. hîc col. 15. Aquen. 5. Dec. 8. & alii scribẽ. saluando Bar. posses. respondere, ipsum non se restringere ad terminos. l. nostrę. sed uoluisse ponere generalem doctrinam.

189 An autem princeps teneatur legem facere † cum consilio procerum & cõsiliariorum suorum; ponit Aelius Spartianus in Seuero, Repetentes in auctẽ. habita. C. ne fil. pro patre. Io. Cro. in rub. de consti. lib. 6. & Barb. in consi. j. uolum. i.

Secundò considereris, quare Bar. in primo gra-
190 du nõ posuerit ea, quę soli principi cõpetunt, † pro ut fecit in primo gradu mixti imperii? respon. Cur. nihil esse in hoc primo gradu, nisi id quod competit soli principi, quia condere legem generalem spectat ad solum principem. l. i. de constit. princi. cum aliis. j. allegandis secundum eum, & minus bene, ut defendendo Bar. j. dicã. & melius uidetur fecisse Bar. ĩ materia mixti imperii, ubi fecit primũ gradum maximum, sub quo collocauit ea, quæ competunt soli principi, ut dicã ibi in duobus primis gradibus mixti imperij. Et sicut quædam soli principi
191 sunt reseruata in signũ supremę ptãtis, † ita omnipotẽs Deus quędã sibi specialiter reseruauit, ut per Paul. Grillandũ in trac. de sortilegijs. fol. 18. col. 4.

Tertiò aduertite, quia cõdere legẽ, nõ uidetur de
192 mero imperio, etiã maximo, ut loquitur Bar. † quia hîc merũ imperiũ cõsideratur ut species iurisdictionis tanquã persona magistratus; sed in principe cõsideratur supremũ imperium pro eminentia & excellentia: propterea rectè id ad principem ratione plenitudinis potestatis & eminentiæ spectat. d. l. j. de const. prin. Erroneũ tm̃ uidetur dicere, ꝙ sit de isto mero imperio, idq; in primo gradu meri imperii constituere, ut post Bal. tradit hîc Deci. col. 8. & sibi ascribit hic Zasius. Ego tm̃, etsi merum imperium de quo hic in magistratibus tantùm intelligi debere cõcedam, maximum autem, & supremum solummodo in principe esse cõsiderandum dico.

193 Credo tm̃ † ét merum & mixtum imperium ac simplicẽ iurisdictionẽ cõsiderari posse in principe, quia si exerceat ꝓdicta ad publicã utilitatẽ, si ad priuatã mixtum; impossibileq; tunc est, quod sit merum. Si uerò in materia simplicis iurisdictiõis ptãtẽ exerceat, & qñ cõpetit actio, non erit id imperii, sed simplicis iurisdictionis, quæ omnia sunt in principe: ex quo omnis iurisdictio est ĩ eo, ut dixi. de quo uide in terminis Iaf. j. in 11. col. in 5. q. Bart. immo ponit ipse Bar. in primo gradu mixti imperii.

194 Quartò collige ex dictis Bar. † quòd condere legem generalem sit de isto mero imperio, quod non uidetur uerum, sed bene de imperio supremo, et plenitudine ptãtis; ut hic dicunt Bald. Deci. et alii prælegati. Sed quid de potestate condendi statutum, an sit iurisdictiõis, uel imperii Doc. sunt multùm uarii, et contrarii, cõis uidetur opi. quòd sit potius permisionis, et legitimæ facultatis, quum oẽs populi, qui non hñt iurisdictionẽ, possint statuere l. oẽs populi, de iust. et iure modò statuãt circa ea, quę tãgunt administrationẽ rerum suarũ. Sed circa iurisdictionalia statuere non possunt, nisi habeant

Universidad de Deusto
Biblioteca

195 iurisdictionem. † & super istis Doct. videantur cõcludere cũ Bal. in l. nulli. C. de sent. & interlo. om. iudi. ℔ statuere sit illius speciei iurisdictionis, cuius est res, super qua disponitur: quia si super causis mei imperij, erit meri imperij: si super causis mixti imperij, erit mixti: si verò super causis simplicis iurisdictionis, erit iurisdictionis: quũ sit eadẽ qualitas fori, & statuendi. d. l. nulli. vt plenè per Alex in l. j. col. 2. ☞. e. laſ. in d. l. omnes populi, in 2. lectura ubi poſt. Seu. Io. Cro. col. 5. Rim. hic col. 16. & Dec. 8. et Iacobi. in tract. feu. in verbo De caſtro, col. 2. Cur. tñ hic col. 13. Mod. Taur. 18. & Portug. 43. tenet cõtra Bal. ℔ cõdere legem, vel ſt. tuta nunquam ſit de iurisdictione, ſed ſemper meri imperij, quum exerceatur ſemper ad publicam vtilitatem. c. erit autem lex. 4. diſtinct. & ſic non cenſebitur ſecũdum naturam cauſarum, ſuper quibus explicatur. Sed nec res illæ erunt in conſideratione, ſed iſta poteſtas ſtatuẽdi, quæ ad publicam vtilitatem exercetur: & in via diſputationis eſt ſuſtentabile, in iudicando non recederetur à Bal. & communi ſententia. pro qua facit regula. l. quæ religioſis, infrà de relig. & ſump. fu-
196 ner. † & ℔ per illã. l. dicunt Ale. hîc col. 4. & Dec. 5. & 8. de cauſa incarcerationis. quę eſt cuiuſdẽ ſpeciei iurisdictionis, quæ eſt cauſa, p qua fit incarceratio.
197 Quintò cõcludit Bar. † poteſtatẽ legis condendę competere etiam Senatui quemadmodũ principi, & eſſe de iſto primo gradu, per l. non ambigitur. ☞. de. ll. Cur. hîc in 4. col. reprobat, per ea quæ ſcribit 202
idem Bar. in l. fin. C. de. ll. Sed non vidit bene Bar. ibi contrarium dicentem, & in alijs terminis loquẽtem, de iure nouo videlicet; ℔ quum hodie omnis imperij poteſtas à Pop. Roma. ſit abdicata, & penes eum uel Senatũ Pop. Roma. nihil remanſerit, ideo non poſſit legem condere. Mod. Taur. col. 18. ſimpliciter dicunt, exemplum Bar. non procedere per doctrinam ſuam in d. l. ſi ubi (vt dixi) loquitur in alijs terminis. Mod. Portugal. col. 44. malè etiã hoc
198 intellexerunt: † ut ergo concordentur ſcripturæ, diſtinguenda erunt tempora; noſtra videlicet à temporibus Digeſtorum, & Iuriſconſultorũ, aut. n. quę ritur, an ſenatui Romano cõpeteret poteſtas legis condendæ poſt tranſlationem imperij in principẽ factam, quę fuit ante tempora d. l. non ambigitur, per plures annos ducentũ ſeptuaginta fortè vel circa, vt colligitur ex computatione temporum, & regnorum Cæſarum, ſub quibus prædicta cõtigerũt, ut per Oroſium lib. 7. ſuæ hiſtoriæ, Suetonium & alios: dicendũ, ℔ ſic ut inquit Bar. per d. l. non ambigitur, hoc dicentem, & tamen facta fuit longo tẽporis interuallo poſt tranſlationem imperij & ita etiam dicit Paul. Caſt. in d. l. non ambigitur. quæ opin. vera eſt quicquid ibi dixerit Bal. pro quo eſt alius tex. clarus. in l. vnica. C. de ſenatuſcon. vbi Valen. & Theodoſius Senatui ſcribentes, dicunt, ℔ licèt ſenatuſcõſultum per ſe perpetuam obtineat firmitatem id tamen etiam voluiſſe roborare per legẽ illam imperatoriam: et non eſt dubium, ℔ tunc temporis facta erat tranſlatio imperij in principem, & tamen lex condita à ſenatu perpetuam per ſe habebat firmitatem; ergo id non contingebat ex conceſ-
ſione vel permiſſione principis, vt aliqui dicunt 203
Bar. ergo hîc & in d. l. fin. bene dicit ſecundum tempora d. l. non ambigitur. ℔ poteſtas condendi legẽ generalem competebat etiam Senatui: † quia nõ obſtante tranſlatione imperij facta in principẽ, adhuc penès Senatum, Populumq; Romanum remãſerat poteſtas condendi legem & reuocandi principem: vt per Bar. in d. l. ſi. & Are. in d. ☞. ſed quod principi, col. vlt. Signorol. in conſ. 70. & Paul. de Caſt. in d. l. non ambigitur.

200 Aut quærimus, † vtrum hodie & tempotibus noſtris id poſſet facere Senatus Romanus, & proculdubio reſpondendũ eſt ℔ non, quum omnis poteſtas imperij ablata ſit à Pop. Rom. & tranſlata in Germanos Principes eligentes Imperatorẽ. & nunc Imperiũ dependet ab Eccleſia, vt dixi in princ. l. 2. C. de reſcind. vend. ideo Senatus, Populusq; Romanus amiſit omnem præeminentiam & prærogatiuã Imperij. Et ita procedat, quod dicunt Bar. Sali. et alij in d. l. fin. de ll. Bal. & Paul. de Caſt. in d. l. non ambigitur. vbi Bal. dicit, Senatum Romanum hodie amplius non eſſe: ineptè igitur quæritur, an ſibi competat dicta poteſtas condendi legem generalẽ, quũ non entis nullæ ſint qualitates. l. penul. ☞. ſi cer. pe. ita ℔ Bar. hîc & in d. l. fin. bene loquitur, et in diuerſis terminis. Collegiũ verò Cardinalium, quod æquiparatur Senatui Romano etiam hodie habet poteſtatem legis condendæ: tradit Bal. in l. j. in prin. col. 3. ☞. quod quiſque iuris.

202 Sextò ſubiungit Bar. † eandem poteſtatem legis condendæ cõpetere Præfecto prætorio. d. l. formã. quod exemplum huic primo gradui malè conuenire videtur: quia Præfectus prætorio põt legẽ generalẽ facere nõ in vniuerſo, ut Princeps, & Senatus, ſed in iurisdictione ſibi cõmiſſa, extra quam illi impune nõ paretur. l. fin. ☞. eo. vbi Bar. in d. l. formam. poſt Odofred. declarando legem illã, dicit, ℔ Præfectus prętorio facere põt legem gñalẽ inter ſubditos ſuos ſcilicet. Et ita poſt. Fulgoſ. tenẽt hîc Seuer. q. 11. & Deci. in 11. col. & Mod. Portugal. col. 43. & Cur. in l. j. in prin. in 4. col. ☞. quod quiſq; iuris. qui tamen intell. non videtur poſſe procedere ad legem illam, quę uidetur concedere Præfecto prætorio pręrogatiuã & facultatem condendi legem generalẽ quò ad omnes, modò legibus imperialibus non ſit contraria, nec per ipſum principem reuocetur. Et hunc intell. tenet Cur. hîc. col. 15. Mod. Mediol. lib. 2. Paradox c. 9. & Salic. in d. l. formam. ubi dicit mirandũ eſſe, ℔ dicit de lege generali condenda extra prouinciã ſuam. Sed iſtud contingit, quia Princeps Pręfecto prætorio poteſtatem talem dedit ut per glo. in l. j. ☞. de officio prefec. prętor. ſię̃ auctoritate Cęſaris, qui dominus eſt mundi, illud facit. Propterea labi videntur Moder. Taur. hîc col. 18. diſtinguentes inter pręfectum prætorio, de quo ☞. in tit. de officio præfec. prætor. & præfectum prętorio, de quo in. C. quia illa lex eſt in libro. C. & tamen intelligitur de lege generali, etiam extra prouinciam propter poteſtatem ſibi per principẽ cõceſſam. Et ita diſputando dicendum uidebatur, aliter tamẽ de hoc concludã. ☞. in j. gradu mixti imperij.

Ex alio iſtud exẽplum nõ uidetur bene cõuenire huic primo gradu, quia pręfectus prętorio † nõ põt facere

facere legem generalem contrariam legibus imperialibus. d. l. formam. Et ſic non habet eandem poteſtatem, quam princeps, nec procedunt à pari, ſecundum Deci. ☞. in xi. col. & Cur. xv. niſi reſpõderetur, ℔ licèt non poſſit prefectus prætorio facere id quod princeps, tñ quum poſſit facere legem generalem in toto orbe: nõ ſequitur, quòd non ſit de iſto primo gradu imperii. Facit ẽt contra Bart. quia ſi præfecto prætorio competit ptãs condendi legẽ generalem, ergo non ſoli principi, ut dixit Bar.

204 Rurſus non uidetur, ℔ ſoli prineipi id competat, † quia tenetur facere legem generalem cum cõſilio procerum. auc. habita. C. ne fil. pro pa. & l. humanum. C. de legib. reſpon. id procedere de honeſtate, non de neceſsitate, ut ſuprà dixi.

205 Secundus gradus meri imperii maioris, † ſecundum Bar. eſt, poſſe quem priuare uita, membro, aut libertate; puta damnando in metallum, uel ad carceres perpetuos, ſecundum iura canonica c. quamuis. de pœnis in 6. c. ut fame. de ſen. excõ. quę iura Bar. neſciuit allegare, quia fuit ſimplex legiſta.

206 Contra Bar. † inſurgunt Deci. & quidã alii, quia membri amiſſio non eſt pœna capitalis, qua condẽnati teſtamentum facere non poſſunt. l. eius qui. §. primo. de teſta. ſecus qñ mẽbrum amiſit, puta manum. l. qui manum. eo. ti. † propterea non uidetur
207 quòd pœna abſciſsionis membri ſit in eodem gradu pœnæ, in quo priuatio uitę: plus. n. & minus, licet non faciant differre ſpecie. l. ſi. ☞. de fun. inſtru. magnitudine tamen, & gradu faciunt differre. Aquen. ☞. col. 6. uerſ. ſub primo. & Cur. ☞. in eo. gradu reſpon. ℔ prędictę pœnę à pari procedunt, quãtùm ad ſpeciem iurisdictionis, & imperii, ac ptãtẽ
208 puniendi: † quia ille cui cõpetit facultas imponẽdi unam ex dictis pœnis, imponere poteſt & alteram: qui non poteſt unam, nec etiam alteram. §. ad hoc autem prohibemus. in auc. de coll. l. 2. cum gloſ. C. de offi. eius. qui uicem alt. iud. obtin. quæ gl. etſi in terminis d. l. 2. reprobetur in ęquiparatione, tamẽ ibi facta, bene dicit per tex. prælleg. ut per Iaſ. in l. i. col. pe. ☞. ti. 2. & ibidem Rim. in gloſſ. ſuper uerbo poſsit. Bar. ergo hîc loquens de competentia iurisdictionis & imperii, ac de gradibus, bene feciſſe uidetur. hanc ſolutionem in effectu poſuit hic Bar. & clariùs in l. Imperator. la. 2. ☞. de ſtat. ho. ſubiiciens
209 propterea, † quòd ſicuti mulier prægnans capitaliter damnata, reſeruatur, afficienda pœna ſibi impoſita partu edito, ita idem eſſe ſi in imputatione mẽbri damnata fuiſſet, per prædicta.

Ex quo ergo iſtæ pœnę habent aliquid ſpecialitatis & cõformitatis, reſpectu iurisdictionis priuationis uitæ, & ſanguinis in toto corpore, uel in parte ra, uidẽtur rectè ſimul collocatę: aliàs faciendi fuiſſent infiniti gradus: quamuis igitur pœna abſciſsionis membri minor ſit pęna capitis, & quò ad factũ, 215
ut de ſe patet, & quò ad iuris effectum, ut. ☞. diximus, tamen ex quo dictæ pęnæ habent conformitatem, parificari uidebantur.

Sed prædicta non ignorauit Deci. qui quantùm
210 ad iurisdictionem fatetur pœnas prædictas æquiparari, † ſed non quantùm ad alios effectus, & gradus pœnarũ, ut per eum, & per Are. in d. l. qui manus cum aliis, quę allegauimus. ☞. in gl. Animaduertendũ, ubi declaratus fuit uerus intellectus illius tex. quicquid hîc dicat Cur. Malè igitur uidentur poni per Bar. in eodem gradu: non. n. loquitur nec quærit, quibus competant, de quo in quæſtione præcedenti, ſed in quo loco hęc conſtituenda ſint, ſi minor eſt, & leuior pœna, quàm capitalis: ergo in infe
211 riori loco ſituanda. l. capitalium. ☞. de pœn. † maioritas. n. pœnæ arguit maius delictum. l. 2. cum ibi no. per Imo. in j. col. de pub. iudi. facit. l. 2. C. ut dignit. ordo ſerue. lib. 12. Et quicquid dixerit Cur. ☞.
212 & Bar. in d. l. 2. col. fi. & quidã alii hîc, † pœna abſciſsionis membri non dicitur capitalis, etiam largè & impropriè, ut per Are. in d. l. qui manus. Ideo Feli. & alii in c. qualiter, in §. ad corrigendos, de accuſa. enumerantes poſt Imol. pœnas capitales, non ponunt inter eas mutilationem membri; hocque probatur in d. l. capitalium, & in l. edicto. §. rei capitalis. ☞. de bo. poſ. firmatur, quia ſi habito reſpectu ad iurisdictionem, dictę pœnæ fuiſſent in eodẽ gradu conſtitutæ, ex eo ℔, qui non põt imponere unã, non poſſit etiam imponere aliam; deportationis & relegationis pœnę, quæ reſeruatę ſunt maioribus Iudicibus habentibus poteſtatem gladii, iuxta. l. j. §. deporta. de leg. 3. & §. qui vniuerſas, cum gl. ☞. alleg. quas pœnas, Bar. ☞. conſtituit in aliis gradibus, & debuiſſent poni in iſto ſecundo gradu, ſi ad cõpetentiam iurisdictionis fuiſſet habendus reſpectus, maximè, quũ deportatus habeatur pro mortuo. l. j. §. fi. ☞. de contro. tabu. ergo ſecundum ſtrictam rationem diſputandi malè poteſt defendi Bar to. meliusque feciſſet de ſecundo, & tertio gradu, unum tantùm gradum facere, & ſub illo ponere omnes pœnas capitales, & membri mutilationem: quũ habeat conformitatẽ quãdã cũ illis, quibus (& ſi p omnia nõ ſit æqualis) tñ ęquiparatur ſcdm qd, ut dixi. & ſimiliter ponere in eo gradu pœnã ppetui carceris, amputationis digiti, & auriculæ, ut ſtatim dicã, ac fuſtigationis nobiliũ pſonarum. † ubi
213 aũt fit mentio de abſciſsione mẽbri, intelligitur de mẽbro principali, ideſt de manu. tex. eſt in auc. Sed non eo iure. C. de ſer. fug. ponit hîc Deci. in 8. col. non autem intelligitur de capite, ut p Fel. in c. cum illorum. col. 3. de ſen. excõ. ubi plenè ponit, quod
214 dicatur membrum, † & quid ueniat appellatione membri: de quo poſt alios pulchrè p Imo. in d. l. 2. col. 9. vbi dicit, quòd membrum propriè dicitur, quod in corpore noſtro propriam ac diſtinctam operationem habet, ſecundum Ariſtotelem in 4. Meteorologicorum, ad finem, aliàs, in 4. Metaphyſices ut eſt oculus ad uidendum, manus ad palpandum, pes ad ambulandum, lingua ad loquendum, naſus ad odorandum, os ad bibendum & comedendum, & pariter uitilia, ſubiicit Imo. dicuntur membra.
Sed quid de digito, uel auricula? † nõ enumeran tur per præfatos inter membra, quia non dicũtur mẽbra, ſed officia mẽbrorũ. l. nõ ſunt liberi. cũ no. ibi per glo. & alios. ☞. de ſta. hom. Feli. multipliciter limitantem loco prælleg. & Alexandrum Rubeũ in conſil. 83. & propterea abſciſsio digiti, uel auriculæ, quum nõ uideantur connumeranda inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicta, non uidentur esse de isto imperio maiori, sed de inferiori: ita uolunt hîc Alb.col.v.post antiquos, ut refert Dec.loco.ꝯ.allegando, Aquen.col. 6.versꝰ.Circa secundum.& Mod.Portug. col.44.cũ sequenti.sed Deci. hîc in 10. col. oppositum tenet, quia abscisio digiti, vel auricolæ non est modica castigatio, sed habet seueritatem in se ergo potest sub hoc gradu constitui, pro ut uidentur etiam tenere Cur. in secundo gradu meri imperij ad finem & Mod.Taur.hîc col. 33. quæ opinio sanior uidetur, quum.n.debilitetur membrum, & mortificetur pars membri: idemque iudicetur de parte quò ad partem, quod de toto quò ad totum. uulg.l.quæ de tota.ꝯ.de rei uẽd. iustum est, vt in eodem gradu cum abscisione membri constituatur, & non habeat ptãtem amputandi digitum uel auriculã, qui non potest tollere uitam, aut membrum abscinde-
216 re.† Præterea, si ut.s. dictũ est, membrũ propriè dicitur; quod in corpore nostro distinctã habet operationẽ, & auricula habeat distinctã operationẽ audiendi, quare inter membra nõ debet cõnumerari?

Incisio uerò barbæ, an sit connumeranda inter
217 prædicta, †uidete dist. Imo. loco prælega. & ultra notandum est, secundum aliquos, quòd in aliquibus partibus incisio barbę reputatur maior pœna, quàm abscisio digiti, uel auriculæ, ut apud Turcas, talis pœna esset ibi de isto imperio maiori.

218 Iuxta prędicta quærit Bart. † quid de incarceratione, an sit de isto imperio maiori? & respõ. ꝙ nõ, si fiat ad custodiam: secus si ad pœnam, ut qñ damnatur quis ad ꝓpetuos carcere, ut per eum. q̃ quidem pœna perpetui carceris, non imponitur, nisi in grauibus criminibus de iur. Can. c. quamuis de pœnis in 6. c. pen. de crimi. falsi. c. ut fame, de sen. excom. notat Dec. hîc in ix. col. De iure uerò Ciuili dicit Bart. non imponitur, nisi seruis. l. aut damnã. §. fi. cum gl. ꝯ. de pœnis. l. incredibile. C. eo. tit. Doctrina Bar. uidetur communiter approbata, & est materia ampla ac trita: uidete hîc Rimin. & Alex. in col. 4. Seuer. q. 11. col. 3. Deci. col. 8. Cur. 17. Mode. Tau. 31. Port. 45. & Fel. ī d. l. §. ad corrigẽdos. col. 4.

219 Notate tñ † ꝙ licèt incarceratio ad custodiam, non sit de isto imperio maiori, priuatus tñ illam faciens & attentans, incurreret crimen læsę maiest. l. vnic. C. de priua. carc. Fel. in c. cum contingat. in fi. de foro comp. ubi etiam custodiam distinguit ab in carceratione: quod uidetur contra Bar. hîc. Dec. in 9. col. surgens ad oppositum, dicit sibi uideri, pœnam perpetui carceris, non esse situandam in eodẽ gradu, in quo est pœna mortis actualis, quę maior est, ut patet ad sensum: & idem uoluit Phil. Franc. in d. c. quamuis.

Sed quum æquiparetur damnato in metallum,
220 secundum communem opi. Legistarum, & secundum opin. Canonistarum seruitui ac morti, ut hîc per Bar. Cur. & Mod. Taur. & Fel. loco præalleg. ratione dictę equiparationis, meritò constitui uidetur in isto gradu maioris imperii inter pœnas capi-
221 tales. Hinc uidemus, † quòd damnatus ad perpetuos carceres, amittit factionem testamenti actiuã, & passiuam, ut faciunt damnati capitaliter. l. eius qui apud. ꝯ. de testamen. Fulg. in consi. 44. & Felin.

222 loco præalleg. ubi subdit, † ꝙ in foro Cęsaris & in terris Imperii, si aliquis damnaretur ad perpetuos carceres, & testaretur, ualeret testamentũ quia pœna non esset ritè & legitimè imposita: quam pœnã perpetui carceris, iudex ecclesiasticus contra laicũ procedens pro crimine ecclesiastico imponere non posset. Rom. in sing. suis fol. 54. col. j. an autem taliter condemnato possit relinqui aliquid ultra alimenta, & an dñs amittat dominium serui ea pœna affecti, ponit Imo. in d. l. 2. col. 2. & Fel. loco præalleg. pœnam uerò fustigationis ponunt docto. in 4.
223 gradu: † tñ in personis nobilibus ratione ignominię equiparatur pœnæ capitali, secundum Socin. in consi. 157. col. pe. lib. 2. & Mod. Tau. in l. transigere, col. 2. C. de transi. iccirco tunc poni posset in isto secundo gradu, in quo (ut dixi) Bar. melius constituisset omnes pœnas capitales, abscisiones membrorum, digitorum, & auriculę.

224 Circa tertium gradum, Barto. † in eo ponit pœnam deportationis, per quam perdit quis ciuitatem. tantùm. l. inter pœnas. ꝯ. de interd. & relega.

225 Pro declaratione istius materiæ, † sciendum est, ꝙ primitus erat pœna interdictionis aquę & ignis, in cuius locum successit deportatio, ut dicit tex. in l. 2. ꝯ. de pœnis. de qua pœna interdictionis aquæ, & ignis sæpe fit mentio in legibus nostris: postea loco deportationis successit exilium. l. 2. ꝯ. de publ. iud. & qui patiebantur dictas pœnas amittebant ea, quæ erant iuris ciuilis, non ea, quę erat iuris gentium. l. quidam, in fi. cum gl. ꝯ. de pœnis. hodie omnes p̃dictę pœnę in desuetudinem abierunt, nec sunt in usu: sed iudex arbitrio suo aliam subrogare, & imponere potest; ut per Imol. in d. l. 2. col. 2. Hipp. de Marsi. in l. 3. in §. leges. ꝯ. de sicar. & quia
226 hęc est maior pœna, † quàm pœna mortis. l. Capitalium, in prin. ꝯ. de pœ. ut hîc per Deci. meritò per Bar. ponitur in gradu inferiori à gradu pœnę mortis, de quo. s. ut hic per Rimin Seuer. q. 11. Deci. & Cur. hîc, & Mod. Portug. col. 47. Et licèt quò ad speciem pœnæ, deportatio minor sit, quę pœna mortis, maior tamen est quantùm ad speciem iurisdictionis, quum ille qui potest in totum corpus gladio animaduertere, non possit deportare lege prima de lega. 3. & præallegato. §. qui vniuersas, cum glo. ideo hoc respectu debuisset poni in gradu præ
272 cedenti; ut hic per Deci. & Curt. & Aquens. in 6. sed Bartol. considerauit qualitatem, & minoritatem pœnæ.

Quæ autem præsides, † qui ius gladii habent deportare non possunt, laborant ualde docto. in. l. reliquorum. infrà de interdict. & in d. §. qui uniuersas. ubi gloss. illam rationem tenet, quia insulam in dominio suo non habent: secus ergo si haberent sub suo imperio insulam, ut tenet Bart. in d. l. relegatorum. & Ioan. de Platea in rubri. de his, qui in exili. dat. lib. 10. ergo non est defectu iurisdictionis, sed loci in quem mittant delinquentem; quę ratio reprehenditur per Bal. in d. §. qui vniuersas. Are. in §. j. col. 2. insti. quibus mod. ius pat. potest. fol. & Mod. Portu. hic col. 48. & uidetur cõtra casum §. j. d. l. relegatorũ. dicti Mod. Portug. id esse dicunt, quia deportatio est pœna nobiliũ maioribus refer-

reseruata; decapitatio plebeiorum: fuit Alber. de Rosa. in d. §. qui vniuersas. Cur. hîc col. 18. Moder.
228 Taur. 3. reprobant, quũ etiã nobiles de capitentur, ut per eos. facit l. 3. C. de Episc. audien. † homicida (ait) quod fecit expectat, & sic de capitatur, ut ibi per doct. item sequeretur absurdum, ꝙ deportaren tur tantũ nobiles. præterea attenta ratione Albe. & prædictorum Mod. ꝙ deportẽtur nobiliores, & ob hoc sit principi reseruatum, sequeretur ꝙ relegatio non esset permissa præsidibus contra prædictas personas, quod est falsum. d. l. relegatorũ. §. est quoddã genus cum sequen. & etiã decuriones nobiliores q̃; relegari possunt. §. decuriones. l. inter pœnas. ꝯ. de interdic. & relega. & alleg. per præfatos pro opi. sua loquuntur de decurionibus ciuitatis.

Ratio igitur est, quia tale ius non est præsidibus datum, ita dicit tex. in §. j. d. l. inter pœnas. & in l. fi.
229 ſ. de offi. procur. Cæsar.

Pœna verò damnationis ad furcã † siue suspẽsionis, summũ suppliciũ dicitur. d. l. capitale, in princ. ꝯ. de pœnis. & est pœna ignominiosa, plebeis inferenda; propterea censetur grauior pœna decapitationis, de qua in præcedenti gradu, ut post Bal. tradit Deci. in c. atsi Clerici. in principio in not. extra de iudi. & in consi. lxv. Mod. Taur. hic col. xxxv. &
230 in d. l. transigere. col. ij. & consequenter esset de secundo gradu † & ideo quando ille, qui suspendendus uenit ad preces & requisitionem eius (ut quandoq; fit) decapitatur, dicitur sibi fieri gratiã; quod notate cõtra opi. vulgi. Circa id quod de causis libe ralibus subijcit Bar. bene loquitur, ut hic p Mod. Taur. col. 35. sed de hoc latius ꝯ. in materia.

Successiuè Bart. in quarto gradu meri imperij,
231 quod paruũ appellauit, ponit † relegationem, & omnẽ pœnam per quã corpus acriter afficitur, & sic torturã, nisi qñ ad eruẽdã veritatẽ imponeretur. cũ qua cõclusione transeunt alij, ut post Rimin. & Aquens. dicũt Taur. col. 35. & Portuga. 47. Sed Deci. improbat rationẽ Bar. quia bene infert relegationẽ esse meri imperij, nõ quod sit de isto quarto gradu. Sed respon. hoc nõ dixisse Bar. nec uoluisse per istã rõnem id probare, ut verba sua apertè ostẽdunt; sed solum ꝙ est meri Imperij, ut patet ex illis uerbis; & istud est meri imperij, non dicit istius gradus. Sed hoc posteà probat per alias rationes, ꝙ non sit meri imperij magni, quia causa põt agitari per procuratorẽ, & sniam in absentem ferri qd secus est in alijs
232 causis grauioribus, pro ut in iuribus per eũ hic allegatis. † Itẽ quia relegatio non est pœna capitalis. d. l. capitaliũ, in prin. & l. 2. ꝯ. de publ. iudi. ubi Alex. notat in apost. ad Bar. & Feli. in d. §. ad corrigẽdos. col. 3. et Dec. hîc iura clara sunt in locis. s. allegatis.

233 † Rursum, quia relegatus retinet libertatem, ciuitatem, & bona secundum Deci. hîc. per glo. no. in. §. relegati. Instit. quibus mod. ius patr. potes. sol. de quo uidetur mihi esse tex. in. l. 4. de interdic. & releg. quibus rationibus pœna relegationis rectè in gradu inferiori post pœnam deportatio nis constituitur, prout etiam posteà uoluit Deci. Immo Iurisconſ. hoc clarè uult in d. l. Capitalium.
234 & in l. absentẽ eod. titu. Et si diceres, pœna relegationis infert infamiam, ut infra dicetur. † Causa autem infamiæ æquiparatur uitæ. l. iusta, cum, glo. infrà de manumiss. uind. ergo in secundo gradu poni deberet.

Respond. quòd istud. est largo modo, & impropriè, quia uerè causa uitę est maior. l. j. ꝯ. an per aliũ causæ appell. l. si adulteriũ. §. liberto. ibi, multò magis uitę, infrà de adult. & pluribus alijs respectibus pœna minor est, quàm sit pœna capitalis, ut suprà
235 dixi: ergo &c. † Et prędicta relegatio & confinatio, non potest de iure fieri extra territorium, & iurisdictionem confinantis, secundum Seuer. & alios hîc & est tex. clarus in d. §. est quoddã genus, ubi Bart. & Alex. notant, inferentes ad quęstiones in practi-
236 ca. † Et dicunt ibi Alex. Mod. Taur. & Portugal. in locis prælleg. quòd si fieret extra territorium, resolueretur in interlocutoriam, & viderentur tantummodo interdicta loca iurisdictionis suæ. Melius est dicere, ut Bart. ibi dicit, Alexand. post Bald. hoc non seruari de consuetudine, quæ est satis notoria in non recognoscentibus superiorem, uel tenentibus locum principis, qui relegant, & confinant in locis sibi non subditis, & oportet seruare confinia, nisi fortasse dominus loci nollet pati relegatos, uel confinatos in ditione sua, quia tunc excusarentur. argumento c. cognoscentes, de
237 constit. † de qua pœna relegationis & confinationis, de relegatis q̃; & confinatis, qui æquiparantur, ut per Bar. in d. §. est quoddam. plura ponunt Firmia. & Brixien. in suis repertorijs, Bar. & alij. in tit. de his, qui in exil. dat. lib. 10.

Sed quum relegati sint infames. l. pen. infrà de
238 uar. & extraordin. cogni. ergo & confinati, † quod esset magni effectus, per notata in l. 2. dicti ti. de his qui in exil. dati.

Oppositum tamen uidemus, quia confinati nostri temporis non sunt infames, nec pro talibus reputantur: credo quòd si quis relegetur aut confinetur propter delictum, infamis sit, & ita procedant iura prælleg. Si uerò ex uoluntate superioris ratione alicuius suspicionis, ut quum principes dubitantes de statu habent aliquos nobiles & potentes suspectos, ne fortè aliquid machinentur contra ipsos, relegant eosdem ut annis præteritis sæpe fieri solebat in Ducatu Mediolani, regnantibus Gallis, & etiam in dominio Venetorum tales relegati & cõfinati nõ erũt in fames: nulla. n. ratio id dictat. Et prædictis relegatis æquiparari uidentur ban-
239 niti nostri temporis, † secundum glo. in d. §. relegati. de cuius articuli fide ac ueritate uidete Signorol. in consil. 119. Anchar. in consil. 275. Alex. in consil. 116. lib. 2. & in consi. 25. lib. 3. Ias. & alios in l. j. C. de hæred. instituen. omnes scriben. in l. ex facto. in §. ex facto, infrà ad Trebell. & Cur. Iuniorem in cons. 166. & 182.

240 Et relegatus seu cõfinatus ad tempus, † elapso & preterito illo tempore redire potest domũ sine alia licentia superioris, ut post Bal. declarat Deci. in c. ex literis, col. 3. de constit. & in cons. 61. col. fina.

Et dum Bar. in hac prima concluſ. dicit, admitti procuratorẽ in hac causa, intelligitur scilicèt relegationis, de qua proximè dixerat: non autem ubi corpus acriter afficitur; de qua pœna posteà loquitur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc enim non admitteretur procurator,ut hîc declarat Aquenſ.col.vj.licèt Curt.col.xviij.& Portugal.xlviij.improbent Bart. uti uolentem admitti procuratore in cauſa, ubi corpus acriter afficitur; quod non eſt uerum,ut declarat Aquenſ.nec Bar. fuiſſet ita ſupinus, ut id dixiſſet:de quo uidebitis etiam Alex.in conſ.cxvj.ij.uol.

241 Secunda concluſio Bar.† eſt,quòd omnis pœna per quam corpus acriter afficitur,eſt de iſto gradu meri imperii:approbatur communiter. Intelligatis ſecundum præcedentia, quando afficitur corpus citra ultimum ſupplicium,& abſciſionem mẽbri principalis,uel ſecundarii,ut de digito,auricula, & barba dictum eſt ſupra; ad quod pondero tex.in.l.ſi quid.allegatum.per Bar.in uerbo atrociter uerberandi,nõ dicit abſcindendi,uel mutilãdi,quod notate.

242 Tertia concluſiio Bar.† quòd pœna torturę pro delicto illata, iſtius meri imperij eſt; quod ſiue ad inueſtigationem, ſiue ad eruendam ueritatem fiat & adhibeatur. poteſt eſſe iuriſdictionis,quãdo officio mercenario;& conſequenter ponderatæ Bar. uelle,ꝙ tortura ſit illius ſpecici iuriſdictionis, cuius eſt cauſa,pro qua adhibetur.& cũ Bar. trãſeunt alii,ut per Bal.hîc col.5.in i.lectura, dum ponit cuius ſpeciei iuriſdictionis ſit carcer,& Alex. J.in antepe.col.& Hippol.de Marſi.in l.diuus Pius. col.j.

243 J.de quęſtionib.† Quãdo pro delicto & in pœnã, infertur, res eſt ſine dubio,quia officio iudicis nobili ad publicã utilitatem id explicatur: ergo de neceſsitate,ut hîc per Bar. exempli gratia, ut qui uadunt de nocte,& ut melius intelligatur, qñ ſchola ris contra ꝑceptum Rectorũ Paduę cum armis nocturno tẽpore inuentus torturę ſubijcitur,eſt meri imperij;uerũ quia nõ eſt capitalis,nec in abſciſsione uel debilitatione mẽbri conſiſtens,in iſto gradu parui imperii rectè cõſtituitur,ut hîc p Ale.i 3.col.

244 Limita hanc conclu.Bar.non procedere†in leui turtura,quæ propriè non poteſt appellari tortura. l.ob quæ uitia,in fi.ff.de ędil.edic.Hippol. in l.repeti ,col. j. de quæſtionib. Iſta &ſi eſſet meri imperii, quia officio iudicis nobili imponeretur ad publicã utilitatem,non tamen eſſet de iſto gradu meri imperii,ſed de inferiori,ſicq; de quinto.& quod iſta fuerit intentio Bar.oſtendit uerbũ acriter, quo utitur,ergo ſecus ſi leuiter.

Maior difficultas eſt circa ultimã concluſi. Bar.

245 †quando tortura infertur ad eruendam ueritatem Alb.hic Dec.& Mod.Portug.licèt de Decio non faciant mentionem, tenent ꝙ ſemper ſit meri imperii,per l.defenſores,la ij.C.de defenſ.ciuit.inducendo,ut hic per Dec.

Non eſt recedendum à concluſi. Bar. cum quo Doct.communiter tranſeunt,ut hic per Iaſ.col.12. & Mod.Tau.36.quum.n.in cauſis ſimplicis iuriſdictionis exerceatur officium iudicis mercenariũ ad priuatã vtilitatem principaliter,impoſsibile eſt,

246 ꝙ ſit meri imperii.Quod autem competat †prædictis infimis magiſtratibus, probatur in §. ſi uerò ignoti. allega. per Bar.in §.& iudicare. & in §.audient, præallega.

247 Nec obſt.d.l.defenſores†ad oppoſitum per Al-

be.Dec. & ꝑſatos allegata , quia loquitur de ſeuerioribus quęſtionibus,& tortura inferenda pp crimina.hinc impoſsibile eſt,eſſe ſimplicis iuriſdictionis in caſu ꝑdicto,ut ſubiicit Bar.declarãdo ꝑdicta uerba,ut hic p Bal.in j.lect.col.5.Alex. col. antepe. Dec.Cur.& Mod.Tau.Nec obſtat, quod de ſuperfluitate obiicit Dec. quòd non fuiſſet neceſſaria illa prohibitio torturę quò ad pœnã,quia non competebat defenſoribus ciuitum §.audient.& §.& iudicare,in auct.de defenſ.ciuit. nam & iura ſunt nouiſsima poſt tempora d.l.defenſores , facta, & loquitur ille tex.de ſeueritate delictorum; ſecus ergo quando ad eruendam ueritatem.

248 Nec obſt.tex. † in §.pe.incip.quia uerò. in auct. ut nulli iudicum.hic alleg.per Dec.ubi probari uidetur,ſupplicium torturę eſſe grauius abſciſsione membrorum, ut etiam hic dicit Cur. col. 18. facit tex.no.in l.aut damnum.in §. hoſtes. J. de pœnis. dicens pleroſque dum torquentur ſolere deficere, ergo hæc pœna torturę malè uidetur poni per Bar. in iſto inferiori gradu. Reſpon. quòd ille tex. procedit in ſupplicijs ꝑ quę articuli diſſoluuntur, quæ quidem ſolutio membrorum grauior eſt,ut ibi dicit tex.abſciſsione manus. nec mirum, quia tunc (ut plurimùm) ſequitur mors:ſecus in tortura, ut

249 quotidie docet experientia rerum magiſtra,& quę inferenda eſt cum moderamine, †aliàs puniretur iudex.l.de minore, §. tormenta.cum ſimil. J. de quæſtionib.

Quę uerò ſint cauſæ ſimplicis iuriſdictionis , in

250 quibus poteſt ad torturam dcueniri,†ponunt Iaſ. hic col.12.Alex.& Hippo.in d.l.Diuus.Soci.conſi. 68.colum.fi.lib.2.Dec.in c.at ſi clerici,in prin.10. col.de iudi.& latè Franc.Brun.in ſuo tract.de indiciis & tortura.

Poſſent etiam poni plura exempla in iſto gradu meri imperii,ut hic per Seue. col. 11. Tau. 36. & Portuga.49.& quod dicunt prætati de pœna iuſtigationis, non procedere in perſonis nobilibus propter ignominiam,quę eſſet de ſecundo gradu imperii maioris, ut ibi dixi.

251 Circa quintũ gradum, †doct.uidentur tranſire cũ Bar.qui ꝓbat concluſionem de coërctione corporis,quòd ſit iſtius imperii minoris,lege, & ratione,ut hic p eum.nec ſubeſt difficultas,qñ huiuſcemodi coërctio imponitur pro leuibus criminibus ad publicã utilitatem principaliter, ut in terminis Bar.& competit omnibus magiſtratibus.

252 Pro declaratione iſtius conclu.†uidete hic Seue. q.11.in 3.col.ubi in hoc gradu ponit emendationem propinquorum , quæ ſit ex auctoritate legis, ut in tit.de emend.propin.& idem eſt iudicium emendationis ſeruorum,de qua in ti.ibi præcedenti,& emendationis vxoris,ut per Fel.in c. cum contingat,circa finem defo.compe. Quod autem merum imperium poſsit cõpetere priuato ex auctoritate & diſpoſitione legis, probatur à fortiori in l. gradus. C.de adulte. Sed non puto prędicta poſſe conſtitui in hoc gradu , nec ſub aliquo gradu iu-

253 riſdictionis , ſed ſit ſimplicis & legitimæ permiſsionis,quum competant priuatis & carentibus iuriſdictione. facit quod diximus in ſuperioribus de poteſtate

poteſtate condendi ſtatuta,quę non eſt iuriſdictionis, ſed ſimplicis permiſsionis , quia competit etiã non habentibus iuriſdictionem.l.omnes populi.J. de iuſt. & iure . Secundò per illud quod dicitur in diffinitione imperij,quod eſt iuriſdictio, quæ officio iudicis expeditur, ergo non priuati. Tertiò per

254 auctoritatem Bal.hîc in prima lectura col.5.vbi dicit,† quòd carcer domeſticus non eſt licitus,niſi in caſibus à iure expreſsis; & quod nõ eſt ſub aliquo gradu iuriſdictionis,quum competat priuato.

255 Et ſic pulchra poteſt poni concluſio † contra omnes prefatos ſcriben. quòd modica coërctio perſonalis in caſibus in quibus competit priuato, non eſt ſub aliquo gradu iuriſdictionis,vel imperij , ſed ſimplicis,ac legitimę permiſsionis.

Maior difficultas eſt, quando modica coërctio

256 †imponeretur in cauſis ſimplicis iuriſdictionis ad priuatam vtilitatem,an ſit iſtius imperij , vel iuriſdictionis.Doct.ſunt varij,Curt.hîc col.19.tenet,ꝙ ſit mixti imperij.per d.l.fin. ibi , tranſit imperium, quod non eſt merum,ergo mixtum , quia infertur officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem . Sed coërctio corporis nõ videtur fieri ad priuatam vtilitatem,ſed ad publicam, ad vindictam contemptæ maieſtatis iudicis,ergo nõ eſt de mixto. niſi reſpondeas,ꝙ immo ſit ad priuatam in cauſis ſimplicis iuriſdictionis, ſed ſi Iuriſconſultus de mixto intelle-

257 xiſſet,bene ſciuiſſet hoc dicere, prout in hac.l.Imperium.†ergo ille tex.non eſt intelligendus de mixto imperio ſecundũ Aquenſ.J.in.6.col.quãuis poſsit reſpond.quòd id ſatis dixit,& ſubintellexit, quia ſi non eſt merũ , ergo mixtũ.facit. Labeo. J. de ſupel. lega. & hunc intellect.ꝙ ille tex.de mixto intelligendus ſit,tenet etiam hîc Alex.in penul.col. Aquẽſ.& Deci.hîc col.6.& 8.tenẽt ꝙ ſit ſimplicis iuriſdictionis,prout cauſa ſuper quia adhibetur . Et iſta videtur communis ſcriben.ſententia , vt hîc per Bal. in prima lectura col.5.& Alex.3.& ſequenti:volentes etiam quòd tortura ac incarceratio ſint eiuſdẽ ſpeciei iuriſdictionis,cuius eſt cauſa , in qua adhibentur,prout voluit etiam Bar.J.in 4. gradu in fine. declaratio tamen Aquenſ.& Decij ad.l.fina.Imperiũ, ideſt iuriſdictionem , & ſic imperium alteratum, quod propter primordialem naturã Imperium dici poteſt,videtur manifeſta violẽtia, impropriatio, & ſomnium ad illum text.

Intelligã ergo imperiũ,quod non eſt merũ, ſcilicet maioris gradus,ſed minoris,quãdo exerceretur ad publicã vtilitatẽ; ita ꝙ aliter iuriſdictio nulla eſſet; vt per Alex.J.in penul.col.quãdo verò in cauſis ſimplicis iuriſdictionis ad priuatã, intelligeré, vt faciunt Alex.& Curt.præalle. in mixto imperio: & dum poſteà Bal.allegat.l.fin.de fundo inſtru.videda ſunt,quæ ſcripſi in.l.qd attinet,in fi. de reg.iur.

258 In ſexto & vltimo gradu, Bar. † ponit leuẽ mulctam.ſuper hoc Deci.nihil ſcribit , Rimin. Curt.& alij approbant Bart. & quòd leuis mulcta , vt dicit Bar. ſit meri imperij, probatur, quia ad vtilitatem publicam imponitur officio nobili , per.l.vnicã.J. l.iubere,col.fin.J.eo.Felin.in c. qualiter, eo primo col. 20. in ſexta limitatione de accuſ. Rimin. Alex. Iaſ.& Mod. Taur. hîc col. 37. & Iacobi. de Sancto Georg. in tract. feud. in verbo De caſtro, col.2.in quo locutus eſt inaduertenter Aquenſ.in d.l.iubere,col.fin.dicens Bart.hîc communiter reprobari, quum ab omnibus ferè approbetur.Secũdò, quòd competat magiſtratibus municipalibus,& infimis, patet,quia ea quæ ſunt de gradu maiori & precedẽti,prędictis magiſtratibus (ut dixi) cõpetunt, ergo multò magis illa,quę ſunt minora & inferiora. argumẽto c. cui licèt de reg.iur.in ſexto.quòd autem ſint inferiora,patet,quia pœna precedens corporalis eſt, & non. Quæ uerò dicatur leuis multa,declarát Alex.& Aquenſ.in d.l.unica.in princi. vbi dixi.

Sed contra Bar. hîc facit primò,quia d.l.fina.incip.eos,loquitur in Rectoribus prouinciarũ , & ſic in maioribus magiſtratibus imponẽtibus magnas mulctas,patet ex uerbis eiuldẽ legis , nõ in infimis magiſtratibus,qui leues tãtùm imponunt mulctas d.l.unica,in principio ubi Bar.& alij notant: igitur cõcluſio Bar. hîc melius probatur in illo tex. quàm in d.l.fina.& per rationem de qua ſuprà.Et diſpoſitio illius.l.eos,nõ ſeruatur de cõſuetudine , ut ſcripſi in d.l.vnica.Tertiò contra concluſ.Bar.uidetur tex.in.l.defenſores,la 2.C.de defenſ.ciuit.ibi , nullas implicant mulctas, ergo infimi magiſtratibus non poſſunt aliquo modo mulctare, ut poſt Alex. tenent.Iaſ.in princ.d.l.vnicæ.col. Aquenſ.2.ſed defendam communem in d.l.unica.

Poſtremò contra Bart. dum allegat.l.fin.J.tit.2. loquendo de modica coërctione uerbali,uidetur ſibi contrarius , vt hîc per Curt. cuius ſolutio nihil ualet , quia Bart. in gradu præcedenti loquitur de modica coërctione perſonali , hîc de verbali , quæ fit officio iudicis nobili ad vindictam maleficij , & reſpicit principaliter vtilitatem publicam, ideo nimirum ſi eſt meri imperij, ut ibi, ſed inferioris gradus,quum ſit uerbalis,precedens verò perſonalis.

Et ex Bar.hic notabitis,quòd quando iſta modi-

259 ca coërctio uerbalis † fit officio iudicis mercenario ad expeditionem cauſę, non eſt tunc de mero imperio , ſed de ſimplici iuriſdictione. Et ſic gradus

260 pœnarũ † ſunt etiam in inferno;& quia eſt in profundiori loco , acrius & ſeuerius torquetur , vt per Dantem poetam in prima parte ſui operis , & videbitis uos Domini ſcholares quãdo ibi eritis , quod auertat Deus , ſed iocosè ſit dictum . Similiter in Paradiſo , diuerſi ſunt gradus glorioſorum ſecundum merita , iuxta illud euangelicum: In domo Patris mei diuerſæ ſunt manſiones,ſecundum Theologos. quibus in manſionibus recipiat nos omnes ob ſuam ſanctiſsimam miſericordiam Deus Opt. Max. Et de pœnis ac igne inferni videte, quæ poſt alios refert hic Curt.in 17. col.

Quærit poſteà Bar. an merum imperium poſsit delegari? & reſpondet diſtinguendo . Cum quo

261 tranſeunt Doct. †Quam materiã delegationis explicaui in.l.j.J.tit. 2. & in libello Exercitationum. Inquantùm tamen Bar. vult hic , modicam coërctionem perſonalem poſſe delegari, oppoſitum voluit ſuprà in 6. gradu, declarando.l.fin.ſuprà tit.2. Curt.verò hic colum.19.diſtinguebat, concludendo poſſe delegari , & tranſire in conſequentiam,

quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando aliàs delegatus non posset sine illa iurisdi
ctionem exercere, aliàs secus: quæ distinctio fuit
aliorum ante eum, ut dixi suprà in 4.q.Barto. ubi
tenui, quòd etiam principaliter, & de per se dele-
gari póteſt.

262 Descendendo ad mixtum imperium.† Quærit
primò Bar. quare dicatur mixtum? & respō. ut per
eum. cum quo transeunt hîc Seuer. q. 19 Iaſ. & alii
cóiter. uidete quæ scripsi. s. in euidentialibus, ubi
hoc melius excusi; declarando qūo intelligi de-
263 beant uerba. l. nostræ ibi, cui iurisdictio inest. † Est
autem secundum Philosophum ad finem primi de
gener. corrup. commixtio mixtibilium alteratorū
unio. & declarate uerba Bar. hîc dum dicit, ꝙ satis
procedit, & tñ. j. statim reprehendit dictum gl. ut
hîc intelligatur, quantùm ad expressionem qualita
tis uidelicèt, non quò ad dictum gl. Dec. hic contra
Bar. sustinet gl. in d. l. iubere. ꝙ bene dixerit, imper-
rium non posse delegari, & mixtum, commodū pe
cuniarium continere; intelligendo conclusionem
secundum regulam ita se habentem: & casus spe-
ciales in oppositum non sint habendi in considera
tione. l. 2. j. si quis in ius vocat. & l. j. de reg. iu. cum
264 ibi no.† Defendendo Bar. respon. ꝙ ad tollendum
consequentiam, sufficit dare instātiam in materia,
de qua agitur, ut per Bar. & Doc. in l. creditor. j. de
no. ope. nun. & per Deci. in c. translato, col. 2. de có
sti. sed Bar. hîc dat instātiam in proposito, ergo &c.
Nec est casus specialis, aut singularis, sed generalis,
& ordinarius in competentibus iure magistratus.
uel aliter & secundò respon. negando argumentū
265 Decii,† regulam (ut ipse arguit) esse, imperium esse
indelegabile; quia illud procedit, & intelligitur in
quatuor primis gradibus tm̄, in quibus causæ sunt
specialiter attributę, ut dicit Iurisco. in l. j. s. tit. 2.
quia concessa maioribus, & denegata minoribus,
ut. j. per Bar. illæ ergo sunt causę imperii, quę sunt
regulariter prohibitæ delegari. non autem imperiū
regulariter & indistinctè, ut arguebat glo.

Ad d. l. nemo potest gladii, quę uidetur proba-
re, imperium regulariter esse indelegabile, respon.
quòd loquitur, & procedit de potestate gladii, &
seuera coercitione corporis, quę sunt indelegabilia,
quia specialiter & in priuilegium concessa maiori-
bus, & denegata minoribus.

Et dum Bar. contra Iaco. de Arena in fine moue-
batur, eò quòd tutor detur personæ, non solùm pa
trimonio, seu rebus, reprehenditur per Mod. Por-
tugal. col. 66. quia dictio non solùm, ut dictio etiā,
implicat casum minus dubitabilē, & explicat ma-
gis dubitabilem. l. non solùm. j. de rei ven. l. j. cum
no. s. eo. Sed hîc in terminis argumenti Bart. con-
trarium faceret, quum minus dubiū sit de rebus,
quàm de persona, & tutor principaliter detur per-
sonæ. l. j. j. de tute. Bed hęc leuia sunt, loquutus. n.
est Bar. more Doctorum legentium ad declaratio-
nem, non habens tunc respectum ad talem differē-
tiam. Item explicando, non implicando, quasi di-
cat etiam personę datur, prout principaliter datur,
præterea in iure (ut diximus in d. l. j.) etiam Iuris-
consul. aliquando procedit implicando casum ma-
gis dubitabilem. l. j. §. si filio, ubi notant Modern.
Taur. j. ad Trebel.

Secundò quærit Bar. quid sit mixtum imperiū.
266 †& reiectis diffinitionibus Iaco. de Aren. & Guil.
de Cu. sequitur diffinitionem Pet. de Bellaperti. ꝙ
sit iurisdictio, quæ officio iudicis nobili expeditur
ad priuatam utilitatē. & approbatur communiter
ut hic per Alex. column. fina. Seuer. quæstione 18.
Iaſ. col. 13. Deci. Cur. & alios. et Mod. Taur. col. 39.
Alber. de Rosa. ut refert Iaſ. & Mod. Portugal. 77. re
fert plures diffinitiones; & dicit esse, qui sequātur
diffinitionem Iacob. de Aren. quam Bar. damnat:
sed ꝙ illa diffinitio non sit bona, probatur ex his,
quæ in oppositū scribit hic Alex. ad fin. penul. col.
Vlterius etiam patet, quia mixtum imperium con-
ceditur, non tantùm maioribus potestatibus, ue-
rum etiam minimis iudicibus; maximè in duobus
ultimis gradibus Bar. ut j. per eum, ergo &c. Alij
dicebant poni hic diffinitionē mixti imperij, quod
suprà in euiden. reprobaui. Bald. hîc in 2. lectu. co-
lum. pen. ponit aliam plenam, & longam distinctio
nem ut per eum.

Et si contra diffinitionem Bart. & communem,
267 †opponeres de absolutoria à pœna delicti, quæ ex
peditur officio iudicis nobili ad priuatam utilita-
tem, ut patet, & tamen meri imperii est. l. solet, de
offi. proconſ. & lega. cum notariis per Soci. in rub.
j. de acqui. pos. ergo diffinitio Bar. non est conuer
tibilis, nec bona. Respon. quòd immo ad publicam
utilitatrm id fit, ut dixi suprà circa diffinitionem
meri imperii.

Circa prędicta possent moueri nonnullæ aliæ
difficultates, ut hîc per Cur. & Mod. Portugal. Sed
quia Deci. & alii non tangunt, arbitratus sum me-
lius esse omittere; & ad ea, quæ aliàs Taurini scri-
psi, me remittere.

268 Tertiò quęrit Bar.† quibus competat mixtum
imperium. respondendo ut per eum, cum quo alii
transire uidentur, ut hic per Seuer. q. 20. sed ubi di
xit magno, melius dixisset paruo, & adhuc melius
paucioribus agēdo, si dixisset, illis competere, qui-
bus merum, ut hic per Aquen. col. 7. Dec. 11. Cur.
20. Mod. Taur. 40. Portugal. 67. inferentes ad non-
nullas quęstiones, ut per eos.

269 Quartò quærit Bar.† quot sint gradus mixti im-
perij, & respond. ꝙ sex, prout etiam meri. Alii alit
ter diuidunt, ut hîc per Seuer. quęstione. 21. Iaſ. col.
13. Mod. Taur. & Portugal. in locis suprà proximè
270 alleg. & sapit diuisio illa in tres gradus facta, † ut
per Bar. in l. 4. in §. j. j. de dam. infec. seu melius lo
quendo reducitur per ipsum Bar. ad tres, ut inquit
Deci. j. in 12. col. sed ista quā posuit Bar. fuit magi
stralis, & facta pro clariori declaratione, quū usque
ad pellem policitus fuisset in l. 2. C. de pedan. iud. se
hîc enuncleaturum materiam istam.

271 Primus est gradus, maximus, competens soli
principi: de quo Bart. quatuor exempla ponit. †In
primis est aduertendum, quia non uidetur, quòd
sub isto primo gradu mixti Imperii Barto. posuerit
enumerata per eum, quæ à solo principe explican-
tur, quum hic non tractetur de illo supremo impe
rio principis, ad quem expeditio prędictorum spe-
ctat, sed de imperio magistratuum limitatio: cui
impe-

imperio limitato non conueniunt reseruata princi
pi, vt hîc per Dec. col. 11. & Aquens. colum. 3. qui
saluat Bar. vt per eum. Aliter respond. hîc Cur. col.
21. sed non ponit difficultatem, quia licèt omnis
iurisdictio fuerit in principem translata, de illa nō
quærimus hîc, vt dixi, sed de imperio magistra-
tuum limitato.

Dicendum igitur clarius, vt scripsi. s. in primo
gradu meri imperii, quòd Bar. non restrinxit suam
doctrinam ad terminos. l. nostrę, sed ultra, & al-
tius orsus, omnia quæ ad hanc spectarent, declara
re uoluit.

272 Infert utiliter ī practica ex. s. dictis,† ꝙ licèt prin
ceps concesserit alicui merū & mixtum imperium
cū omnimoda iurisdictione, ꝙ nó venirent regalia,
nec reseruata in signum supremæ potestatis, quia
hæc non sunt de prædicto mero & mixto imperio
limitato, sed de supremo, de quo non loquitur, nec
intelligitur facta concessio, vt per prędictos. Dec. hîc
col. 11. Aquen. 3. & 7. & Mod. Tau. 40. dicentes. cō
cessionem prędictā restringi eo modo non ex vi vo
cabuli, quum ꝑdictā sint de imperio, sed ex mente
273 cōcedentis; †quia reseruata sunt in signū præroga
tiæ, & singularis pręeminentiæ: ideo egere speciali
licentia & commissione, vt dicit tex. in c. quod trās-
lationem. de of. ordi. Ex quo inferri posset ad mul-
tas no. quęstiones, vt per Iacobi. de Sancto Geor. in
tract. feudorū in uerbo Cum mero, & mixto impe-
rio. Et prędicta procederent ét ꝙ Imperator concef
274 sit alicui† vices imperiales, quia non intelliguntur
concessa reseruata: tex. est no. in d. c. quod transla-
tionem, quāuis ét dixisset omnimodas, quia intelli-
geretur de ordinariis, non de prædictis extraordi-
nariis & reseruatis, per ea quæ de omniamoda iu-
risdictione scribunt Dec. in c. licèt causam, col. j. de
proba. & Aquen. hic col. 3. & 4. nā & omnis dispo
sitio intelligitur de actu ordinario, nó de extraordi
nario. l. Seio. §. medico. j. de ann. lega. ad quod vide
te pulchrè Aquen. in specu. feu. in tit. Qui feudū da
re poss. char. j. vbi ponit nouem limitationes: faciūt
etiam quę dixi. s. in quęstione Bar. quibus compe-
tat merum imperium.

Secundò dubitant scribentes, cur. Bar. hic in gra
du maximi imperii posuerit potius competentia so
li principi, quā fecerit in primo gradu meri imper-
rii, in quo posuit ét competentia aliis, vt Senatui,
& Prætecto prætorio? Iaſ. hic col. 13. respon. vt per
eum, quia ibi nihil erat, quod soli principi compe-
ret, quod etiam non spectaret Senatui, & Prætecto
prætorio, vt condere legem generalem, non sit in
mixto imperio, in quo hic per Bar. enumerata, soli
principi, non aūt prędictis competunt. Dec. repre-
hendit Iaſ. respectu prętecti prætorii, vt hic p eum,
& dixi in d. primo gradu meri imperii respectu Se-
natus. Dec. nihil scribit, ego posui ibidem. Cur. hic
col. 21. videtur similiter dānare Bar. licèt grauiter
275 labatur, vt ibidem probaui, †quicquid ergo dicant
doct. videtur ꝙ Bar. hic, & ibi, malè fecerit, ibi ponē
do cum supremo principe in primo gradu meri im
perij prętectū prætorio, cuius potestas inferior est
potestate principis, ut statim dicā: hic aūt non con-
numerando Senatum, immo illum excludendo ab
enumeratis in hoc gradu. nā potestas condendi. l.
generalem non competit prætecto prætorio, vt. j.
dicā. & maximè modo quo competit principi, quia
non pōt eā facere cōtra leges generales, ut pōt prin-
ceps, ergo istud erat de reseruatis principi, & com-
276 petebat soli principi, nō prętecto prętorio. †Quod
aūt prętectus prętorio non posset facere legem ge-
neralem in toto orbe, sed solùm in prouincia sua,
& inter sibi subditos ac commissos, ut in superiori-
bus dixi, licèt articulus sit disputabilis, & multi te-
neant, prętectum prætorio posse facere legem gene
ralē in toto orbe, ex auctoritate sibi p principē con
cessa, ut per Bar. s. in primo gradu meri imperii, dū
ęquiparat illum principi in condendo legem gene
ralem, & per gl. in l. s. de of. prętec. pręto. Sal. in d. l.
formam, de of. prętec. pręto. Rimi. hic col. 15. versi.
Succes siuè quęrit Bar. Iaſ. col. 13. Cur. 15. Aquens.
5. & Modern. Mediol. in 2. Paradox. cap. 9. attamen
277 communis & uerior sententia Doct. †est in cōtra-
rium, quòd in toto orbe, & extra prouinciā suā nō
posset legē generalē facere. nam ita post Odosr. vo-
luit Bar. in d. l. formam. Roma. & Fulgosi. hic. Seue.
quęstione 11. Alex. in apostil. ad Bar. in d. l. formā.
Deci. hic colum. 11. & Cur. sibi contrarius. j. col.
21. & in l. j. col. 4. s. eo. & Moder. Tau. colum. 32. &
Portugal. 44.

Et ista communis opinio verior est, primò per
tex. in l. fin. C. de. ll. qui soli principi sępe dicit hoc
competere. secundò, per uulg. regulam. l. fin. j. eo.
Tertiò, quia non est verisimile, quòd Imperator,
qui prætectum prętorio prouincię tantùm præfe-
cit, concesserit illi auctoritatem extra prouinciam,
& in uniuerso.

278 Nec obstat tex. in d. l. formam. † ibi, & si genera
lis sit. dicitur enim generalis in prouincia sua, & in
genere subalterno, ut dicunt Mod. Tau. loco prēal-
lega. Nec refragatur, quòd etiam alii magistratus
possent in sua prouincia statuere, & legem condere,
vt per Bar. & alios in l. j. j. titu. proximo. & in l.
omnes populi, in j. quæstione principali suprà de
iusti. & iure. Quia respondetur, vt per Aquenſ. j.
in 5. col. uersi. Item dum Bar. potestas igitur condē
di legem generalem, & maximè contra alias leges
imperiales in toto orbe, non competebat prętecto
prętorio, vti competebat principi: propterea Bar.
malè fecit illum ponere in eodem gradu à pari cū
principe, & similiter perperam fecisse videtur ex-
cludendo Senatum, qui idem poterat, quod prin-
ceps, vt statim dicam. Et sic melius fecisset Bar. ibi,
& hic, facere vnum gradum, & in eo constituere
Principem, & Senatum, qui legem generalē, quem-
admodum & princeps facere poterat. d. l. non am-
bigitur, & famę restituere, & alia supremo principi
reseruata. d. §. de qua.

In hoc primo gradu Bar. ponit quatuor casus de
reseruatis principi; primus est concedere veniā æta
tis, ut in omnibus legibus tituli. C. de his qui veniā
æta. impetrand.

279 Ex quo notabiliter infertur, †nō subsistere sta-
tuta disponentia, quòd minor decem octo vel ui-
ginti annis habeatur pro maiore 25. nisi esset sta-
tutum populi non recognoscentis superiorem, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab ipso superiori confirmatum, vt per Paul. de Cast. & alios in l.j.tit.prælleg. & Cur.hic col. 16.

280 †Et secundum Bar.in d.l.non ambigitur, hanc veniam ętatis non potuisset concedere, etiam Senatus Romanus, quum esset de reseruatis principi: quod dictum pro dubitabili est apud Iaso. in l. si arrogator, col.j.ꝛ. de adop. & Fulg.hic tenentem oppositū in quibusdam lecturis. Mihi videtur id esse falsissimum, & contra tex.d.l.non ambigitur. declarādo, ut.ꝛ. & à fortiori, & contra tex.cum glo. in d.§. de qua.l.primę de postulan.vbi in restituendo famæ, & in reseruatis principi, vt ibi declarat glo. & Pau. de Cast.idem poterat Senatus quod princeps.Cur. tñ hic in 21.col.respon.ad illum tex.cum gl. ꝙ Senatus auctoritate populi faciebat, sed postquā populus trāstulit potestatem in principem, solus princeps ea pōt facere. Quę solutio confunditur per illum tex.quia tempore dispositionis d.§. de qua iā erat facta translatio imperii, vt in superioribus dixi, & tñ Senatus, vt ibi dicit, id facere poterat. Præterea videtur contra tex.in d.l.nō ambigitur, & in l.j.C.de Senatusconsul.declarando, vt.ꝛ. feci. Vnde concludo, ꝙ tunc temporis Senatus Romanus ea oīa facere poterat, quæ Princeps; hodie verò postquàm imperium depędet ab Ecclesia, secus; immo quum euanuerit ille Senatus, ut.ꝛ. dixi, fatua esset

281 quæstio. †Et scias plus esse, constituere quem in ętate legitima, quā concedere veniā ętatis, vt colligitur ex l.fi.C.de his qui ven.æta.impetr.tradit Corn.in consi.108.col.3.lib.3. & practicā in hac materia veniæ ętatis ponit Bal.in d.l.ea quæ.ꝯ. de tempor. in integ.resti. & plura alia ad hanc materiā veniæ ętatis spectantia, ponunt Ancha. in consil. 404. col.j. Corn. in consi.prælleg. Rimin. & alii in l.si quis maior.C.de transac. Dec. in c.ex parte, in ultimo col.fi.de appel. & in consi.2. & 155.in fi. 258. col. 3. & 695.in 3.col.

Secundò Bar.in hoc gradu ponit potestatem interponendi auctoritatem arrogationi, per l.secūdā. ꝛ. de adop. videte pulchrè Aul.Gel.in noctibus at-

282 ticis c.19.lib.5. †vbi ponit quibus uerbis fieret arrogatio, quę fiebat à populo, adoptio autem à prætore. Et sic, quemadmodum hodie fit auctoritate principis tantùm, ita olim fiebat auctoritate populi tantùm. dicit similiter, quod pupillus non poterat arrogari, quoniam tutoribus in pupillos tantā esse auctoritatem, & potestatem fas non est, vt caput liberum fidei suę commissum, alienę ditioni subijciat: sed hodie secus est. §. cum autem impubes. Insti. de adop.

283 Sed quæ est ratio, †quòd adoptio fiat auctoritate cuiusliber magistratus. d.l.2. arrogatio solùm auctoritate principis? Signoro. in cōsi.33. incip. Quæritur. col.2. hoc ideo esse dicit, quia maius est, ꝙ existens sui iuris, subintret potestatem alterius, quā ꝙ ille, quia iam subiacet potestati, transeat in alterius potestatē; cum in habentibus symbolum facilior sit transitus. Et quicquid dicat Iaf. in d.l.si arrogator, hęc ratio satis videtur bona: nec ipse aliquid adducit, quod urgeat in oppo.

Aliā tñ no. Ang. & alii in d.l.2. vt refert Iaf. loco

284 præall. †Ad validitatē autem arrogationis plura requiruntur, vt pulchrè per Cor. in cons. 34. & 200. lib.j. Cur. Iunio. in consi. 77. 138. & 145. videte etiam Ang. Are. in §. cum autem, inst. de adop. plura ponit, in quibus consistit causę cognitio respectu arrogationis.

285 Tertiò Bar. †in hoc gradu ponit potestatē interponendi auctoritatem in emancipatione infantis, p l. pen. in fi. C. de emanci. libero. Dec. hîc Bar. damnat, quia id non est de reseruatis principi, per l. fin. eiusdem ti. & dicta eiusdē Bar. ꝯ. in vltimo gradu nam d.l.pe. corrigitur per d.l.fi. & potestas emancipandi hodie competit iure magistratus. l.j.C. de emanci. libe. & notat gl. in l. emancipati. ꝛ. de adop. & dicam. ꝯ. in ult. gradu. Sed Bar. bene loquitur in emancipatione infantis secundum terminos d. l.pe. in fi. lex autem fi. & Bar. ꝯ. in ultimo gradu loquuntur in emancipatione maioris presentis, & sic in diuersis terminis, vt hic ét uoluit Cur. in 21. col. Plura de hac materia dici possent, videbitis (si placet) Bal. & Sali. ibi Ludo. Sardum in tract. legitimationis, in ar. de legitimatione, quæ fit per rescriptum. col. 10. q. 3. Barb. in cons. 177. lib. j. & 34. lib. 2. Iaf. in l. posthuma, col. j. C. de contratab. in consi. 125. & 156. volu. 4. Dec. consi. 55. 316. Cur. Iuni. consi. 32. & Mod. hic.

288 In hoc eodem gradu †ponit Bar. legitimationē, quę fit per rescriptum principis, vt per eum. Dec. & Cur. nihil scribunt alii transeunt cum Bar. videte plenè Signoro. in consi. 39. Ludo. Sardum loco prælle. Dec. in consi. 55. & alios scriben. in d.l. Gallus. §. quid si tantum. & in pluribus consiliis, quæ nota, & ad manum sunt. Hodie verò potestatem legitimandi, & alia de quibus in hoc primo gradu, vt ius creandi notarios, & alia reseruata principi, habent multi Comites palatini tàm ab Imperatore, quàm à summo Pontifice creati. Et quum prędicta expediantur officio nobili ad priuatam vtilitatem, mixti erunt imperii.

Sed an in legitimatione infantis requiratur consensus ipsius infantis legitimati post legitimationē,

287 †& an concessa potestate legitimandi, possit infans legitimari, ponunt Bar. Bal. & alii in d.l. pen. Iaf. & Dec. in locis. ꝛ. allegatis. vtrum autem prædicta intelligatur cōcessa Comiti, vel Duci à superiore creatis absque speciali concessione & expressione; videte Aquen. pulchrè in speculo feud. in ti. Qui feudum dare possunt.

Circa secundum gradum, Bar. ponit in eo potestatem cognoscendi super supplicatione aduersus

288 sententiam prefecti prætorio. †Lance. Dec. & quidā alii reprehēdebant Bar. quia in hac materia supplicationis non sunt paris potentiæ princeps, & prefectus prętorio. nā principi supplicatur usq; ad biennium aduersus sententiam prefecti prętorio; sed ip si prefecto prętorio usq; ad decem dies tantùm, iuribus per Bar. allegatis.

Cur. hic in 20. col. respondebat, ꝙ licèt differant in tempore, tamen non differunt in substantia circa potestatem supplicandi.

Sed aduertendum, quia Bar. loquitur de potestate cognoscendi, ideo melius respond. quòd non differunt in potestate cognoscendi circa tempus.

Et

Et quod ibi in prin. dicitur de decem diebus, locū habet, qñ supplicans quærit impedire executionē sententiæ, nisi dentur fideiussores; sed si de hoc nō curaret, posset supplicari tàm ei, quā principi post decem dies usque ad biennium, secundum Pau. de Cast. & Iaf. in d.auc ten. quæ supplicatio, circa finē vbi Paul. de Castr. dicit hoc communiter teneri à Doctoribus. Et uidetur mihi probari clarè in corpore unde sumitur, in illis uerbis, retractationis iure seruando illi, qui se lęsum putat. in hoc ergo sunt paris potentiæ.

289 Circa tertiū gradum, in quo Bar. constituit †exigentiā & plenā causæ cognitionē, & coērcionem personalem, uel realē, limitando, ut per eum. Bar. in multislapsus est, & per scrib. damnatur. In primis, non uidetur rectè & perfectè considerasse hanc materiam, vt hic probat Aquen. in 7. col.

Secundò malè videtur loqui de restitutione in integrum, quia non videtur requirere coērcionē personalē, & realem: sola. n. sententia iudicis experi pōt, ut hîc per Mod. Portuga. col. 68. Cur. hic saluat Bar. & satis procedit in his duobus casibus, de qnibus per eum: sed non generaliter: ideo intelligē do Bar. generaliter, malè diceret, vt etiā uoluit Dec. ꝯ. in sequenti gradu.

Tertiò uidetur, quòd Bar. loquatur contra tex. in l. fina. C. ubi & apud quem. volentem hoc competere iure magistratus, ideo Bar. met in §. magistratibus. prælleg. dixit illum tex. hodie corrigi per d. l. fina.

Quartò ineptè uidetur loqui Bar. allegando dictum §. magistratibus, secundū Mod. Portuga. loco prędalle. sed respon. ut hic per Cur.

Quintò uidetur malè hic se restringere ad secundum decretum, excludendo primum, per tex. in dict. §. magistratibus, per eundem allegatum ut hic per Deci.

Sextò labitur ibi, fallit fauore minoris, ut hîc per Aquen. col. 7. Dec. & Cur. & ita latius ac melius dixit & declarauit ipse met Bar. in d.§. vbi decretum, col.2. uers. Oppono. & col. fi. uersi. in secūdo casu. de quo ét per Alex. in l.j. circa finem. ꝯ. de dam. inf. Postremò circa difficultatem hîc motam per Cur. & resolutionem, uide quę scripsi in libello Exercitationum super d.l. cognitio.

Circa quartum gradum, dicta Bar. egent declaratione, & emendatione. In primis inuestigandū est,

290 †quare causa mixti imperii requirens plenam causę cognitionem, sit indelegabilis, vt hic subiicit ipse Bar. secus, si in causa simplicis iurisdictionis. d.l. j. ꝛ. tit. 2. Cur. hic col. 22. refert rationem Bar. quā reprehendit, aliā tñ non assignat. Est materia, quam examinauimus in d.l.j. in 2. & 3. no. vbi demōstraui, difficile esse in puncto iuris sustinere communē opinionem, licèt iura sint clara, quòd causæ simplicis iurisdictionis possint delegari. d.l.j. & l. moræ. ꝯ. eo. de causis mixti imperii est tex. in d.§. vbi decretum. in l. omnia quæcunque, de reg. iu. in l. 2. C. de peda. iud. & in d.l. iubere. Et quia fortè ratio differentię assignata inter causas simplicis iurisdictionis, & mixti imperii, quādo exigitur plena cognitio causę, non erat multū concludens, id correctū fuit,

seu ualde restrictum, per d.l. secundam in princ. de peda. iud. quę secundum communem intell. uult, ꝙ causæ simplicis iurisdictionis à trecentum aureis ꝯ. competant iure magistratus, & sint delegabiles; sed à trecentum aureis. ꝛ. cognoscantur solum per maiores iudices, & delegentur tantùm in duobus casibus, de quibus ibi, iuncto §. & iudicare, in auc ten. de defens. ciuit.

Secundò Bar. hic uolens cognitionē, uel pronunciationem de mittendo in possessionem, non posse

291 delegari, †uidetur dicere contra tex. in §. vt bonorum. l. cognitio. ꝛ. tit. 2. secundum Cur. hic. Respō. quòd loquitur hic de secundo decreto, in quo requiritur plena causæ cognitio §. ut bonorū, ubi nō requiritur plena causæ cognitio, vt inquit Bar. in sequenti gradu, & latius scripsi super d.§. vt bonorū, in libello Exercitationum. Et sic communis opinio alleg. ad oppositum, intelligitur de cognitione & pronunciatione de mittendo in possessionem ex primo decreto, quæ non est magni præiudicij; non autem ex secundo decreto, quę multum præiudicialis est, ut ibi dixi. & tradit Aquen. in l.j. col. 2. ꝛ. eo. & probatur in §. ubi decretum, & in l. omnia quęcunque, prælle.

Tertiò Bar. ineptè uidetur allegare §. magistratibus, secundum Cur. hic. nā loquitur, ubi requiritur summaria cognitio; nec ét facit ad propositum Bar. quia loquitur de actuali missione in possessionem, vt ętiam facit d.l. iubere.

Quartò Bar. nimis generaliter loquitur in exceptione dationis tutoris, fauore pupilli, vt hic per Cur. de qua materia latius dixi in l.j. super gl. in verbo Mandari. ꝛ. titu. 2. & ibidem in glo. 2. posui, an quòd hic dicitur de bonorum possessione, procedat etiam hodie.

Circa quintum gradum, Doct. transeunt cū Bar. & illationem Decii comprobabitis per dicta Bar. quem communiter sequuntur scribentes. ꝛ. in ultima quęstione meri imperij. Nec obstat decisioni Bar. d.§. magistratibus, quia non loquitur de cognitione de mittendo, secundum terminos quęstionis Bar. ut hic per Cur. & dixi. ꝛ.

Circa autem §. vt bonorum, Bar. hic bene loquitur, Cur. verò malè, ut dixi. ꝛ. & ad §. ut bonorum, in libello Exercitationum.

292 Sed hic opportunè quęritur, †in quo gradu constitui debeat missio in possessionē in primo decreto: Cur. hic in 23. col. probat, quòd in quarto: facit quod in xj. col. hic scribit Dec. de restitutione in integrum, quæ sub isto gradu ponenda esset.

Posset etiam alia dari diuisio graduum, & prædicta missio in possessionē aliter collocari, ut hic per Aquen. in 7. col. & in d.l. iubere, col. pe.

Circa sextum & ultimum gradum, in quo Bar. ponit ea, quæ officio iudicis nobili absque causæ cognitione expediuntur, ut in exemplis per eum datis, & competunt omnibus magistratibus, & delegabilia sunt: licet doct. transeant simpliciter cum Bar. ad multa tamen aduertendum est, In primis, quòd conclusio Bar. procedit, præsupposito, quòd nulla causę cognitio requiratur, aliàs secus, autem in exemplis datis per Bar. vt hic per Deci. & latius

dicam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicam ſtatim. Sed Bal. hîc in prima lectura col. penul. dicebat videri prædicta potius poni debuiſſe in maiori gradu mixti imperij, propter maximã auctoritatẽ, quã habet magiſtratus in expediendo cauſas prædictas de plano, & ſine cognitione cauſę. reſpond. ut hîc refert Curt. in 23 col.

Secundò aduertite, dũ Bar. dicit, manumiſſionẽ fieri ſine cauſę cognitione, delegabilemq; eſſe; ꝙ regulariter loquendo Bar. bene dicit de cognitione cauſę non adhibenda: aliquando tamen eſt neceſſaria, ut in minore uolente manumittere. §. eadem. Inſtit. quibus alienare lic. ut hîc per Deci.

Sed quicquid dicant Curt. & Mod. Portugal. ꝙ cauſa manumiſſionis non competat iure magiſtratus, nec ſit delegabilis, ſtringit tex. l. fi. C. de manumiſ. uind. quem ipſi allegãt pro ſe in illis uerbis, earum ciuitatum, quibus huiuſmodi ius eſt; ergo nõ omnibus magiſtratibus ciuitatũ, & ſic infimis; à receptiori tñ ſnia nõ eſt recedẽdũ: pro qua facit l. 2. C. de mã. uind. l. 4. & l. emãcipari, cũ ibi no. ⁊. de adop.

293 Tertio aduertendum, † quia uidetur quòd etiam in emancipatione, & adoptione requiratur cauſæ cognitio. l. 3. C. de adop. l. nonnunquàm, ſuprà eo. ut hîc per Portug. col. 73. Sed ſunt caſus ſpeciales, ut uoluit hîc Deci. col. 12. & uidetur tex. cum gl. in l. 3. C. de emancip. liber. ubi glo. dicit in ea non eſſe locum quare, & ſic merę uoluntatis eſſe.

Nec obſt. d. l. nonnunquàm, quia ibi erat pupillus factus pubes, qui inuito patre emancipari uolebat, quo caſu exigitur cauſę cognitio, ut ibi dicitur: quæ cognitio eſt etiam neceſſaria in §. cum autem, verſic. Itẽ non aliter. Inſtit. de adopt. ut hîc per A-
294 quenſ. col. 3. † Emancipatio ergo cõpetit iure magiſtratus, & eſt delegabilis ſecundum Bar. & doct. ut hic per Alex. col. fi. & Deci. 12. ſubiungentẽ, nõ poſſe fieri coram notario, ut per eum. addite gl. not. in l. 3. & in l. emancipari. ⁊. de adop. & ad tex. l. primæ. C. de emancip. liber. per Curt. & alios in oppoſ. alleg. reſpondete, ut ibi per glo. intelligite tñ, niſi emãcipatio requireret cauſæ cognitionem, ut in d. §. itẽ non aliter, ſecundũ Aquenſ. hîc in 8. col. circa hunc gradum. Et ſicut non eſt tunc delegabilis, ita uidetur ꝙ non competat iure magiſtratus, quia ea quæ
295 competunt iure magiſtratus, delegabilia ſunt, ut diximus. ⁊. Et de hac materia emancipationis in actu practico maximè, uide Ang. in conſ. 43. inci. Pater. & in conſ. 89. incip. Viſis. Bal. in l. 2. C. ut lite penden. Alex. in l. eſt receptum, circa finem. ⁊. eod. omnes ſcrib. in §. noſtra, inſti. quibus mod. ius patr. poteſt. ſolu. & quòd in ea interponi debeat auctoritas iudicis, clarè ponit etiam Bar. hîc.

Vltrà Bar. quærũt Ias. Aquenſ. Curt. & alij Mod.
296 hic. † quid de cauſa appellationis, & nullitatis, an dicantur de mixto imperio uel ne? quãtùm ad cauſas appellationis, laſ. hic colum. pen. tandem ſequitur communem opin. quòd appellatio non immutet qualitatem cauſę principalis, & iudex appellationis ſuccedit in locum iudicis à quo. l. cum apud ⁊. iudic. ſolu. ideo cauſa appellationis erit illius ſpeciei iuriſdictionis, cuius eſt cauſa principalis; & eſt receptior ſententia, ut hic per Cur. col. 24. Aquenſ. penul. & fina. niſi in his, quę expediuntur of-

ficio iudicis nobili, ſecundum eum, declarando ut per ipſum. ex quo patet ſolutio ad motiuum Curtij, per quod tenebat contra communem.

Intelligite etiã theoricã Aquenſ. in quantùm cõcludit, quòd in his, quæ reſpiciunt iuſtitiam ſententiæ, cauſam eſſe ſimplicis iuriſdictionis, quando cauſa prima & principalis erat ſimplicis iuriſdictionis, ſecus ſi fuiſſet meri uel mixti imperij;
297 † quia cauſa appellationis eſſet eiuſdem naturæ, per prædicta. & hæc fuit mens Aquenſ. ad aucten. ad adhæc, in contrarium hic per Cur. alleg. & reſpondebitur ſtatim, quicquid hic dicant Mod. Portugal. colum. 74. quòd dicta diſtinctio attenditur circa delegabilitatem cauſæ ex mente prædictorum doctorum, quia ſi eſt ſimplicis iuriſdictionis, erit delegabilis, quemadmodum cauſa ſimplicis iuriſdictionis, aliàs ſecus.

Nec obſt. l. eos, in oppo. per prefatos alleg. in uerbo propria. C. de appell. nam uult dicere tex. ibi, ꝙ iudex appellationis non remittit negotium modo aliquo ad primum iudicẽ, ſed propria ſententia debere terminare; & excludit remiſsionem, quæ fiebat ad primum iudicẽ. Sed ſi iudex delegare uellet, an poſsit, uel ne, nihil ibi dicitur; & ideo relinquitur tunc diſpoſitioni iuris communis, ſecũdũ quã dicendum eſt, poſſe delegare, uel non ſecundum naturam primæuæ litis, & cauſæ.

Eodẽ modo poteſt reſpond. ad tex. in aucten. ad hoc, de iudi. ibi; litẽ per ſe audiet. intelligitur enim ſecundũ terminos, de quibus ibi in præcedẽtibus, ſi uellet ſententiam ſibi reſeruare, ut ibi per gloſ.
298 Circa cauſam nullitatis, † doc. uidentur multum uariji; laſ. concludit idem, quòd in cauſa appellationis, Aquenſ. col. penul. concludit oppoſ. ꝙ eſt mixti imperij, quum expediatur officio iudicis nobili, ut hic per Bal. Cur. col. 24. ſequitur opin. laſ. quando cauſa nullitatis eſt ad ſuperiorem deuoluta, aliàs ſecus; hoc tamen caſu militat ad huc ratio, ꝙ expeditur officio iudicis nobili.

Cõſidera, ſi opiniones poſsint fœdere diſtinctionis concordari, ut quãdo cauſa nullitatis expeditur officio nobili, ſit mixti imperij, quãdo iure actionis
299 iuriſdictionis; ut hic per ſeuer. quæſtione 22. † Sed uidetur, ꝙ cauſa nullitatis ſemper expediatur officio iudicis nobili, cùm tractetur de corrigendo errore iudicis à quo, ut per Bar. in l. quæ ſub cõditione, in §. de hoc ad finem. ⁊. de condi. inſtit. Aquenſ. hic col. penul. & Mod. Portugal. 75. ideo nunquàm eſſet ſimplicis iuriſdictionis.

Venio nunc ad materiã ipſius ſimplicis iuriſdic-
300 tionis: & quærit in primis Bar. † quid ſit iuriſdictio ſtrictè ſumpta, ſiue ſimplex iuriſdictio? & reſpõd. ut per eum hic, & latius in d. l. 2. de peda. iud. ubi dicit, quòd eſt iuriſdictio, quæ prępoſita actione expeditur per officiũ iudicis mercenarii, actioni illi deſeruiens ad priuatam utilitatem. Et cũ Bar. tranſeunt communiter doct. ut hic poſt Fulgoſ. ſcribunt Seuer. quæſtione 27. Alex. & laſ. col. pen. & fina. Deci. Cur. & alij Moder. Iſta diffinitio uidetur conſtare ex genere, & differentijs. ut declarat Bar. ergo bona.

In contrarium plura obſtant: in primis, quia diffinit

301 † diffinit idem per idẽ, ꝙ iuriſdictio eſt iuriſdictio: abſurdum. n. eſt, ut idem cadat in ſui diffinitionẽ, ut per Io. Fabr. & Are. inſt. de gradib. circa finem, dum damnant glo. quę diffiniendo gradum, dice-
302 bat, ꝙ eſt gradus &c. † facit ſimile, quod ſolemus dicere in teſte, quòd eius ratio debet eſſe diuerſa à dicto, aliàs nihil ualet. l. fi. cum glo. ⁊. de of. procu. Cæſa. facit tex. in c. fin. de inſt. ꝙ debet eſſe differentia inter baptizatum, & baptizantem. Hinc uidemus, ꝙ Imperator & Iuriſconſulti in diffinitionibus nõ diffiniunt idem per idem, ſed per diuerſa, quod patet, inſt. de actio. & de obl. in principio, in l. j. de teſta. & in l. j. de dolo. huic tamen argumento poteſt reſpon. ſuſtinendo diffinitionẽ Bar. ꝙ hîc in diffinitione iuriſdictio ponitur ut genus, ut in ſuperioribus declarauit Bar. non ut ſpecies diffinita, & ſic non eſt idem per idem.

Attamen ego in diffinitione uariato uocabulo dicerem, ꝙ eſt poteſtas de publico &c. & ſic loco iuriſdictionis, ponerem uerbum poteſtatis, elegantius uariato uocabulo diffiniendo. Et ſecũdũ Ang. quem hîc referunt Iaſ. & Cur. regula eſt firma, & infallibilis, ꝙ ubi iure actionis aliquid exercetur, eſt de ſimplici iuriſdictione.

Secundò contra prędictã diffinitionem obſtat; quia cauſæ ſimplicis iuriſdictionis, non exercẽtur
303 ſemper ad priuatã utilitatem, † ſed ad publicã ſępe, ut qñ agitur ciuiliter pro fiſco, Eccleſia, uel alia perſona. in quia conſiſtit ius publicũ, & publica utilitas, iuxta. l. primã in §. huius ſtudii. ⁊. de iuſt. & iu. cum no. ꝙ Bar. in l. j. col. v. ⁊. fol. ma. Dec. hîc col. 12. Aquen. pen. Iaſ. fi. Cur. 25. & alii mod. dicunt, ꝙ licèt burſa fiſcalis aliquo reſpectu poſsit dici concernere utilitatem publicã, tñ quum cauſa ciuilis ſit, ut iure actionis agatur, magis propriè priuata appellari põt. l. 2. §. hoc interdictum, el. ij. ⁊. nequid in loco publi. & in l. unica ad fi. C. de cad. tollen.

Ad aliud de eccleſia uel alia perſona, in qua cõſtitius publicum, & publica utilitas, ut per Bar. loco prælleg. quia Dec. laſo. & Cur. non reſpond. ex mente Aquen. hic in pen. col. poteſt reſponderi, ꝙ in propoſito noſtro non conſideramus utilitatem publicam ex qualitate agentis, ſed ex natura cauſę, ut hic per eum; reſponſionem eius aliter tamen non probantem.

Poteſt ẽt dici, ꝙ illa uerba, utilitatem priuatã reſpiciens, melius omittuntur, quòd ponantur, in diffinitione, quę ſine illis uerbis ſatis perfecta uidetur, ut hîc per Cur. col. 24. & licèt taceat, habuit à Bald. hîc in ultima col. primę lecturæ, illa uerba de utilitate publica omittente.

Tertiò contra prædictam diffinitionem uidetur eſſe tex. hîc in fine, uolens licentiam delegandi eſſe de iuriſdictione, & tamen expeditur officio iudicis nobili, quum ad impetrandam delegationem nulla reperiatur prodita actio. Reſpond. diffinitionem concernere iuriſdictionem, prout in actu. & exercitio, reſpectu partium, & cauſarum, non reſpectu iudicis, ut tendit argumentum: reſpectu uerò ipſius iudicis danda eſt alia diffinitio, ut poſt Bald. Alex. & alios concludunt hîc Deci. col. 12. & Aquenſ. uluma.

Poſſet ẽt aliter reſpon. quòd delegatio ſeu actus ipſe delegãdi, licèt mixti ſit imperii, quum expediatur officio iudicis nobili ad priuatam utilitatem, ut hîc per Iaſ. in pen. col. & per. ⁊. allegatos, potentia tamen delegandi, de qua loquitur Iuriſconſul. in l. noſtra, non eſt de imperio, ſed competens de iure habenti iuriſdictionem, & ab illa dependens, ut dixi in euidentialibus.

Aliam no. diffinitionem ſimplicis iuriſdictionis poſuit etiam hic Bal. in j. lect. in ultima col. potes etiam tu dicere, ꝙ eſt poteſtas auctoritate publica introducta, cum neceſsitate iuris dicendi, quę expeditur propoſita actione, officio iudicis mercenario illi deſeruienti.

Secundò quærit Bar. quot ſint gradus ſimplicis
304 iuriſdictionis, † & facit ſex gradus, prout de mero, & mixto imperio fecit. & cũ Bar. tenendum eſſe dicunt Mod. Tau. hic col. antepen. & malè, quia doc. communiter & melius diuidunt in tres gradus: in magnam, mediam, & minimam. de magna, ſunt cauſæ ſtatus, & præiudiciales, competentes maioribus magiſtratibus, & indelegabiles. de media, cauſę à trecentum aureis ſuprà, competentes præſidibus, & indelegabiles, niſi in duobus caſibus, ut hic per Bar. de minima, cauſæ à trecentum aureis. ⁊. cõpetentibus omnibus magiſtratibus, & delegabiles, ut poſt Bald. & Albe. hic tradunt laſ. & Aquenſ. in penul. colum. Cur. column. 25. & Modern. Portugal. 76. Et pro ueritate, ut dicebat Aquenſ. non expediebat facere tantam filateriam graduum, ut fecit Bar. qui poſteà neſciuit dare exemplum de quinto gradu.

Melius eſt igitur diuidere in tres, maximè quũ gaudeãt breuitate moderni. l. ampliorem. §. in reſutatoris. C. de appel. & de tribus ultimis gradibus Bar. unus tantũ fieri debet, ut. ⁊. dicã. & quamuis Bar. met ẽt in tres gradus diuiſerit iuriſdictionem in d. l. 2. de peda. iud. tñ non bene conſiderauit ibi materiam, ut hic per Alex. in ult. col.

Vt tamen omnia diſtinctè & melius intelligatis declaremus doctrinam Bar. hîc. Et notandum in primis, quòd nõ quærit, quare dicta ſit iuriſdictio, prout ſuprà de mero, & mixto imperio quæſierat, eò quia ſatisfactum erat quæſito ſuprà in quæſtione, in materia iuriſdictionis in genere. nec etiam quæſiuit, quibus competat iuriſdictio, quia habita notitia graduum, hoc ſatis conſtat & apparet; ut hic per Seue. quæſtione 29. immo hoc ponit ipſe Bar. in gradibus.

305 Ex Bar. in primo gradu † habemus, quòd de primo gradu iuriſdictionis ſunt cauſæ ſtatus, quæ maximi pręiudicii ſunt: ideo per maiores iudices cognoſci debent, & delegari nequeunt. Et cũ Bar. trãſeunt doct. Sed in primis dum Bar. loquitur de cauſa ſtatus, declarari debet, ut clarè & pulchrè per ipſum met Bar. in repetitione. d. §. ubi decretũ. col. 4. Seue. hic q. 30. Cur. char. pe. & Mod. Portugal. col. 76. Ex quo patet, extra propoſitũ loqui Dec. hic de
306 ſeruitute, quia concluſio Bar. † intelligitur de cauſa ingenuitatis, & libertinitatis, non ſeruitutis, quicquid etiam dicant hic in penul. colum. Iaſo. & Cur. & ita ipſe Bar. in iſto gradu declarat: et in his ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minis loquitur iura per eum allega. lex secunda in fi. C. de peda. iud. & §. præiudiciales, ibi, per quas quæritur, an aliquis sit liber vel libertus, non dicit seruus: ita quòd Bar. satis clarè conclusionem suã declarauit. Et dictæ causę dicuntur maximi pręiudicij, quia afficiunt statum personæ, quę est inæstimabilis. l. liber homo. ff. ad l. aquiliam. l. libertus, de re
307 gul. iur. † & licèt videatur militare eadem ratio in causa seruitutis, tamen aliud est, per rationem Bar. in d. §. vbi decretum. Item, quia attenditur forma petitionis. l. j. §. j. ff. eo. si tñ iure actionis peteretur ciuitas, aut castrũ, & in consequentiã veniret merũ
308 & mixtũ imperium, †et causa diceretur de simplici iurisdictione, vt post Bal. scribit hîc Seue. in q. 31.

Sub quo autem gradu collocabitur, dubitari potest, & sub primo non videtur posse collocari, quia solùm causæ status, & inæstimabiles, aliæ vero sub tertio gradu.

Melius dicendum esset, faciendam esse diuisionem iurisdictionis in tres gradus, ut dixi, & has causas collocandas esse in secundo, & sic in media iurisdictione, per ea quę post alios hic scribit Aquen. in vltima colum.

309 Sed quid de causa infamiæ, †vtrum sub hoc gradu collocari debeat? Iaſ. hîc in pe. col. ait quòd sic. Aquen. Cur. & alii Mod. aliter distingunt, & vacillant, vt hic p eos. videtur concludendũ, ꝙ talis causa sit meri, vel mixti imperii, aut iurisdictionis, prout est natura causę, ex qua descendit, & irrogatur ipsa infamia, p ea quæ diximus. ff. de statutis, tortura, carcere, causa appellationis, & nullitatis cũ aliis notatis hîc p Cur. col. antepe. & sequenti. Respectu verò situs collocanda sit in secundo gradu facta diuisione in tres gradus, vt dixi, nisi qn irrogaretur infamia personis vilibus, quia in vltimo gradu tunc collocari deberet, vt hîc per Aquen. col. fi.

Et nota ꝙ sunt aliquę causę simplicis iurisdictio
310 nis, † de quibus solus princeps cognoscit, & iudicat. l. fi. cum ibi no. C. vbi senatores vel clarisſ. & istę sunt de infima seu bassa iurisdictione, quũ iure actionis expediantur, vt hîc p Aquen. col. pe. faciũt quæ scribit Seue. in q. 31. & sub secundo gradu videntur collocandę, quũ in primo solũ constituantur causę status, & inęstimabiles. Et licèt Bar. nihil dicat de delegatione dictarum causarum status, videtur tamen, ꝙ propter absentiam solam delegari possint, vt de imperio dicitur.

Circa secundũ gradũ duæ colliguntur cóclusiones ex dictis Bar. prima, quòd causę in quibus defectu pœnæ pecuniariæ †ad cruciatum corporis de
311 ueniri pót, sunt de hoc secundo gradu iurisdictionis: & sic non competunt iure magistratus, quum delegari nequeant: & quia pœna imponenda venit implorato officio iudicis mercenario, dicitur de iurisdictione, vt hîc per Seue. in q. 30. & hęc conclusio intelligitur de pœna graui, aliàs secus, & hîc per Aquen. col. vlt. & satis clarè voluit Bar. de cruciatu corporis loquens, & tex. ab eo allegatus in l. si quis iniuriã. ff. de iniur. in verbo acriter, & trãslatio ista
312 pœnæ pecuniariæ in corporalem pœnam † fit solũ, vbi agitur de delicto, secus si de contractu, vt hîc p Dec. in vlt. col. de qua materia latè per Feli. in cap. sicut Iudæi, extra de Iudæis.

Secunda conclusio Bar. est, quòd talis causa non potest delegari, quum corporis coërctio non tran-
313 seat in delegatum. †Et ad rationem Iaſ. hîc in pen. col. de regula. l. magistratibus. ff. eo. per quam tenebat contra Bar. respon. hîc Deci. Bar. defendendo, vt per eum.

Vlteriùs tñ prosequendo materiam, Dec. arguit Bar. de cõtrarietate hîc, & in duobus vltimis gradibus meri imperii, vbi cõtrariũ voluit. ꝙ illud merũ imperiũ possit delegari. resoluendo respon. ꝙ modica coërctio corporalis principaliter non possit delegari, vt hic dicit Bar. & probatur secundũ Dec. in l. nemo põt gladii, in verbo vel cuiusuis alterius coërctionis, repetentem ista in pluribus alijs locis maximè in d. l. nemo. & in aliis locis, quæ ibi ego allegaui. vide quæ scripsi ibi, &. ff. in 4. q. Bar. & in
314 vltimis gradibus meri imperii. †vbi tenui in consequentiam transire modicam coërctionem corporalem, & ét posse per se principaliter delegari: secundum receptiorẽ sententiã, quicquid hic dicat Dec. nec est verũ ꝙ Bar. laboret contrarietate, de qua. ff. arguebatur p Dec. quia hîc loquitur de graui pœna, & cruciatu corporis, in superioribus de modica coërctione, vt diximus. ff. Et quũ hodie causæ criminales ex generali consuetudine delegentur, ét quòd ad vltimum supplicium, vt dixi in libello Exercitationum, circa finem, ideo vltra hic nõ est laborãdũ.

Rursus aduertite, quia non videtur verum dictũ Bar. hic. quòd istæ causæ in quibus deueniri pót ad
315 cruciatum corporis, †dicantur propterea de maiori iurisdictione, & sic de isto secundo gradu, quia quũ hoc veniat secundariò & in consequentiã, attẽdi non debet, sed quod principaliter agitur. vulga. l. si quis nec causam. ff. si cer. pe. maximè, quum dictus cruciatus possit se habere ad esse, & non esse. argumento l. de fideico. C. de transac. Prętereà, malè videtur loqui Bar. ex alio, quia, quũ causa pecuniaria sit, debet posse delegari, secundum naturam suam, & regulas communes, quamuis postmodũ commutatio pœnę (si contingeret fieri) per maiorem iudicem facienda esset. l. fi. ff. de in ius vocand. secundum Cur. hic.

Circa tertium gradum, cadit no. difficultas mota hic p Iaſ. in vlt. col. cuius responsio (quicquid dicant Mod. Portug. in 79. col.) est bona, declarando vt hic per Dec. & Cur. col. pe. & fi. & fuit aliorum ante Iaſ. ut hic per Mod. Tau. in pe. col.

Secundò aduertẽdũ est, dũ Bar. loquitur de causa ascendente ad summã trecẽtum aureorũ vult. n.
316 †ꝙ si dicta summa sit præcisè aureorũ trecẽtũ, dicatur de iurisdictiõe magna, & indelegabili, id, quod clarius adhuc vult in sequenti gradu. Mod. Portug. loco præallegato ad pauca respicientes, quęstionẽ vt nouã posuerunt, oppositũ tenentes, vt p eos. Et ꝙ veritate, Bar. dicit contra tex. in d. §. & iudicare. ibi, vsq; ad solidorũ trecentũ quãtitatẽ lis cõsistat. & ibi, minorẽ ét litẽ trecẽtũ aureorũ. quæ iura clarè volũt, ꝙ causæ trecẽtũ aureorũ sint de bassa iurisd. & cõpetat magistratibus municipalibus: hodie verò summa aureorũ p̃dicta maior esset, q̃ trecẽtum aurei ex nostris, vt hic ét per Mod. Tau. in vlti. col.

Tertiò

Tertiò aduertendum est, quòd Bart. hîc uolens causas à trecẽtum aureis suprà delegari posse propter absentiam, & occupationes publicas. l. 2. de pe
317 da. Iud. ubi contrarium tenuit, & malè, † ut hîc per Alex. col. fi. Cur. hîc col. pen. dicebat, distinctionem causarum à trecentis aureis infrà, factam fuisse per ius auctẽticorum, ideo probari in d. l. placet, quòd causę pecuniarię non possent delegari, nisi propter publicas occupationes: de iure uerò Auctenticorum factam fuisse distinctionem causarum, sed de iure Codicis taxatam esse summam ad solidos quinquaginta: & hoc habuit à glo. in d. §. & iudicare. Sed illa. l. 1. C. de defenso. ciuit. ut ex in scriptione apparet, facta fuit post. d. l. 2. postquam facta fuerũt iura Auctenticorum: ideo Bar. exemplificauit secundum iura nouissima, quæ seruanda erant. & quod Bar. in d. l. 2. malè faciat, ponendo causas trecentum aureorum, tanquam medias, & separatas ab aliis, probatur apertissimè in d. §. & iudicare. ubi est glo. expressa pro eo, quod dicit hic Bar. limitando conclusiones suas in casu absentię, & publicæ occupationis.

In quarto gradu, Doct. simpliciter transeunt cũ Bar. vt hic per Seuer. quæst. 30. & per omnes Mod. & per Paul. de Cast. in l. fin. per illum tex. C. de pedan. iudi. & clarè probatur in tex. alleg. per Bar. lex tamen nostra in fine adducta per Bar. nihil facit, quia (ut in superioribus dixi) solummodò probat, quòd potentia delegandi est de iurisdictione, & sic non loquitur de magnis, nec de paruis causis; melius allegasset tex. in d. l. fi.

In quinto gradu, Bar. nesciui exemplum pone-
318 re: † ideo arguitur de superfluitate, & damnatur communiter per scribentes, ut hic per Seuer. in q. 5. Iaſ. col. pen. & per alios Modernos.

319 Circa ultimum gradum † de causis à trecentum aureis infrà, quæ indistinctè sunt delegabiles, summariè ac de plano expediendæ, quòd sint de bassa & minima iurisdictione, indistinctè delegabiles, vt dixit Bar. verum est per supradicta: non autẽ quòd distingui debeant respectu competentiæ iurisdictionis à causis infrà trecentum aureos, quamuis enim, etiã Bal. hic in 1. col. idem teneat, quod Bart. quòd causæ à centum aureis suprà, non dicantur de minima iurisdictione, sed tantùm illæ, quæ sunt à centum aureis infrà: tamen oppositum uerius
320 est, † quia circa materiã competentiæ iurisdictionis, & delegationis, de qua tractamus hic, causæ ipsæ dicuntur de bassa, & infima iurisdictione, nec reperitur respectu competentię iurisdictionis, & delegationis prædictæ, facta distinctio causarum à trecentum aureis infrà, de iure nouissimo, ut probatur in d. §. & iudicare. & ita volunt Seuer. hic in 30. quæstione, Aquenſ. & Cur. in pen. & vlt. col. ex quibus apparet, Bart. superfluum fuisse, etiam in isto sexto gradu, qui coniungendus erat cũ duobus præcedentibus, de quibus erat faciendus vnus gradus, quantùm ad propositum competentiæ
321 iurisdictionis, & delegationis.

Ex dictis tamen Bar. in hoc ultimo gradu † colligitur, quòd causa centum aureorum minima dicitur, & summariè expedienda, quod à ueritate alienum est: inspici enim, & attendi debet qualitas personæ, & relinquitur hoc, arbitrio iudicis, vt per Seuer. Iaſ. & Aquen. in locis proximè alleg. Cur. hic, col. fin. & postmodum Portugal. 80. saluantes Bar. dicunt, eum loqui quando causa dicatur magna, uel parua in se ipsa considerata, ac circumscripta qualitate personarum, prout loquuntur leges suæ; qualitas uerò personarum postmodum solet alterare, prout loquuntur iura alleg. per Iaſ. tamen uerum non est, quòd iura Bar. id uelint, vt patet ex lectura ipsorum, quamuis respectu competentię iurisdictionis, uerum sit, dictas causas mini-
322 mas dicit, vt. ff. deduximus. † Sed quantùm ad aliam materiam secundum terminos Bar. an cognoscendę sint de plano, & sine scriptis, vt dicunt Aquenſ. & præfati, attendenda est qualitas personarum, nisi in casu. §. ne autem, in auct. de iud. respectu videlicet sportularum vt ibi.

Postremò Bar. reprobat distinctionem illorum, qui patiebantur, & diuidebant iurisdictionem in
323 contentiosam, & uoluntariam, † vt hic per eum; cum quo transeunt Seuer. in q. 36. & Mod. Portugal. col. 83. sed Iaſ. & Cur. hic in vlt. col. post Fulgo. dicunt, quòd immo respectu iudicis aliquando iurisdictio dicitur voluntaria, ut in prealleg. l. 2. ubi Gloſſ. Alber. & alii notant, Bar. tamen ibi post Gul. dicebat, quòd illa uoluntaria, respectu iudicis est necessaria, quamuis respectu partium voluntaria dicatur; ita declarando illum tex. & necessaria dicitur, quia iurisdictio est cum necessitate iuris
324 dicendi, ut in diffinitione dictum est: † & quia punitur iudex, nisi id faciat, vt per Bal. in d. l. 2. potest tamen aliquo casu etiam voluntaria dici respectu iudicis, vt in materia delegationis, quum potentia delegandi sit de iurisdictione, vt hac l. nostra in fine, uoluntaria tamen est, non necessaria. ca. si pro debilitate, ibi, liberum tibi sit de offic. deleg. nisi in certis specialibus casibus, in quibus iudex cogitur delegare, vt dixi in superioribus.

325 Circa aliam quæstionem Bar. † quòd iurisdictio delegata non sit species distincta ab ordinaria, quia ordinaria, & delegata eadem est, & differt delegata ab ordinaria, exercitio tantùm. Seuer. Mod. Portugal. & alij in locis suprà alleg. transeuntes cum Bar. ad ea se remittunt, quæ dicuntur in §. fin. l. 1. ff. titu. 2. Cum Bar. hic transit etiam Dec. in c. in literis, col. 1. de offi. deleg. & Aquen. in d. §. fi. post Pau. de Ca. & Iaſ. & sic uidetur receptior sententia.

Contrarium tamen tenuit Bal. post antiquos in d. §. fin. & ex diuersitate titulorum uidetur appare re. Item, quia de delegato appellatur ad delegantem. & hanc opin. sequitur hic Cur. in vlt. col. &
326 mihi placet, † præsertim, quia apud nos species de leui constituitur l. 1. infrà de præto. stipul. l. 2. §. posteà cùm Appius, in fi. de orig. iur. vbi notaui.

Absoluta Paduæ, die XIII. *Martij.* M D XLVIII. *lectionibus decem & octo, ad laudem Dei.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXCELLENTISSIMI IVRISCONSVLTI,

D. HIERONYMI CAGNOLI LVCVLENTISSIMA COMMENTARIA

In secundam partem.ff.veteris.

Ad Auditores Præfatiuncula.

DIVRNI silentij, quo solemnibus hisce uacationum feriis usi sumus, Illustres, Magnifici, dilectissimiq; Auditores, finem hodiernus dies attulit; idemq; initium haud leue interpretandi, & enucleandi hanc partem Pandectarum De rebus creditis, quæ inter ordinaria lectionum curricula ex longa inueterataq; consuetudine Cymnasiorum Italiæ, hoc anno publicè exponi solet. Si quis difficultates quærat, hic inueniet; si subtilitates, ad manum, & in promptu erunt si frequentiam, & utilitatem: hæc pars omnibus alijs anteit profectò. Nam, ut testatur Iustinianus ipse in proœmio huiusce libri: omnia noua, pulchritudine sunt decorata, nullo inutili, nullo desueto in eis penitus inueniendo: unde quanto diligentius considero, tanto plus delectationis hic percipio. Aliter igitur Commilitones acerrimi, ac dilectissimi, animos intendite, studia intermissa resumite, tempus amissum recuperate, fœliciq; duplomate utimini, omnibus uiribus neruisq; uirtuti incumbite, quæ & iuuenem ornat, & senem uenerandũ reddit: qua qui præditus est, orientem uicisse, & occidentem pro Platonis sententia censetur: uosq; sic eruditos ostendite, ut spes uos pulcherrima foueat, posse Respub. uestras à uobis rectè & fœliciter gubernari: quemadmodum consilio Pauli, & Vlpiani Iurisconsultorum Alexander Seuerus Imperator Rempubl. Romanam fœlicissimè, ut historici scribunt, gubernauit. Uestra sunt imperia, uestri magistratus, honores, uestra erit deniq; custodia, & regimen uniuersi orbis, si uacui litteris domum non redieritis. Mea quidem opera, studium, industria, uigiliæ non deerunt, clare, & subtiliter loquar, ordinatè procedam, superflua resecabo, utilia non omittam, processum faciam, nihil spinosum relinquẽs, in diesq; Spiritus Sancti suffragante gratia, aliquid decoctius (ut ille ait) cudam: unde euaporata lector mihi ferueat aure. Bono igitur animo estote Auditores dilectissimi, ecce dies consequendi, quod iam tanto tempore desideratis. Sed quoniam omnium magnarum rerum Dys immortalibus principia ducuntur, Dei Optimi Maximi nomine, auxilioq; prius inuocato, ad cuius summam prouidentiam omnem spem referimus, ut eodem spiritu recta sapere, proponere, ac deducere ualeamus, actionibusq; nostris semper adsit, & cœpta secundet; ad rem ipsam condescendam.

Dixi.

SVMMARIVM.

1 Omnes scribentes hic in methodo, & modo docendi uariarunt.
2 De præpositio causam materialẽ, & proximam significat: ex quo infertur ad plures quæstiones, & nu. 11.
3 Canonici obligati ex forma statuti soluere cappam unam ualoris fiorenorum decem, de primis fructibus, si fructus illi primi non sufficiant, nunquid ultra illos fructus teneantur.
4 Statutum prohibens fieri pacem et concordiã de percussionibus sanguinolentis, si percussus pugno cecederit in terram, & effuderit sanguinem ex collisione capitis ad lapidem, an comprehendat talem percussionẽ, ita quòd pax non possit fieri. & nu. sequenti.
5 Causa mediata & remota quando inspiciatur, & attendatur, & quando non. & nu. sequent.
6 Delicta punire, Reipublicæ interest, & an ubi agitur de delicto puniendo, larga facienda sit interpretatio. & nu. sequen.
7 Statutorum uerba strictè sunt intelligenda, quum statuta sint stricti iuris.
8 Denominatio fit à causa propinquiori, & causa proxima consideratur, non tantum respectu actus & facti, quantum respectu animi. & nu. sequent.
9 Animus percutientis cognoscitur ex qualitate.
10 Mitior pars eligenda in pœnis imponendis.
12 Mandans homicidiũ fieri, an teneatur pœna imposita de homicidio.
13 Punctus tenet locum copulæ, quæ gratia ornatus sæpe omittitur.
14 Rubrum istud quare non fuerit conceptum de creditis absque uerbo rebus.
15 Contractus mutui, commodati, & depositi re celebrantur, & constant.
16 Rubrica ista quare cum uerbo rebus, iungat creditis.
17 Rubr. ista cur potius intituletur De rebus creditis, quàm De rebus debitis.
18 Gabellæ soluendæ onus ex dispositione statuti impositũ an incumbat debitori uel creditori, emptori aut uenditori, mutuanti uel recipiẽti mutuum; plenè de hac materia. & nu. seq.
Tex. l. debet. in fine de ædil. edic. ornatur. ibidẽ & 22.
20 Statutum debet intelligi, ne possit à sapiente reprehẽdi.
21 Continens sæpe ponitur pro contento.
23 Rubricæ, & tit. istius, iuro allegantes, quare incipiant à secunda parte, non à prima. & nu. seq.
24 Fulgosius aliquando relinquebat solutionem alicuius contrarij Apollini.
25 Digniora præmittenda sunt, et ab illis inchoandum, ac facienda denominatio.
26 Matrimonium cur potius à matre, quàm à patre nuncupetur.
27 Decij pertinacia in reprehendendo Iasone magna fuit.
28 Dignitatis respectus, & cõsideratio nõ habetur in ordinatione rubricarũ iuris Ciuilis, uel Canonici, sed solũ habita cõsideratio ad cõiungendũ aptè materias.
29 Rubr. ista De rebus creditis, & si cer. peta. quare simul scripta fuerit, et tamen in Codice separati facti sint tituli.
30 Legislator quare magis fecerit tractatũ specialẽ, quando certum petitur, quam ubi incertum.
31 Reus non semper negat petitionem actoris, uerum sæpe confitetur.
32 Negatio non facit rem dubiam probata petitione.
33 Mutui obligatio semper cõtrahitur ad certũ. & nu. 36.
34 Rubrica ista quare non fuerit concepta in plurali De certi condictionibus, quum de speciali, & generali condictione in nigro tractetur.
35 Numerus singularis indifinitè positus plura cõplectit.
36 Compilatores & Iurisconsulti quare potius dixerint certum, quàm mutuum, quum de illo tractaturi essent.
37 Legans alicui omnia debita sua, intelligitur legasse credita; & quid si fuerint legata debita, & credita. & nu. seq.
39 Continuatio glos. nostræ ad præcedentia excutitur. & nu. sequen. & 48.
Continuatio an sit necessaria in principio libri. ibidem.
40 Medium impertinens impedit extrema coniungi.
41 Actiones personales digniores sunt realibus, quæ tamẽ fortiores sunt, & quæ sit ratio.
42 Possidens rem potest illam dimittere, & euitare iudicium contra ipsum intentandum cessante fraude.
43 Dignitatis respectus non fuit habitus in compilatione rubricarum.
44 Simplicia prius attingenda sunt, quàm mixta.
46 Consensus uerus an cadat in pœna delicti.
Vtilitas publica præferenda est priuatæ. ibidem.
47 Actiones personales quare difficilius, & longiori tempore tollantur, quàm reales, quæ fortiores dicuntur.
49 Processus paruus cur hodiernis temporibus fiat in studijs generalibus.
50 Actiones personales, reales, mixtæ, & in rem scriptæ, quæ sint.
51 Arbitrium an transeat ad aliã personam, ad quam trã sit res, in qua aliud faciendum erat meo arbitrio.
52 Actiones personales in rem scriptæ unde, & quomodo cansentur.
Tex. §. fina. l. de eo. ff. ad exhibend. declaratur. ibidem.
53 Actionum naturam cognoscere, magni est effectus.
54 Actio in rem scripta, quæ datur contra possessorem, an sit alia ab illa, qua tenebatur auctor, et prædecessor.
55 Violenter à me rem auferens, non liberatur, licèt rem non possideat.
56 Actiones in rem scriptæ cur dicantur dari ad simile, et instar. realium.
57 Actiones mixtæ seu mixtam naturam habentes, quæ dicantur.
58 Actio personalis non sequitur fundum, nec rem.
59 Actiones mixtæ non requirunt de necessitate possessionem ex parte conuenti. & nu. seq.
Actiones in rem scriptæ an semper requirant possessionem ex parte conuenti, & de practica intẽtandi has actiones. ibidem.
61 Petitio hæreditatis an sit realis, uel in rem scripta, & dicatur habere mixtam naturam, & nu. sequẽtibus & qui sit effectus. nu. 63.
Est, uerbum ueritatẽ, & substantiam significat. ibidem.
64 Legislator quare in hoc tractatu de rebus prius tractet de mutuo, quàm de commodato, uel de dote.
65 Depositum est ualde priuilegiatum.
66 Contractus uenditionis solo cõsensu perficitur. super re tamen contrahitur.
67 Verba Rubr. nostræ Si cert. pet. an pro mutuo, uel quomodo accipiantur.
68 Mutuum istis temporibus ualde frequentabatur, quia cum usuris fiebat, quæ præmissæ erant hoc tempore Digestorum.
69 Verba an capiẽda potius sint in genere, quàm in specie, plenè. & nu. 90.
70 Copula solet eandem qualitatem copulatis attribuere. Tex. l. hoc legatum, de lega. 3. plenè declaratur. ibidẽ, & maximè nu. 73.
71 Leges istius tit. Si cer. pet. ferè oẽs de mutuo tractant.
72 Species non dicitur nobilior et dignior genere, immo genus nobilius est, quum species omnes comprehendat.
74 Genus in loco speciei, quãdo in uno solo uerificari debet.
75 Certi cõditione intentata, quomodo cognoscamus fuisse intentatam specialem uel generalem.
76 Legislator uolẽs hic loqui de mutuo, quare potius usus fuerit dictis uerbis Si cer. pet. quàm ubi loquitur de alijs contractibus certum continentibus; & quare non sit in specie de mutuo loquutus. & nu. 77.
78 Certi conditio non est generalior triticaria.
79 Verba prædicta Si cer. pet. quomodo ponãtur, & an designent nomen actionis.
80 Si, ponitur sæpe pro quando.
81 Petere an rectè exponatur, idest repetere; et quæ sit differentia inter petere, ac repetere. Et an statutũ loquẽs de petente, locũ habeat in repetente. & num. sequ.
83 Dare, & reddere differunt, & si quandoque alterum pro altero accipiatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Compositum pro simplici sæpe accipitur.ibidem.
84 *Facere,& reficere,differunt.*
85 *Mutuum,& dos prius dantur,inde restituuntur.*
Mutuum repetitur,non respectu speciei,sed respectu generis,ibidem.& nu.seq.
86 *Petitio capi potest in genere,& in specie, & quomodo sumi debeat.nu.sequ.Et ibi,an repetens comprehendatur sub uocabulo petentis,siue sub uerbo petente.*
87 *Dare aliquando importat nudam custodiam.*
88 *Petere,est uerbum generalissimum ad iudicialia,et extraiudicialia.*
89 *Petere,& repetere,quomodo cognoscantur fuisse posita in genere,uel in specie.*
90 *Statuta loquentia de petente,an et quo locum habeant in repetente,plenè ostenditur.& nu.seq.*
91 *Nomina quædam habent se ad genus, & ad speciem.*
93 *Statutum de soluenda gabella de petitione,an habeat locum in repetitione,& iterata petitione.*
94 *Mutuũ ciuile censetur factũ præcedente numeratione, fictione legis post biennium:& plenè de tali mutuo.*

In Rub. ff. Si certum petatur.

1 APIO primã rub. duodecimi libri Pandectarũ, De rebus creditis, si certe.& de cer.condi.†Sed quia Doc.in methodo interpretandi variarunt p diuersas vias,ad l.primã accedentes, & in hac rub. plurimũ uagantes: Ego summopere desiderans,vt tã Iuuenes,q̃ Prouecti,quę dicturus sum,intelligant,operępretiũ esse arbitratus sum in interpretatione ꝑtis rub.si ordinem, qué obseruaturus sum, uiãq; doctrinę vobis præscripserim.

In primis verba rub.declarabo, secutus vestigia Vlpiani in l.j.ff.eo.inferendo ad quasdã difficultates,& loco præludii siue præfationum,& euidentia lium,decem quæstiunculas explicabo.

Secundo loco principaliter assumã gl.rub.& expedita prima parte cũ dictis Doct. nonnullas alias dubitationes ibi cõgruè cadentes tangã. Posteà absoluã secundam partem prædictæ gl. cũ quęstionibus scribentium tàm circa tex. quã circa ipsam secundam partem gl,cadentibus.

Quarto & vltimò expediã gl.in verbo Peccatur, plura utilia,& noua vobis pollicendo.

Capio igitur primũ verbum ipsius rub.ibi, De.
2 †hæc præpositio de, causam materialem, & proximã significat.c.cùm causam,de elect.ibi,uestem de lana,linoq; contextã.l.de alimentis.C.de transa. §. nunc videamus.l.primæ.ff.de coniung.cum emancip.libe.eius ad finẽ,ibi.non de bonis aui,sed propter bona.cũ aliis notatis p Dec. & alios Mod. hîc, inferentes ad plures quęstiones;de quibus euã per Alb.de Rosa.in suo dictionario in uerbo De. Barb. in rub.de proba.col.antepen. Caprã Perusinum in cõs.21.col.pe.& fi.Corn.in cons.53.col.2.lib.j. latius p Franc.Pauinũ in trac.de of.& potest.capituli sede vacan.in prin.quẽ Dec. solũ in ult.lectura retulit. Præpositio ita prædicta de, significat materiã præsentis tractatus,esse de eo quod uerba rubr.dicũt.Sed tunc hæc præpositio causam materialem significat,quando est iuncta materiæ, vt hîc: si autẽ iungatur loco,significat causam originalẽ. c.de Frãcia.de sponsalib.secundum Bald.in l.ex arrali.C.de actio.emp.causamq; proximam,& immediatã importat,nisi ex subiecta materia,& mente loquentis aliud esse appareat.l.si finita.§.deinde.ff.de dã.infe. vbi Alex. notat.

Dec.verò hic in 3.lectura, dicebat tàm causam proximã,quàm remotam, qñ inter se connexitatẽ habent,comprehendi.d.§.deinde Sed si inter prædictas causas nulla fit connexitas, tunc proximam causam tantummodò inspici. per l. socium qui in eo.ff.pro soc.vt hîc per eum.

Ex prędictis Dec.& alii Mode. inferunt ad plures quęstiones,impertinenter tñ iudicio meo, quũ materia tituli nostri alia sit, & sub congruis titulis ponendę sint materiæ.§.quibus.in prima const.C. ideo duas tantùm quæstiones attingam.

3 Prima est,de statuto capituli,†q̃ Canonici teneã tur soluere cappam unã valoris ducatorũ decẽ de primis fructibus, quòd non tenebitur quis ultra valorem fructuũ,ut per Bal.post Pet.de Bellaper.in l.si plures, col. fin.C.de cond.inser.& alios relatos hîc per Ripam,& Mod.quicquid aliqui tenuerint. faciunt,quæ scribit Dec.in consi. 156.q̃ ille,qui est obligatus ad solutionem dimidiæ partis fructuũ, non tenetur,nisi respectu fructuum,qui in effectu penès ipsum obligatum remanent:similiter nec ad solutionem decimæ papalis, nisi deducto onere pẽsionis:& per consequens onus impositum fructibus,non extenditur ultra frúctus, qui in veritate penès debitorem remanent.l.j.C.de fruc.& lit. expens.probatur etiam prędicta decisio, quia obligatio soluendi cappam valoris florenorũ decem, de primis fructibus,est de fructibus, non de alio, nec aliunde implenda,si fructus non sint nec suppetãt; cessat causa,ergo cessabit effectus,& promissio illa soluendi.c.cum cessante,de appel. & promissio limitata fuit respectu primorũ fructuum,ergo limitatum producet effectum.l.age.C.de transac.

Alia & secunda quæst.no.est,de statuto loquẽte
4 de percussionibus sanguinolentis,†q̃ de illis pax, & concordia fieri nõ posset,secus de aliis,si pugnote percusserim, in terramq; proiecerim, & ad lapidem caput offendisti,ita q̃ statim sanguis exiuit;an statuto prędicto locus sit: Bal.& Sal.in l.de pecoribus.C.ad l.aquil.& in l.j.C.si seru.exte. &c. col.2. tenent,q̃ non,& sequitur hîc Dec. in prima lectu. & Alex.in apostil.ad Bal.in locis prędalle.& in §.denique.ff.allega.

Et mouentur Bal.& sequaces prædalleg.pluribus rationibus,primò, quia immediatè ex percussione mea,non exiuit sanguis,sed accidentaliter.Secũdò, quia lapide illo,ut instrumento ad te percutiendũ, nõ fum vsus.Tertiò,quia ꝓpositio de,causam proximã,& immediatã significat:quod quidẽ tertium motiuum à primo non videtur distare nec differre.

Dec.hîc in 3.& ult.lect.mordet Bal.cò q̃ decisio sua non procedit,ea de ratione,quia causa proxima tantum inspiciatur propter naturam prępositionis De:sed quia causa illa prima, & impulsio prædicta ad terrã,non erat ordinata ad effusionẽ sanguinis, propterea inspicitur solùm causa proxima. d. l. socium

cium qui in eo.ff. pro socio. c. de cætero. cum glo. de homi.cum notatis per Mathæ.de Aflic. in decis.
5 regni 127.aliàs,si esset ad hoc ordinata, † inspicere tur etiam mediata,& remota.l.vxori.la 2.cum not. ibi per Bar.ff.de auro & arg.leg.ut per Dec.præall.

Sed ipse met.Bald.oẽs causas,& rationes prædictas coniunxit,ut s. retuli, & ut dixi cõsiderauit q̃ accidentaliter exiuit sanguis, non facto ad id ordinato:& cõsequẽter Bal.prius uoluit, cõsiderauitq; primã causam non fuisset ad talẽ effectũ ordinatã.

Alij etiam quibusdã leuibus rationibus improbant Bal.quia licèt appellatione causę intelligatur de proxima,quæ attendi debet,nõ de remota,vt dictum est supra; id tamen procedit,quãdo causa mediata esset valde remota, ita quòd potius occasio, quàm causa dici deberet. d.l.vxori. sed in præsenti quęstione,causa mediata nõ fuit multũ remota,sed cohærens,& connexa propinquæ, ideo pro propinqua habenda est.argumento tex.in l.quæ religiosis suprà de relig.& sup.funer.secundum Io. And. in d.c.de cetero,col.fi.Secundò, quia vbi causa generalis influit in specialem, quasi eam confirmando, efficitur eiusdẽ naturæ, & formę cũ illa.l.j.cõmod. Bal.in l.cum mulier.ff.solu.matr.sed prædictus impulsus ad terram influit in collisionem, & prędictã sanguinis,effusionem, ergo &c.

Tertiò, quia agitur de fauore publico, ut delicta
6 puniatur,ergo fieri debet larga interpretatio †.l.ita vulneratus.s.ad.l.aquil.l. quemadmodũ, cum ibi no.per Bar.C.de agrico.& censi.lib.11.cum accumulatis per Deci.in.l.qui se patris, col. fi.C.vnde lib.& per alios in l.cum quidã.ff.de lib. & posth.& sic nõ poterit de prędicto vulnere &,effusione sanguinis fieri pax & concordia: ideo Felin. in d.c.de cætero,tenet contra Bald.quia causa illa compulsio nis ad sequentem fuit immediata.

Sed nõ est recedendũ à decisione Bal.quã sequũ tur cõmuniter scriben.s.relati. Deci.hîc in 3.lectu. Io.de Ann.in d.c.de cætero.Iaf.in.l.nõ dubiũ, col. 6.C.de.ll. Aquens.in l. ex hoc iure, col.j.s.de iust. & iure.& Paul.de Cast. pulchrè. in.l.qui domum. infrà loca.per illum tex. quãuis formet quęstionẽ aliter notando ex illo tex.argumentũ, immo quasi casum, quòd si statutum imponit certam pœnam vulneranti aliquem, & proiecerit quis aliũ in terrã,qui à lapide percussus,& vulneratus fuerit,non habebit (inquit) locũ pœna statuti, quod est stricti iuris,& cuius dispositio non procedit, nisi ubi concurrunt uerba propriè loquendo;sed ille nõ uulnerauit, quàmuis cadere fecerit, ex quo casu secuta est postea uulneratio, unde dicitur potius ꝓbuisse causam uulneri,quàm uulnerasse,punietur ergo iudicis arbitrio,si nõ sit aliud statutum in materia disponẽs;& poterit (dicit Pau.Castr.) pœnã tẽperare, & delinquẽti cõplacere.Et decisio Bal.bonis rationibus fundata est,propter uim & naturã dictionis De,quæ causam proximã & immediatã importat, non autẽ remotam ad actum, de quo est quæstio, prout contingeret in proposito,ubi occasionaliter, & non facto ad hoc ordinato exiuit sanguis.

Secundò,quia uerba statuti propriè strictẽq; in-
7 telligũtur,quum statuta sint stricti iuris,† l.consti-

tutionibus,cum ibi no. per Bar.ff.ad municip.l.3. §.hæc uerba.ff.de neg.gest.facit regula.l.quicquid astringendę.ff.de uerb.obl.sed propriè loquendo, casus iste non comprehenditur in statuto,ergo &c. facit uulgata regula l.si præses.ff.de pœn. & de reg. iur.lib.6.regula in pœnis.

Non obstat adducta in oppos.ad primũ de causa mediata attẽdenda, quando nõ est multũ remota, ut hîc per Dec.in.3.lect.respõ.pòt,regulã illã procedere,qñ deficit causa proxima;tunc.n.ad cõsequẽdũ effectũ,licitũ est deuenire ad cãm nõ multùm remotã.Sed quando causa proxima, & causa remota
8 cõcurrũt ad eundẽ effectũ, † denominatio effectus fit semper à causa ꝓpinquiori.l.2.§.fi.cũ ibi no.ff. de don.& declarat pulchrè Aquens.in l.Gallus, in §.ille casus col.2.ff.de lib.& posthum. & Curt.iunior in cons.2.col.j.uel aliter & clarius dici potest, hãc cãm impulsus ad terrã esse ualde remotã ad effusionẽ sanguinis,nec tendere ad effectũ talẽ, & sic nõ esse proximã,sed ualde remotã, nõ habito respectu ad actũ,qui facti est,sed inspectę animo, qui at
9 tendi debet,† & cognoscitur ex qualitate instrumẽti, quo ad te percutiendum usus fui.l.j.C.de ficar. c.fi.de homi. in sexto. ex percussione.n.facta cum pugno apparet q̃ non intendebam eiicere sanguinem. Prętereà, uerba dicti statuti non cõueniunt, nec comprehendunt hunc casum,ut dixi, ergo.

Ad 5cdm de cã gñali influẽte in specialẽ, respõ.q̃ d.l.i. Cõmod.non probat id,ad qd allegatur. uel aliter,& clarius, q̃ impulsus nõ influit ĩ effusionẽ sanguinis,sed est penitus separatus,licèt ꝓbuerit materiã.

Ad tertiũ,q̃ fieri debeat larga interpretatio fauore publico,respõ.illud procedere,qñ ꝓ delicto nulla pœna imponeretur, sicq; remaneret impunitũ,
10 † aliàs secus, quia eligitur mitior pars, ut declarat Bar.in l.j.in.§.exercitus.s.de infa.Soc.in l.j.ĩ prin. ĩ ult.col.ff.de uerb.obl.& Dec.ĩ d.l.q se patris,col. fi.sed hîc est saltẽ pœna extraordinaria,ut post Pau. Cast.dixi suprà,ergo &c.Prętereà hîc sumus in claris, in qbus nõ est opus coniecturis.iuribus uulga.

Nec enã obstat,quod aliqui dicebãt de propositione De,quæ etiam ad causam remotam refertur, & adaptatur.d.§.deinde.l.si finita. quẽ tex. ad oppos.citat Iaf.in d.l.non dubiũ, relinquẽs insolutũ;
11 † quia procedit, ubi de mẽte loquẽtis, qui id uelit, apparet,ut per Alexan.in d.§.deinde. Item,ibi causę erant cõnexe,hîc causa impulsus nõ erat cõnexa, nec ordinata ad sanguinis effusionem,ideo &c.

Sed uidetur quòd prędictum statutũ nullius sit momẽti,quia cõtra ius diuinũ,& nutritiũ peccati,ex quo prohibet pacẽ, & concordiã de prædictis percussionibus fieri,contra legẽ euangelicã:Pacem meã do uobis,pacẽ relinquo vobis, ergo non ualet c.fi.de præsc.c.possessor,cũ gl.de reg.iu.lib.6.c.sunt quidã,15.q.j.notat Dec.in c.Ecclesia,col.10.de cõsti.& in cons.112.col.fi.inferior.n.non soluit legẽ superioris, nec pòt contra dominũ & superiorem quicquàm statuere.cũ inferior, de maio. & obe.l. formam.C.de offi.prefec.præt.Respon.prędictam decisionem intelligi in præiudicium fisci,ne possit inquirere,& punire,ut patet ex dictis Bald.& prędal leg.non in foro poli, & conscientiæ.

Circa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Circa aliam quæstionem, de pœna impoſita bannito de homicidio, an locum habeat in mandante,

12 †videte plenè Deci.in l.ſi quis id quod,fol.ij.ſuprà de iuriſdict.omn.iud.hæc enim pro ueritate eſt nimis impertinens.

In eo.tex.ibi,rebus creditis. circa interpretationem horum verborum non expedit inſiſtere, nec verba effundere,quia declarantur per ipſum Iuriſconſul.in l.j. ℣.eod.

In eo. tex. ibi,Si cer.pe.hęc verba declarabuntur

13 ℣.interim hic ponderabitis,†cùm hæc ſecũda pars rub.penitus ſeparata à prȩcedenti, & à ſequenti ſine copula ponatur, quæ tamen adiicitur ſequenti clauſulæ & de cer.condi. uideri perperam factum. Reſpon.eſſe hic factũ punctũ, qui tenet locũ copulę,vt notat glo.& Bal.per illũ tex.in l.cũ duobus.§. ſi in coëunda,in uerbo pretiũ in fi.℣. pro ſoci. ubi ét Bar.notat & Bal.in l.placet,in fi.commenti.C.de ſacroſan.eccle.Alex.& alii in l.pretia rerum.℣.ad l. falcid. Deci. hic. & infrà de reg.iur. l.in eo.§.hæc verba.& dicitur quòd intendebat Iuriſconſul. elegantius loqui copula ſuppreſſa, quàm ea expreſſa, ut per te potes aduertere, & auris poteſt iudicare; eſtq; præceptum Rhetoricæ de copula tunc ſupprimenda,gratia ornatus.

In eo.tex.ibi,& de cer.condi.tàm ſpeciali, quàm generali,quæ pro mutuo datur. Intellige ſecundũ gl.& communiter doct.ut.℣.dicam.

Et quia Rubr. hæc, prout & alię, communiter non habet orationem perfectam, ſubaudite poſt verba Rubr.videamus quid iuris ſit,ut notat Salic. ℣.ad fin.Rub.plura congerunt Moder.in Rubr. ℣. ad Trebel.& dixi ſuprà in rubr. Si quis ius dicenti non obtemper.

Diuiditur tex.iſtius rub.ſecundum Bar. Dec. in 2.lect.& cõiter Mod.in tres partes. in prima pollicetur generalẽ tractatum de rebus creditis:in ſecũda ſpecialẽ de mutuo.in tertia ẽt alium ſpecialẽ de actione,quæ datur pro ipſo cõtractu mutui,& pro omni alio certo.partes patent.

Mod.Mediol.& Rip.hîc dicunt in antiquis codicibus aliter hanc rub.haberi, & eſſe vnicâ partẽ, & vno ſtructu verborum claudi, vt hîc p eos, ideo non recipere congruã diuiſionem, iuxta dictũ Bal. & Sal.in l.petens.C.de pact. Sed id effingit nouum tex.diuerſum penitus à receptiori & communi lectione:ideo non eſt adhęrendum. Et in antiquiſsimis codicibus,quos ego uidi,legitur hæc rub.prout hîc cõmuniter habetur.Et tex.l.2.col.2.in verſi. in tertia.C.de uet.iur.enucl. per eoſdem alleg. nihil facit,quum in aliis diuerſis terminis loquatur, videlicet de tertia parte Pandectarum, quæ de rebus nominatur,& cõtinet octo libros, & eã dicit appellatam de rebus ſimpliciter,quũ rei appellatio generalis ſit.l.j.℣.eo.ideo omnia, quę ibi tractantur, ſub ipſo ti.generali comprehenduntur.

Sed quia prefationes ſeu euidentialia ad intelligentiam propoſitæ materię plurimùm conferunt. l.j. vbi plenè ſcripſi.ſ.de orig.iu. antequã ad apparatum gloſſatum deſcendã, decem quęſtiones hîc pertinentes,& neceſſarias ad declarationẽ tex.rub. explicabo.In primis, cur Iuriſconſultus non dixe-

14 rit ſine verbo rebus.†De creditis, quemadmodum De cõmodato, & depoſito, in titulis ſuis, vbi non dicitur de rebus cõmodatis,& depoſitis? Iaſon cogitandum reliquit, Moder. Taur. reſpond. iccirco adiungi verbum rebus,quia hic Iuriſconſul. tractat de contractu, qui re celebratur, vt eſt mutuum, iuribus vulgarib.

15 Sed nonne contractus †commodati,& depoſiti re celebrantur,& fiunt? certè ſic. §.item is, cum ſequenti.Inſt.quib.mo.re contrah.obli. & tñ in titulis prędictis verbum rei non adiungitur, ergo nec hîc videbatur iungendũ, eſto q̃ principaliter tractet Iuriſconſul.de contractu,qui re celebratur:maximè,quia tractatur ẽt hic de credito verbis cõtracto.§.ſi.l.2.℣.eo.cui tñ motiuo reſpon. poſſet, per regulã.l.ſi quis nec cauſam.℣.eo.Præterea, non eſt verum,q̃ ſit ſimpliciter tractaturus de mutuo,immo generaliter de rebus creditis,ideo cõtinet octo ſequentes ſub ſe,ut dixi.

Cur.hic reſpon.per tex.§.tertii, in procemio Digeſtorũ,cui eſt alius ſimilis in l.2.C.de uet. iu.enucle.col.2.in §.in tertia verò, vbi dicitur in hac parte poni generalem tractatum de rebus,quæ in contractibus deducuntur:ideo nimirum,ſi uerbum rebus adiunctum fuerit,quæ ſolutio nõ uidetur ſufficiens,quia non concludit,q̃ propterea experimen. fuerit adiunctum rebus,ut patet ex dictis titulis cõmod.& depoſ.vbi ea vox non iungitur, & tamẽ tractatus ſunt de rebus commod. & depoſ.& ſub illa tertia parte continentur, Nec ſoluitur oppoſi. facta in contrarium de tit.prælleg.a.ſatis igitur includebatur,& ſubintelligebatur.Dicendum tñ eſt cum prædictis,quòd in hac parte agitur tàm principaliter de cõtractibus,qui re celebrantur, quàm de aliis incidẽter,& dicatur iccirco expreſſum fuiſſe de rebus,de quibus eſt ipſe tractatus: propterea prætor verbum rei,& uerbũ credendi,tanquàm generalia elegit,& talem titulum prȩmiſit,ut dicit Vlpianus in l.j.℣.eod.

Non obſtat modò quod de cõmodato & depoſito dicebatur:commodatum.n.& depoſitum re tantùm contrahuntur,vt diximus;ideo non fuit neceſſarium verbum rei iungere:ſed hic legiſlator principaliter tractaturus erat de contractibus, qui re celebrantur,& etiam de aliis:ideo rectè expreſſit, & appoſuit de rebus, de quibus principaliter dicturus erat:congruum igitur & conueniens fuit de rebus exprimere,& adiungere.Et propterea Imperator in partitione & diuiſione librorum Pandectarum facta in locis.ſ.alleg.ſemper dixit in hac tertia parte de rebus nominata,libros octo deputatos eſſe,& in titulis prȩalle.commodati,& depo.potuiſſet etiam dici non malè nec ineptè de rebus commodatis,& de rebus depoſitis, & fuiſſet expreſſio eius, quod inerat:ideo non inepta.l.3.cum no.infrà de lega.j.

16 Secunda quæſtio cõnexa,& neceſſaria:†Quum Imperator in §. tertii, & in §. in tertia, prælleganhanc partem de rebus, ſimpliciter appellatam dicat,cur hic verbum creditis adiungatur? Cur. in j.col. reſpond. ut per eum.ſed reſponſio non ſatisfacit, quia, ſi iccirco hic dixit creditis, eo quòd

tracte

tractetur de rebus deductis in cõtractibus,in quibus alienam fidem ſequimur,& ideo dixit creditis à credendo,& ſequendo fidem alienam,& ſic cum myſterio hic dixit de rebus creditis, prout etiam in lib.C.quare non idem factum fuit in locis ſuprà ad oppoſitum alleg.ſi hîc bene exprimendo, ergo malè ibi ſupprimendo?

Reſpon.ergo,quòd legislator in hac tertia parte, non ſolùm ſimpliciter tractat de rebus, ſed vbi alienam fidem ſequimur, ideo prætor rerum creditarum titulum tanquàm generalem ad omnia prædicta præmiſit, vt dicitur in l.1.℣.eo.& ſic vtrumque exprimere, conueniens fuit, & neceſſarium. Et ad iura.ſ.in oppoſ. alleg. dico, quòd Imperator ſolùm mentionem facit,& allegat caput,& principium tractatus, non totum tex. & omnia uerba rubr.ut etiam nos ſæpe facimus, allegantes ſolum principium rubr.maximè in auctenticis, & tribus libris.C.ſatis habentes, locum citatum ex tali allegatione certum reddi, rubr.tamen plura alia continet,ſic in propoſito noſtro, quamuis imperator allegat partem de rebus tantummodo, ex hoc non infertur,quia plura alia in illa parte ſeu rubr. contineantur: id quod clarius apparet,qua Imperator in locis prælleg.citando ſecundam partem, illam de iudic. tantùm appellat, & tamen alia ibi etiam continentur,ut ex tex.ipſius rubr.de iudi.apparet.

17 Tertia quæſtio:† Cur hic potius intituletur De rebus creditis, quàm de rebus debitis? Alex. infrà in fine ſe remittit ad glo.rubr.C.eo.Curt.col.1.clarius ſoluẽdo, ſecundũ eum reſpon. prædicta correlatiua eſſe, ideo uno intellecto, aliud etiã intelligi, ut etiam dixit gloſ. prælleg. ſed id non ſoluit, cur magis de uno,quàm de alio dixerit, & expreſſerit.

Melior eſt, & magis recepta ſolutio glo. prælleg.quòd cum miniſterio dictum fuerit potius de creditis, quàm de debitis,quia hîc legislator principaliter tractaturus eſt de actionibus creditori cõpetentibus,non de exceptionibus debitoribus datis, ut hîc per Paul. Roma. Iaſo. Deci. in 3. lectu. Mod.Mediol.& Ripam.

18 Ex prędictis plura inferuntur,ut hîc per Dec.& Mod.† Et prȩcipuè ad quęſtionem ſtatuti mandantis ſolui uicesimam,uel gabellã de inſtrumento debiti; cui incumbet onus probãdi dictã uicesimam, ſeu gabellam.Deci. loco prælleganto poſt Salice. & Socin.per eum allegatos,cõcludit quòd ad creditorem, quia ex ipſo inſtrumento habiturus eſt commodum,comprobando per tex.no.in.l.debet,in fine.ff. de ędil. edic. ubi onus ſoluendi gabellã pertinere dicitur ad emptorẽ, & ad acquirentẽ, & ſic ad creditorẽ: & ſequũtur hîc Mod.Mediol. & Ripa & latius Firmia. in tract. de gabell. in.8. par.prin.

Quidã tamen malè hoc ex prædictis inferri dicunt, quia onus gabellę prædictæ cõtingit propter commodũ,& emolumẽtum,quod ex inſtrumento cõſequitur creditor, ut,& ipſe onus ſubeat,per regulã,quæ eſt ſecundũ naturam,ut infrà de reg.iur. l.ſecundũ naturam.& d.l.debet in fine.quamuis ergo dictum ſtatutũ indeterminatè loquatur, tamen à iure communi recipit talem interpretationẽ, ergo id nõ eſt ex eo, quòd cenſeatur in correlatiuis principaliter conſideratum illũ,quod exprimitur.

Sed malè perceperunt preſatã mentẽ doctorum, ex quo enim in ſolutione prȩcedentis tertiæ quæſtionis dictum fuit, attendi debere in correlatiuis, quod principaliter exprimitur; uidebatur dicendum onus gabellæ debitorem reſpicere, quum de debito facta fuerit expreſsio, hoc modo uenit arg. prætorum, ipſi tamen determinant contrarium; primò, quia contractus reſpicit fauorem creditoris, ergo, & onus. Secundò per tex.in d.l.debet, in fine: & ſic inferendo ex prædictis oppoſ. uideba tur reſponden.ſed alijs rationibus, & propter ſubiectam materiam dicendum, ut ſuprà.

Dicebat tamen Salice. loco prælegato uidelicet in rubr.de rebus creditis, quòd pro mutuo gra

19 tuitò onus ſoluendi gabellam ſpectabit ad debitorem, cuius fauore celebratus eſt contractus, per regulam d.l. ſecundum naturam. ſed reprobatur per Ripã hîc in.2.col.quia ſtatutum non vult ſolui gabellam pro contractu, ſed pro inſtrumento debiti, quod fit fauore creditoris, ut debitum facilius probari poſſit.l.1.l.in exercendis, & toto titu. C. de fide inſtr. Sed non uidetur eſſe aliquo modo recedendum à dicto Salic.quia ſi commodum contractus inſtrumento contenti ad debitorem ſpectat,ut in mutuo gratuito, onus gabellę debet pariter ad eum ſpectare.d.l.debet.

Nec obſtat,quòd ſtatutum loquatur de inſtrumẽto debiti,quod inſtrumentum ſit fauore creditoris pro faciliori probatione debiti,quia huiuſmodi gabella nõ ſoluitur pro cõmodo facilioris probationis,ſed pro cõmoditate,& utilitate ex contractu ad aliquẽ peruenientẽ.d.l.debet, eò maximè,quod etiã ſine inſtrumento per teſtes dictus contractus probari poſſet.l.in exercendis.C.de fide inſtr.l.pactum quod bona fide.C.de pact.nullaque ratio dictat,quòd mutuans gratioſè nullam ex tali contractu percipiens utilitatẽ,gabellam ſoluere debeat,& ſentire onus ex tali actu, ex quo nõ ſentit commodum.d.l. ſecundum naturam. ideo etiam ſi legem non haberemus, deberet ſufficere, hanc rationem naturalem allegare.l.ſcire oportet.in §.ſufficit.ff.de excu.tuto. Et ſtatutum fecit mentionem de inſtrumẽto debiti, quia communiter cõcernũt fauorem, & commodũ creditorum: ſed ſi totũ commodum contractus ad debitorem ſpectet, ut in caſu prædicto, nõ eſt dicẽdum onus ad eũ ſpectare, ad quem

20 commodum uerè non ſpectat.† Et ſtatutum debet ſic intelligi, ne poſsit à ſapiente reprehendi. l. Saluius Ariſto. in fin.ff. de lega.prȩſtan.alleg. ad hoc per Socin. in conſ. 27. col.2.lib. 4. ergo ut intelligatur in caſu prædicto, de inſtrumento, id eſt, de

21 contentis in inſtrumento:† & ſic ponatur continens pro contento, iuxta.l.ſolent, cum glo.ſ.de offi. proconſ. & lega.& l.1. ubi no.ſuprà de origi. iur.quæ interpretatio eò magis capienda eſt, quòd euitatur abſurdum prædictum, prout fieri debet. l.nã abſurdum, infrà de oper.lib.Sed ſi onus prædictum pertinet ad emptorem,quare Venetijs pro ſenetica (ut ſcitis) ſoluuntur per uenditores? conſuetudo eſt illa, quæ id operatur, fortaſis, quia uẽditores maiorem utilitatem ſentiunt, quàm em

ptores

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptores pecunias recipiendo, ideo &c. & sic in effectu onus sit emptorum, quia tantò plus emunt, quantum capit proseneticum in rei veritate.

22 Ad.l. debet, in fine, † plura pro ornamento & ampliatione materiæ addi possent, (si libet) vide Roma.in singularibus fol.34.ad finẽ cum sequen. Abba.in c.quoniam frequenter, in principio, in 6. col. extra vt lite non contes. Alex. consil.51.lib.3. Corn.cons.133.lib.1.Socin.consil.247. in primis col.lib.2. Firmia.in tract.de gabell.in 7.parte principali.Deci.& Rip.hîc.

Quarta quæst.glo.& doct. quòd allegantes iura istius tituli, incipiunt semper à secunda parte rub. non à prima,puta, Si cert.pet.non autẽ dicunt De
23 rebus credi.† quare,quum Imperator,cuius actio, nostra deberet esse instructio,in §.tertij, & in §. in tertia, prælleg.oppositum faciat,partem de rebus allegando, & sic à principio, sitq; principium cuiusque rei potissima pars. l.1. suprà de orig.iur. & soleamus etiam nos communiter in allegationibus rubricarum citare primam partem.

Fulgos. relinquit solutionem Apollini, qui fuit
24 præses vaticini.Sed hoc ridiculum est,† ideo Alex. & Ias. col.2. & 3. respond. quòd leges istius tituli pro maiori parte de mutuo tractant: propterea dum citantur, allegatur ea pars rubr. quæ concernit materiam mutui, de qua loquuntur iura, quæ citanrur; & hoc conuenientius est, quàm allegare primã partem; quæ generalis est ad sequentes vsquæ ad titulum de pignoribus. Quæ solutio confundi videtur,primò,quia verba Si cer.pet.generaliter stant,non specialiter pro mutuo.Secundo per
25 rationẽ Decij in 2.lect.ꝙ prima pars De rebus creditis,attẽto ordine literæ,& compositionis, quum præcedat & generalior sit, censenda & dignior, quàm sequens pars, † ergo ab ea vti digniori in allegationib. inchoandum erat,& facienda denominatio.l.1.ff. de Alb. scrib.l.quæritur, suprà de sta. hom.§.fin.cum glo.instit. de iu.natu.c.1.de maio. & obed.l.1.& l.assumptio.ff. ad municip.vbi filius
26 denominatur à familia patris, non autem matris, tanquàm à digniori,† quamuis matrimonium denominetur à matre potius, quàm à patre propter maiora onera, quę fœmina & mater in matrimonio patitur,& suffert,c.2.cum not.ibi per Abba.de conuers. infidel. & Deci. in l. Imperium in 2. col. suprà de iurisd.om.iu. vbi tamẽ dicit id esse propter maiorẽ certitudinẽ, quæ est in matre, sed præcedẽs est communiter recepta, per tex.clarum in d.c.2.

Tertiò contra rationem Alex. & Ias. de qua suprà, quòd leges istius tituli, quæ allegantur, de mutuo principaliter loquuntur; facit, quia Imperator in locis prælleg.incipit à prima parte rubr. allegare De rebus videlicet, non à secunda.

Quidam dicunt,quòd secunda pars rubr.est dignior,quũ tractet de specie,& prima de genere,per ea quæ scribit Bart. in l.hoc legatũ, ff.de leg.3. & in l.1.ad finẽ principij,suprà de edend.ad balistã allegando, quũ hoc non dicat Bart. sed ꝙ censetur intentata potius actio specialis, quàm generalis, de
27 dignitate non facit verbum.† Deci. studio contradicendi Ias. eumq; impugnandi potius, quàm respiciendo ad patrem veritatis, Alexandrum videlicet, cuius originaliter fuit dicta consideratio,concludit id processisse ex consuetudine quadam irrationabili, & sic omnes tanquàm oues errasse,allegantes iura istius tit. à secunda parte,non à prima.

Non est recedendum à solutione Alex.& Ias.ꝛ. relata,quæ realis est & clara, cõfirmaturq; optimo simili: sicuti enim vbi allegamus leges loquentes & tractãtes de comodato,& deposito,non citamus rubr.De rebus cred.generalẽ,sub qua tituli prædicti continentur, sed specialẽ rubr.sub qua sunt iura allegata,ita quando allegamus iura tractantia de mutuo,& materia secundæ partis rubr.allegãda est potius rub. specialis respiciens illa iura,quàm rub. generalis,aliàs laboriosum nimis fuisset & absonũ, allegata generaliori parte rubr. volendo inuenire legem allegatam,perquirere totum tractatũ de rebus,vt in simili didixit glo. in rub.ff.de leg.1.Præterea ad quid factæ fuissent dictæ speciales rubr.& sic consuetudo allegandi iura istius nostri tituli à secunda parte Si cer.per.(quicquid dicat Deci.)optimis rationibus processit, & fundata est.

Non obstant modò adducta in oppos. nam ad primam rationem, seu primum motiuum respon. quòd dicta verba Si cer.pet. stãt specialiter pro mutuo, vt ff. videbimus, secundum receptiorem sententiam; ideo &c.

Ad secundam rationem de digniori præferẽdo, siue denominatione à digniori facienda, duobus modis respon. potest. primò,quòd inepta videtur prædicta argumentatio scribentiũ à parte dignio-
28 ri rubr. †quia in situatione rubr. non habetur respectus ad dignitatem,vt dixi in rubr.ff.de reg.iur. & sic minus in ordinatione partiũ eiusdem rubr. sed ad materias subiectas. Secundò, quòd dato(& non concesso)argumento pro vero,& quòd prima pars rubr. esset dignior, quum tamen generalis sit ad sequentes titulos, usque ad tit.de pignor.absonum fuisset allegare iura speciali respectu sub uno titulo posita, cum rubrica generali omissa speciali & propinquiori, sub qua consisterent.

Ad tertiũ motiuũ respon. ꝙ Imperator in locis præall.nõ allegat iura aliqua de particulari materia prędictorũ tit.tractantia,sed generaliter tertiã partẽ de rebus: ideo cõueniens fuit eo modo allegare, nec potuisset aliter facere, quia malè fecisset, quia nõ citasset totũ tractatũ, vt intendebat,sed partem.

Mod. Taur. & nonnulli alij aliter respondebãt, dicentes,id esse & contingere propter dignitatem, specialia,& prærogatiuas mutui,l.Singularia,infrà cod. Et sic, quia inter contractus, qui re celebrantur, iste est multùm dignus,specialis, & priuilegiatus, ideo in specie allegatur, sed confunditur hæc solutio per prædicta. Præterea,si talis respectus dignitatis in consideratione esset in proposito isto, rubr. inchoata fuisset à secunda parte Si cert.peta. tanquàm à digniori. Aliter & secũdò respon. præfati Moder. id fuisse,vt appareat factam esse specialem rubr. de mutuo adeò frequenti, ne videretur contemni, quum sit speciali nota dignum. Sed id satis patebat & rubr. & nigro, de eo tractantibus, & allegatio nostra non est illa, quæ id demonstrare

stare habeat.Respon. ergo,ut ꝛ. diximus.

29 Quinta dubitatio,† quare Imperator in libro Codicis separauerit, & distinxerit titulum De rebus creditis,si cer. pet. hîc autem non? Ias.Curt. & Mod.Taur.reprobata solutione Pau. Castrẽ. dicũt, hæc esse iuris positiui, ideo sufficit pro ratione uoluntas,iuribus uulgar. Alij gratia commodioris doctrinæ factum esse dicunt,iuxta.l.Gaius,de leg.2.& notatorum per Bar. in rubr. infrà fol. matr. col. 2.

Sed non fuisset excessiuus tractatus in libro Codicis,licèt prædicti duo tituli simul & coniunctim fuissent positi, ut satis patet de sensum, & ad oculum;immo adhuc breuis magis fuisset congregatio positis simul illis titulis,quàm sit hic titulus,Si cer. peta. uel sequens. De iur. iur. propterea melius est dicere, ut fecerunt prælleg.ti, quòd ista sint iuris positiui.

Quidam dicunt ibi tractari de rebus cred. & simul de iureiuran. per quod decíduntur causæ realium & personalium actionum; ideo conuenienter tractasse separatim de mutuo in titu. Si cer.par. quæ ratio cessat hic.Sed quare magis conuenienter id ibi factũ fuit, nonne enim aptè coniungi potuisse titulus Si cer.pe.cũ generali De reb.cre.et posteà tractari de iure iur. prout hic, certè sic? bona ratio diuersitatis reddi non potest, quum ergo ista sint iuris positiui,sufficit pro ratione uoluntas.

Vel melius adhuc & subtilius respon. potest, ꝙ in libro Codicis Imperator in quolibet prædictorum titulorũ separatim dictas materias tractauit, propterea duos titulos fecit in qualibet materia, sed hîc rubr. De rebus cred. non est particularis, prout illa. C. sed est generalis ad octo sequentes libros,ideo hîc non potuerunt fieri duo tituli separati, prout in C. & sic argumentum non procedit, quia termini dispares sunt: posuit ergo legislator hîc titulum prædictum De rebus creditis in capite tractatus, & totius congregationis tertię partis generalem ad octo sequentes libros:quare autem hic non fecerit specialem tract. De rebus creditis,prout in C.bene respondebitur,quia ei uisum nõ fuit, & quòd hæc sunt iuris positiui.

30 Sexta dubitatio,† Cur legislator fecerit tractatũ magis specialem quando certum petitur, quam ubi incertum?attento, quòd reus communiter negat petita per actorem, quo casu iudex incerus redditur, quum negatio rem dubiam faciat. l. fin. C. quibus ad liber. proclam. non lic. Certitudo uerò causatur ex probationibus, quæ certæ & concludentes esse debent.l.non hoc.C. unde cog.c.in præsentia, de proba. ergo non uidetur referre, nec esse differentia in iudicialibus,an petatur certum uel incertum.Secundum Cur. respon. ut per eum, & malè, quia facta negatione petitionis secundum uim argumenti, semper dari deberet incerti condictio:ideo respon.esse à ueritate alienum, quòd reus
31 semper neget petitionem actoris,† immo sæpe confitetur; unde dicimus, quòd in confessum nullæ sunt partes iudicis, prętерquàm in condemnando,
32 iuribus uulgar. nec negatio rem facit dubiam, † quando probatur petitio, ut latè per Felin. in c. si clericus laicum. de foro compet. & prædicta uerba Si cer. pet.ad mutuum restringuntur, ut dixi, & latius. ff. dicam, quum obligatio in mutuo
33 † ad certum semper contrahatur.l.cum quid. ff.eo. tradit Alex. ff.in 2. col. qui contractus mutui inter eos, qui re constant, frequens est, & priuilegiatus d. l. singularia. iccirco, quum mutuum sit contractus ualde frequens, & priuilegiatus ac certus tàm respectu petitionis,quàm obligationis,& restitutionis, placuit legislatori facere specialem titulum & tract.de isto certo.i.de mutuo.

34 Septima dubitatio circa tex.rubr. nostrę. † quũ hic legislator tractaturus sit de certi condic. speciali,quę pro mutuo datur,& de generali, quæ pro omni certo competit.l. certi.cond. ff. eo. quare non conceperit rubrica in plurali De certi conditionibus, prout De adoptionibus,De emãcipationibus liberorum,De proba.& similibus,in quibus tractaturus in specie,& in genere, locutus est in plurali? Respon.potest,quòd licèt id fieri potuisset, rectè tamen posita est in singulari De certi condi. quum hæc uerba generalia sint,& tam ad certi condictionem specialẽ,quàm ad generalẽ adaptãtur,& utrã-
35 que comprehendant.† licèt enim singularis numerus (ut hîc ait Bal.) pluribus non conueniat.c.pluralis,de reg.iur.in sexto,&.l.ubi numerus. ff.de testib.tamen id procedit,quãdo singulare ponitur de mostratiuè siue relatiuè, secus autẽ quãdo ponitur indiffinitè seu absolutè, prout hic, & in regulis ac diffinitionibus,tunc enim uerbũ singularis numeri plura continet:hoc est,quod dicimus, indiffinitũ æquipollere uniuersali.uulg.§.utrum.l.si is, de rebus.dub.&.l.si pluribus. ff.de leg.2.

Octaua quæstio:Cur.Iurisconsu.hîc tractaturus
36 de mutuo, † certum dixerit, potius quàm mutuũ speciali uoce? Fulgos.Deci.Picus & Mod.Mediol.respondent,hic tractari non solùm de mutuo, sed & de omni alio certo ex quauis causa debito. l.2.§.fi. &.l.certi cód.cum.l. si quis certũ. ff. eo. ideo omne certũ cõplectendo, uoluisse potius dicere Si cer.pe. quę certitudo significantius et magis conuenienter dicitur esse in mutuo,quàm in commodato, & deposito:in mutuo enim idẽ petitur, idemq; restituitur in genere.l.2.in principio. ff.eo. quod genus perire non potest.l.incendiũ.C.si cer.pet. & sic omni respectu, & tã petitionis,quàm restitutionis est certitudo; non sic in commodato,& deposito,ubi nõ debetur genus, sed species, quę extingui potest & perire, qua perempta, quod petitur, certum non est,ut per Fulgos.& alios in d.l.certi conditio.

Prędicta communis solutio confunditur per aliam communem concluſ. quæ habet, quòd significatio uerbi certum, restringitur ad mutuum, ut per glo. ff.& in rubr.C. eo. Si cer.peta. & latè dicetur. ff. in glo. in 2. parte primę partis principalis, ergo cõtra prędictam solutionem Doct. quæ vult, uerba illa Si cer.pe.capi, & intelligi in omni certo, quę certitudo maximè conueniat in mutuo. ideo ego credo, quòd dixerit potius Si cer.pet. quàm Si mutuum petatur, euphoniæ gratia, quia elegantius sonat,ut aures iudicare possunt. & quum mutuum omni respectu certum sit,(ut dixi) uoluit potius eo sermone uti.& quòd Iurisconsul. rationem habeat

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeat euphonię & uocis verbi ac elegantiæ, est tex.in l.diem functo,vbi notaui.ſ.de of.assess. Cur aũt à mutuo incœperit Iurisconsul. quum emptionis,& venditionis contractus frequentior sit, dotis & matrimonij fauorabilibus,dicam.ĩ.

37 Nona quæstio † de legante alicui omnia debita sua,quomodo intelligatur tale legatũ.Bal.in rubr. C.de reb.cred.exponit,interpretatur,& intelligit.i. credita,& sic æs suum,non alienum, vt res potius valeat,quàm pereat. iuribus uulgar. & sequuntur Mod.& hoc indubitatum est.

38 Sed quid si legata essent debita & credita, † pro ut uidi aliàs, quum facta sit mẽtio de creditis in specie? si exponeretur,ut facit Bal.loco præalleg. legatum de debitis superfluum redderetur,& nihil operaretur, contra mentem legantis, & iura uulg. eapropter crederem prædictum legatum sic intelligendum,& capiendum esse: lego credita & debita .i.ea lege, & pacto, ut soluat debita. Et ista uidetur mens testatoris secundũ communẽ sensum, & intelligentiã,quæ mens & uoluntas testatoris attendi debet magis quàm verba. l. cũ mirũ. C. de fideicõ. l.in conditionibus. ĩ.de cõdi.& demon. l. cum de lanionis.§.j. ĩ.de fund. instruc. & ita aliàs respondi.de debitis uerò & creditis facit mentionem tex. in l.planè.ſ.fam.hercis.in sensum prædictum.

Decima et ultima quęstio,quomodo diffiniatur mutuum,de quo est presens tractatus: dicam in §. appellata, in fine, vbi tradam nouam & pulchram diffinitionem mutui naturalis.

Glo.prima diuiditur,& subdiuiditur, ut hic per
39 Iaſ.continuationẽ gl. sequuntur & probant † Bar. & cõmuniter Doct.secundũ Deci.Iaſ. Mod. Taur. & alios, contra quàm continuationem plura obstant, & refragantur,quæ vt clarè & ordinatè procedamus, per enucleationem septem difficultatum aperiemus.

In primis,titulus qui sequitur,debet specialiter applicari ad præcedentem,& pręcedens speciali aliquo respectu sequẽtem postulat.l.2.ſ.de ſta. hom. dixi latius in rubr.ff.de reg. iur. sed hęc continuatio non fit ad proxima,sed ad remota,ad tit. uidelicet de rei uend.ualde remotum, quum inter illum & hunc,sex libri intercedant, quomodo ergo inter distantia, & adeò remota potest cadere cõtinuatio, idest concatenatio & coniunctio?

Moder.omnes sustinentes continuationem glo. respon. quòd hic sumus in principio libri, ubi toleratur continuatio ad remota, ut per glo. in rubr. ĩ.de condi. fur. sed iam procedit, vbi fit ad librum præcedentem, licèt non fiat ad rubr. immediatè pręcedentem; quia à libro partiali ad librum proximum permissa legitur, ut instit.de oblig. quę ex delic.in principio facit.l.j. in prin. ĩ. ad trebel. sed ad librum distantem ac remotum, prout contingeret in continuatione glo. nostrę non legitur permissa,immo medium impertinens impediret coniunctionem istorum extremorum: id quod etiam ratione naturali firmatur. malè ergo loquitur glo. prealleg.rubr.de condi.furt.continuando primam rubr.libri partialis,non ad librum proximè pręcedentem, sed ad rubr. particularem pręcedentis libri remotam: quę continuatio iure non probatur,
40 † & impeditur propter medium impertinens extrema coniungi impediens.l. duos reos. §. fina. ff. de duob.reis.l.j. si tab. test.nul.exta. Et sic potest malè defendi continuatio glo.quũ non fiat ad titulũ pręcedentẽ,nec ad librum proximum, sed ad ualde remota, ita ꝙ hoc, locum continuationis non posset dici tenere,nec remota adeò coniungere.

Secũda difficultas,persona est nobilissima creaturarum,& dignior cunctis rebus, iuribus nulga. ideo actiones personales ratione subiecti,& personæ obligatæ, † digniores sunt realibus, etgo de ipsis personalibus tanquàm dignioribus uidendum & tractandum prius erat quum digniora proponenda,& pręmittenda sint.l.j. ĩ. de alb.scrib. l. 2. C.ut dignit.ordo seruetur.lib.12. solu. reales dici possunt digniores, quia firmiores, ut hîc per Socin. & Iaſ.ac Mod.Mediol.post Paul.& Alex.actio.n.personalis contra personam obligatam, uel hæredem tantùm datur, realis contra quemcumque possessorem, quia si res mea per mille manus transierit, semper contra possessorem actio mihi competeret, secundum præfatos. Deci. hîc in j.lect. improbat, Moder. Taur. corroborant considerationem Decii, quòd reales actiones fortiores sint personalibus, & tamen transeunt cum continuatione glo. sed debebant respon.motius Decii.Cur.col.4. negat personales digniores esse realibus, quum omnes competant personis tàm reales, quam personales, & sic idem est semper subiectum, quo stante, coniuncto quòd reales firmiores sint, & eodem tempore inuentę,quicquid dicat Deci.conueniens fuit prius de illis tractare, secus quando à personis non penitus distinguimus.

Quæ solutio nõ uidetur procedere, quia & si ita competant personæ,reales,uti personales, tñ personales dantur contra personam,quę est obligata,reales ad rem,nec personã tenẽt.§.j.instit. de actio. cũ similib. Sicq; uerum non est, ꝙ sit idem subiectũ, immo diuersa,licèt omnes competant personę, & contra personam dentur,tamen primæ scilicet reales, non habent personam obligatam quemadmodum personales,ideo non dicitur esse idẽ subiectũ; immo subiectum personalĩ dignius est subiecto realium, persona uidelicet rebus, ergo personales digniores,quũ subiectum dignius rem digniorem censeri faciat,ut hic per Deci.in prima lectura.Rip. in 3.col.defendendo solu.Pau.Alex.& prealleg.torum, respondet, actiones reales iccirco fuisse pręmissas, non tantùm, quia firmiores, sed ueluti habentes latiores habenas, & maiorẽ uirtutem, quũ sequantur possessorem ubique: ea enim digniora censentur, quę maiorem habent uirtutem uel iurisdictionem, ut per eum. Quę solutio parum sapit, quia licèt habens maiorem & latiorem iurisdictionem dignior dici possit, malè infertur ad rem inanimatam,ꝙ dici debeat dignior alia,eò quòd latius pateat,quum ex separatis malè inferatur.

Secundò, quia licèt realis ambulet cum ipsa re eaq; comitetur,& possessorem semper sequatur,ut
42 dicunt prefati, † in potestate tamen possessoris est, ne secum agi possit,si rem alienauerit.l.communis seruus.

seruus.§.cum agerem, suprà commu. diuid.l.unic.C.de alien. iud. mu.causa fac.fraude scilicet cessante,ut ibi, secus in personalibus, quæ sunt adeò ossibus nostris infixę, ut nequeant separari, & sequantur obligatum quocunque uadat,ueluti lepra leprosum.l.quis ergo casus.ĩ.de pecul. l.3. cũ glo. ĩ.pro soci.prætereà, quòd personales sint digniores realibus, indubitati iuris est, per prædicta, & hic accumulata per Deci.& Curt.

43 Sed miror, † ꝙ Paul. Alex. Iaſ. & communiter scriben.in hoc se torqueant, quum tale argumentum nõ ualeat obolum, etiã ꝙ personales digniores sint realibus;nec bene propterea infertur, ꝙ malè fuisset hîc posita ista rubr. de personalibus tractãs, quia in compilatione iuris Cęsarei, & Pontificij nõ fuit habita consideratio ad dignitatem,nec ad præmittẽdum digniora in ordine tituli, & rubr. sed ad connectendum aptè materias, vt voluit Iurisconsul. in d.l.3.de ſta.hom. patet in primo libro.C.vbi ponũtur rubr.De hęret.De Iudę. De Paga. posteà De summis magistr. De aduoc. fisci & simil. dignioribus sine dubio præfatis insamibus personis,de quibus tamẽ primò tractatum fuit. Et in Decretalibus tractatum primò fuit De corpore vitiatis, De bigamis,De offi.sacristæ.De officio custodis. De pecul. cler.posteà De bapt.De Eucharist. De reliq. San.& sic de dignioribus posteà:& consequenter apparet in ordinandis rubricis,& titulis non fuisse curę legislatori collocare digniora antea, & in primis locis, sed connectere bene materias tractandas; ideo quandoque à nobiliori incæperunt,aliquando à ve tustiori, sæpe alium habuerunt respectum in compilatione,prout compilatoribus melius conuenire visum fuit,vt etiam dixi in rubr. ĩ.de reg. iur.

Vana igitur fuit hęc scribentium acerrima contentio, an personales actiones digniores sint realibus,vel ne in proposito nostro;quia licèt ita sit,hoc non facit nec infert,quòd malè de eis sit tractatum posteriori loco, & prędicta.

44 Tertia difficultas, † quia, si Cópilatores uoluissent tractare de actibus secundum ordinem prædictum,tractassent primò de realibus, secundò de personalibus,posteà de mixtis,non autem de mixtis,vt fecerunt antequàm de personalibus, quia ut hic dicunt Deci. & alij Moder. conueniens est tractare prius de simplicibus, quàm de mixtis.§.j.iuncto.§.quædam. instit. de actio. & in.C.communia de iudi.cõmunia de lega. & communia de succeſſ. iunctis præcedentibus titulis. nam & secundũ naturam prius sunt in esse producta simplicia, quàm mixta. Abba.in c.j.col. 4. de sum. Trinit. Ad hanc tñ difficultatẽ, defendendo cõtinuationem gl. potest respõ.fuisse.ſ.prius tractatũ de mixtis, &.ſ.positos titulos de mixtis, quia melius conueniebant propter naturã iudiciorũ, de quibus ibi tractatur, vt hic per Mod.Tau.col.2.vel aliter, vt hic per Rip. col.3.ꝙ dictæ actiones mixtę magis deseruiunt realibus,quàm personalibus, quũ principaliter & regulariter sequantur rem,propterea ad exẽplum realium dari dicuntur,vt cum glo. ĩ.dicemus: iccirco eo respectu immediatè post tract. realium de illis dictum fuisse. Et sic consideratis diuersis respectibus Imperator, & Cópilatores Pãdectarũ bene fecerũt. Imperator quidẽ in instit. & C. tractando prius de simplicibus,q̃ de mixtis,quũ simplicia prius sint,et ex simplicibus fiãt mixta.hîc sub alia cõsideratione, de qua suprà rectè fecit;nam vt ſ.diximus,intentio principalis fuit, materias & titulos,(prout res expostulabat) aptè coniungere, & nihil aliud curæ fuisse legislatori.

45 Quarta difficultas Deciorũ hîc, † quia etiam de actionibus personalibus in præcedentibus tractatũ fuit,ut in tit.De dolo, De nego. gest. & ad l. aquil. Respon.Mod.Taur.col.2.& Rip.3.vt per eos. labitur tamen Ripa dicens glo.non negare in præcedẽtibus tractatum fuisse de actionibus personalibus, quæ ex cõtractibus orũtur,quia gl.id negat, si bene ponderetur.Item cõtra ipsorũ solutionẽ facit, quia immo in tit. de dolo. & de nego. gest. tractatur ad longũ & principaliter de actionibus personalibus; & licèt connexitate titulorum & materiarum id factum fuerit, non tamen restat, quin plenè tractauerit ibi de personalibus contra conclus.glo.

Quinta dubitatio est, quòd attenta continuatione gl.debuisset etiam suprà tractari De interdictis, quę sunt in rem scripta. soluite, ut hîc per Mod. Taur.& Rip.in 2.& 3.col.

Sexta difficultas est, circa verba continuationis ipsius gl.ibi,superest uidere de actionibus personalibus, quæ ex contractibus proficiscuntur; quia secundum Bar.de illis prius loquitur,quia digniores sunt descendentibus ex delictis. an hoc uerum sit,
46 & unde id procedat,† Deci. hîc.in 2.col.rationem esse dicit,quia actiones,quæ ex contractibus proficiscuntur, habent uerum consensum,qui non uidetur esse in delictis, ex quibus actiones competũt:& licèt in pœna delicti uideatur adesse aliqualis consensus,nõ est tamen uerus & proprius,secundũ eũ.

Aduertendũ primò, quia in delictis uidetur esse verus & proprius cõsensus.l.fin.ibi,nisi maluerint grauissima seueritate coërceri.C.de col.fund. patr. lib.11.vbi Ang.notat.Iaſ.& Aquens.in.l.ex hoc iure,in ult. col.ſ.de iust. & iur. Io.Crot. in rep.l.si is qui ꝓ emptore,in 4. quęstione principali. Bar. col. 34.ĩ.de vsucap.& Deci.hîc in 3. lect.col.5.per tex. l.Imperatores,infrà de iu.fisci. Secũdò aduertendũ quia esto, ꝙ nõ esset verus, & proprius cõsensus in pœna delicti,cõsensus tñ est, quia voluntas coacta, voluntas est.l.si mulier.§.si metu. el.ij.suprà quod met.causa.ideo malè uidetur inferri ad maioritatem dignitatis prouenientem magis ex consensu spontaneo,quàm ex consensu coacto;nec qualitas cõsensus maiorem dignitatẽ arguit vel infert.prętereà,vt dixi suprà,inepta est consideratio doctorum de dignioribus præferendis in ordine rub.prętereà Deci.in ij.lectur.dicebat, prius fuisse tractandum de accusationib. & descendentibus ex delicto, quum hoc respiciat publicam utilitatem, ut delicta puniantur,iuxta.l.ita uulneratus, suprà ad.l. aquil.quæ quidem publica utilitas prætertur priuatæ.l.utilitas.C.de primipil.lib.12. Aucten.res quę. C.communia de lega.etiam quia in delictis de maiori prę-
iudicio tractari uidetur. argu.l.in seruorum.ff.de pen. ideo conuuationem gl. non esse bonam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respō.pōt secundum aliquos,ꝙ in contractibus, & actionibus ex illis descendētibus, nō solùm inest priuata utilitas,sed etiā publica secundariò, quum interſit Reipubl.habere ſubditos diuites: in delicti adeſt publica tantum, ergo illæ digniores ſunt. Et licèt agatur de maiori prejudicio in delictis, hoc nō infert,debuiſſe prēmitti tāquam digniora,ſed bene fuiſſe cautius ꝓcedēdum c.ubi periculū de ele.li.6.

Sed hæc,nugę merę ſunt,quia ſola utilitas publica uidebatur ſufficiens, ut de illis prius haberetur rō,nō dico reſpectu dignitatis,ſed quia vtilitas publica debet præcedere priuatā, hoc tñ inſpecto & conſiderato, reprehēderetur legiſlator de ineptitudine ordinis & cōpoſitionis Rubr.ideo reſpōde aliter ex his,quæ.s̄.diximus,ꝙ in ordinatione titulorū non fuerunt cōſiderata,quę eſſent digniora,nec habita conſideratio ad prēcedentiam,aut prēferentiam: & ſic quòd cōcernentia publicā vtilitatē prēponi debuerint,ſed ad congruè applicādū,et cōiungēdū titulos & materias. Et quia fortiora p̄dominātur de realibus tāquā fortioribus (vt dixi) tractatū primò fuit,inde de p̄ſonalibus actionibus,quę oēs cadunt ſub eadem diffinitione.§.j.cū ibi no. inſt. de actio.inter quas actiones non fuit poſitus tit.de accuſ. continens materiam diuerſam penitus.

47 Septima difficultas,† quia non uidetur uerū ꝙ actiones reales fortiores ſint perſonalibus,quæ tollūtur ſpatio triginta annorū tantū, iuribus vulg. & tñ rei vendicatio tollitur prēſcriptione decē vel viginti annorū,vt.C.de prāſcr.lon.tem.Cur.hīc in 4.col.reſpon.vt per eum.Balb.Tau.in trac.prēſcri. fol.31.& Mod. de Fano in trac. de pig.fol.54.cum ſequēti hanc materiā plenius tāgunt. & quicquid hīc dicat Cur.verum eſt,requiri maius & lōgius tēpus ad tollēdum actiones p̄ſonales,quā reales, iuribus præall. & rōnem ſtatim videbitis.& caſus de hypotheca per Cur.conſideratus,eſt caſus ſpecialis ſecundū prēfatos doc.& reſponſio Cur.hīc reprehēditur à quibuſdā non adducētibus p̄dicta.& proueritate licèt reſpectu præſcriptionis titius tollantur actiones reales,quā actiōes perſonales,p rōnes doc.in materia p̄ſcriptionis cur maius tēpus ſtatutum fuerit in p̄ſcriptiōe actionum p̄ſonalium,quā realiū,tñ abſolutè loquendo,reales fortiores ſunt, ut patet ex effectibus.s̄.à ſcrib.conſideratis. Maius autē tēpus requiritur in præſcriptione p̄ſonalium, vt dictū eſt,quia principaliter inducta fuit pp negligentiā nō petentis,& in illius odiū,ideo dicitur odioſa, & lex exigit longius tēpus, alia verò mixta eſt currēs partim fauore poſſidentis,partim negligentia & odio non petentis,ideo minus tempus requiritur.l.fi.cū ibi no.C.de edic.diui.Adr.toll.& Ang.Are.inſtit.de vſucap.in prin.col.3.& ſic prē-
48 dicta facilè tollūtur.†Sed quę diximus ī prima difficultate & in quarta tolli nequeunt, nec cōtinuatio gl.ab illis defendi.Paul.de Caſ.& Dec.hīc in 3. lec.ac Cur.in vlt.col.ſequuntur cōtinuatione, quā Imperator feciſſe videtur in.§.nos verò, cū ſeq. in proœ.digeſt.& in l.2.col.2.de vet.iu.enucl.ſed illā dānaui in rub.de reg.iur.prētereà eſt cōtra tex.in d. l.2.de ſtat.hom.ibi, ꝓximos &c. eſt igitur neceſſaria cōtinuatio tituli ad tit.vel de libro,& ſic nō ſufficit illā facere de parte diuiſiua operis ad aliā partē:videtur igitur,ꝙ non ſit recedendū à continuatione,quam ego poſui in d. rubri.de regu.iur.

Retenta tñ cōtinuatione gl.& cōi, plures notabiles,& arduæ difficultates tāguntur hīc p doc. effundētes plura q̄ expediret. Nec ad materiā quā Iuriſ. hīc ꝓpoſuit,multū pertinentia, remq; abſurdā abſurdiorē reddidit Bar.in l.j.ff.eo.volens.n.ſe bonū practicū oſtēdere,plura cōgeſſit, ſtudio camerario potius ſcribenda,q̄ in ſcholis legēda,& in cathedra
49 exponenda.†hocq; eſt in cauſa Auditores dilectiſſimi cur hodiernis tpibus ita exiguus proceſſus in ſcholis nr̄is fiat,propter cōgreſſus & diſputationes in hoc prin.ſtudij neceſſarias oportebit articulos à ſcribentibus communiter examinatos tangere, in eisq; & nos inſiſtere,paucioribus tñ q̄ fieri poterit, id agemus:ſed abſolutis lectiōibus iſtius principij, aliā viā tenebimus,& maiorē proceſſum faciemus.

Pro intelligentia & declaratione terminorum,
50 †videndum eſt,quæ ſunt actiones reales, quæ perſonales,quæ mixtæ ſeu habentes mixtam naturam, quæ in rem ſcriptæ, & quare hę actiones mixtę, & in rem ſcriptæ dicantur dari ad inſtar realiū. Alex. hīc tangit,& latius Iaſ.inſtit.de actio. in.§.j.& in.§. Quædā hac. Quæ ſint actiones reales, quæ dantur tàm pro rebus corporalibus,quàm pro incorporalibus,quę perſonales, & cur ſic dicatur, in prōptu eſt ſcire, & hīc declarant Alex.Iaſ.Mod.Taur.& Ripa in j. char.Iaſ.& alij in d.§.j.vbi eſt tex. principalis,differuntq; inter ſe origine,natura,& effectu,ſecundum prēfatos,& perſonalis obligationem præſupponit,realis nullā penitus d.§.j.& l.j.in fi. cum gl.in verbo vi tamen ipſa.ff.de interdic. ſecundum omnes.Actiones perſonales in rem ſcriptę hę ſunt, actio ad exhiben.l.3.§.eſt autem.cum gl.s̄.ad exhiben.vbi dicitur,eam eſſe perſonalem, competentē ei,qui in rem acturus eſt:& cōſequenter eſt in rem ſcripta,vt ibi p glo.& pariter actio quod met. cauſ. ſequitur enim poſſeſſorem reſpectu propietatis.l. merum,la.2.§.animaduertendū.s̄.quod met. cauſ.

Ad deciſionem eiuſdem Bar. ibi & ad argumentum, quod uerba accipiantur potius in genere,
90 quàm in ſpecie,† reſpond.Hercul.loco prælleg. poſt Abba.id procedere in materia odioſa uel reſtringibili, ſecus in materia fauorabili uel indifferenti, prout in propoſito noſtro,ut ibi per eum,& per Dec.in rubr.de proba.col.11.& in c.licèt cauſam,col.j.eodem tit.& Mod.Portuga.in repe.l.Imperium,col.10.de iuriſd.om.iud. ubi concludunt quòd princeps donans alicui iuriſdictionem, intelligitur donaſſe in genere, & ſic merum & mixtum imperium;non ſimplicem iuriſdictionem tantùm, quum materia fauorabilis ſit,& latè interpretanda

l.fin.

l.fin.ſuprà de conſtit.princip.

91 Circa tertium articulum, † Ang.in d. rub. ſol. matr.tenet, quòd ſtatuta loquentia de petente habeant locũ in repetente, quia genus propriè cõprehendit ſuas ſpecies,ut ſuprà dictũ eſt.Imol.ibi contrariũ uoluit,quia fauorabilior eſt cauſa repetitionis,quàm petitionis.l.cum fundus, in prin. infrà. eo.confirmat Aret.ibi in 3.col.quia repetens quodammodo ſpoliatus dicitur re, quã repetit; vnde, quum non ſit eadẽ ratio in dictis caſibus, non erit idẽ ius:& quia ſtatuta de ſoluenda gabella,vel de faciendo compromiſſum,non reſpiciunt inchoationem iudicij, ſed ius ipſum, quod in iudiciũ deducitur,quale ſit:& hoc conſiderato,verbũ peto,non eſt genus, ſed ſpecies à uerbo repetere diſtincta.l. uerbum reddendi,de uerb.ſigni.l.cum pater. §.fidei,de lega 2.ergo non debet grauari actor in exẽplis. ff. poſitis aut ſimilibus, ut grauatur petendo. Alex.in d. rub. col. 4.arguebat pro opin.Imolæ, quia ſtatutum loquens de faciente,non habet locũ in reficiente.§.ædificare,ſuprà alleg. & uerba ſunt intelligenda potius in ſpecie,quàm in genere. d.l. hoc legatum, ergo non comprehendat repetẽtem.

Concordando tamen opiniones poſteà diſtinguit inter odioſa,& fauorabilia, ac inter materiam largè vel ſtrictè interpretandã: & per conſequẽs in ſtatuto de compromiſſo tenet cũ Ang.in ſtatuto de gabella ſoluenda tenet oppoſ.ut ibi latius per eum. Fel.in c.& ſi clerici in 7.col.de iudi. ſequitur ſimpliciter Ang. prout etiam facit Ripa hîc in fi. & in rub.ſol.matr.col. 9. quia uerbũ petere in dictis ſtatutis reſpicit actũ,qui fit in iudicio,qui propriè petitio eſt:ideo,quũ verba conueniant, debet ſimiliter conuenire diſpoſitio.l.4.§.toties ff.de dam.infec.Aret.tamẽ ibi(ut.ff.retuli)contrarium tenuit. Nec obſtat.q̃ in materia odioſa vel reſtringibili fieri debeat ſtricta interpretatio,quia per hoc non ſequitur,quod debeamus recedere à proprietate uocabuli,& dicere,q̃ ſpecies non cõprehendatur ſub genere:verum enim eſt,q̃ non debemus facere extenſionẽ ultra quàm loquatur ſtatutũ,nó q̃ reſtringere debeamus propriã ſignificationem uocabuli, ut per Imol.in l.ſi uerò.§.de uiro,col.3.ff.ſolu.matri.facit.l.poſtquàm liti.C.de pac.&.l.cum lege,cũ ibi no.ff.de teſt.& conſequenter uidetur,diſtinctionem Alex.non procedere, quum non tractetur de extenſione,quę prohibita eſt in odioſis,& in materia reſtringibili, ſed tractetur de incluſione, quę procedit ſecundum proprietatem uocabuli,ut per Hercula.loco prealleg.ad fi.19.col.

Sed non eſt recedẽdum à diſtinctione Alex.quã ſequuntur ibidem Aquenſ.in 3. col. & Hercula. 20. & prius Socin. in l. prima in utraque lectura in primis colum. infrà. de vulg. & pupill. intelli-
92 gendo ſecundum declarationem infraſcriptam. Nam,ut ſcriben.præfati aiunt,quędam ſunt nomine generis,ita quòd non ſpecierum ſub illo genere contentarum,quæ ſpecies habent diſtincta & ſeparata nomina,prout animal,quod eſt nomẽ generis tantùm,homo enim equus,et aſinus ſpecies animalis,alia diſtincta nomina tenent.in his terminis procedit, quòd dictum eſt de ſtatuto generaliter loquente, intelligendo in quacunque materia loquatur:nec fiat reſtrictio ad aliquam ſpeciem, niſi ſubeſſet ratio intelligendi magis de una ſpecie,quàm de alia.argumento eorum quæ ſcribit Bar.ff.de iuſti.& iur.in l.omnes populi, dum tractat de indiffinita in ſtatutis.quędã ſunt quę habent nomen generis,& nomen ſpeciei ſub genere contentæ,ut eſt adoptio,quę in genere ſumpta cõprehendit arrogationẽ & adoptionẽ in ſpecie l.j.& 2.ff.de adopt. itẽ certi cõdictio quę capitur in genere,et in ſpecie d.l. certi cõdictio. Et in iſtis ſe habentibus quãtùm ad nomẽ,ad genus,& ad ſpeciẽ, in materia largè interpretanda accipiendũ eſt in genere:ſi uerò ſit ſtrictè intelligenda, accipi debebit in ſpecie.per.c.Rodulphus,cũ ibi not.per Abba.in j.col.de reſcrip. ut ibi per eos.& quicquid ibi contra Abba.dicat Barb.eſt receptior ſententia,ut ibi per Felin.col.5.& 6. facit quod dixi ſuprà de iuriſdictione,quę in materia largè intelligẽda capitur in genere, & cõprehenditur imperiũ in ſpecie;ſecus in materia ſtrictè intelligenda uel in odioſa. Non eſt igitur mirũ, ſi in materia ſtrictè interpretãda,uerba quæ reperiuntur habere nomen generis,& nomen ſpeciei accipiũtur potius in ſpecie, q̃ in genere, per uulg. regulã.l.cũ quidã, de liber.& poſthum.&.c.odia,de reg.iur.in 6.facit tex.in d.l.hoc legatum,cũ ſuprà allegatis. Et ſecundum prædictã declarationẽ procedit & intelligi debet prędicta diſtinctio Alex. & communis ſecundũ
93 quã declarationẽ dicendum erit,q̃ ſtatutũ loquens de ſoluenda gabella pro petitione,habebit locũ etiã in repetitione,quicquid dixerit Alex. Eſt autem notandum, quòd ſtatutum de ſoluenda gabella pro petitione,locum non habet in repetitione actus, ſi ue petitione iterata; quia præſumendum non eſt, ſtatuentes uoluiſſe grauare agentem duplici onere gabellæ.arg. l.Titia,in §. qui in uita.de leg.2. ut per Ripam in d.rub.ſol.matr.col.9. quod eſt dubium, quia alia gabella non ſoluitur pro eodem actu, ſed pro alio,& diuerſa re,ergo ſoluenda,ſicuti quando ſoluitur de libello ex diſpoſitione ſtatuti,& fit additio ex cauſa noua; ſoluenda eſt enim gabella de nouo,quum ſit nouus libellus,ut per Bart.& alios. in Lius Ciuile.ff.de iuſt.& iur.Firm.in tract.de gabell. ad finem quintæ partis principalis, & per omnes ſcriben.in Ledita, in materia emendationis libelli. C. de edend. imputandumque eſt parti, ſi inſtantiam labi paſſa ſit, uel non fuerit proſecuta cauſam primò inſtitutam.

Poſtremò Bar.circa uerbum repetatur, ſecundum expoſitionem glo. ſubiungit illam non proce
94 dere † in mutuo ciuili, de quo in §.fin.l.2. ff.eod. ubi uidendum eſt,quod in 5. col. ſcribit Deci. de confitente habuiſſe ex cauſa mutui: quaſi uelit hic Bar. quòd ex quo non apparet realiter rem interuenisſe,agentem ad tale mutuum, petere magis dici, quàm repetere. Alex.& Iaſ.hic poſt Bal. & Fulgoſ. damnant Bart. quia etiam in mutuo ciuili attenta fictione cenſetur repetitio,quum poſt biennium fingatur,numerationem præcedere l.cum ultra.& l.in contractibus.C.de non num.pecu. unde, quũ ſecundum interpretationem legis cenſeatur datũ, ſequitur ita eſſe hoc caſu repetitionem quemadmodum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum in primo, qñ mutuum realiter fuit datum. Mod. Tau. hîc in ult. col. defendunt Bar. postmodũ videntur recedere, effundentes plura, de quibus parum curandum est. dum. n. primò dicunt Alex. & alios loqui realiter considerata, quàm faciat Bar. à ueritate est alienum, quum ad verbum referant dicta Bar. & damnent. Secundò, inquantùm improbant Alex. ea ratione, q̃ si fingitur eadẽ res, illa eadem non posset repeti. l. 2. ff. eo. Nã respondetur, q̃ est confirmatio, quia idem in specie repeti nõ potest, vel in genere. d. l. 2. in prin. sed propter functionem idem repeti censetur.

Considera, si Bar. saluari possit in mutuo ciuili ante lapsum biennij, quo tẽpore nõ fingitur numerationẽ præcessisse, sed opponi põt exceptio nõ numeratæ pecuniæ, iuribus prælleg. & insti. de litter. obli. quum ergo isto casu nõ appareat, numerationẽ præcessisse, nec lex fingat, erit potius petitio, quã repetitio. Nihilominus attenta petitione mutui, de qua petitione sermo est, petens asserit semper dedisse & tradidisse, ergo respectu petentis dicenda potius erit repetitio, quàm petitio.

De mutuo uerò ciuili plura tradũt Bar. & Doc. in §. fi. l. 2. ff. eod. & in §. appellata, ubi dicetur. & per ista in sex lectionibus remanet vtiliter absolute rub. nostra.

SVMMARIVM.

1 *Vlpianus quantus uir fuerit, & quantæ auctoritatis.*
2 *Prætor quem ordinem secutus fuerit in edictis.*
3 *Compilatores ffor̃ qui fuerint, & quem ordinẽ secuti.*
4 *Titulus. Si cer. pe. fraternizat in titulo de uerbor. ideo obl. cum leguntur eodem tempore in scholis.*
5 *Cognitionem generis debere præcedere cognitionem speciei rum, an probetur hic. & nu. 80.*
6 *Præsuppositum uerificandum est, ad hoc ut lex præsupponens locum habeat.*
7 *Verba intelliguntur secundum subiectam materiam, & ut necessitatem importent, quæ uoluntatis esse uidebantur.*
8 *Conclusio ex præmissis sequi debet.*
9 *Diuisio istius. l. primæ cum summario & figuratione casus.*
10 *Prætor fecit rub. ipsam De rebus creditis, edicta de cõstituta pecunia, commodato, & deposito.*
11 *Doctores legentes, aliter iuuenibus, aliter prouectis loqui debent: & pro qualitate Auditorum doctrinam suam spargere, & à chimeris abstinere.*
12 *Tex. istius l. primæ in princip. quomodo stare debeat, & quæ sit receptior. lectio. & nu. 73.*
13 *Tex. iste in uersi. ante quam ad uerborum interpretationem, quomodo intelligatur.*
14 *Titulus quid importet, & quam significationem habeat, maximè in proposito nostri tex.*
15 *Rubrica unde appellata sit, & pro lege quandoque ponitur.*
16 *Prætor sub hoc titulo non cõprehendit fideiussionem & stipulationem, sed bene sub appellatione credendi.*
17 *Credendi appellatio generalis est.*
18 *Pignoris contractus non continetur sub hoc titulo, ac parte de rebus, sed bene pignoratitia actio. & tex. aliter declaratur.*
19 *Actiones an sint de iure ciuili inuentione, uel forma. ibidem.*
19 *Tex. istius l. primæ in uersi. nã cuicunq; rei. declaratur. & tex. in uerbo mox recepturi. declaratur nu. 20.*
21 *Rubrica debet esse generalis ad nigrum aliquando tamen generalior est. & nu. seq.*
22 *Lex debet intelligi secundum naturam tituli sub quo situata est.*
Ordo doctrinæ non est semper à generalibus incipere. ibidem.
23 *Legis principium quãdo est generale per modum regulæ, non restringitur à casu speciali subsequenti.*
24 *Rub. generalis seu generalior nigro, utrum restringatur per nigrum speciale sequens, et quando rub. possit per tex. allegari ad decisionem causarũ: & plura alia in hac materia. & nu. seq.*
Tex. l. unicæ. C. de capit. ci. cen. exhim. lib. 11. declaratur ibidem, & nu. 29.
26 *Tex. l. unicæ. C. ne Christian. mancip. declaratur. & num. 30.*
27 *Agentis intentio ex uerbis colligitur.*
28 *Tex. l. in testamento, la. 1. De cond. & demo. declaratur & exornatur. & nu. 32.*
31 *Superfluitas in l. uel statuto omnino est uitanda.*
34 *Statutum pœnam imponens secundum formam statuti antiqui locum habet, quamuis antiquum statutum non reperiatur.*
35 *Tex. in auct. ut Ecclesia Roma. declaratur. & nu. 39. cum seq.*
36 *Rub. uerba ambigua recipiunt declarationem à nigro.*
37 *Nigrum generale an restringatur per rubr. specialiter loquentem. & num. seq.*
38 *Proœmium declarat sequentia, & an lex generaliter loquens, sit semper generaliter intelligenda. et nu. seq.*
39 *Tex. l. de precio. ff. de public. declaratur.*
40 *Nigro potius quã rubro tanquam magis deliberato, et posteriori standum est.*
41 *Statutũ si generaliter excludat filiam à successione stantibus masculis in rub. posteà in nigro excludatur ab hæreditate matris, an censeatur generaliter illã excludere etiam ab hæreditate patris propter generalitatem rub. & nu. seq.*
42 *Generalis loquutio dicitur quid perfectum.*
44 *Statutum cõtra ius cõe licèt strictè intelligi debeat, an tunc recipiat declarationem ab ipso iure communi.*
45 *Testatorem uoluisse, non sufficit, nisi disposuerit.*
46 *Rubrica habẽs orationẽ omnino perfectã allegabilis est ad decisionẽ causarũ, secus quando nõ habet orationẽ omnino perfectam, & quando hoc esse dicatur, & quomodo argui tunc ex ea possit. & nu. seq.*
47 *Arguere ex uerbis rub. & ordine earum an & quomodo licitum sit. & nu. seq.*
Argumentum ab ordine an & quando ualidum. ibid.
49 *Rubr. etiam non habens orationem perfectam allegari potest multipliciter.*
50 *Euidentialia seu præfationes præmitti debent per interpretes & nu. seq.*
Doctores, qui omnia ponunt in euidentialibus malè faciunt, & similiter qui nihil præmittũt ad declarationem sequentium; & eodem modo doct. nostri temporis gaudentes implere chartas allegationibus confutiorum.

siliorum. ibidem.
Allegantes maria & montes, non sunt laude digni. ibidem, quando sunt uulg.
51 *Iurisconsulti paucis semper contenti fuere, et nunquàm uerbosi. & nu. sequent.*
52 *Paucis agunt prudentes, ideo dicebat Bal. sufficere allegare unam bonam legem, quod notatur contra allegantes sextentum. ll. ad propositũ parũ facientes.*
53 *Prolixitas nauseam generat, omnino fugienda.*
54 *Iurisconsulti non utuntur syllogismis integris ut plurimum: sed concisis.*
Argumenta Iurisconsultorum concisa sunt. ibidem.
55 *Allegandi modum qualem tenere debeamus.*
57 *Argumentum ab auctoritate Iurisconsultorum, & Doctorum an & quomodo procedat, & subsistat.*
Doctoris auctoritas probabilis est, nõ necessaria. ibidẽ.
58 *Rei uerbum generale est ad iura, causas, & actiones. et an comprehendat hominem tam liberum, quàm seruum. & nu. sequ. ubi materia hæc pleniè declaratur.*
59 *Serui à iure ponũtur et cõnumerãtur iter quadrupedes.*
60 *Homo appellatione rei continetur, nisi de mente disponentis aliud esse appareat. & nu. seq.*
61 *Gabella an sit soluenda de homine libero stante statuto quòd soluatur de qualibet re.*
63 *Legatum rerum mearum, uel bonorum meorum, uel donatio de prædictis, an cõprehẽdat iura et actiones.*
65 *Bonorum appellatione an & quando contineantur iura & actiones.*
65 *Tex. l. fi. de usufr. lega. declaratur.*
66 *Feudalia an ueniant & comprehẽdantur sub appellatione rerum uel bonorum. & nu. seq.*
Feudalia in concessione, obligatione, uel dispositione generali, quando ueniant aut transeant. ibidem.
67 *Tex. §. in generali, in tit. Si de feu. fu. contro. declaratur.*
69 *Feudorum plures sunt species, & solùm illa quæ faciunt nobilem sunt maioris æstimationis, de quibus uide 161. & nu. sequen.*
75 *Testis deponens extra articulum uel capitulum, an & quando probet. & nu. sequ.*
Impertinentia non dicuntur connexa, & dependentia, & ad causam modicum facientia. ibidem.
76 *Testis hodie secundũ practicam iurat dicere & deponere ueritatem super articulis, et tota causa: quæ practica ualde utilis est.*
77 *Ex re esse dicuntur, quæ sunt ad propositum, & necessaria, ideo literalis expositio & declaratio, quæ est ex re & necessaria, non censetur prohibita, etiam quòd statutum prohibeat uerba statuti glossari.*
78 *Dictio seu præpositio sub, quàm significationẽ habeat.*
79 *Intellectus istius tex. in uerbo sub hoc tit.*
80 *Maior propositio an omittatur per iurisconsultum in lege nostra, uel fuerit posita.*
81 *Cognitionẽ generis debere præcedere cognitionem specierum, cõfert ad plures quæstiones in actu practico.*
Testis examinatus super mutuo, et interrogatus quid sit mutuum, an & quando respondere teneatur, & istud interrogatorium admittendum sit. ibidem cum sequ.
Generis cognitio necessaria est ad cognitionem specierum, et ideo testis deponẽs de mutuo, de mala fama, de notorio, de consuetudine, de institutione hæredis, de homine, de die, de nocte, interrogatus quænam sint prædicta, tenetur respondere quomodo intelligat id de quo deponit. ibidem cum sequentibus.
85 *Glo in l. 1. C. de usur. ornatur. & nu. 85.*
87 *Testis deponens equum esse album, & interrogaretur quid sit albedo, non teneretur respondere.*
88 *Testis an possit super eodem facto sæpius interrogari.*
89 *Testis qui de aliquo nõ debuit interrogari si interrogatus respõdeat, et malè, an dicta eius uitiabitur. et nu. seq.*
90 *Testis qui iam deposuit, Titium, puta, uidisse possidentem fundum, faciendo coli, seminari, aut fructus colligi, aut uidisse mutuari pecuniam alicui præsentibus Gaio & Seio, si postmodum interrogatus de causa scientiæ, quid sit possessio, respondeat nescio, uel quibus præsentibus uiderit mutuari, respõdeat nullis, intelligitur, aliter scilicèt quã suprà deposuit. et n. seq.*
91 *Contrarietas remouenda est per interpretationem in omni materia, si fieri potest.*
92 *Tex. l. unicæ in princ. C. de rei uxo. actio. ornatur.*
95 *Testis iurisperitus interrogatus quid sit mutuum, super eo deponens, non tenetur respondere.*
97 *Physicus deponens de apoplexia, interrogatus quid sit, respondere non tenetur.*
Interrogatoria superflua facienda testibus, resecanda sunt: & plura de materia istorum interrogatoriorum. ibidem cum pluribus sequentibus.
102 *Interrogatorijs non datis, iudex tamen debet diligenter testem examinare, & interrogare.*
103 *Interrogatoria inseri processui causæ ualde utile est.*
104 *Testis interrogatus de causa scientiæ dicti sui, utrum in assignatione rationis recitè omittat maiorem propositionem, & suppleatur à iure.*
Testium materia magis practicabilis est, quàm subtilis, & dicta Bar. hic magis ad ornatum, quàm ad necessariam legis declarationem fuerunt. ibidẽ cũ seq.
105 *Lex hæc prima cur per scribentes nunc tàm longo tempore in publicis studiis absoluatur.*
106 *Vicini qui dicantur, & qui consanguinei. & qui appellatione consanguineorum ueniant. & nu. seq.*
Testis reddens rationem dicti sui scio, quia uicinus, uel consanguineus, an & quando probet. ibidem cum pluribus sequentibus.
109 *Testis deponẽs se scire, Titiũ fecisse talẽ cõtractũ, quia est domesticus eius, & secum cohabitat, non probat. Probatio dubia non releuat probantem. ibidem.*
111 *Tex. l. Octaui, und. cogna. & l. de tutela. C. de restit. in integ. declarantur. & nu. sequenti.*
115 *Testis coniunctus, & uicinus, qui simul non cõuersatur, an præsumatur scire & cognoscere facta coniuncti, & uicini sui. & nu. seq.*
116 *Coniunctus absens, & etiam uicinus, an præsumantur scire facta coniuncti, & uicini.*
117 *Noua & pulchra resolutio data per auctorem in materia prædicta.*
Ignorantia regulariter præsumitur. ibidem.
118 *Doctor debet dare doctrinam per modum magis facilẽ, & non per uiam obscuram, & intricatam.*
119 *Probatio facta per testes deponentes, quia uicini sunt, uel consanguinei, dicitur præsumptiua, & ex ea resultant plures notabiles effectus. & nu. sequ.*
120 *Homicidium fecisse confitẽs ad sui defensionem, illa non probata, an sit decapitandus. & nu. seq.*
122 *Pœna mitior an & quando imponenda sit, ubi ex præsumptiua probatione quis condemnatur. & nu. sequ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

123 Iacobus de Nigris melius fecisset non denigrare papyrum secundum Dec.
125 Dictum Bar.in l.si quis mihi bona.in §.si quis mandauerit,de acq.hær.declaratur.
126 Iudici non censetur clausa manus inquirendi maiorem ueritatem,quàm per probationem testis respondentis se scire,quia uicinus uel consanguineus.
127 Testis dicens equũ appellari palafrenum, debet assignare rationem & qualem,& nu.seq.
128 Testis respondens scire uocẽ,& famã publicã esse, quia sic publicè dicitur,uel quia per ciuitatẽ dicitur, uel quia cõiter dicitur, an & quando probet. & nu.seq.
130 Mors nicini uel consanguinei quomodo probetur per uicinum uel consanguineum.
Testis deponẽs quem esse diuitem,quia uicinus probat, secus si de dominio alicuius fundi uicini deponat.ibidem.& nu. seq.
Dominum rei in specie difficilius probatur,quàm in genere: & quo prædicta probentur, & utrum ex perceptione fructuum probetur. ibid.
134 Testis deponens de sana mente, uel fama alicuius, aut de furore,etiam non interrogatus de causa scientiæ, illam assignare tenetur.
135 Testis regulariter non debet esse uerbosus, nec reddere rationem dicti non interrogatus,nisi in his,quæ iudicio intellectus percipiuntur. & nu.seq.
137 Qualitas extrinseca non præsumitur, sed probanda est.
138 Vicinitas allegata per testem an sit probanda, uel standum assertioni testis.& nu.seq.
140 Testi deponenti facto proprio ad utilitatẽ alterius,plenè creditur.& nu.seq.
Tex.l.quæro,in fine.de ædil.edic.ornatur. ibid.
142 Probatio debet de necessitate concludere.& nu.seq.
143 Præsumptiones iuris dicuntur liquidissimæ probationes.
144 Testis debet deponere per sensum corporeum, aliàs non probat.
145 Fideiussio, & stipulatio,ac tituli de fideiuss. et de uerb. obl.an & quo sub hac parte de rebus cõprehẽdatur.
Tex.istius.l.primæ ibi,sub hoc tit.prætor inseruit &c. declaratur. ibid.
146 Contractus appellatione an ueniat fideiussio,& stipulatio: & an in statuto loquente de contractu prædicta comprehendantur.
149 Stipulatio an dicatur contractus,& ueniat appellatione contractus.& nu.seq.
150 Statutum quòd obligatus ex contractu nõ possit aliena re bona,nisi prius satisfactis creditoribus, an comprehendat fideiussorem.
151 Gabella an sit soluenda per fideiussorem de fideiussione, stante statuto quòd de contractu soluatur gabella.
152 Contractus appellatione, non uenit donatio, nisi ex cõmuni usu loquendi.
153 Argumentum ab auctoritate, an & quando ualidum sit.& nu. seq.
154 Doctoris opi.probabilis tantùm est, non necessaria, & quare.& nu.seq.
156 Populus Romanus solus poterat legem condere, Iurisconsulti uerò de iure respondere,& iura condere.
157 Doctorum opin.communis tenenda est,aliàs iudex facit litem suam,& si sententia non sit nulla, prout quando lato contra casum legis.
158 Doctores,& interpretes adiciendo hodie commentarios ad leges ciuiles. quare excusentur à pœna. & nu. sequen.
Tex.l.primæ in fi.C.de uet.iure enucl.declaratur. ibi.
Licentia glossandi, & interpretandi quæ hodie datur his,qui dignitate doctoratus insigniuntur, quid operetur.ibidem.
Auctoritates diuersorum auctorum probabiles et allegabiles in iudicijs multijugæ sunt. ibid.
162 Approbatio facta in uno dicto,uel capitulo alicuius,an extendatur ad alia capitula eiusdem, & contra eius dicta,approbata censeantur.
163 Sancti alicuius dictum roboratum auctoritate noui,uel ueteris testamenti, an & quando præferatur decisioni legislatoris.& nu.seq.
164 Frater maior i diuisione bonorũ et patrimonij,an teneatur facere partes,et dare electionẽ minori.et nu.seq.
167 Historiarum,chronicorum libris, an quomodo, & inquantùm danda sit fides.
Tex.l.census,de proba.ornatur. ibid.
172 Litteræ de antiquo scriptæ in marmore uel aliqua colũna,an,qũo,et quãdo fidẽ et probationẽ faciãt.et n.seq.
Patronatus ius an probetur per litteras scriptas.in alla qua columna uel marmore antiquo. ibid.
174 Sepulchra quando probentur ad aliquẽ pertinere ex literis ibidem ab antiquo scriptis.
177 Arma seu insignia posita super aliqua domo,an probent dominiũ domus ad illũ spectare, cuius sunt insignia.
178 Arma & insignia dominorum suorum ex contemptu delentes in pœnam cadunt.
179 Arma & insignia rebellium possunt impune deleri.
180 Arma & insignia inimicorum domini,si uasallus facit pingi,priuari potest feudo.
181 Libri qui leguntur,ut auctentici in studijs publicis,probant,ueluti Aristoteles.& Hippocrates, & quomodo hoc intelligatur.& nu.seq.
Tex.l.septimo mense,de fla.hom.declaratur. ibid.
Tex.l.si pater,de solut. pulchrè & noniter declaratur. ibidem.
182 Mulier quinque filios eodem partu potest edere,lex tamen solùm de tribus propter communiter accidentia præsumitur.& nu.seq.
183 Auctoritati Aristotelis, uel aliorum non standum,quando lex contradicit.& nu.seq.
185 Partus à muliere editus an & quando,ac quo tempore dicatur,censeatur,& probetur uitalis.& nu.seq.
Vtilitas partus editi an & quomodo probetur. ibid.
188 Partus legitimus post mortem patris nasci censetur,solùm in decimo mense,non post,& quomodo id intelligatur.& nu.seq.
Natus mense septimo,nono,& decimo uitalis est,secus octauo. ibid.
192 Partus editus uel extractus de utero matris, qui parũ uixit,an rũpat testamentũ,uel faciat deficere fideicõmissum iniunctũ sub conditione,si sine liberis decesserit,uel faciat maritũ lucrari dotẽ tanquã uxore mortua relictis liberis,quibus successerit pater.et n.seq.
193 Partus editus,si uitalis nõ sit,nõ operatur aliquẽ ex prædictis effectibus,et habetur pro nõ nato.et sic nõ dicitur quis cũ liberis decessisse,nisi fuerint uitales. ibi.
Partum fuisse in tali mense,& si in rerum natura certum sit,& sequantur multi effectus, id tamen probari quasi impossibile est.ibid.cum seq.

Tempus

195 Tempus conceptionis latet etiam ipsas mulieres.
198 Partus quamuis editus fuerit organizatus et articulatus, non præsumitur necessariò uitalis, quando statim decessit.& nu. seq.
201 Christi corpus ab instanti conceptionis animatum & articulatum fuit.
Corpus Adam organizatum & perfectum ab instanti creationis in perfectione quantitatis molis, & cur secus de corpore Christi. ibid.
205 Poëtarum auctoritas an & quo allegari possit in iudicijs,& ad decisionem causarum. & nu. seq.
206 Poëtæ & si legantur in studijs, non leguntur tanquàm auctentici,ita ut necessariò probent.
207 Testis rationẽ dicti sui reddens per locũ ab auctoritate,an & quomodo probet.& nu.seq.
208 Statuta an & quãdo sint producenda in iudicio, et similiter aliæ scripturæ publicæ et generales.& nu.seq.
210 Euãgelio nõ esset credendũ,nisi confirmato ab Ecclesia.
211 Notoria,allegatione tantùm egent,non probatione.& nu.sequen.
213 Tex.l.primæ.C.de mand.princip.ornatur.
215 Notarij facientes mentionem in instrumento de alio per eos confecto,non probant. nisi illo alio exhibito.
216 Tenor instrumenti probari potest per testes,sed cũ difficultate.& num.seq.
217 Testis assignans rationem dicti per locũ ab auctoritate priuata ipsius testis,probat.et nu. seq. ubi pulchrè.
219 Testis interrogatus de causa scientiæ, debet illã assignare per unum ex quinque sensibus corporis.
220 Testem implicitè concludere,satis est,& dicta testium adiuuanda sunt,non cauillanda.
Testimonium de auditu alieno,& si regulariter nõ subsistat,aliquibus tamen casibus sic. ibid.
221 Tex.c.licèt ex quadã, de testib.& ornatur.& nu.seq.
224 Credendi appellatio etsi generalis sit, aliquando tamen specialiter ponitur,& ad mutuum refertur.
226 Tex.hic in uers. sub hoc titulo prætor de pignore edixit, declaratur.
227 Creditor an propriè dicatur ille,cui debetur ex delicto, uel legato, aut secundum communẽ usum loquendi; & an comprehendatur sub statuto faciente mentionem de creditore; & quid si loquatur de credito,seu de re credita.& nu. seq. ubi ponuntur plures quæstiones,ad quas in practica ex prædictis infertur,& quæ sit utilitas istius articuli.
229 Tex.l.si cui,de uerb.sign.in uers.Sed etsi ex delicto,declaratur.& nu.seq.
233 Aduersatiua sine copula et, denotat aduersitatẽ in iure et in facto,cũ copula uerò idẽtitatẽ in iure,et n.240
Tex.l.si sibi pecuniam,inf.eo.declaratur. ibid.
234 Species à genere, aliquo præcipuo respectu separatur plerunque.
237 Tex.l.creditor,de uerb.sign.declaratur.
242 Vsus communis loquendi præfertur propriæ significationi uocabuli, quæ propria significatio ab usu cognoscitur.& nu. seq.
244 Communis usus loquendi probandus est, secundum tempus cõditi statuti,de cuius interpretatione agitur,ni si quando probaretur per legem.& nu. seq.
246 Bar.hic cur recesserit à distinctione Iacobi Butrigarij.
247 Legatarius cui relictum est alternatiuè, ante electionẽ non dicitur creditor.
248 Priuilegium principis ne à creditoribus suis quis cõueniatur durãte quinquennio, an comprehendantur illi quibus ex delicto debetur.& nu.seq.
250 Princeps licèt possit tertio in modico præiudicare,nõ tamẽ præsumitur et in eius litteris ac cõcessionib.intelligitur semper clausula Saluo iure tertij.& nu. seq.
Tex.l.secundæ in §.meritò. et in §.si quis à principe, nequid in loco publi.declarantur & ornantur. ibid.
252 Principis concessio licèt contra ipsum largè sit interpretanda,non tamen contra tertium.
254 Carceratis competens prærogatiua,competit etiã carceratis ex delicto.& nu.seq.& 262.
255 Tex.l.si rerum,de re iud.& §.quanquã.l.Sed si, quod cum eo,declarantur.
256 Verba generalia debent generaliter intelligi,etiã quòd sit maior ratio,in uno casu,quàm in alio.
259 Delinquentes non sunt digni aliqua prærogatiua,sed in paupertate uiuere.& nu.seq.
261 Odiosi non censentur comprehensi in generali sermone & dispositione.
264 Debiti appellatione propriè loquendo, uenit ẽt illud, quod debet ex delicto, licèt crediti appellatio illud propriè nõ cõprehendat.& quid si statutũ de debito uel de credito faciat mentionem.& nu.seq. et 268.
265 Doctori excellẽti attestanti cõem opi.an credatur,prout dicimus quãdo attestatur de consuetudine.et nu.seq.
Tex.§.Flauius.l.si is cui.de solu.declaratur.ibid.
266 Creditoris appellatio quamuis sit alterata per cõem usum loquendi, ut cõprehendat creditorẽ ex delicto, uel legato,non tamen reperitur alterata significatio participij crediti,seu rei creditæ.& nu. seq.
267 Legem quoquo modo ad titulum facere,satis est.
269 Creditor propriè an dicatur ille,cui debetur in diem:itẽ ille cui debetur sub conditione.& nu.seq. ubi infertur ad plures quæstiones in practica.
273 Cessio iuriũ & actionũ cõprehendit etiã in diẽ debitũ.
274 Creditor conditionalis an dicatur propriè creditor,& comprehendatur sub statuto faciente mentionem de creditore.& nu.seq.
Conditionalis dispositio differt à dispositione simpliciter prolata,& sic non est propriè talis.ibid.
276 Tex.l.is cui,de actio.& obl. declaratur.
277 Conditio omnino extitura,prout est conditio mortis, nõ dicitur propriè conditio.
278 Debitor perpetua exceptione tutus, dicitur abusiuè debitor.
279 Fideiussor an dicatur propriè debitor, et cõprehẽdatur sub statuto faciente mentionẽ de debitore.et nu.seq.
280 Tex.§.si quis in iudicio.l.secundæ,si quis cautionib.declaratur.
281 Debitor minoris,& debitoris fideiussor,repelluntur ab illius tutela.& nu.seq.
284 Cessionarius an dicatur propriè creditor.et nu.seq.ubi infertur ad plures no.quæstiones in actu practico.
287 Aretinus aliquando tantùm subtilizauit, quòd se non intellexit.
288 Cessionario aliquid debens,an dicatur propriè debitor.
292 Dictio mox,quid significet.
293 Tex.l.si in rem,de rei uend.plenè declaratur nu. 293. cum sequen.
Rei appellatio an intelligatur de tota,tã in libello, quã in sententia,ac depositione testis, ita quòd petens rẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

censeatur totum petere; et iudex condemnans ad rē, censeatur de tota re pronunti are: vt teſtis deponens de poſſeſſione fundi cenſeatur probare poſſeſſorium totius fundi. ibidem.

Teſtis deponens, Titium poſſediſſe rem uel fundum, non cenſetur de toto deponere, niſi ſe referret ad articulum. ibidem.

295 *Indiffinita non æquipollet uniuerſali, in materia probatoria, in qua fit interpretatio contra producentem.*

In legem primam ff. Si cer. pet.

BENE eſt priuſquā ad interpretationē uerborū pueniamus &c. uerba ſunt noſtræ legis fama ſuper ęthera notę; q̄ facta eſt ad declarationē præſentis Rubr. edicti prætorij, prout hîc dicitur. Creatura fuit Excellentiſsimi Vlpiani, †de quo viro nunquā ſatis laudato plura ſcripſi in prin. l. vnicę. ℨ. Si quis ius dicen. nō obtemp. vnū ſolū in p̄ſentia addā, vt ſciatis quāte reuerentię, & auctoritatis ēt apud indoctos hic vir fuerit. nā & Aelius Lāpridius in hiſtoria Alexandri Seueri principis ſcribit, Seuerū ipſum Romanorū Imperatorē à furore & ira militū ſæpe obiectu propriæ purpuræ defendit. O rē mirandā, & ſempiterna memoria dignā, tanta fuit auctoritas & reuerentia Vlpiani noſtri, vt Imperatorē mundi dñm ad eum tanquā ad ſacrā anchorā confugientē, aduerſus armatos ac furētes milites per interpoſitionem veſtis tantùm ſępe tuerētur: nec quiſquam præ reuerentia tanti uiri vltra progredi auderet, aut Imperatorem perſequi.

2 Secundū igitur eſſet, †quis eſſet dictus p̄tor quo tempore, & q̄o creatus, quemadmodū ius dicturus, in albo edicta ſua p̄ponere, quæ annalia erāt, quia & eius imperiū anno finiebatur; q̄o, ut ambitionis prætoribus malefaciendi tolleretur occaſio, lege à Cornelio lata cautū ſit, ut edicta ipſa p̄petua eſſent, quę p Saluiū Iulianū Iuriſcōſultum tēporibus Adriani principis in vnū collecta ac ordinata fuerunt: de quibus plene ſcripſimus in rub. C. qui admit. in l. vnic. C. quan. nō peten. par. & in rub. ℨ. de reg. iu. ipſe p̄tor in edictis ſecutus eſt ordinē legis duodecim tabularū, ut probatur in l. vnica. ℨ. ſi tab. teſt. nullę ſtab. Saluius Iulianus p̄toriani edicti ordinator, vt dr̄ in l. pe. C. de cōdic. inde. edicta ipſa in vnū collegit, & p ordinē cōpoſuit: quare ordinator (vt diximus) p̄toriani edicti nūcupatus fuit. inde Vlpianus & alij Iuriſcōſulti edicta ipſa interpretati ſunt, ordinē Iuliani, qui illa ſparſa in vnū collegerat, ſecuti. l. fi. C. de lib. p̄te. ibi, ex libris Vlpiani, quos ad edictū p̄toris fecit. & ℨ. de ſta. hom. l. 2. ibi, ordinē edicti perpetui ſecuti. & patet ēt ex l. j. ℨ. de poſtu. ex l. 3. de nego. geſt. & ex l. j. ℨ. de pecul. cum ſimil. vbi Vlpianus interpretatur edicta prætorū ordine, quo cōpoſita fuere; †Vlpiani verò & aliorū Iuriſconſultorū veſtigia ſecuti ſunt pādectarū Cōpilatores, de quibus in proœm. ff. horum, & p̄cipuè in hac parte, ut patet ex l. noſtra, & alijs prælegatis, in quibus dicitur, q̄ huic parti & congregationi de rebus, o.cto libri p cōpilatores deputati ſunt, vt ēt p prætores, & Iuriſcōſultos poſtmodum in eodē tractatu actū fuerat, vt hîc teſtatur Vlpianus; hodie tñ nō edicta prædicta, ſed quędā verba tantūmodo ex eis per Vlpianū aſſumpta apud nos extant, vt per gl. ℨ. traditur. Quū igitur p̄tor ius dicturus eſſet de mutuo, cōmodato, depoſito, conſtituto, ac alijs præpoſita generali rub. De reb. cred. de oībus p̄dictis fecit edicta, vt hîc Vlpianus dicit, quæ interpretari volēs ab eadē rubr. altius repetēdo, vt rē ab origine pāderet, initium fecit; declarādo cur p̄tor titulum de rebus creditis, edictis ſuis p̄miſerit, & quę ſit ſignificatio p̄dictorum verborum.

Secūdò pro generali intelligētia videda ſunt, quę hîc ſcribit Pau. Caſ. q̄o leges iſtius tituli tractēt de his, quæ in rub. dicuntur. Ex cuius dictis habemus,
4 †q̄ hîc titulus fraternizat cum tit. de verbo. oblig. iccirco rectè ab antiquo conſtitutum & obſeruatum in hunc vſque diem, vt hi tituli publicè eiſdē temporibus legantur, & ſcholaribus tradantur; ne materię contractuum conformes diſiungerentur, contra ea quę ſcripſimus in rub. de reg. iur.

Ad cognitionē ſpecierū debet præcedere cognitio generis, verbū credēdi, & verbum rei, generalia ſunt, ideò à p̄tore præmittitur rub. De rebus cred. Scdm Bar. & cū hoc ſummario tranſeunt Sal. Alex. Aret. Soc. Iaſ. Mod. Taur. & alij cōiter. † Deci. hîc
5 in j. lect. impugnabat p dicta eiuſdē Bar. ī figuratione caſus, & in 3. col. q̄ maior p̄poſitio hîc omittatur tanquā per ſe nota, licèt hoc ſit verū, ſi p Iuriſc. non ponitur in tex. ergo Bar. malè id poſuit in ſuo ſummario, vtpote ſummās id, quod hîc nō dicitur. Mod. Taur. reſpō. vt p eos. vel melius & clarius dic, q̄ maior illa propoſitio, & ſi ſpecialiter, & in indui duo non p̄mittatur in l. nr̄a, virtualiter tñ & in effectu poſita eſt, vt hîc in j. col. declarat Pau. Caſ. ſequitur ipſe Deci. in j. not. primæ lect. & in ij. lect. ac Curt. col. j. cōfirmādo, quia vbi lex unū decidit, & aliud præſupponit, nunquā habet locū legis diſpoſitio, niſi uerificetur p̄ſuppoſitū. gl. eſt famoſa in l. mancipia, in uerbo Aduocandū. C. de ſer. fugi. id quod probatur in clem. fin. de ſent. excōm. de quo plenè tradūt Signorol. conſ. 86. col. ij. Roma. in ſingul. fol. 39. col. 2. Are. in cōſ. 23. in ſecundo dubio. Alex. cōſ. 126. col. j. lib. 5. Corn. conſ. 173. lib. j. Soc. in l. ſi is qui quadringenta, ad fi. ℨ. ad Trebell. in. l. quidā relegatus. ℨ. de rebus dub. i cōſ. 71. col. 2. lib. j. in conſ. 22. uol. 3. in conſ. 71. ad fi. uol. 4. & in cōſ. 119. col. fin. in eodē. Felin. in c. ſedes, col. 9. uerſic. Intellige tripliciter, de reſcrip. & plenius in c. nonnulli, in princ. in ultima char. r.o. tit. Deci. in c. cōſtitutus, col. 2. de reſcrip. in l. j. col. 4. de edend. in eundentialibus. l. primæ col. 4. ℨ. de offi. eius. in conſil. 201. & 540. & Curt. in cōſ. ſuo. 3. Illud ergo quod p̄ſupponitur, dicitur in lege cōprehēdi: uerius tamē uidetur, quod dixit Paul. Caſ. maiorem propoſitionem clarè poni tam in hic in princ. legis, quā in fine, ibi, rei quoq; uerbū, ut generale p̄tor legit. Et ſic p̄miſit p̄dicta uerba tituli noſtri De rebus creditis tanquā generalia, minorē verò ſtatim ponidū ſubijcit, quoniā igitur multa iura ad uarios contractus ptinentia ſub hoc tit. p̄tor inſeruit. poſteà cōcludit, ideo rerū creditarū titulū p̄miſiſſe. quare hoc fecit, quia de ea parte generali prius uidendū &

& tractandum fuit; ſicq; virtualiter & in effectu illa maior probatur etiā hoc loco, quamuis in argumentatione formaliter non ponatur. & conſequēter malè ſenſit Bar. in figuratione caſus, & in 3. col. dicendo maiorem illam propoſitionem hîc omitti, & melius videtur ſenſiſſe in ſummario; & tamen dici poteſt ſaluando Bar. q̄ omittitur expreſsè, ſpecificè, & formaliter, ſecundum Curt. quę ſaluatio malè videtur poſſe procedere, quum Bar. dicat illā omitti tanquàm de ſe notam, quod (vt diximus) à verò alienū videtur. Nec obſt. quod Vlpianus hîc dicat, bene eſt, non autem oportet, vel neceſſariū eſt, propter quod videbatur malè colligi debere, præcedere cognitionem generis ad cognitionē ſpecierum: † quia verba intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam, & ſic important neceſsitatē. l. ſæpe audiui, cū gl. ℨ. de off. p̄ſid. & ſuprà de iuſt. & iur. l. j. cū gl. notat Deci. ℨ. in primo not. Aquenſ. in. l. qui iuriſdictioni. ℨ. de iuriſd. omn. iud. & Fortunius in principio. l. Gallus. ff. de libe. & poſth.

Secundò contra ſummarium Bart. dicebat hîc Paul. Caſt. ſyllogiſmum & argumentationē ſuam
8 non ſubſiſtere, † quum ex duabus p̄miſsis nō ſequatur cōcluſio, prout requiritur. Bar. in. l. ſi prius, col. 8. ℨ. de nou. oper. nuntia. probatur in auctē. Ingreſsi. C. de ſacroſan. Eccleſ. cum ſimilibus, hoc enim modo concludere deberet, ergo de iſta primā parte prius videndum fuit ac cognoſcendum; quēadmodū dixerat de maiori propoſitione, & aliter cōcludit, & ideo videlicet p̄mitti. Alexan. (quem Mod. Taur. hîc ſequūtur) impugnationem Pau. de Caſ. fragilē appellat, quoniam, quod in ſummario dicit Bar. ęquipollet dicto Paul. de Caſtr. P̄terea, Bar. collegit ſummariū ſuum ex verbis Vlpiani hîc dum inquit, rerum ideo creditarum titulum p̄miſit. qui ergo Bartholum damnat, Vlpianum ipſum reprehendit: chimerizauit ergo Paul. de Caſt. contra eius morem. Ripa hîc ſyllogiſmum aliter reprehendit, quia non q̄ritur hîc, cur titulus de rebus creditis alijs p̄poſitus fuerit, ſed quare ſic fuerit inſcriptum, ſecundum quā intelligentiam non expedit præſupponere illam maiorem propoſitionē, nec dicere, q̄ ſequatur, dicta cōcluſio, vt hîc etiā per Curt. col. j. ſaluantem Bart. vt per eum. Subtilitas hęc eſt nimis pernitioſa, & cōſunditur per hunc tex. in verſ. ideo p̄miſit. ex quo apparet principalem dubitationē non fuiſſe, cur dictū ſit De rebus creditis, ſed quare p̄tor titulū ipſum p̄miſerit. verum tamē eſt, q̄ pro ſolutione dubitationis p̄dictę neceſſe erat declarare ſignificationem ipſorū verborum de rebus creditis; propterea dixit Vlpianus, quia verba generalia ſunt, & p̄tor de multis ad varios contractus pertinentibus tractaturus hîc erat; ideo p̄miſit rubr. De rebus creditis tāquàm generalem ad ea, de quibus erat tractaturus.

9 Diuiditur diuerſimodè per Doct. † Bar. quē alij communiter ſequuntur, vt dicunt Mod. Taur. diuidit in quinque partes, vt per eum. & eſt diuiſio magiſtralis, tamen Bal. elegantius diuidendo dicebat, quòd quum oporteat docentem incipere à doctrina principiorum, & declaratione eorū, ideo Iuriſconſultū hîc, vt decet ſummū doctorē & interp̄tem à generalibus principium faciendo, primò exordium ponit, ſecundò declarat multipliciter in uerſ. quoniam igitur. facit, quia bona diuiſio debet eſſe bimembris l. j. ℨ. de rerum diuiſ. ſequitur hîc Rip. conferunt quæ ſcripſimus in rubr. de reg. iur. q̄ doctrina à generalibus tradenda eſt, ſed non eſt magna vis facienda in iſtis.

Facti ſpecies figuratur hîc per Bar. ad longū contra morem ſuum, qui pro iuuenibus clarā reſponſionem ad q̄eſtionem ponit, ſubtilem verò & ſpeculatiuum pro prouectis & peritioribus; obſcurius tamen loquens, quàm ipſe Vlpianus.

Circa quæ dicta Bar. ad plura aduertendum eſt: primū non uidetur, q̄ legis principium adaptetur ad quæſtionem formatā per Bar. quare titulus De rebus creditis p̄miſſus ſit alijs, ſed potius ad aliā q̄eſtionem, cur hic inſcriptum fuit de rebus creditis, & hoc uidentur ſonare uerba legis, ut hîc poſt Pau. de Caſt. tradūt Cur. & Rip. & ante eos omnes Sal. dum figurando caſum, dicit quæſiuiſſe iuuenē à Iuriſcōſulto, cur de rebus creditis exorſus ſit, quū in hoc titulo uſque ad illum de iureiur. de mutuo principaliter tractaturus ſit Iuriſcon. Cur. ſaluabat Bar. dicens eum ſic intellexiſſe. Dec. reſpondendo rationi prædictæ ſequitur Bar. Mihi uidetur diſceptatio de lana caprina, quū ex vno cognoſcatur reliquum: cognita. n. ſignificatione uocabulorum de rebus creditis, de quibus in intitulatione, patebit quare dictus titulus fuerit p̄miſſus: & hoc uoluit hîc Bar. in illis uerbis, & ex hoc apparebit.

Ego non diſcedo à Barto. & ſequacibus ſuis, quòd hic quæſitum fuerit ab Vlpiano quare prætor tractatum cœperit à titulo De rebus creditis, ſeu cur p̄miſerit ipſum titulum? & pariter q̄eſitum fuit de ni & ſignificatione uerborum rubr. De rebus creditis ſecundum Bar. ad finem poſitionis caſus; quod tamen non caret diuinatione. verùm Vlpianus à ſe ipſo dicit, bene eſſe id facere, & declarare antequàm veniat ad interpretationem edicti prætoris: quo facto reſpond. ſtatim q̄eſtioni, cur p̄dictum titulum p̄miſerit, ibi, ideo rerum creditarum titulum p̄miſit: ex qua reſponſione declaratur, ſi fuiſſe quæſitum, quum interrogationi conformis eſſe debeat reſponſio. §. p̄terea. inſt. de inutil. ſtipul. l. Domitius. ℨ. de teſtamen. poſtea declarat ſignificationem p̄dictorum verborum de rebus creditis: quamuis poſſes dicere, quòd reſpondet ad utrunque, & conſequenter de vtroque factam fuiſſe interrogationem, vt dicunt Bar. & reliqui.

10 Secundò aduertendum, †quia non prætor, ſed compilatores rubr. feciſſe uidentur, ut hîc per Moder. Taur. col. j. Rip. reſpon. ut per eum. Sed q̄ fuerint compilatores, non p̄tor, probant iura allegata, per dictos Mod. quibus non reſpon. Ripa: ea propter dicendum, q̄ licèt compilatores fecerint rubricas, quas in præſentia habemus, tñ non receſſerunt ab ordine Iuriſconſultorum, qui edictum perpetuum ſecuti ſunt. l. 2. ℨ. de ſta. hom. & in propoſito noſtro, q̄ p̄tor fecerit rub. prædictorum, probat hæc lex, ibi, ideo rerum creditarum titulum p̄miſit, & ita etiam lex ſecunda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertiò aduertendum dum Bar. arguit de genere ad speciẽ, & latius instant Curt. & Rip. & ego me remitto ad ea, quæ plenius scripsi in l. in toto, de reg. iur. & aliqua alia addam infrà apostillando tex.

Quartò dum Bar. exemplificat de cõstituta pecunia, cõmodato, et similibus: pũgitur per Mod. Taur. in j. col. ñ ꝙ ptor fecerit edictũ de constituta pecunia, habita ratione fidei, cõsensus, & rei, probat tex. l. primæ de constit. pecu. et quod de similibus dixit, exẽplificari potest in deposito. l. j. ϗ. depos. & forsitã alijs modis, de quibus in pãdectis nũc nó est mẽtio.

Quintò aduertite, dum Bart. ad quæstionem respond. clarè pro Iuuenibus, subtiliùs pro peritioribus, † quòd aliter loquendum est cum iuuenibus, aliter cũ prouectis, vt docet Imperator in proœm. Institutionum, facit tex. not. in c. sit rector. 43. dist. quòd quis debet esse prudens & discretus in uerbis: spectat igitur ad doctorem legentem, vt sit cautus & prudens in docendo, pro iuuenibus clarè & explicitè, pro prouectis subtiliter & profundè. Doctor enim secundum qualitatem auditorum debet doctrinam spargere. c. oportet. 8. quęstio. j. non tamen debet chimeras facere ad sui ostentationem, nec tradere ea, quæ auditores non intelligunt, aut non expedit intelligere glo. in proœm. sexti, in uerbo Doctorib. Moder. Taur. & Ripa hic. facit tex. not. in §. hactenus, cum ibi not. per Ang. Are. in stit. de gradib.

Postremò dum Bart. dicebat, Vlpianum, antequàm quęsito respondeat, laudare quæstionem pro positam, dicens, bonam fuisse, beneq; & utile esse &c. Sed hoc non uidetur uerum, quum, sicuti dictum est, quæstio fuerit quare prætor præmiserit titulum de rebus creditis. & Vlpianus antequàm respondeat, non laudat quæstionem, è re esse tamen dicit, priusquàm ueniat ad interpretationem propositæ decisionis, pauca de significatione ipsius tituli referre, hoc à se ipso dicens. nisi respondeas, quæsitum pariter fuisse de significatione uerborum tituli, vt ad finem figurati casus uoluit Bar. & tunc bene conuenit & procedit declaratio prædicta, quòd Vlpianus propositam quæstionem laudet, inde respondeat, ut diximus etiam suprà.

Antequàm colligam notabilia, apostillabo litteram, nonnullas dubitationes remouendo.

12 In tex. ibi, bene est. † Secundum scribentes hic multipliciter hęc littera legi solet, quæ sit melior, & receptior lectio, dicam in glo. j. Bar. hic interpretatur tex. bene est, idest bonũ & utile quod reprehendunt Mod. Taur. & Rip. in primis col. & reprobãt, quum prædicta non seperentur. nã si est bonũ, est etiam utile, secundum Ciceronem in officijs. Sed respond. esse expresionem eius, quod inest, ad maiorem declarationem facta; ergo expositio non est superflua, iuxta. l. 3. cum no. de leg. j.

13 In tex. † priusquàm ad uerborum interpretationem perueniamus. glo. 2. & Bar. in 2. col. intelligunt, si cert. pet. videlicet; Ripa hic de uerbis edictorum, de matetia rerum creditarum tractantium intelligit, nihilominus, & si prędicta essent verba tituli, erant etiam uerba edicti; ueriot tamen uidetur sensus, ut intelligamus de uerbis edictorum, quę posita sunt sub hac tertia parte de rebus. Ad quorum interpretationem Vlpianus inquit, se velle accedere; & consequenter voluit dicere, bene esse priusquàm peruenirent ad interpretationem verborum huiusce tertiæ partis de rebus, pauca referre de significatione ipsius tituli, vt patet ex sequentibus, per quæ declarantur præcedentia. l. si seruus plurium. §. fin. de leg. j. & iste intellec. ad hunc tex. est communiter receptus à scribentibus, ut hîc per Alex. in 3. col.

14 In tex. ibi, sub hoc titulo, † in iure multipliciter accipitur titulus, ut hîc per Pau. de Cast. Dec. & alios. Albe. de Rosa. in dictionario in verbo Titulus. & Balbum in trac. præscriptionum. fol. 9. in 2. ꝙ quater in hac lege mentio habetur de titulo, & pro rub. atque inscriptione semper accipitur, ut patet ibi, sub hoc titulo prætor de commodato edixit. nó enim põt aliter intelligi, quàm suprà diximus, idest sub hac rub. de rebus creditis, sub qua plura cõgregantur. l. 2. §. in tertia C. de vet. iur. enucl. & est receptior intelligentia, vt hîc per Alex. col. 2. & Moder. Tau. 6. †Est autem appellata rub. quòd rubro colore depingeretur: & apud antiquos rubrica per lege sępe ponitur, ut in illo Satytici: Perlege rubras maiorum leges.

In eo. tex. ibi, omnes enim contractus. à ueritate hoc alienum videbatur, quia titulus de uerbo. obl. & de fideiuss. sub hac parte de rebus, non comprehenduntur. †16 respond. subtiliter Bar. ϗ. in 4. col. nó comprehendi quidem sub hoc titulo & tertia parte de rebus, nec tex. nostrum hoc dicere, sed quòd multos contractus inseruit sub hoc titulo, omnes autem contractus complecti sub hoc titulo, minimè dicit, sed sub generalitate uerborum tituli, propterea tractat etiam de stipulatione in §. fi. l. 2. eod. quamuis Mod. Mediol. ϗ. ad fin. commenti dicant, sub hoc titulo prætorem non tractare de quibuscunq; creditis, sed de rebus creditis; propterea hic contineri omnes contractus, qui re principaliter vel consensu contrahuntur, quorum tamen substantiam respiciet res: sed fideiussoria obligatio, quã uis alijs contractibus accedat, solis tamen uerbis contrahitur. & consequenter uolunt, ꝙ prætor nó tractauerit de uerb. obl. verũ est principaliter, incidenter tamen & in specie sic. d. §. fi. ut etiã per Rip. ϗ. in 10. col. Nec dici potest, ꝙ d. §. fi. non faciat ad titulum, quia facit ad illam partem, ubi de credendi appellatione tractatur.

17 In tex. ibi, credẽdi appellatio generalis est. †, obstare videbatur. l. j. & l. si filiusfa. cũ l. sequenti. ϗ. ad macedo. vbi verbum credendi ad numeratam pecuniam tantùm refertur, & specialiter ad mutuum. respond. ꝙ licèt ratione subiectę materię sumatur ibi pro mutuo, sui tamen natura (vt hîc dicitur) generalis est, etiam ad alios contractus, quos alienam fidem secuti instituimus, secundum Odofre. hîc in 5. col. de quo latius. ϗ. dicetur.

In eo. tex. ibi, de commodato, & de pignore edixit. †18 Sed hę actiones ciuiles sunt, non prætoriæ. l. 2. §. deinde, in 2. col. cum ibi notatis. Præterea in §. tertij, in proœm. Digestorũ, & in l. 2. in §. in tertia, de vet. iure enucl. dicitur hanc partem de rebus, libros

bros octo contineri vsque ad titulum de pigno. videlicet exclusiuè, ergo contractus pignoris non cõtinetur sub hoc tit. & tract. de rebus, sed extra, vltraq; est. Respond. actiones ciuiles dici, non inuentione, vt aliqui voluere, quũ eo respectu fuerint iurisgentium, secundum quod iudicia viguerunt, sed forma ciuiles dici, vt scripsi in d. §. deinde. prætoriæ verò dicuntur approbatione in casibus, in quibus etiam prętor illas dat, vt hîc per Odofred. col. 4. facit vulg. tex. l. primæ col. 3. in versi. omnia. de vet. iur. enucl. quod omnia nostra facimus, quibus auctoritatẽ impartimur. Ad alia pręalleg. respond. ꝙ dicta verba intelligi debẽt de pignoraticia actione, de qua tractatur. ϗ. quæ dicitur personalis actio, debitori ad recuperationem pignori competens, vt ibi per glo. rubr. secundum Curt. & Mod. hîc immo voluit hoc expresse gl. ϗ. in verbo pignore. titulus enim de pignoratoria actione ponitur indubitater in tract. de rebus, sed titulus de pignor. in alia parte, vt clare declaratur in d. §. tertij. nimirum ergo si prędicta verba de pignore, sub hoc titulo prætor edixit, pro actione pignoratitia accipiuntur. Quidã tamen dicebant, iure non caueri pignioratitiam actionem fuisse per prætorem introductam, sed est contra tex. l. fi. C. de iuit. pigno. ibi, perpetuo edicto proposita. cum gl. & §. tertij. ac §. in tertia, prælleg. qui (vt dixi) titulum de pignoratitia actione dicunt comprehendi sub congregatione de rebus: ordinẽ verò edicti perpetui secuti sunt Iurisconsulti, & Cõpilatores, ut ϗ. dixi. ideo &c.

19 In eo. tex. ibi, nam cuicunque rei. † hic tex. videtur vitio superfluitatis laborare propter versiculũ. omnes enim contractus. vbi hoc dictum prius fuerat. Curt. hîc necesse ait respondere, quòd hîc assignetur ratio ad dictũ versi. omnes enim. id quod satis apertè apparebit intuenti tex. nostrum. nam ϗ. in versi. omnes, dixerat Vlpianus prętorem sub hac parte cõplexum fuisse contractus omnes, quos alienam fidem secuti instituimus; hîc assignare rationem quare verbum credendi ita generale sit, & dictionẽ nam, poni pro quia, & sic est assignatiua rationis præcedentis dicti, iuxta. l. antiquæ. ϗ. si pars hæred. peta. & c. primũ cũ not. de iudi. Sed videtur malè argumentari Vlpia. hîc ab etymologia vocabuli affirmatiuè, quũ id solũ videatur pmissum negatiuè. vulg. §. appellata. vt ϗ. p Ias. ad finẽ notabiliũ.

Potest dupliciter responderi, vel secundum Dec. ibi, & hic in ult. lect. ꝙ deriuatio non excedit vocabulum, quo casu procedit argumẽtum prędictũ, etiã affirmatiuè, vt per eum. uel secundum Curt. hic, ꝙ argumentum prædictum procedit tàm affirmatiuè quàm negatiuè, data paritate terminorum, ut plenius dicam & ostendam in d. §. appellata.

20 In eo. tex. ibi, mox recepturi. † ad hũc tex. ponit subtilem declarationem Fulgo. hic, & Dec. in prima lect. col. j. subiungens, posse etiã stare mox pro postea, ut in terminis uidetur declarare Iurisconsul. in §. j. l. j. ϗ. de actio. & obli. sequitur hic Cur. in ult. char. col. j. uersi. Aduerte etiam. quia aliàs sequeretur, quòd si mutuans daret terminũ ad soluẽdum, non esset mutuum; quod absonum est dicere. maximè, quia ad restituendum mutuũ, datur semper dilatio, aliter mutuũ esset inutile, l. qui sic dat. ϗ. de solut. nimirũ ergo si intelligẽdo uerba secundũ subiectã materiã, mox pro postea capi potest: & hoc tenuit etiam Bar. ϗ. col. fin. post glo.

In eo. tex. ibi, rei quoq; de hoc uerbo rei, dicam in ultimo notabili.

Cõsidera cur Iurisconsul. qui pollicitus in principio fuit de significatione tituli priusquàm ad interpretationẽ edicti ueniret, nõ incœperit à primo uerbo, sed à secundo, & de primo dicat in fi. legis, nisi respondeas quòd ista sint iuris positiui, ideo &c.

Omisso primo no. Bar. & Doct. ꝙ ad cognitionẽ specierũ debeat prędecedere cognitio generis, de quo

21 dixi in superioribus, & in rubr. ϗ. de reg. iur. † Noto secundò ex isto text. secundũ Bart. Alex. & alios, ꝙ rubr. debet esse generalis ad nigrũ: ideo prætor, qui multa iura ad uarios contractus pertinẽtia sub hoc tit. inseruit, præmisit titulum rerũ creditarum tanquàm generalẽ, ut hic dicitur. Nam Rub. prędemittitur ad ostendendũ & designandũ ea, quæ in nigro tractanda sunt, ergo generalis esse debet, ut omnia ea cõprehendat: immo. quandoq; rubr. generalior est nigro, ut hic per Alex. & alios, nõnunquã nigrũ generalius rubro. tex. est in aucten. ut Eccles. Rom. ubi rubr. loquitur de Ecclesia Romana, & nigrum

21 etiã de alijs ecclesiis, ut hic per prędictos. †Ex quibus apparet, quòd licèt ordo doctrinę sit à generalibus incipere, sæpe tamen uarijs respectibus id non fit.

22 Ex prędictis infertur † secundum Paul. Cast. & Dec. in 3. col. quòd lex intelligi debet secundum naturam tituli, sub quo est posita. uulg. l. Imperator, in fin. ibi, & credo sensisse de empti & uenditi actione. ϗ. de in diem addic. cum not. ibi per Bar. & Socin. in. l. in ambiguo, de rebus dub. facit. l. penu. circa finem. ibi, nam initium constitutionis generale est. ϗ. de iur. & fac. ignor. secundum Ripam hic

23 col. 2. † Sed melius confert in alio proposito, quòd quando principium legis est generale per modum regulę, ex qua infertur ad casum specialem, attendi debeat principium generale, ut post Imol. & alios tradit Dec. in cons. 502. col. 2.

Melius igitur facit pro illatione prædicta, quòd rubr. sui natura refertur ad nigrum subsequens, ergo ab ipsa rubr. intelligentiam & declarationem accipiet. l. asse toto. ϗ. de hęred. instituẽ. sub congruis enim titulis ponendæ sunt leges. §. quibus, in prima constit. C. ergo sunt intelligendę secundũ naturã titulorum, aliàs non possent dici positæ sub congruis titulis. Rursus, prędecentia magis influunt in sequentia, quàm econtrà. l. quisquis, cum ibi not. per Bar. ϗ. de lega. 3. ergo nigrũ sequens magis declarabitur per rubrũ præcedens, quàm econtrario.

24 Secundò infertur Alex. & alii cõmuniter † quòd rubr. generalis seu generalior nigrõ, non restringitur per nigrum sequens specialius loquens, quum (ut dixi) generalis esse debeat, & possit nigro generalior esse, & stamus rubro, quod est textus, & pro tali ad decisionem causarum allegari potest,

28 † dummodo habeat orationem perfectam, secundum præfatos, ut in tit. de capit. ciui. censib. eximen. cum glo. lib. 11. quæ glo. intelligit legem illam procedere in plebe urbana, de qua nigrum loquitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur; verum generaliter de plebe cuiuslibet alterius ciuitatis, quum rubr. generaliter loquatur. Iaſ. hîc, & Curt. in ij. col. dicunt prędictã concluſionẽ malè ibi probari, quia tàm verba rubri, quàm ni gri erant generalia. Rubr. enim loquitur generaliter de ciuibus, & ſimiliter nigrũ de plebe, & ſic de omni plebe, immo de Romana intelligitur per ex-
26 cellentiã: & ſic probat id ad quod allegatur. † Melius hanc cõcluſ. dicunt probari in rubro & nigro. C. ne Chriſtianũ mancip. vbi rubrum loquitur de Iudæo, hæretico, & pagano, nigrũ ſolùm de Iudæo. & tamen rubrum non reſtringitur per nigrum.

Diſputando poteſt dici, quòd dictum nigrum loquitur generaliter etiam de hæretico, & pagano, vt patet ex illis verbis, alterius ſectę vel nationis, ergo de quocunque alio.

27 Propterea † Deci. hîc in prima lect. col. 2. & in rubri. de conſtit. col. fin. ac. Io. Crot. in l. ſi conſtante, col. 12. ĩ. ſol. matr. tenent, quòd rub. generalior nigro, & ſi habeat orationem perfectam, non poſsit allegari ad deciſionẽ cauſarum. primò, quia actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem. l. non omnis, infrà eo. ſed rub. ponitur ad deſignandũ illud, quod continetur in nigro, ut in l. noſtra dicitur, ergo rubricans non intendit diſponere & prouidere, niſi quatenus ĩ nigro reperitur.

Secundò, quia rubrum videtur habere relationem ad nigrum, ergo non diſponit aut probat, niſi
28 quatenus eſt in relato; & conſequenter in nigro reperitur diſpoſitum. † argumento tex. no. in l. in teſtamento, la prima, infrà de condi. & demonſt. & dictorum per Bar. in l. admonendi, verſic. Pone ꝙ in libro notarij. ĩ. tit. proximo, quòd rubr. præſumptionem faciat eorum, quę ſequi debeant. propterea, ſi in protocollo notarii reperiatur in rubricis inſtrumentum venditionis domus talis factæ per Sempronium Titio. poſt dimiſſum ſpatium in albo pro inſtrumento, nullam fidem facit, vt hîc per Deci. prima & ij. lect. col. ij. Tertiò quia ſi attenditur nigrum quando rubrum eſt ſpeciale, vt infrà dicetur, pariter attendi debet, quando rubrum eſt generali, quum diuerſitatis ratio reddi nequeat. vulg. l. à Titio, cum ſimil. de uerb. oblig.

Non obſtant allegata pro contraria opin. quia rub. Ne fideiuſſores dotium dentur, & rubr. Quod quiſque iuris, pro communi allegatę, probant, quia nigrum concordat cum rubro: & ſecundum Deci. nigrum tribuit auctoritatem rubro, quamuis rub. vti magis nota allegetur virtute nigri: ſecus ergo quando non reperitur nigrum, quod rubro correſpondeat; tunc non videtur poſſe allegari. Et ad rub. noſtram reſpon. quòd nigrum erat etiam generale, loquens de omnibus contentis in rubro. ad titulum cum nigro Ne Chriſtianum mancipium, reſpondi ſuprà.

Sed non eſt recedendum à contraria opin. quæ receptior eſt, vt hîc per Alexan. Iaſ. Deci. Curt. Mod. Taur. Ripam & alios. in primis colum. allegantes plura conſilia doctorum firmantium concluſ. prædictam, quibus multa alia (ſi expediret) addi poſſent.

Et quicquid dicant Iaſ. & Curt. hęc communis probatur, primò in d. titulo De capit. ciui. cenſ. exi
29 men. † nigrum enim loquitur ſpecialiter de plebe vrbana, ſicq; Romana per emphaſim & excellentiã l. j. ĩ. de orig. iur. cum not. ibi. §. Sed quoties. Inſtit. de iure natur. & nigrum generaliter de ciuibus, & tamẽ generaliter intelligitur, vt ibi per glo. Secũdò probatur in prælleg. tit. Ne mancipium Chriſtia-
30 num, † & verba. ĩ. per me ponderata, alterius ſectę ſeu nationis, alium habent ſenſum; voluit. n. ibi dicere tex. quòd ſi Iudæus habuerit ſeruũ Chriſtianũ vel alterius ſectæ aut nationis, & illũ circumcidat, punitur pœna ibi ſtatuta. Et ſic nigrum loquitur ſolùm de Iudęo habente mancipium Chriſtianum, vel alterius ſectæ vel nationis; non autẽ generaliter de hæretico vel pagano, de quibus loquitur rub. Tertiò, niſi rub. generalis allegari poſſet, vt auctentica, etiam ad deciſionẽ cauſarum, in quantùm contineret plus quàm nigrum, tanquàm ſuperflua ſtructura membranas occuparet. † contra tex. §. quibus, in prima conſtit. C. in c. Si Papa. de priuileg. in ſexto. in prooem. Decretal. in c. ſi Romanorum. 19. diſtin. in l. j. cum glo. ĩ. quod met. cauſ. cum multis alijs accumulatis per Barb. in conſ. 44. col. 4 lib. 2. & hęc ratio videtur mihi fortiſsima.

Non obſtant modò adducta in oppoſ. Ad regulam d. l. non omnis, reſpond. uerum non eſſe, quòd operetur contra intentionem agentis, quæ ex verbis colligitur. l. non aliter, de leg. 3. l. Labeo, de ſuppel. lega. vnde, quum verba id importent, abſonum eſt dicere, rub. tunc allegari contra intentionem agentis. Ad ſecundum reſpond. quòd procedit ſecundum communiter contingentia, quòd rub. habet relationem ad nigrum, poniturq; ad deſignandum illud, quod continetur in nigro, quãdoque tamen ſecus eſt, vt in rubricis prælleg. in quibus plus dicitur & continetur, quàm ſit in nigro, & etiam econtrariò eſt, vt ſtatim dicam. Idq; contingit, quia auctor videns ſatis prouiſum per rubricam, non curauit vltra effundere verba. quando verò nigrum eſt generalius, deliberauit plenius loqui, & ambulatoria ac mutabilis eſt hominis volũ-
32 tas, vulg. l. 4. ĩ. de adimen. lega. † & d. lex In teſtamento, malè allegatur. nam ibi teſtator iuſſerat ſub pœna ſibi ędificari monumentum ad exemplũ ibi relati; ſi de illa non apparet ad cuius exemplum iuſſus eſt facere, non conſtat de voluntate teſtatoris, ideo nimirum, ſi pœna non habet locum: vbicunque enim ad inſtar alterius vnum ordinatur, neceſſe eſt prius liquere de illo, ad cuius ſimilitudinem aliud fieri debet, aliàs non ſtatur diſponenti nec referrenti: vt per Innocen. in c. inter dilecta de fide inſtr. Barb. plenè in conſil. 22. aliàs. 33. col. j. lib. 4. igitur nimirum, ſi in caſu legis in teſtamento, præceptum pœnale non obligat ad pœnã, quia non conſtito de relato, & de monumento illo Septimi Demetrij, ad cuius exemplum hæres aliud facere iuſſus eſt, depoſito certitudinem non continet, & pro non ſcripta habetur. l. duo ſunt Titij. de teſtam. tute. l. Sed & ſi pupillus. §. proſcribetur. ĩ. de inſtit. Sed in terminis quæſtionis noſtræ præſupponimus rubr. habere orationem perfectã, & continere quid certum; ideo &c. Et illam nor-

legem

legẽ in teſtamento, ex tollunt ad eius ornamẽtum plura ſcrib. Alex. in conſ. 33. col. j. lib. 2. & in conſ. 35. 38. & 85. lib. 5. Barb. in conſ. 36. col. 15. li. 2. & in conſ. 32. col. j. & 69. col. 2. vol. 4. Deci. in conſil. 531. & Parpal. in repetitione. l. ſi quis maior. q. 8. & 10. C. de trãſac. & certè diuerſitatis ratio inter ea ſum d. l. in teſtamento, & noſtrum clariſsima eſt.

33 Ad deciſ. Bar. in d. l. admonẽdi. reſpõd. hîc Curt. col. 3. vel clarius dicendũ, quòd ibi ex verbis rubr. non poterat haberi certitudo contractus venditionis, quę non fit vniformiter: maximè, quum non conſtaret de precio, ſine quo non conſiſtit vẽditio. §. precium. inſtit. de empt. & vend. ſed in terminis noſtris, rubr. habet orationẽ perfectam, & certum quid de quo conſtat.

34 Ex quo patet etiam ſolutio ad aliam deciſionem Bar. in d. l. admonendi. col. 4. quòd ſi ſtatutum imponat pœnam quanti pluris nõ ſoluenti gabellam in tempore ſecundum formam antiqui ſtatuti, locum habebit pœna, licèt non reperiatur ſtatutum antiquum, quum de mente ac diſpoſitione ſtatuentium conſtet, qui voluerunt & potuerunt diſponere ac inducere id quod in antiquo ſtatuto continebatur; vt hîc per Deci. in 3. lect. col. 3. ſecus eſt in caſu noſtro, vbi de certa diſpoſitione ſtatuentium non apparet, quia, (vt dixi) rub. non diſponit vltra contenta in nigro.

Ad tertium fundamentum reſpon. ꝙ non ſubſiſtit argumentũ. primo. n. caſu attẽditur nigrũ, quia rubrũ ſatis operatur effectum, demonſtrando quid in nigro veniat tractandum, & ſi nigrũ plenius ſit, attendendum erit, ex quo ita diſpoſitum manifeſtè reperitur; & ſic nihil erit ſuperfluum. Sed ſi inſpiceret ſolũ nigrũ, vbi rubr. generalior eſt, verba rub. ſu perfluerent in generalitate ſua, contra iura prælle. & conſequenter oppoſitorũ nõ eſt eadẽ ratio, nimirũ, ſi etiã diuerſa ſit diſpoſitio, iuxta notata per Socin. & alios in rubr. ĩ. de acqui. poſſ. Et per conſequens ſtat receptior ſententia, ꝙ rub. generaliter loquens, non reſtringitur per nigrum ſpecialiter loquens, vt econtrariò per rub. ſpecialiter loquentẽ,
35 non reſtringitur nigrum generale, † per tex. in auct. vt Eccle. Roman. & in auẽten. de inceſtis nupt. cum gl. ſuper verb. illicitas, vt hîc per Alex. Iaſ. & alios.

36 Si tñ verba rub. eſſent ambigua, † reciperent declarationem à verbis nigri, iuxta glo. l. vnicæ in verbo Retractare. C. ne liceat tert. prouoc. facit. l. ſi ſeruus plurium. & l. Imperator. ĩ. alleg.

Et quamuis prædictæ cõcluſioni, quòd nigrum generale non reſtringatur per rubrum ſpecialiter
37 loquens, omnes adhęreant, † tamen in puncto iuris non videtur vera.

Primò, quia nigrum (vt dixi) recipit declarationem à rubro; quamuis ergo nigrum loquatur generaliter, à rubro tamen declarationem capiet, vt intelligatur in terminis in quibus loquitur rubrum, quod magis influit in nigrum, quàm econtrariò, vt ſtatim dicam.

38 Secundò, quia † proœmium declarat & reſtringit diſpoſitionem ſequentem, quum ex illo colligatur cauſa finalis. l. ſi. ĩ. de hæred. inſtituen. cum multis quæ accumulaui in l. j. de orig. iur.

Tertiò, quia communis opinio non probatur iure, ergo &c. l. illam. C. de colla. & glo. ſuper d. verbo Illicitas, non probat id, ad quod allegatur, immo ille tex. facit pro hac opin. ꝙ ille titulus totus intelligatur de inceſtis & nepharijs nuptijs, de quibus fit mentio in rub. quamuis. n. tex. generaliter dicat; Si quis illicitas contraxerit nuptias, declarat tñ poſtmodũ generale illud vocabulũ, dum ſubijcit, quas lex inceſtas & nefarias vocat; & ſic genera litatẽ intellexiſſe, ſecundum terminos rub. Nec obſtat, ꝙ lex generaliter loquens, generaliter intelligi debeat, etiã ꝙ ſit maior ratio in vno caſu, quàm in
39 alio. † l. de pretio. ĩ. de pub. l. j. §. qđ' aũt. ĩ. de aleat. cum alleg. per Deci. in conſ. 128. & ſimilibus: quia procedit, vbi militat eadẽ ratio, aut non ceſſat omnino, aliàs ſecus, vt per Aret. in conſ. 81. Viſa conſultatione, circa finẽ. Sed in caſu noſtro ſubeſt ratio, quare non debeat intelligi generaliter propter rubrum præcedens, intelligentiã nigro præbens, & influens virtutẽ in ſequentia, magis quàm ipſa ſequentia in præcedentia. l. quiſquis. cum ibi notatis per Bar. de fe. 3. & per Iaſ. in l. pacta nouiſsima, col. 2. ĩ. de pact. in iudicando tñ & conſulendo non recedatis à cõmuni, maximè per rationem de qua. ĩ. proximè in verſ. Non obſtant modò adducta. quę cõmunis planius adhuc procederet, quando nigrum vniuerſaliter loqueretur, vt in d. auẽten. vt Eccleſ. Roman. vbi nigrum poſteà loquitur vniuerſaliter, immo clarè de omnibus alijs eccleſijs. & in tit. Nullum credentem agricolę. vbi poſteà de omnibus alijs in nigro dicit ac diſponit. & quum de mente auctoris
40 clarè conſtet & appareat, † ſtandum eſt nigro tanquàm poſteriori, ac magis deliberato, vt hic per Alex. cum alijs de quibus. ĩ. quæ generalia & uniuerſalia plurimùm differunt, ut per Deci. in l. omnia. ĩ. eo. latius dixi. in l. fin. C. de pact.

41 Ex prædictis † quòd rubr. generalis non reſtringatur per nigrum ſpeciale, infertur ad plures not. quæſtiones, præcipuè ad illam, in qua (ut omnes referunt) conſuluit Paul. de Caſt. quòd ſi rubr. ſtatuti generaliter concepta ſit, ita quòd ſtantibus maſculis filiæ fœminę non ſuccedant; nigrum uerò ſi liam ab hæreditate matris excludat, erit quoque excluſa; ut hic per Alex. & alios. Iaſ. hic pluribus rationibus nititur damnare ac reprehendere opin. Paul. contrarium tenens. idem faciunt hic Iacob. de Sancto Georgio, & Lanc. Deci. Corne. in conſil. 314. lib. 4. Curt. hic uacillat, tenet tamen cõtra Paul. ſequitur Ripa per rationem ſatis debilem: & ita etiam Mod. Mediol. lib. 2. paradox. cap. 18. licèt hic ſe reſtringant ad certos caſus.

Sed nõ eſt recedendum à deciſione Paul. quam ſequuntur hic Alex. pater ueritatis, Socin. col. 3. Deci. Mod. Taur. col. 3. Socin. conſ. 128. li. j. & poſt Campez. Brun. in tract. de ſtatutis excludentib. fœmin. ſtantib. agna. fol. 38. articulo. 8. queſtione. 20. multa alia adducentes: rationibus. Iaſ. reſpond. hic Deci. & Brun. loco prędalleg.

Nec obſt. conſideratio Curt. quòd licèt rubr. generalior nigro per expreſsionem uerborum, ut eſt illa, Ne Chriſtianum mancip. intelligenda ſit generaliter, tamen quando ſolùm uerba ſunt generalia

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia,conueniens sit,quòd declaretur per verba nigri
sequentia. argumento tex. in d. l. Imperator. cum
præall.maximè,quum generalitas obscuritatem pa
42 riat l.ita fidei. ff.de iure fisci.quia respon.ℓ licèt ver
ba rubr.sint generalia,non dicũtur obscura vel am
bigua,immo habẽt certam interpretationem & in
tellectum,& generaliter intelligũtur;vt per Deci.
& Brun.præalleg. ita ℓ non censetur subesse ambi
guitas aliqua vel obscuritas. l.j. §. & generaliter. ff.
delega.præstan. propter quod Bald. in tit. De noua
forma fideli.in prima col. dicebat per illum tex. ℓ
generalis locutio dicitur esse quid perfectũ, quum
contineat omnes suas species. Nec etiã refragatur,
ℓ non sit eadem ratio exclusionis, ex quo nõ ita le
duntur fratres,si filia à patri succedat propter colla
tionem dotis,vt quando succedit matri, vt hic per
Rip.quia ex prædictis patet solutio:& in syllogismo
suo fallitur Ripa, quia à communiter accidentibus
substantia non cõsistit in dotibus maternis, sed in
patrimonio: ita ℓ maiorẽ læsionem paterentur fra
tres,si filia succederet in bonis paternis,etiam con
ferendo dotem, quàm si retenta dote succedat in
bonis matris,vt satis expressè patet. Nõ obstant a
lia adducta per præfatos Mod.quia in rubri.& iuri
bus per eos allegatis restrictio fit per nigrum, & se
quentem dispositionem,quo casu non est dubium
43 † stari nigro tãquàm posteriori,& magis deliberato,
vt hic per Alex.& Brunum loco prælegato. Ad
tex.c. ad audientiam, De cler.non resident. per eos
adductum respond.ℓ exceptio illa de residentibus
in seruitio Pontificis,fuit expressè facta in nigro,&
tex. ibi declarat illos, qui cum Antistite morantur
pro eius,& Ecclesiæ seruitio,nõ dici absentes;et sic
non cõprehendi sub generalitate faciente mentio
nem de absentibus.Nec obst.ℓ tale statutũ sit con
tra ius cõmune.l.maximũ vitũ.C.de lib.præte.er
go strictè interpretandũ nec à iure communi decla
randum.argumẽto tex.in.c. ex eo. de reg.iur. in 6.
44 notat Angel.in l.non possunt. ff.de legib.† quia di
ctum statutum est fauorabile, & latè interpretan
dum propter publicam utilitatem, ut familiarum
salua sit dignitas, quæ per diuitias potissimè con
seruatur, secundum receptiorem scrib. sententiã;
vt per Dec.in consi.333.col.3.& Brun. in tract. ff.
alleg. in articulo 3. & 4. Et quamuis sit contra ius
commune,in reliquis recipit interpretationẽ à iu
re communi. l. j. §. lex falcidia. ff.ad.l. falcid. cum
ibi not.aliàs sequeretur absurdum,si statutum di
sponeret,filium familias testari posse contra dispo
sitionem iuris communis, ℓ ab ipso iure commu
ni non reciperet interpretationem, ut fieri debeat
in præsentia septem testium rogatorum, quod ab
sonum est,vt per Alex.in l. siquis priore.ff. ad tre
bell.& Brun.loco prælegato,articulo.10.q.j. col.
10.& ad tex.in l.si quis ita.§.pen. ff.de test.tute.ubi
datio tutelæ testamentariæ de filijs facta,non com
prehẽdit filiũ,quem testator ignorabat habere,& si
uerisimile sit, etiam illi testatorẽ uoluisse prouide
re.Idem dicendũ uidebatur hoc casu, per generalẽ
renuntiationẽ filiam hæreditate patris non priuari,
quia in d.§.pen.tutor nõ cẽsetur datus filio, quẽ te
stator habere ignorabat; quia agitur de extensione
facienda de una persona ad aliam; & in ultimis uo
luntatibus nõ sufficit testatorẽ uoluisse, nisi dispo
suerit.l.quidam cum filiũ. ff. de hæred. instit.Dec.
in terminis in consi.218.col.3. sed in casu nostro,
quum rub. generalis omnia generaliter includat,
non censetur voluntas statuentium abesse, sed ad
esse & in omni casu disposuisse;ideo nimirum,si fi
lia ab hęreditate patris excludatur.

Ex prædictis habetis defensatam decisionẽ Pauli
& conclus.cõmunem,ℓ rubr.generalis non restrin
gatur per nigrum specialiter loquens.Quam cõclu
46 sionem intelligatis,† quando rubr. haberet ratio
nem omnino perfectã,aliàs secus, vt hic per Alex.
Ias.& præfatos Mod.concludentes, ℓ si rubr. con
cludat per dictionẽ ne,vel,vt,dicatur habere oratio
nem perfectã,& sensum decisiuũ.per rub. Ne fide
iusso.dot.den.& rubr. Vt nemo inuit.agere &c.vt
hic per Rip.col.2.& Felin.in rubr.Vt lite non con
testa.Quæ consideratio confundi videtur per rub.
ff.Ne quid in loco publico.iuncta.l.j.eo.tit. & rub.
C.vt in tra cert.temp.quæst.crimin. ideo non vide
tur ℓ perfecta doctrina dari posit,sed secundũ ma
teriam subiectam nos cognoscere, an ratio rub. sit
perfecta vel non; vt plurimùm tamẽ & cõmuniter
rubricę,quę incipiũt per Ne vel per Vt, orationem
perfectã habent. Alie sunt restrictiones, quas pote
ritis videre hic per Ias.Mod.Taur. & Mediol. & la
tius per Brunum in loco prælegato.

47 Tertiò noto ex hoc tex. † secundũ Bar.& Doc.li
citũ esse arguere ex ordine,& à verbis rubricarum,
quemadmodũ hic facit Vlpianus,quia arguit ab or
dine, dicens ℓ prætor de varijs contractibus tracta
turus,prẽmisit titulũ de rebus creditis quia genera
lis,& generalia præmittẽda sunt. Idẽ facit in l.2. de
sta.homi.in l.idẽ Labeo. ff. rerũ amo. ibi, ita edictũ
ordinatum est.& si posset intelligi,ideò,quia sic or
dinauit,& disposuit,vt hic per Curt.col.3. ideo cla
rius probatur in l.incerti. C. de interdic.in l.ordi
narij.C.de rei vendic.& in l.2.C. de iurisdic. omn.
48 iud.† de quo quidẽ argumento de ordine scriptu
rę,plenè tradunt scriben.in l.nec enim. ff. de solu.
in l.2.in §.prius.de vulg.& pupill.Felin.in c.Cũ di
lecta in versic.Ordo.de rescrip.& in rub. de maio.
& obe.vbi dicit,Petrũ de monte Episcopũ Brixien
sem in Basilicnsi Concilio infinitas quæstiones de
præcedẽtia per hoc soluisse. quod posset procedere
arguendo ab ordine litterę seruato in eodem rub.
vel in suprascriptione eiusdem decretalis,nõ autẽ
arguendo ad maioritatẽ honoris & dignitatis ex or
dine diuersarũ rubricarũ,quum talis consideratio,
non fuerit penès cõpilatores,qui tantùm curarunt
aptè & congruẽter materias connectere,vt sæpe di
xi.A verbis arguit Vlpianus dũ dicit, ℓ sub his ver
bis De rebus creditis cõplectitur prætor omnes cõ
tractus,quos alienã fidem secuti instituimus, quia
credendi appellatio generalis est,& similiter rei.fa
cit.tex.in l.non aliter,de lega.3.& in l.Labeo. ff. de
suppellec.legata. & si rubricæ(vt dictũ est)allega
biles sunt ad decisionem causarũ, & sunt de tex.vt
post Alex.hic diximus. ff. cui dubiũ ex verbis earũ
49 posse argui? † quinimmo,licèt rub.non habere ora
tionẽ perfectã ac dispositiuã, & per se tãtũ allegari
non

non posset,adhuc tñ tripliciter ex ea argui posset;ut
hîc per Alex.Soc. Dec. Cur. & alios Mod.

50 Quartò noto,ibi,pauca referre. † ℓ antequã ad
interpretationem materię peruenia mus, pauca re
ferri debemus; quę præfationes sunt utiles.l.j. ff. de
orig.iur.l.fi. ff.de hęre.instituen.per quã Bar. uult,
causam finalem eas ostendere. de quo plenè dixi,
inferendo ad plures quęstiones in d.l.i.& prędictũ
modum docendi ac præmittendi euidentialia seu
præfationes seruauit ferè semper Vlpian. in inter
51 pretatione edictorũ prętoris. † quod secũdũ Fulg.
est contra Doct. qui illoris manibus ad rem protinus descendunt, non faciendo aliqua euidentialia
in principijs lectionum suarum, uel qui super ali
qua rub.aut principio legis omnia congerunt,quũ
pauca exemplo iurisconsulti hîc dicenda sint.facit.
l.j. ff.de confirman.tutore. ibi,pauca de his scrute
mur.& l.ita uulneratus,in fi. ff.ad l.aqui.ibi,unam
interim pręposuisse,cõtentus ero. nunquam.n.uer
bosi fuerunt Iurisconsulti.faciunt accumulata per
Cur.Mod.Tau.& Ripã hîc in primis colum. Card.
Alex.in c.tales.23.dist. & Bald.in l.precibus.col.ij.
C.de impub.ubi dicit. sufficere allegare unam bo
52 nam legem. † quod est notandũ cõtra multos iuriũ
allegatione gaudentes,qui aliquando sex cẽtum le
ges ad unum propositum citant,quę tantùm cõue
niunt rei quantùm calliga Maximini pigmeo. suffi
cit ergo pauca allegare,sed quę bene faciant & stri
gant.Ideo malè agunt consulentes nostri temporis,
qui chartas allegationibus in rebus uulgutissimis
implent, credentes mirabilia facere; uerùm nimia
breuitas obscuritatem pariens,reprehensibilis est, se
cundum Hieronymum & alios,medio igitur(ut il
le ait)tutissimus ibis, uirtus.n. consistit in medio,
53 quod ab omnibus est laudatum: † prolixitatem igi
tur cunctis odiosam fugere pro uitibus memento.

Quintò noto in uersi.Quoniam igitur. secundũ
intellec.Bar.& aliorum uolentiũ omitti hîc maiorẽ
propositionem tanquàm per se notam; de quo tñ
54 dixi in summario,quòd iurisconsul.hîc † utitur syl
logismo non integro, prout etiam facit in §. quod
uulgo.l.in ratione. ff.ad l.falc. Dialectici uerò cum
omnibus numeris utuntur prẽmissis maiori,& mi
nori,facientes conclusionem; sed Vlpin. non insci
tia,retento etiam intellectu Bar.& prędictorum ar
tem illam syllogismi prætermisisse uidetur ex uno
assumpto cõcludendo,omissa maiori tanquã per se
nota,secundum prędictum iutellectũ. ego tñ aliter
suprà dixi,& est hęc argumentatio Iurisconsultorũ
cõcisa, ubi cõsequens ex antecedenti non uidetur
bene inferri,nisi consequentiam subfulcias, prędi
ctasq; partes omnes ratiocinationis & argumenti
breuitatis causa,quæ eum decebat, nõ explicat Iu
risconf.nã & apud Rethoricos id genus argumẽti
ratiocinationis præciditur,ut docet Fabius.lib.5.c.
4.& Gell.eleganter lib.2.c.8.ibi,nõ insciti a uidetur
Partem illam syllogismi prętermisisse, neque.n.illi
negotium fuit, syllogismum tanquã in scholis Phi
losophorum cũ omnibus numeris, & suis finibus
dicere;nec id imperitè factũ censeri debet. nã apud
Platonem in multis locis reperias syllogismos re
pudiato conciso; ordine isto, qui in docendo tra
ditur,elegãter positos. quod notate cõtra Logicos,
& Dialecticos, qui dicunt, Legistas nescire argue
re,quũ nõ faciant syllogismos in forma prout ipsi,
immo elegantius rem agimus, utentes syllogismis
cõcisis,breuitatis gratia, quæ Iurisconsultos decet.

55 Sextò noto ibi,† ut libro primo quęstionum Cel
sus ait.satis nobis esse allegare librum partialem,li
cèt nõ allegemus locum loci;& sic uidetur sufficere
allegare absq; expressione capitis legis, aut loci par
ticularis, immo uidetur sufficere allegatio generalis,puta,iure cautũ est,prout dicitur in c.j. de libel.
obl.in c.uestra.de cohabita.cler.& mulier.ubi Ab
bas,& alii notant,& ẽt Barba.in d.c.j.col.v.restrin
gendo ad legislatorem,cuius auctoritas est necessa
ria.l.j.& l.leges sacratissimæ.C.de legib.c.j.de con
stit.c.erit aũt lex.4.dist.& tradit Bar. ff. post glossas.
propterea ẽt sine generali allegatione dicto legisla
toris standum esset;secus est in simplici doctore,cu
ius auctoritas tantum probabilis est,vt infrà tradit
Bar.propterea doctor cõsulens, uel legens debet ar
gumentum suũ probare clarè & sufficienter,nõ so
lùm allegãdo librum,sed titulum & caput legis, ut
facimus quotidie, nisi iura sint uulgata, uel sermo
esset inter senatores,aut solennes doctores, ut per
Abb.in d.c.uestra.tũc.n.omittenda esset particula
ris allegatio tanquã superflua.iuxta. §. quibus in j.
cõsti.C.& §.Diuus.l.hæc stipulatio. ff.ut lega.nom.
56 caue.† Nec placet modernus modus allegantiũ do
ctrinas scribentium,citando legẽ,columnã,uersicu
lũ,& numerũ:hæc.n.puerilia sunt, cum paucis agẽ
dum sit exemplo iurisconsul.hîc.& in l.j. ff. de præ
scrip. uerb. & etiam de confirman. tuto.in l.j.satis
igitur erit citare columnam,aut uersiculum.

57 Septimò noto † ibi,Celsus ait.argumẽtum ab au
ctoritate in iure nostro ualidum esse,ℓ in terminis
istius legis indubitatum est, quum Celsus esset ex
illis prisci Iurisconsultis,quorum responsa uim le
gis habebant,nec ab eis licebat iudicibus recedere.
§.responsa prudentum. insti. de iur.natur.§.fi.l.2.
de orig.iur.ubi plenius scripsi. Sed auctoritas do
ctorum nostrorum non est necessaria,sed probabi
lis tantùm,ut dixi; & latius quomodo procedat ar
gumentum ab auctoritate, declarabo. ff. cum Bart.
fuit autem Celsus noster Iurisconsultus eccellentis
simus,ut in l.Domitius Labeo. ff.de testa.cuius au
ctoritatem sępenumero citauit Vlpianus, ut infrà
per Ripam.in x.colum.

Postremò omissis alijs,quæ super glo.& Bar.ca
58 dunt,ibiq; declarabuntur,noto ex fine legis † quòd
uerbum rei, generale est, omnia enim complecti
tur,etiam causas & iura.l.rei appellatione. la.ij.in
frà de uerbo.signifi.immo etiam homines appella
tione rerum continentur.l.omnia.§.fina. de leg.2.
l.si ita,in fine,de fundo instruct.ut hîc per Alex. &
alios,& per Ias.in l.serui electione.§.j.col.3.de legj.
& per Mod.in d.l.rei appellatione. & si opponas
de l.j. de sta.hom. quę distinguit personas à rebus.
respond.Pau.Castr.in d.l.omnia,eam procedere in
liberis hominibus, qui non ueniunt appellatione
rerum,secus in seruis, quorum idem est iudicium,
59 quod de equis aut asinis. † l.quod attinet. infrà de
reg. iur.l.2. ff. ad l. aquil. quæ illos & quadrupedes

æquat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

æquat.sequitur Ripa.ff.ad fin.comment. & tenent ipsi Paul.& Rip.appellatione rei contineri ac comprehendi seruos,†homines autem liberos non,pro
60 pter dignitatem, quum homo liber sit nobilissima creaturarum .l. iustissimè.ff.de ædil.edic. Ideo dicebat etiam Corsi.in singularibus in verbo Res.quòd appellatione rei venit homo largo modo.quæ conclusio videtur confundi per d.l.iustissimè, quæ loquitur de seruo,& clarius per d.l.j.de stat.pers.quæ vt ex legibus sequentibus apparet, loquitur tàm de liberis,quàm de seruis à rebus illos diuidens.Mod. Medio.in d.l.rei appellatio, dicebant homines rerũ appellatione sine dubio contineri per d. l. omnia, quę tamen (vt dixi) loquitur de seruis,nec respondent ad d. l.j.Dec.hic in 4.col.vltimæ lect. concludit, etiam hominem liberum contineri appellatione rerum,quum dicatur res corporalis.Instit. de rebus corpor.& incorpor.facit.§.per hanc l.primę.ff. de rei vend. sed propter subiectam materiam ex verisimili monte disponentis non comprehendi hominem liberum, quemadmodum de feudo statim
61 dicemus.† propterea de homine libero non esse soluendam gabellam,quæ non debet soluit de re inæstimabili,ut p Alex.in l.4.in §.prætor ait.ff.de dam. infe.quod videtur procedere,quando de æstimatione fieret mentio,aliàs secus:ideo Firmia.in tract.de gabellis fol.15.col.4.vers.Item quæritur dicebat,q̃ si statutum loquatur de rebus,quum rei appellatione ueniat homo,soluẽda de eo esset gabella. allegat glo.cum ibi no.per Rayner.& Cæpol.in d.l.rei.melius allegasset tex.in c.2.de constit.nisi subijcit Firmia. statutum ultra procederet disponẽdo gabellam solui debere de rebus secundum æstimationẽ, quia de homine libero non esset tunc soluẽda, quũ non recipiat æstimationem .l. iustissimè. & l.liber homo præalleg.

Concludendo, quum rei appellatio (vt dicitur hîc,& in locis.ff.alleg.) generalis sit ad causas,iura, actiones,& homines,corporalia & incorporalia, etiam extra patrimonium nostrum existentia, & per consequens etiam ad homines, concludamus cum
§ Firmiano,Decio,& Mod.Mediol.sub.uerbo rei,nõ solum mancipia, verùm etiam liberum hominem cõtineri,quicquid dixerint Paul.& Rip. & hoc, vbi
62 de re in genere† mẽtio habetur,secus ubi in specie, vt in l.j.cum seq.ff.de iure person.vbi Iurisconsi. distinguit res à personis, & ab actionibus; per quod apparet,quòd non accipit rem in genere, sed in specie & strictè.Ideo nimirum, si tunc non comprehẽduntur homines,etiam serui, quia nec iura, quæ aliàs(vt dictum est)continentur,tunc comprehendũtur:& fit ibi illa distinctio gratia commodioris doctrinę.similiter vbi ratio subiectę materię aliud suaderet,ut quando statutum disponeret, debere solui gabellam de rebus, secũdum æstimationem aliquã, non comprehenderetur tunc homo liber,nec veniret in dispositione prædicta,quũ æstimari nequeat. ex quo apparet non fuisse mentis, & intentionis stantium,homines liberos comprehendere, sed bene comprehenderentur serui, qui æstimationem recipiunt. iccirco lapsus est Corset. loco præallegato dicens,quòd largo modo appellatione rei uenit homo,quũ propriè & strictè ueniat,per prędicta,ideo tex.in d.l.rei.vtitur verbo continentur, quod proprietatem importat.præterea, si concederem alicui omnes res meas,etiam homines & vasali mei cõcessi viderẽtur:Ang.in d.l.j.suprà de rerum diuis.quæ decisio confunditur per ea,quæ statim dicentur de feudalibus.Infertur etiam ad alias not.quæstiones, de quibus per Iaſ. in l. serui electione. in §.j.col.2. & 3.de leg.j. & prędicta faciunt ad aliam not.quæ-
63 stionem:† an in legato rerum mearum uel bonorũ meorum,aut donatione de prædictis facta, comprehendantur iura & actiones? Iaſ.hîc in pen.col.se remittit ad dicta per Bar. & alios in §.argento.l. Quintus,de auro.& arg.leg.& in l.j.de rer. diuis.& in d. l.j.de iure person.vbi Bart.& Bal.concludunt,non venire iura & actiones, propter adiunctum mearũ vel meorum,quod restringit significationẽ vocabuli ad res,quæ vendicari ponitur.d.§.argen.quæ vendicatio non cadit in iuribus & actionibus,ideo &c. Et hanc opin.latius prosequitur Barb. in consi.36. lib.j.Sed Bar.in d.§.argento,tenet contrarium,quia appellatio rei generalis est,& quum habeat substãtiuum generis generalissimi,ut ipse dicit, iura & actiones,prout substantiuum ad quod refertur, continet.sequitur Ange.in d.l.j.per plura iura per eũm alleg.& etiam quia idem est de pronomine expresso,quod de subintellecto.argumento. l. cum quid. ff.eo.Sed si concedo tibi bona,subintelligitur mea. l.legato generaliter, de leg. j. & veniunt nomina.l. cogi,ad Trebel.ergo &c. hanc opin. sequitur Corsi. in singularibus in verbo Meus. & alij quos refert Barb.in d.consi.36.quicquid ipse ibi dicat.Pro qua opin.Corsi.adducit tex.optimum in l.meorum, de verb.signi.& alia quę prius allegauit gl.in d.l. meorum.quæ conclusio intelligitur, nisi dictum fuisset
64 mobilia & immobilias† quia tunc nomina debitorum tanquàm tertia species bonorum non includerentur.l.à Diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iud. l. mouentium,cum ibi not.per Doct.de uerb. signif. & per Bartol.in l. fin. de usufr.lega. Deci. hîc in 2. colum.lect. pisanæ cum alijs,quę adduxi in l. final. C.de pact.

Nec prędictis obstat, quòd multùm intersit inter relictum bonorum,& relictum rerum, vt videtur dicere Iurisconsi. in d. l. fina. de usufr. leg.† ob
65 quod uidebatur malè per præallegat.scriben. iudicari dispositionem de bonis,& dispositionem de rebus.quia respond. quòd immo idem sunt,& æquipollentia; & ita generalis est appellatio rerum, sicuti bonorum. text. est in §. fin. l. non amplius, de legat.j.& in eadem.l.fin.de vsufr.leg.prout utrobique notat & declarat Bar.& ad text.in d. l. fin. quæ prima facie videtur contrarium dicere, respond. ex mente glo. ibi, multùm interesse vtrum bonorum quis an rerum tertię partis usumfructum legauerit, an uerò certarum & particularum rerum, subintelligendum est, ut apparet ex fine ipsius legis, per quem declarantur præcedentia. & sic Iurisconsi. ibi differentiam facit inter legatum usus fructus,quotæ bonorum,rerumue, & certarum rerum particularium;quia primo casu intelligitur deducto ære alieno, secundo non; quum ad certas
&

& particulares res se retulerit, & æs alienum nõ sequatur fundum,ut iuris est absolutissimi:à pari ergo iudicat & constituit legatum bonorum,uel rerũ tertiæ partis hæreditatis.

Iuxta prædicta cadit no. & pulchra dubitatio.
66 †vtrũ appellatione rerũ uel bonorũ cõprehendantur,& ueniant feudalia.Dec.hic in 2.lec. pulcherrimũ hunc articulũ tetigit,concludendo cõtra Spec. & Iaſ.q̃ licèt cõprehendantur quantũ ad significationẽ uerborum pp eorum generalitatem, tñ quia bona feudalia separatã naturã à reliquis bonis habent ac specialẽ expressionẽ requirunt.§.in generali,si de feudo fuerit cõtrouer.inter domi. & agnat. uasal.in generalitate nõ includuntur. propterea in renunciatione uel alienatione rerũ uel bonorũ,aut hĕditatis generaliter factis,nõ includi feudalia,nec cõcessionẽ legitimandi alicui generaliter concessam,ad feudalia extẽdi,scdm Doc. relatos p ipsum idem concludentem in consil. 76. 139. & 395. col.3.quãuis in suo consi. 189. circa finem uideatur sequi opi. Spec. q̃ appellatione bonorũ ueniũt feudalia.Cur.hic in fi.cõmenti rem p litteras cãbii paucis absoluens,ad dicta Decii hic se remittit.

In hoc puncto difficultatem facit lex nostra,& l. rei appellatione.la.ij.de uerb.sig. cum ꝓallegatis,q̃ ex quo appellatio rei generalis est,ẽt feudalia com
67 prehendi uidentur,ut dicebat Spec. in contrariũ sacit tex.†in §.in generali,in ti.Si de feudo fuerit cõtrouer.inter domin. & agnat.uasal.& in ti.de capitan.qui curiã uendi.in prin.q̃ iura dicunt in generali alienatione p uasallũ facta,nõ contineri feudũ, nisi noiatim dictum fuerit.ex quo scriben.infertũ, in generalitate non contineri feudalia.quã sententiam,ut receptiorẽ consulendo simpliciter sequun
68 tur scribentes. ff.allegãdi.† Sed articulus altiorem indaginem exigit,ac interpretem non ambulãtem p uulgatas regulas,& in superficie librorũ, sed qui in profundo maris expiscatus fuerit.

Distinguendũ est ergo inter bona feudalia, q̃ qs tenet ab alio,& feudalia q̃ alii tenẽt ab ipso renunciante uel alienãte.primo casu absq; dubio ꝓcedit opi.Decii hic,& in consiliis.ff.alleg.q̃ receptor est, & cõiter approbata,q̃ non cõprehendantur feudalia,qa separatã naturã habent, & specialẽ expressionẽ requirunt; ideo ex uerisimili mente loquentis ac deponentis non ueniunt nec comprehendũtur pp pœnã caducitatis, & amissionis ipsorũ bonorũ feudalium,q̃ incurreret disponens uel alienãs sine licentia directi dñi.d.§.in generali.& c.j.de capi. q curiã uend.ubi plenè Aluar.& alii feudistæ. & §.j. in ti.de ꝓhibita alien.feudi p Fede.cum simil. & p Iaſ.in consi.152.lib.4.Parisi.in consi. 7. & 12.col. 7.lib.j.Cur.Iun.in consi.26.col.4.& Mod.de Fano in trac.de pign.fol.6.vbi ponunt nonnullos casus, in quibus sine licentia directi dñi absque caducitate alienatio bonorum feudalium pmittitur. Scdo casu principali de bonis feudalibus,q̃ alii tenent & recognoscunt à renunciante uel alienãte,& in quibus ipse habet directum dñium, Doct.non distincasu ꝑcedenti concluſum fuit rõnem assignãt And. de Isern.& Alua. ut id sit pp dignitatẽ hoium, &
69 feudorũ,†q̃ faciũt hoiem nobilẽ,q̃ tñ rõ generalis non est,quũ non oia bona feudalia sub se hoies habeant,nec oia faciant hoiem nobilẽ. ꝓpterea saluo iudicio rectius sentiẽtis ego dicerẽ q̃ in feudalibus habentibus dignitatẽ annexã,aut iurisdictionẽ uel facientibus hoiem nobilẽ,put sunt feuda antiqua, ꝓcedat cõis cõclusio scribentiũ, q̃ nõ ueniãt nec includantur in generalitate;qa nõ est verisimile,di sponentẽ id uoluisse.arg.d.l. obligatione generali. ff.de pig.& hypothe.secus in aliis feudalibus,in q̃bus cessant ꝑdictę rõnes incursus pęnę,priuationis iuris sui,seu caducitatis ac nobilitatis, & militãt aliæ rõnes de q̃bus.ff.q̃ appellatio rerũ siue bonorũ generalis sit;mobilia,immobilia,iura actiões, & ẽt hoies liberos cõprehẽdens,ut diximus. quare simi liter nõ cõprehẽdẽtur feudalia dignitatẽ annexã nõ
70 habẽtia,nec faciẽtia hoiem nobilẽ: †de q̃bus bonis plenè tradunt oẽs scribẽtes in ꝓludiis feudorũ, & lac.de S.Geor.in trac.feu. sup uerbo In feudũ. & i casibus sup quibus cõclusum est,in generali dispo
71 sitione nõ includi feudalia,†id ꝓcedit ẽt in dispositione uniuersali,qcquid dixerint Dec. i consi. 389. col.fi.& Cur.Iun.i consi.26.col.4. ut p eundẽ Dec. in consi.76.col.j.& Parisi.i consi. 12.col.7. & seq.li. j.,p quibus faci',qa dispositio.l. obligationẽ generali,scdm ueriorem sniam locum sibi uendicat etiã in uniuersali,ut plenius dixi in l.fi.de pact.

Notabitis tñ circa ꝑdicta limitationem Rom. in
72 sing.incip.Tu sai.fol.37.†q̃ si Papa in regno Apuliæ,exempli gratia,Baronem,creauerit,inuestiendo illum de tali feudo, qui uasallus ꝑstiterit Pontifici iurm fidelitatis,post modũ Pontifex in aliũ, regnũ uniuersaliter trãsferat,non obstante d.§.in generali,intelligetur alienasse ꝑdictum feudũ, & baronẽ pp alienationem & translationem regni uniuersaliter factã,p tex.in ti. De pace Constantiæ.in §.cum autem nos,iuncta gl.super uerbo Recipiens.quam sequitur Alua. loco præal.Glo.j.diuiditur in duas partes principales, in prima declarat qũo legi debeat principium nostræ legis.in secunda, q̃ est ibi, & sic casum figurat.q̃ secunda subdiuiditur in tres particulas.in prima figurat casum vno modo: in secũda alio:in tertia quærit,& respon. secunda ibi, uel dic,tertia ibi,sed hæc ubi.

In primis dũ Accurs. declarat qualis esse debeat
73 littera principii istius legis,†dicebat Bar.reassumendo gl.q̃ scdm litteram pisanam est here.i. herile & dominabile,malè intelligẽdo gl. q̃ dicit q̃ secundũ litteram pisanã est ex re; alias, idest, secũdum alias litteras,& Codices here.nã pisana unica erat.Paul. Cast.hic,illam litterã nunc Florentiæ existentẽ, uidisse attestatur,& ibi legi Bene est, prout in litteris nostris cõiter habetur.Firmia.in repertorio in verbo Liber.eandem litterã uidisse attestatur, & q̃ incipit,Mere est.quod parum quadrat. Receptior lectio est,ut cõiter habemus,Bene est. & est verisimi lius,quum hæc sit creatura Vlpiani, q̃ eodem modo loquitur in l.idem ille.ff.de const.pecu. De litera uerò pisana, nunc Florentina,uidenda sunt,quæ scripsimus.ff.in prin.proœmii florum.

Secundò aduertendum,quicquid dicat Gl. Bar. Alex.& sequaces,non esse uerum,quòd possit hîc

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtare here, ideſt herile, & ad doctorem ſpectat, repugnante ratione latini ſermonis; eſſet.n.barbara locutio dicere, herile dominabile. & ad doctorem ſpectat, priuſquàm perueniamus ad interpretationē. quia peruenīat in tertia perſona dixiſſet, maximè Vlpian. magiſter eloquentię. legendū igitur bene eſt.

74 Stare verò poſſet, † vt dicebat gl. eſſe in littera piſana E re, ideſt ex materia, & non extra propoſitum dicere aliqua de ſignificatione tituli & rubr. antequàm perueniret ad interpretationem ipſius edicti. facit tex.in.l.iam dubitari, in verſ. non ab re. ff. de hęred.inſtituen. & in.l.2. de ſtat. homin.

75 Ex quibus infertur ad quæſtionem, † quòd licèt teſtis deponens extra articulū nō probet, quia non iuratus.l.fi.cū gl.C.qui legit.pſ.nō hab. ſtād. in iudic. & extra de teſti. c. de teſti. ſi tñ deponēdo prius declarauerit verba articuli & capituli, non dicitur extra materiā articulōq; deponere; vt hîc per Bar. Alex. & alios. Itē, ꝙ cōnexa & dependētia ab articulo et modicū cōferentia ad cauſam, nō dicuntur impertinentia, vt hîc p Iaſ. Deci. & alios, & per Bal. & reliquos in.c.Quoniā, de teſtib. in.l. ad probationē C. de proba. Paul. Caſt. cōſ. 272. col. 7. & 288. col. 8. in antiquis. Deci. in cōſ. 172. & 517. quā materiam latius examināt Are. & Felin. in d.c. de teſti. & in.c.

76 p tuas. eo.ti. hodie verò practica obſeruat † ꝙ teſtis iurat dicere & deponere ueritatē ſup capitulis et tota cauſa, & cōſequenter nō vitiatur depoſitio licèt vltra articulū ad cauſā cōferēs facta: & fuit inuentū Speculat. in ti. de teſte. in §. Sequitur, uer. illud nota.

77 Rurſus ſtante litera E re, † inducitur hic tex. ad aliam no. queſtionē: Si per ſtatutū cautū fuerit, uerba ſtatutorū planè, & ſine ſubauditione intelligi debere, & prout iacent, nec glоſſari poſſe, aliquidūe addi aut minui; quod nō erit prohibita expoſitio literalis & declaratio, quæ eſt ex re, id eſt ex materia ad propoſitum ac neceſſaria, ita quòd prohiberi nō pōt; vt poſt Alex. latè hic ſcribūt Mod. Tau. & Rip.

Glo. 2. & 3. ac Bar. malè intelligūt Vlp. verba, vt dixi i ſecūda apoſtilla; quia ſenſus tex. noſtri eſt, pro ut ibi declarauimus, nō prout exponūt glo. & Bar.

Glo. in verbo vatio, diuiditur in tres partes. In duabus primis ponit duos intellectus ad hūc tex. in 3. allegat ſimile. 2. ibi, vel melius. 3. ibi, & eſt ſimile:

78 † declarate glo. & ſignificationē huius prępoſitiōis ſub, vt hîc plenè per Salic. & plenius per Alber. de Roſa. in dictionario in verbo Sub. Gelliū, & Valam in elegantijs ſuis. & inquātùm præfati dicunt ſub, aliquando poni pro poſt. facit ad not. quæſtionem, de qua per Cur. ff. in pen. col.

Circa intellectus glоſſatoris, Mod. Taur. hîc in 6.

76 col. cōiungunt vtrunq; intellectū, vt p eos. † Sed cō muniter tenetur ſecundus p Bar. Salic. Alex. & alios hîc. ſub hoc titulo. i. ſub hoc trac. de rebus: qui verū ſimus eſt, vt ꝓbat iſte tex. nā. ſ. proximè Vlp. dixit, bene eſſe pauca de ſignificatione tit. referre. i. rub. de rebus creditis; vt poſtmodum ipſe aperit. Inde ſubijcit, multa prætorem inſeruiſſe pertinentia ad varios contractus ſub hoc titulo, ideſt in iſto tract. de rebus creditis, de quo ſuprà proximè dixerat.

Sequendo prædictū intell. colligit & infert Bar.

80 † Vlpianū hîc maioré propoſitionē omittere tāquā notā, & ponere minorem, probari verò dictā maiorē. ſ. de iuſt. & iur. in.l.j. & ratione clara ſecundum eum hîc in 3. col. quę ſequūtur Salic. Alex. & Mod. Taur. in 6. col. eò ꝙ verba principij nr̄ę legis nonnent in maioré propoſitionē, ſed potius in cōcluſionem. mihi videtur, ꝙ maior propoſitio probetur in principio iſtius legis, vt dixi in ſummario, licèt. n. explicitè & formialiter illam non præmittat, in eſſectu tamen, qui attendi debet, ſecus eſt. dum enim Vlpianus ait, prius generalia verba rubr. conueniens eſſe declarare, quàm nigtum interpretari, & prętorem verbum rei vt generale elegiſſe & præmiſſe, & ſic à generalibus inchoaſſe, prępmittit maiorem, quòd præcedere debeat cognitio generis cognitionem ſpecierū, prout latius in ſummario dixi.

Prędicta de cognitione generis, quæ præcedit cognitionē ſpecierū, & de maiori propoſitione præ-

81 mittenda, † reducēdo rem ad practicā, inducuntur per Bar. ad queſtionem de teſte, qui examinatur ſuper mutuo, vt interrogari poſsit, quid ſit mutuum, admittiq; debeat interrogatoriū, & per teſtē reſponderi, aliàs depoſitio ſua non probet; quia ſi neſciat per ſenſum corporeum reſpōdere, & declarare mutuum eſſe ac contrahi, quādo vnus tradit alteri pecunias vtendas, vt tantundem poſteà reſtituat; conſtat eum non intelligere id, ſuper quo deponit, videlicet quid ſit mutuum: ergo non probat. l. teſtū, cum ſimil. C. de teſtib. & cum iſta concluſ. Bar. tranſeunt Alex. Iaſ. Deci. & alii Mod. & fundatur optimis rationibus, quū ad cognitionē ſpecierum &c.

82 † Item, quemadmodum nō poſſum ſcire, quòd Titius ſit homo, niſi ſciam, quid ſit homo in genere, vt ait Bart. pariter ſi teſtis nō intelligit in facto quid ſit mutuare, quomodo poteſt ſcire, quòd talis mutuauerit? hinc etiam eſt illud vulgatum: diſputationem debere à diffinitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur, ſecundum Ciceronē in primo Officiorum: cum aliis quæ adduxi in l. omnis diffinitio, de reg. iur.

83 Et ſi dicas, † vt hic inquit Aret. interrogatorium prędictum eſſe obſcurum, quum poſsit intelligi quid ſit mutuū, prout eſt iuris, vel prout eſt factū, ideſt quomodo diffiniatur mutuum uel qualiter contrahatur: interrogatorio autē obſcuro reſpōdendum non eſſe. l. de ætate. §. nihil, cum ibi not. per Bar. ſuprà de interrog. act. ergo &c. Reſpon. quòd verba intelliguntur ſecundum qualitatem perſonę ad quam referuntur. l. plenum. §. equitii. ſ. de vſu. & habit. cum multis quę aliàs ad hoc propoſitum

84 allegaui. † ſicq; de mutuo prout eſt facti ſuper quo teſtis reſpondere debet, non autem prout iuris eſt: maximè, vt actus interrogationis potius ſubſiſtat. & ita voluit Accurſ. i l. ſtipulatio iſta. in. §. hoc quoque, in verbo ſtipuletur. de verb. oblig. ſecundum Bar. hic in 3. col. Socin. 2. Curt. & Ripam in 5.

Secūdò, ꝙ teſtis dicēs vidiſſe mutuari, non probet. iſtat Cur. per ea quæ dicūt gl. & Bar. in l. j. C. de

85 vſur. latè vagādo, ſequitur tāmē deciſ. Bar. † de qua gl. vide tu quę ſcribit Pau. de Caſt. in cōſ. 81. col. 2. i antiquis. & in l. ſciēdū. ff. de verb. oblig. ubi etiā per

86 Iaſ. in 9. colu. † & quemadmodum teſtis ſuper mutuo deponēs, interrogatus quid ſit mutuū, tenetur reſpondere

reſpondere & declarare quomodo illud intelligat mutuum, pariter ſi deponat de mala fide, de notorio, de conſuetudine, de inſtitutione hæredis, de homine, de die, & de nocte, interrogatus tenetur reſpondere de prędictis, & quomodo intelligat id de quo deponit, vt conſtet eum intelligere rem de qua contēditur, & ſuper qua depoſitionem ſuam facit, vt hîc per Deci. Mod. Taur. col. 7. & Rip. 5. Alex. in cōſi. 127. col. j. lib. 4. 150. col. 4. 159. col. fi. vol. 5. & Deci. in conſi. 105. col. 3. & conſequenter, niſi teſtis deſcribat ſeu declaret in facto quid ſit id de quo deponit, quando interrogatus fuit, cenſetur ſuper ignoto teſtimonium dicere: iccirco nō probat, niſi interrogatorium ſuperfluum omnino eſſet aut ca-

87 lumnioſum, vt puta, † ſi diſpoſuiſſet equum eſſe album, & interrogaretur, quid eſſet albedo, vt hîc per Bar. in 3. col. Taur. 10. & Ripam in 5.

Ex prædictis habetis primam limitationem ad concluſ. Bar. quòd teſtis deponens ſuper mutuo, non tenetur reſpondere, quid ſit mutuum, quādo iam declaraſſet eius dictum, quum non ſit tunc vltra interrogandus: vt per Bar. & præfatos. nam rei

88 ſatis demōſtratæ fruſtra alia adijcitur demōſtratio. l. j. ff. de dote pręleg. ſintq; reſecāda ſuperflua. † & licèt quidam dicant poſſe teſtē ſępius interrogari, p tex. in c. cum cauſam. de teſti. ibi tamen non dicitur poſſe quem ſuper eodem facto ſępius interrogari, ſed quòd diligēter de circunſtantijs id fieri debet: iudex tamen ex officio ubicunq; equitas ſuggerit, id facere poteſt. l. vbicunq;. ſ. de interrog. actio.

89 † Quod ſi teſtis, qui de aliquo interrogari nō debuit, interrogatus reſpondeat, & malè, non vitiabitur dictum ſuum, per regulā. l. unicæ. in prin. C. de rei uxo. act. quod vbi aliquid non requiritur, ſi fiat aut exprimatur, & malè vel ineptè, non vitiat actū; vt hîc per Iaſ. col. iij. quod a ueritate alienū eſſe videtur, per regulam. l. expreſſa nocent. ff. de reg. iur. & alia alleg. hîc per Deci. in iij. col. ij. lect. Nec Bar. loquitur qñ teſtis reſpondet & malè, ſed quando nō reſpondet, vel vbi reſponſio ſaluari poteſt: & regula d. l. unicæ eſt brocardica, vt alibi plenè ſcripſi.

90 † Sed quando teſtis depoſuiſſet de poſſeſsione, puta uidiſſe fundum teneri, coli, ſeminari; uel fructus colligi per Gaiū, aut depoſuiſſet ſe uidiſſe mutuari pecuniā præſentibus Gaio, & Seio, poſtea interrogatus de cauſa ſciētiæ, puta, quid ſit poſſeſsio, & reſponderet per uerbum neſcio, uel in ſecundo caſu, quibus prędictis præſentibus uiderit mutuari, & reſpōderet, nullis, non vitiaretur eius depoſitio, quia intelligeretur aliter, ſcilicet q̄ ſupra dixit & depoſuit, & nullis præſentibus præter ſupra nominatos, ut per Iaſ. Deci. Rip. & alios ſuper hac glo. Et hoc eſt,

91 quia per hunc modum ac temperamentum a contrarietate ſaluatur teſtis. † nam in quacumque re fieri debet interpretatio, ne quis in continenti ceenſeatur ſe correxiſſe. l. nam ad ea. infra de cond. & de monſt. ne ue quis ſibi ipſi contradicat. c. inter dilectos. de fide inſt. cum accumulatis per Dec. in l. vbi repugnantia. infra de reg. iur. propterea Deci. hic, Cur. & alii Mod. impugnant deciſionē Iaſ. ꝙ ex inepta reſponſione nō vitietur depoſitio teſtis. & mouetur Curt. aliquibus mediis, quę prius cumulauit

92 Felin. † ad intelligētiam, & declarationē. d. regulæ. l. unicę. ut per ipſum Felin. in c. qualiter & quādo. el primo. char. prima de accuſat. & in c. cum ordinem. fol. primo de reſcrip. & in c. examinata. char. ij. & iij. de iudi. deinde Curt. ſaluat Iaſ. deſtinguendo, qñ reſponſio nō eſſet adeò mala & inepta, quin cum prima poſsit ſtare & concordari, ſecus vbi de ineptitudine & contrarietate manifeſtè appareret, quia tunc afficeretur depoſitio: & hoc uolunt prę-

alleg. ſcriben. licet prædicta non referant.

Nunquid autem poſsit fieri notario interroga-

93 torium, quid diſponat Velleianum, † cui in inſtrumento renuntiatum fuiſſe aſſeruit? plenius, & forſitan melius quàm hîc tangant Dec. Cur. & Ripa, ſcripſi in l. ſi librarius. de reg. iur.

94 Secundo limitate concluſ. Bart. † quando teſtis interrogaretur quid ſit mutuum, ſiue poſſeſsio, ideſt quō diffiniātur. nam huiuſcemodi interrogatio captioſa eſt, & reiicienda, quum ſit iuris, & iudicio intellectus percipiatur, vt hîc p Socin. Dec. & Mod. quinimmo excellentiſsimi iuriſconſulti prædicta diffinire neſciuere. ipſe tamen Bar. intellexit cōcluſionem ſuam ſecundum prædictū temperamentū, quando teſtis interrogaretur de facto, non de iure.

95 Tertia limitatio in iuriſperito, † tunc. n. interrogatorium tanquā ſuperfluū, non eſſet admittendū, ſecundū Roma. hîc, quem Alex. in iiij. col. quibuſdam leuibus rationibus improbat. Ripa in vj. col. in practica obſeruari dicit opi. Alex. ut ueritas magis appareat, quicquid ſit de iure. Ego nō credo Ripam hunc caſum in controuerſia unquam uidiſſe. opinio Romani in puncto iuris uerior uidetur, ſi interrogatoria ſuperflua reſecanda ſunt, & reiicienda. nam ſi teſtis eſt iuriſperitus, cui dubium, quod ſciet reſpōdere per quos actus, & in quibus rebus celebretur mutuum? quum de hoc ſit caſus legis uulgatiſsimus, quē non ignorant, etiā ſi qui inſtitutiones tantū audiuerūt. ff. eo. in l. ij. & inſti. quibus

96 mod. re contrah. oblig. † Debet ergo dictum interrogatorium tanquam ſuperfluum reſecari, ut de in

97 terrogatorio albedinis diximus ſ. † Et ſimiliter, qñ Phyſicus atteſtaretur de apoplexia defuncti, uanū eſſet illum interrogari, quid ſit apoplexia, quū pro certo credendum ſit illum ſcire: ſecundum Roma. ſed in hoc non ſunt ultra uerba effundenda, quum facilè ſit ad talia interrogatoria reſponderi.

98 Verum quia Doc. hîc plura dicūt † circa interrogatoria faciēda teſtibus, notabitis quòd ante diſpoſitionem capituli præſentium, de teſtib. lib. vj. non erat iure cautum, ꝙ darentur interrogatoria, ſed de cōſuetudine id fiebat; hodie eſt etiam iure. d. c. præſentium, & conſuetudinis pluſquā notorię, ut poſt Bar. hîc in iij. col. ſcribunt Soc. & alii; hocq; tàm reſpectu admiſsionis, quàm reſecationis, in quo lex certa non reperitur data, nec dari poteſt, ideo arbitrio iudicis totum committitur. arguméto, l. j. ff. de iure delib. & l. ubicunq;. ſ. de interrog. act. manifeſtè ſuperflua ſine dubio reſecanda erunt §. quibus in prima conſtitutio. C. l. hæc ſtipulatio in §. Diuus ff. ut lega. nom. caue. c. ſignificauerunt, cum ſequē. de teſtib. facientia uerò modicum ad cauſam, non dicuntur impertinentia, nec ſuperflua, ut ſ. dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

99 fuit.†quæ verò noua capitula pro producente continent, repugnantia sunt & inadmissibilia, ut post Beltran. tradit hîc Rip. in 7. col. & Neuiza. in Sylua nuptiali fol. 88. dum quærit, an adiunctus possit interrogare testem super materia cõtraria. de consuetudine obseruatur ne talia interrogatoria admittantur: propterea illa resecari sæpe uidimus.

De iure cõtraria opin fortè uerior est, ut uult ibi Neuiza. & Albe. in tract. de testib. sub rub. de interrogat. quæ fieri possunt testib. col. j.

100 Et in dubio † iudex debet interrogatoria potius admittere, quàm repellere, ut hic per Iaſ. ad fi. tertij not. facit tex. in l. j. in fi. cum no. ibi per Paul. Caſt. suprà si quis cautio. & quæ uolunt scrib. in d. §. ꝙ obseruari. quòd sit melius centum positiones impertinentes admittere, quàm unam pertinẽtem repellere. †Et potest iudex assignare parti breuem ter
101 minum, puta, trium dierum ad dandum sua interrogatoria, quibus in termino minimè datis ad examen procedere potest, ut per Signorol. in cons. 19. incipiente In assumptione. & ita de consuetudine
102 obseruatur. † Debet tamẽ tunc ipse iudex diligenter examinare & interrogare, ac pro parte supplere. d. c. præsentium. §. final. c. significauit. & c. cum causam, de testib. latè Felin. in c. per tuas, eo. titulo. & si iudex omissis & neglectis interrogatorijs sibi datis examinauerit testem, examẽ nullum erit. Abbas in d. c. cum causam. col. 3. uers. Alio modo. Feli. in d. c. per tuas. & Ripa hic in 7. colum. alii tamen tenent, & melius, examen non subiici nullitati, quum hoc non caueatur iure sed testem esse iterum interrogandum, ut per Alex. in consil. 172. Visis. colum. fina. liber. 2. & Deci. in c. licet causam, in 8. not. de proba. nisi de nullitate examinis facta fuisset protestatio. intellige de nullitate examinis, casu quo ad ipsum examen sine interrogatoriis datis procederetur: nam tunc examen nullum redderetur, ut pulchre per Barb. in consil. 3. colum. penul. liber. 3. Et hanc protestationem solent boni
103 practici facere. † Cautela uerò non negligenda est, ut non solùm interrogatoria exibeantur ac producantur iudici, uerum etiam inferantur in processu producentis, ut possit liquidò cõstare sine illis fuisse processum, ut post Specul. scribit hîc Ripa. quod nota, quia multùm utile.

Succesiuè Bart. in 3. colum. adhærendo opinioni suæ, quòd Iurisconſ. sic omittat maiorem propositionem tanquàm notam, infert ad utilem
104 & practicabilem quæstionem, † de teste, qui interrogatus de causa scientiæ depositionis suæ, assignãdo rationem dicti, maiorem omittit, respondendo, puta, se scire, quia vicinus vel consanguineus, quòd probabit, per hunc tex. cum aliis per eum allegatis. Cuius dicta ad ornamentum magis quàm ad necessitatem nostræ legis fuerunt secundum Paul. Castren. infrà in vlt. col. estque materia ista
105 † magis practicabilis, quàm subtilis, vt voluit Paul. Castren. in l. solam, ad finem. C. de testib. ideo cum alijs transeundum esset. nam glo. in rubri. & Bart. in nigro vagantes, & multa quæ non erant hîc necessaria tangentes, & alii post eos scriben. aquam mari afferentes, principium istius tractatus de rebus, prolixũ & difficillimũ reddiderũt, vbi secundum intentionẽ Iurisconsulti breue & elegãs erat. si Bartoli & Doct. vestigia sequi volumus, oportet (quãuis inuiti) aliqua circa prędicta tãgere.

Sed pro declaratione & intelligentia articuli, ne
106 laboremus in ęquiuoco. † In primis videamus, qui dicantur vicini, & qui consanguinei. quidam volunt illos vicinos dici, qui vocem exclamãtis exaudire possunt. per tex. in. l. j. in §. hoc autem infrà ad syllan. ibi, vnde vocẽ exaudire poterunt. & ibi, aut vicini audirent. vt hîc per Ripam col. 8. & malè, ac cõtra iura alleg. per Bar. præcipuè in terminis quæstionum suarum, & in exemplis per eum datis. & tex. in d. §. hoc autem. loquitur de vicinis respectu eiusdem tecti propter subiectã materiam. Nec. n. puniri possunt pœna illius Senatusconsulti, serui qui non tulerunt auxilium domino oppresso, niſi potuerint audire vocem illius implorantis auxiliũ: ideo vicini de quibus ibi fit mentio modo prædicto intelliguntur. aliud in terminis quæstionum Bart. si agatur de probando diuitias, sanam mentẽ, vel bonam famam alicuius; tunc. n. vicini dici possunt; si eorum habitationes non multùm distent, dummodo de prædictis verisimiliter scientiam habere possint. c. quosdam, cum no. per Abb. & Feli. de præsumpt. & quum hoc non sit à iure determinatum, staretur arbitrio iudicis; vt ibi per prefatos.

Qui † verò dicãtur ac veniant appellatione con-
107 sanguineorum, tradunt Doct. extra de consang. & affinit. & in multis aliis locis, vt per Bal. in cõs. 64 lib. 2. Signorol. cons. 198. Alexan. cons. 82. vol. j. & 157. vol. 7. Barb. in. c. per tuas, col. 2. de proba. Soc. in. l. cum auus, char. j. ff. de cõdi. & demonstr. Curt. Iunior in cons. 5. col. 8. & in cons. 176. Bar. hîc accipit pro sanguine coniunctis, etiam quòd affines sint solummodo, quorum alii proximiores, alii remotiores sunt; de quibus autem intelligatur conclusio Bar. dicetur infrà.

Probauit Bar. conclus. suam per plura iura, quę parum stringunt secundum Moder. de consanguineis dicebat probari in l. Octaui. & in. l. de tutela. per eum allegatis. cui contradicit Ripa in 7. col. eò quòd loquantur dicta iura in patruo & auunculo, & sic in valde coniunctis; id quod iam pluribus annis pręteritis hic dixeram: sed conclusio Bar. ad similes personas restringitur, vt infrà declarabimus. & dum subiicit, quòd in d. l. de tutela, duo concurrebant, officium tutelę, & proximitas sanguinis, quæ faciunt præsumi scientiam; refragatur tex. ibi, tàm officium, quàm sanguinis proximitas, ergo alterum sufficiebat, quamuis ibi ambo concurrerent.

De vicinis dicit Bart. probari in. l. si ita. in fin. infrà de fun. instruc. quæ lex secundum Iaſo. in 4. colum. & Ripam 8. parum facit. Curt. tamen in 7. col. inducit tex. ibi, nequid agri aut fructuum vicini occupent. qui tamen aliud probat, villam scilicet egere custodia, nequid vicini rapiant, lex enim magis suspiciatur contra vicinos, quàm contra alios propter maiorem commoditatem nocendi, quę est penès vicinos. & alleg. l. filium diffinimus, in illis verbis, vicinis scientibus, secundum

Ripam

Ripam non probat. Important. n. illi ablatiui cõditionem, & quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione, iuribus vulgar.

Respond. ꝙ vbi ablatiui absoluti cadunt super eo, quod sui natura vel iuris intellectu certum est, uel esse debet, non faciunt conditionem, vt p Iaſ. in d. rub. fol. ma. sed ꝙ vicini sciant natiuitatem eorũ, qui in vicinia nascuntur, iuris censura videtur certum, ergo ille tex. à contrario sensu eius, quod dixerit iurisconſ. in principio de infirmitate aut mala valetudine mariti probat.

Sed quicquid sit de p̃dictis iuribus, cõclusio Bar. ꝓbatur in d. c. quosdã, cum sequ. ibi, quanto viciniores estis, subtilius cognoniſtis. & ibi latere te in uicinio nõ poterit, quod ad nos in longinquo per uenit. sicꝫ uicini facta vicinorũ scire ac cognoscere ꝓsumuntur. alia ad ꝓpositum & comprobationem conclusionis Bar. citat Iaſ. hîc, sed nõ est opus tot uerbis, quum ratio naturalis, id ostẽdat, uicinos communiter scire facta vicinorum, q̃ ratio naturalis sufficit qñ legem non haberemus. l. scire oportet
108 §. sufficit, de excu. tuto. p̃dicta conclusio Bar. optimè procedit in terminis suis & exemplorum p eũ datorum, in his videlicèt, quæ habent tractũ & causam successiuã, & uicinorũ, consanguineorumue oculos latere nõ solent: & sic q̃ de facili possunt in notitiã p̃dictarũ p̃sonarũ transire, iuxta. l. primam. ff. de flum. † & est conclusio scriben. communiter recepta; ut p Bal. in l. conuenticulam. col. 4. C. de episco. & cle. Pau. Alex. Iaſ. Dec. & alios Mod. hîc, & Fel. latè in c. litteris in primis col. de præsump. hæc. n. est pręsumptio à communiter accidẽtibus, quæ sufficit etiam in teste. l. neque natales, cum gl. C. de proba. Alex. hic col. 5. & 10. latius Fel. loco. s. alleg. & Dec. in c. in prȩsentia, col. 10. de proba. & in l. nõ hoc. C. unde cognati.

Circa hunc articulum, Alex. fimbrias dilatauit, in hoc tamen resident, quod conclusio Bar. procedat, & intelligatur in his, q̃ à communiter accidentibus transeunt in notitiã vicinorum, & consanguineorum, secus in his, q̃ a communiter accidẽtibus p̃dictos ignorantur, & consequenter, q̃ non habent tractum successiuum, sed momentaneum, vt furtum, & homicidium. Et Alexandrum sequitur Dec. in 4. col. alii processerunt distinguendo casus, & p conclusiones, alii considerando quasdã coniecturas: Fel. in d. c. litteris, p regulam, & fallẽtias, remouendo in primis quædã, q̃ uidebantur obstare conclusioni, ut etiã p Cur. seniorẽ in l. 2. in §. quod obseruari, in j. col. C. de iuramento calum. quę uia tanquàm plana multis placet.

Et prima limitatio est, vt conclusio non ꝓcedat in habentibus causam momẽtaneã, seu q̃ momẽto tẽporis (vt ita dicã) expediuntur, & est communiter recepta, vt ibi p eũ, & hîc plenè p Alex. Dec. & alios Mod. & est vera in se naturalibusq; conueniens: ideo admittenda. l. confessionibus, & sequ. s. de interrog. actio. cum no. per Rom. in cõsi. 123. & 260. sed non est de terminis regulæ, ideo minus bona
109 limitatio, iuribus uulg.

Sed quid si testis diceret, † scire Titiũ, talem contractũ feciſſe, quia est domesticus, & secũ habitãs? Soc. in cõs. 113. col. 6 lib. 2. uult, ꝙ sit sufficiẽs causa ad sustinendum depositionem ac probationem, quum ratione cohabitationis ꝓsumatur scientia gestorum per cohabitantes, sicuti rationes strictæ cõsanguinitatis, vt statim dicetur.

Oppositũ verius credo p p̃dicta, quũ hæc ꝓsumptio non concludat à cõiter accidentibus. possũ. n. facere contractũ inſciis mecũ cohabitantibus, quũ hoc non habeat longum tractum temporis, ergo probatio erit dubia, & non concludens, quæ nõ releuat probantem. l. non hoc. & c. in præsentia. s. allegatis. facit. l. quoniam sororem. C. de iure delibe. cum no. ibi per Bal. vbi soror admittitur ad allegandum ignorantiam testamenti conditi per fratrem.
110 † tradit etiam Alex. in consi. 71. col. fi. volu. j. facit quod de contractu per vicinum inito, post Pau. Castren. scribit hîc Alex. in 4. col. hocꝫ iuris clarisſimi esse videtur.

Secunda limitatio est, qñ testis deponeret de ęta te coniuncti antiquioris vel æqualis in tẽpore vitæ,
111 † non esset suffi. iens ratio, scio quia coniunctus, ut ibi p Fel. & p oẽs scriben. hîc, & probatur, in d. l. de tutela. præall. quę loquitur in patruo, & hoc potest sola ratio naturalis demonstrare ac persuadere, ꝙ minor natu nõ possit de ętate maioris tanquàm de incognito testificari.

Tertiò limitatur in coniunctis quò ad iure sanguinis, † ideſt quantùm ad scientiã cognationis, &
112 processum naturę coniunctis; prout loquuntur iura. s. alle. Octaui, & de tutela, secundum Bal. in d. l. quoniam sororem. Alex. consi. 71. col. fi. & Feli. loco. s. alle. in 3. lim. Alex. Iaſ. & alios hîc, non autem quò ad factũ hominis secundum præfatos scribentes. Sed ꝙ d. l. Octaui, malè restringatur p p̃fatos, uidetur demõstrare tex. ibi dum dicit: non fuisse ueri simile coniunctũ ignorasse valetudinem coniuncti defuncti, ergo nõ restringitur ad prędicta duo. Verũ loquitur, in his, q̃ habent causam successiuã, & q̃ verisimiliter non ignorantur p ualde cõiunctos, ut quòd patruus graui infirmitate ad mortem tendente laboraret. hîc est verus sensus illius tex. prę sumitur igitur coniunctus scire facta coniuncti, quã tùm ad scientiam cognationis ac processum naturæ, & ea quæ verisimiliter per coniunctũ non ignorantur, vt in terminis prædictis.

113 Quarta limitatio in ualde coniunctis tantũ † habemus. n. plerunque coniunctos, quos non cognoscimus. Item & alios de quibus parũ curamus: absonũ esset tunc dicere, sufficientẽ esse rationẽ testis asserẽtis se scire, quia cõiunctus, ideo &c. d. l. Octa-
114 ui. in fine dicit † tá coniunctum &c. innuens id procedere in ualde coniunctis, qui uerisimiliter non p̃ sumuntur ignorare facta coniunctorũ. & ita iã multis annis pręteritis illum tex. declarauit: id quod in prȩsentia secutus est nunc Ripa. hîc. idem probat tex. in d. l. de tutela, de auunculo loquens, ibi, sanguinis proximitas. & ad hoc prædicta iura ponderat hîc Dec. in ult. lect.

115 Quinta limitatio † in coniunctis, & uicinis, qui simul conuersantur, aliàs secus. Soc. in consi. 187. col. 9. uers. Secunda. cessat. n. tũc rõ prę sumptionis, scientiæ, q̃ in cõsanguineis & uicinis prę sumitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo similiter cessabit legis depositio, vt etiam hîc volunt Mod. Taur. Mediol. & Papiens. qui ad practicam rem reducentes, tradunt cautelam ad impugnandum dictum testimonij, capitulando & probando, ꝙ testis non solebat simul conuersari.

Quæ limitatio est contra Bar. & cõmuniter scribentes, immo contra iura per eosdem allegata, quæ id non exigunt; dummodo ergo illa super quibus deposuit, talia sint, quæ habeant causam successiuam, & quę de facili soleãt in notitiam prędictorũ transire, vt in prędictis exemplis Bar. videtur bona ratio, scio, quia vicinus, vel consanguineus, licèt cessaret conuersatio; quum per hoc non cesset prę-
sumptio scientiæ, quæ non oritur ex assidua conuersatione, sed quia vicini quotidie vidét, audiunt, & cognoscunt, quę per vicinos aguntur & fiunt, quando sunt illius generis de quo. ſ. & idem in cõiunctis. Idq; maximè verũ est, quantùm ad scientiam cognationis, & processum naturę de quibus suprà, quia quantùm ad ista parũ facit assidua conuersatio: si tñ prędicti inuicem conuersari solebãt, laudo poni in depositione testis, quia inducet iudicantem ad dandum maiorem fidem testimonio.

116 Sexta limitatio in coniuncto, vel vicino † absentibus, in quibus magis præsumitur ignorantia, q̃ scientia eorum, quæ per cõiunctos & vicinos aguntur. l. Titius. §. Lutius. cũ ibi no. per Are. & alios. ĩ. de lib. & hosthum. Bar. in. l. is potest. col. 5. ĩ. de acqui. hæred. Deci. in cõs. 64. col. 3. & sequuntur hic omnes Mod. ego enim qui nunc Paduæ sum, quid possum scire de his, quæ fiunt & aguntur, Vercellis per coniunctos meos. Et ista limitatio intelligitur respectu eorum, quę fiunt & aguntur per prędictos, vt dixi; secus quò ad iura sanguinis, & ætatem coniuncti, vt suprà dictum fuit.

117 Quibus omnibus rectè consideratis, † videtur melius esse, facere conclusionem ad oppositum, ꝙ coniunctus non præsumitur scire facta coniuncti. d. l. quoniam sororem. nec vicinus facta vicini, quũ ignorãtia regulariter præsumatur. l. verius infrà de proba. c. prędsumitur. de regul. iur. in sexto. cum no. per Bar. in d. l. is potest. col. 5. & Alex. in cons. 66. in princ. & in fine consilij lib. 4. Iaſ. in l. admonendi. col. 8. versic. Confirmo. ĩ. ut. proximo. Deci. cõs. 154. & 667. & in. l. si cum vel in vtero. C. de test. limit. Fallit in his, quę verisimiliter per consanguineos, & vicinos non ignorantur, iuribus. ſ. alleg. in quo considerabuntur signa, & coniecturæ, de quibus hîc per scriben. & in his erit bona ratio reddita per testem scio, quia vicinus, vel consanguineus; in aliis non. Et ista videtur clarior & cõpendiosior

118 doctrina, † & debemus semper capere viam docendi per modum magis facilem, & non per modum intrincatum, & difficilem, vt faciunt quidam doctorelli, qui vt videantur subtiles ignotũ per ignotius ostendunt, contra. §. hactenus. insti. de gradib. vbi Aretinus notat. faciunt quæ dixi in vltima apostilla tex. nostri. & in effectu hæc mea resolutio parum differt à conclusione Alex. & Dec. ſ. relata.

Et quum probatio modo prędicta facta per testes assignantes rationem se scire, quia vicini, vel consanguinei, dicatur prędsumptiua, vt non concludat necessariò, vt hîc dicunt Bar. Alex. & Mod.†

119 †. resultant plures not. effectus. primus est, secundum Alex. & alios, quia si modo prædicto probaretur delictum mitiganda esset pœna, & non imponenda capitalis, aliàs pro tali delicto debita; quia vbi quis cõdemnatur ex probatione prędsumptiua, minuenda est pœna; vt per Inno. & alios in. c. asserte, de præsump. Abb. in c. auditis, de præscrip. Alex. Iaſ. Deci. Curt. & alios Mod. hîc, Deci. in. c. cum vener. col. 11. de excep. & in. l. vt vim, col. 7.

120 vbi Aquens. 20. suprà de iust. & iure. † ex quo dicebat notanter Abb. in d. c. auditis, quòd ille, qui confitetur homicidium commisisse ad sui defensionem, quamuis non probet defensionem ipsam, nõ sit decapitandus? quum ex probationibus prędsumptiuis condemnetur.

Contrarium tenuerunt Socin. hîc col. 5. & in. l. non vtique, col. fina. de excep. & post Felin. Pariſ. in d. c. auditis, col. 12. quia per talem confessionem homicidium verè probatur, quum defensionis necessarię qualitas possit respui, ideo consequens est, pœnam ordinariam imponi debere, quæ confessio continet homicidium, de quo constat: de defensione autem non. Sed respon. vt per Deci. hîc & latius in d. c. cum vener. col. 12. & in d. l. vt vim. col. 7. prę-
terea in casu Abbatis aliud pro reo contra fiscum militat, quia de homicidio solùm constat per confessionem rei, ideo quũ fiscus in vno releuetur, ab onere probandi homicidium videlicet, grauatur

121 in alio, vt ordinariæ pœnæ non sit locus. † In practica tñ seruatur opin. Socini: ideo cauete à confessione tali. facit ratio vtilitatis publicę, vt puniãtur delicta. l. ita vulneratus. ſ. ad. l. aquil. homicidaq; expectat, quod fecit. l. 3. C. de Epiſco. audien. & si per testes homicidium probaretur, dolus verè prædsumeretur, & absq; dubio tunc pœna ordinaria imponẽda esset. l. j. C. de sicar. secundum prędsatos scriben.

Ad propositum tamen nostrum redeundo, illatio quam hîc facit Alex. de mitiori pœna imponenda, †

122 quando ex probatione præsumptiua quis cõdemnatur, reprobatur hîc per Deci. quia hæc prędsumptio, quòd vicinus præsumatur scire facta vicini, est à iure approbata, sicq; prędsumptio iuris est, quę pro liquidissima probatione habetur: ideo ordinaria pœna locum habere debet. l. j. C. de sicar. vt hîc per Deci. in 3. lect. & Curt. ac Ioan. Crotum in trac. de testib. in vlt. col. sicq; à veritate alienum uidetur, hoc casu mitigandam esse pœnam. Et hanc opin. cõtra Alex. nititur defendere hîc Deci. in ult. lect. colu. 7. contra Iacobum de Nigris Bononien. qui defensionem Alexan. assumpsit. Et subiungit

123 Dec. quod iste de Nigris † melius feciſſet, si non denigrasset papyrum. uel aliter respondeti potest dictis Decii, ut hîc per Cur. col. 10. & per Deci. in d. c. cum uener. col. 10. & sequenti. & probatur ratione, quia ubi quis confitetur homicidium ad sui defensionem, lex reiicit qualitatem defensionis, prę-
sumens homicidium dolosum, ut ibi per Deci. & Aquens. in d. l. ut uim. col. 20. & tamen confessus ex tali prædsumptione nõ punitur pœna ordinaria, ut dictum est; ergo apparet, quòd ad imponẽdum ordinariam pœnã ex prędsumptione iure probata, non

non sufficit modo prędicto approbatam esse, sed requiri ꝙ sit approbata in specie per legem.

124 Considerabitis circa aliud, † quomodo procedere possit in proposito nostro conclusio Alex. & cõmunis, ꝙ probatio facta per testem dicentem scio, quia vicinus sit prædsumptiua, & mitior pœna imponenda veniat, quum p tales attestationes nõ probentur delicta, nec habentia causam momentaneã, sed successiuam tantùm, & transeuntia de facili in notitiam vicinorum, vt. ſ. dixi: ergo in probatione

129 homicidii vel alterius delicti, non potest procedere dictum Alex. & Doct. respon. ꝙ Alex. & alii nõ dicunt homicidium vel delictum ꝓbari per testes eo modo deponentes, sed ꝙ ille qui condemnatur ex probatione prędsumptiua, vt in casibus Alex. mitius sit puniendus.

125 Sed contra prędicta † uidetur esse pulchrum & no. dictum Bar. in l. si qs mihi bona. in §. Sed si mã dauerit. ĩ. de acq. hære. alleg. in contrarium per Iaſ. hic in 5. col. Cur. in 10. col. dicebat requiri plura ad hoc, ut locum habeat dictum Bar. ſ. alleg. vt hic per eum. & Iaſo. in l. j. colum. 5. & 6. C. de seruis fugit. Sed non respond. in forma, ideo dicas quòd ibi de

130 facto constabat uerè, non autem prædsumptiuè: ex quo facto insurgit postmodum iuris prędsumptio. d. l. j. C. de sicar. ideo nimirum si ordinaria pœna locum habet.

Alios effectus resultantes ex hoc, ꝙ ꝓbatio prædsumptiua dicatur, congerunt Dec. & scrib. hic, & in locis. ſ. allegatis, sed quia hîc locus non est cõgruus ad prædicta, ideo non prosequor.

Notandum tamen est, quòd vbi admittitur ra-

126 tio, scio, quia vicinus, vel consanguineus, † non est clausa manus iudici inquirendi maiorem certitudinem per alias coniecturas, & circumstantias. c. cum causam. de testib. Socin. hîc col. 5. Cur. 10. & Mod. Tau. 15.

Sed contra cõclu. Bar. & communẽ, ꝙ in exẽplis prædictis non sit bona ratio testis deponentis se scire, quia uicinus, vel consanguineus, & ꝙ non sufficiat dictũ testis prędsumptiuè concludere, ex pluribus videtur probari posse.

In primis p decisionem Bar. in l. Labeo. col. 2. de

127 suppellec. leg. adducta hîc p Iaſ. in 5. col. si in ꝓbando vſu communi testis dicat, † equum appellari palafrenũ, vel contenta in capitulis, in quibus id continebatur, vera esse: debet in assignatione rationis

128 dicere, hoc scire, qa audiuit sic dici, & appellari abõibus in locis tractantibus de hoc. † Quod si respõderet scire, quia sic publicè dicitur, nec attestaretur de auditu proprio, nihil concluderet; quum nõ testificaretur, quod suo sensu percepisset, prout requiritur. l. testium. C. de testib. & §. fi. l. qui testam. ĩ. de testa. vt voluit Bar. hîc. Similiter, si testis examinatus super voce & fama publica, interrogatus de causa scientię, respondeat scire esse vocem & famã publicam, quia sic p ciuitatem dicitur, non probat, quum non deponat per sensum corporeum, se uidelicet audiuisse. Bar. in l. de minore. in §. j. col. 6. de quæst. ergo contra Bar. hîc, quia si publicè dicitur, iuris est prędsumptio, ꝙ ipse testis audiuerit & sciat: iuxta gl. in l. si tutor petitus. C. de pericu. tuto.

si sufficit dictum testis concludere prædsumptiuè iuris prædsumptione, ut hîc dicit Bar. deberet ét sufficere in ꝓdictis casibus: & tamen oppoſi. voluit ibi Bar. & fuit motiuum Are. hîc in 4. col. licèt Iaſ. taceat. Dec. in 4 col. secundæ lecturę, respondet, vt p eum. Quę respõsio est contra doctrinam Bar. hîc communiter receptã, inducendo ut p Are. & Iaſo. quia prædsumptiuè iuris uidelicèt ꝓsumptione, testis de se ipso & sensu suo testificatur. nã, vt dicebat eleganter Bal. in l. testium. C. de test. † sufficit in teste rationem reddi ꝓsensum, qui in uerbis implicitè contineatur, & si non explicitè; ut hîc per Are. in 3. col. Cur. in 8. col. clarius respon. quòd uerbũ publicè dicitur, coram duobus vel tribus verificari potest: ideo non exprimitur tale quid, ꝓpter quod iuris prędsumptione ad sensum corporeum deueniatur, ut p eum. Sed labitur, quia Bar. in l. Labeo, non loquitur quando testis assignando rationem suę depositionis. asserit publicè dici, sed p verbum communiter: & consequenter ꝙ est publica uox & fama: quod clarius explicat in d. §. tormenta. col. 5. dicens, ꝙ si respondendo de voce & fama, dicat, se scire, quia sic à maiori parte populi dicitur, non ꝓbat, quum non deponat p sensum corporis. Eapropter respond. tu, Bartolum. in locis prædallegar. malè loqui, & melius hîc: ideo (vt dixi) eius doctrina communiter est recepta, quum sufficiat testẽ deponere, se scire hanc esse famam publicam, quia sic dicitur, & à maiori parte hominum ciuitatis vel loci, quamuis non deponat se audiuisse, quia hoc prędsumitur; vt per Bar. Are. & Iaſ. etiã, quia sufficit rationem testis concludere per sensum implicitè in verbis contentum, licèt non explicitè, vt dixi. meritò de doctrina Bar. dubitauit Fel. in prooem. Decretalium. col. 5. sed non est dubitandum, quia à veritate est aliena, & ita consuluit Pariſ. in 4. vol. in cons. 138. col. 2. & voluit etiam Deci. in c. veniens. col. vlt. de testib.

Secundò contra Bar. videtur facere doctrina eiusdem in l. is potest. col. 5. de acqui. hæred. volentis in dubio prædsumi ignorantiam, nisi probetur aliquid ex quo arguatur scientia; puta, quem esse consanguineum vel affinem, & de hoc esse famam in vicinia. Vt igitur constet vicinum aliquid scire, requiritur probari de eo in vicinia esse famam, & tamen Bar. & alii hic dicunt sufficere, quòd testis asserat se scire, quia vicinus. Cur. colum. 7. casus diuersos esse dicit, quòdque vicinus ibi se scire negabat, hic de scientia affirmabat; sed non assignat rationem diuersitatis. Prętereà ille, q volebat probatiõẽ elicere, affirmatiuo sermoni inhitebatur, asserendo illum scire, quia vicinus. Ripa. hic in 10. col. aliter resoluit, & malè, ac contra uerba Bar. loco prædallegato loquitur enim de mortuo in uicinia, licèt in fine: loquatur quando heres extra uiciniam erat. Ego declarando nouiter doctrinam Bar. respond. terminos esse multùm diuersos: hic enim loquitur in habentibus causam successiuam, quæ de facili transeunt in notitiam uicinorum, siue sit affirmatiua, siue negatiua propter identitatem rationis: ibi loquitur in his, quę habent causam momentaneam, ut mors uicini. nam ultra uicinitatem

requiritur

Universidad de Deusto
Biblioteca

requiritur esse famã publicã in vicinia, sine quo ꝓbatio non concluderet pro, nec cõtra; quũ vicinus
130 eo casu non præsumatur scire facta vicini, ut. ff. uisum fuit. Et quicquid hîc dicant Mod. Tau. † quòd mors vicini uel consanguinei sit probanda per vicinum, aut consanguineum, aliter quàm per rationẽ quia uicinus, aut consanguineus, tradunt & concludunt Bart. & Socin. in l. qui duos colum. fin. ff. de rebus dubiis. quamuis Bart. in principio quæstionis dubitauerit.

Tertiò contra Bart. obstat, quia uidetur sibi implicare contradictionem, dicens primò, quòd testis deponens quem diuitem, probat assignando rationem, quia uicinus, vel consanguineus. posteà in 4. col. aliud esse dicit, quando deponeret, quem esse dominum talis fundi: nam videtur deponere de diuitijs. Iaſ. cogitandum reliquit.

Respond. vt hîc per Deci. in 4. colum. secundæ
131 lect. Curt. col. vij. & Ripam x. quia † primo casu deponit de dominio rei principaliter, quod cum difficultate ꝓbatur, vt latè p eundem Dec. in cõſ. 221. col. 3. Secundo casu deponit de possessione rerum principaliter, licèt incidenter de dominio; q̃ quidẽ possessio facilius probatur. Confirmat conclusionẽ hanc ipse Dec. in 3. lect. col. 8. dicens aliud esse probare dominium alicuius rei in specie, quod difficile fit, ut per eum, aliud probare, quem diuitem, & habere dominium rerum in genere: & hoc ꝓbatur
132 per vicinos & consanguineos, † quum etiam sola fama sufficiat. Bar. in l. si constante. in 2. quæst. primæ partis. ff. fol. ma. quod quidem dominium in specie per fructuum perceptionem probatur, quòd pos-
133 sidens rem † tanto tempore perceperit fructus, quod sufficiat ad præceptionem. Bar. in l. cum res. C. de proba. Abba. in c. cum contingat, de decimis & Balbus in tract. præscrip. in 3. column. secundæ partis principalis.

Quartò Bar. hîc in uerbo interrogatus de causa scientiæ, videtur velle, ꝙ testis deponens de fama mente, vel conditione & fama alicuius, ita demum
134 teneatur assignare rationẽ depositionis, † si fuerit interrogatus. Mod. tñ Tau. col. 12. tenent, quod ét non interrogatus in ꝓdictis duobus exemplis assignare debeat causam & rationẽ, quum id iudicio intellectus potius q̃ sensu corporis percipiatur, p ea quæ notant Pau. Cast. & alii in l. solam. C. de testi. de quo uidete pulchrè Dec. in l. furiosum. col. pen. C. qui testa. face. poss. hocq; clari iuris videtur. Nec Bar. oppo. voluit; quamuis. n. casum ponat, q̃ testis fuit interrogatus de causa scientię, & respon. vt hîc p eum, non decidit propterea nec vult, ꝙ testis probet, si non fuerit interrogatus de causa scię
tiæ, & illam non assignauerit. quando aũt testis interrogaretur de diuitijs alicuius, vel vtrum talis di-
135 ues sit, † crederem illum non teneri assignare rationem, nisi fuisset interrogatus, quia an sit diues sensu corporeo ac uisu percipi potest, quo casu non tenetur reddere rationem sui dicti, quum non de-
136 beat esse verbosus, † vt per glo. & Doct. in d. l. solã. & pulchrè per Alex. & alios in prin. l. primę. de no. oper. nuncia.

Quintò aduertendum est circa hanc doctrinam Bar. videtur. n. præsupponere ꝙ testis modo ꝓdicto rationẽ dicti reddens, scio, quia uicinus, vel consanguineus, alio non facto nec edocto probet. nam dicendum videtur, de qualitate vicinitatis & consan-
137 guinitatis debere constare, quum sit extrinseca. † l. quęcunque. §. fi. ff. alleg. & l. sciendum, cum ibi no. ff. de verb. obl. l. prætor. la. ij. §. docere. ff. ui bono. rap. facit l. j. cum gl. in verbo dicatur. ff. si quadrupaupe. Iaſ. hîc in 5. col. intelligit ꝓdictam concluſi. qñ constaret de vicinitate vel de consanguinitate,
138 quod est contra mentem Bar. & Doct. † Nunquid autem superhoc sit standum assertioni ipsorum testium, Iaſ. se remittit ad ea, quę in simili ponit Bal. in tit. de notis feud. in versi. Si instrumentum. Id quod diuersimodè intellexerunt Doct. Mod. Tau. hîc colum. 15. dicunt, Bald. & Iaſ. uelle, quòd creda tur testi hoc asserenti. Ripa in 9. col. intelligit quòd dicat oppoſi. Io. Crotus in tracta. de testib. column. fina. dicebat, Bald. velle, quòd si testes producti in causa feudi se pares curiæ asserant, stari assertioni eorum, unumque alteri suffragari in qualitate hac adminiculatiua.

139 Vos aũt aduertatis, † quia illi, qui non uiderunt Bal. in fonte ad baliſtam allegant: quærit. n. ibi Bal. an credatur instrumento feudi in quo dicitur testes esse pares curiæ. concludens, ꝙ sic p notata in l. j. C. de fide instr. lib. 10. secus si in instrumento de hoc non fiat mentio; non ꝓsumã (dicit Bald.) pares, quum de ista extrinseca qualitate non constet. Sed quid si testes in iudicio hoc dicant, concludit ꝙ si quilibet de se tantùm deponat, paritas non probetur, quum sint singulares secus si coniunctim testificentur de se, & de alio, quia vnus suffragatur alteri super ista adminiculatiua qualitate probanda, vt ibi p eum. Et sic uult eis credi, q̃n unus pro altero deponit, quia vnus suffragatur alteri, & adminiculatur ad faciendum probationem, aliàs autem secus, quia vnus & singularis. & hæc est magna restrictio ad doctrinam Bar. hîc, ꝙ testes reddentes sic rationem dicti, scio quia uicinus, vel consanguineus, ita demum probent, quando alii testes suffragantur eis, idem videlicet attestando. Ripa hîc tenet, ꝙ immo credatur plenè testi dicenti se vicinum, quũ deponat de his, q̃ in facto proprio consistunt ex in-
cendenti ac emergenti, etiam aliter nõ constito de
140 vicinitate. † per tex. in c. inquisitionis. in §. tertiæ. de accusa. de quo videte tex. no. cum gl. in l. quæro. in fi. de ædil. edic. & in l. quicunque, in fi. cum Paulo de Castro ibi. C. de ser. fugi. Hippo. de Marsi. in practica criminali. in §. diligenter. nu. 131. Dec. in
141 c. ueniens. in fi. de testib. concludentes, † quòd testi deponenti de facto proprio ad utilitatem alterius plena fides adhibenda sit; quicquid alii dixerint. quamuis etiam Soc. Iunior in consi. 62. lib. j. deberet uelit simul concurrere alia indicia: p tex. in d. l. quæro. in terminis tamen quæstionis Bal. de paribus curiæ ad testificandum requisitis, ipse bene loquitur, quia ad probandum quòd testis sit idoneus, qui aliàs admitti non poterat, non statur dicto ipsius testis, quòd sit talis, ut pulchrè per Alex. in consil. 64. ad fi. lib. j. quem hic sequuntur Mod. Tau. in 15. colum.

Format

Format posteà Bar. duas oppositiones cõtra præ dictã cõclusionẽ, quòd probatio debeat de necessitate concludere, & testis deponere per sensum corporis; quòd non uidetur facere reddẽdo rationem dicti. scio quia uicinus, & consanguineus. & respõ. eleganter ut per eum. cum quo alij transeũt ut hîc per Deci. & Mod. quæ materia utilis est, sed
142 impertinens. † De articulo primæ oppositionis latè tradunt scriben. in l. non hoc. & in c. in præsentia. per Bar. alleg. & in rubr. de proba. & in c. afferte
143 de præsump. † & uult hîc Bar. quòd præsumptio iuris dicatur probatio concludens. Nec mirum, quiã præsumptiones legum dicuntur liquidissimæ probationes. l. licèt Imperator. ubi Alex. & alij notant de lega. j. tradunt Alex. Dec. & alij. in l. j. C. de
144 testamento milit. & Mod. Mediol. in tract. ꝓsump. in iij. parte. † De materia uerò secũdæ oppositionis tradunt scriben. in legibus alleg. hîc per Bar. & per Bald. in l. conuenticulam. col. iii. C. de Episco. & Cler. & in l. de quibus, fol. penul. uersic. Cõclusio talis. ff. de legib. Aret. in consl. lxiij. col. ij. Ale. consl. 147. col. fi. & 187. col. ult. lib. 2. & 132. col. fina. ac 149. col. j. vol. 5. Cor. consl. 61. col. 4. lib. 3. Soc. cõs. 143. col. 2. lib. j. Dec. consi. 459. col. fi. & Cur. consl. 19. col. antepen.

Glossa in uerbo sub hoc titulo, dupliciter declarat tex. tenete secundã. uel intelligatis sub hoc tract & parte de rebus, ut dixi in præcedentibus.

Gl. in uerbo oẽs, est declaratiua textus, & illatiua, quum. n. tex. dicat, ꝙ omnes contractus cõplectitur, quos aliená fidem secuti instituimus. infert glo. ꝓpterea bene dixisse. ff. in principio legis, ꝙ hęc rub. de rebus est generalis, quum contineat oẽs cõ
145 tractus, ut melius statim declarabimus. † Iuxta quã gl. quęrit Bar. an sub hoc tit. comprehendatur fideiusio, & uerborum obligatio seu stipulatio? & respon. sub vi uocabuli credendi comprehendi, non sub hoc tit. & parte de rebus, quum sint in alia parte, ut per eum: cum quo alii transeunt.

Ambo Decii oppositum tenent, quia prædicta uerba, omnes contractus habent rationem ad tex. ibi, sub hoc titulo, quum per modũ rationis iuxta illa uerba sint posita. & licèt nunc titulus. de uerb. obl. & de fideiuss. non sint sub hoc tit. & tract. de rebus, sed in alia parte, ut patet ex proœm. fforum. & l. 2. de vete. iure enuel. hoc est ex diuisione Compilatorum: sed hic tex. loquitur secundum ordinem & compilationem prętoris.

Cur. dicit non esse insistendũ, quia sine utilitate. Mod. Tau. col. 16. & Rip. 10. Deciorum considerationem tanquàm diuinitiuã improbant. Nec. n. apparet, ꝙ secundum ordinem prętoris prædicti tituli ponerentur sub hac parte de rebus, & si comprehendi possent sub generalitate uerborum.

Prętera Vlpianus in interpretatione dictorũ, ordinem prætorum secutus est, l. 2. ff. de statu hom. cum aliis adductis. ff. in principio legis & hallucinatus fuit hic Ripa ex dictis Mod. Tau. intelligendo uerbum complectitur positum in tex. referri ad verba illa sub hoc titulo, quum respiciat verbum prætor, à quo determinatur, vt cuiuis mediocriter erudito legenti tex. apparere potest; sicque uult,

quòd prętor sub generalitate dictorum verborum de rebus creditis complectatur omnes contractus, quos &c.

Teneda est igitur declaratio Bar. subtilis, & pulchra, quum dicta uerba oẽs contractus referantur ad immediatè p̃cedentia, ideo rerum creditarum titulum præmisit, iuxta. l. talis scriptura. ff. de leg. j. & l. si idem. in §. fi. ff. de iurisd. om. iud. cum no. Nam post prædicta uerba subiungit, oẽs. n. contractus, quos alienã fidem secuti instituimus: complectitur scilicet prætor de quo dixerat sub generalitate dictorum uerborum rerum creditarum uidelicet. Et consequenter sermo ille non refertur ad illa verba sub hoc titulo, ut Decii volebant, sed ad illa alia; ideo rerum creditarum titulũ pręmisit. quod adhuc clarius probatur per hunc tex. dum dicit, multa iura sub hoc titulo prætor inseruit. non aũt dicit oĩa. posteà tamen de significatione uerborum tituli agit. dum oẽs inquiunt, contractus; quos &c. cõplectitur, & p consequens omnes dictos cõtractus sub significatione dictorum uerborum generaliũ complectitur, non sub hoc titulo. hæc videtur plana, & realis declaratio hunc tex. & ad tex. in §. fi. l. secundę. ff. eo. qui uidebatur probare, ꝙ stipulatio seu verborum obligatio comprehendatur sub hoc titulo. Sed respon. ut hic per Ripam col. x. & Mod. Mediol. in fi. commenti.

Ex prędictis post Alex. & alios in l. 5. in prin. de
146 uerb. obli. inferunt hîc Mod. ad no. quęstio. † utrũ appellatione contractus. ueniat fideiusio seu stipulatio, & an comprehendantur sub statuto loquẽte de contractu. intellecto articulo de stipulatione,
147 intelligetur alius de fideiusione, quæ non est, † sine stipulatione. l. blanditus. C. de fideiuss. notant omnes in rub. de uerb. obl.

Non videtur in dispositione statutaria de cõtractu mentionẽ faciente, ꝓdicta posse aut debere cõprehendi. † primò, quia contractus est ultro citroq; obligatorius. l. Labeo. la. ij. §. contractum. de uerb.
148 sign. fideiusio uel stipulatio huiusmodi nõ sunt, ergo &c. Secundò per l. stipulationum aliæ. quę est quinta in principio de uerb. obli. vbi fit ęquiparatio de contractibus ad stipulationem, & nullum simile est idem; ergo sequitur stipulationem nõ esse contractum, & in statuto ꝓdicto minimè comprehendi secundum receptiorem scriben. sententiam; ut per Alex. in d. l. 5. Mod. Tau. hîc col. 16. & Ripã in rubri. de verbo. oblig. col. 13. quod ita simpliciter & de plano non procedit. † Multi enim opposi.
149 tenent, quum saltem largè stipulatio contractus dicatur, ex quo omnis obligatio dicitur contractus, prout est tex. clarus in l. omnem. ff. de iud. iccirco iura appellant stipulationem contractum. l. j. in prin. cum gl. C. vt actio. ab hæred. & contra hęred. incip. cum aliis allega. per Iaſ. in d. l. quinta, in j. col. & de stricta significatione vocabuli ad largam licita est extensio, etiam in statutis. l. filium habeo, infrà ad macedo. Iccirco Iaſ. ibi tenet hanc opin. contra Alexan. & alios, quando esset identitas rationis, aliàs secus; prout etiam uidetur hic uelle Ripa licèt neminem alleget.

Ad argumenta aducta suprà in oppoſi. respon-

deri

Universidad de Deusto
Biblioteca

deri poteſt,ꝙ procedunt ſtrictè intelligendo, nõ largè vel ſecundũ largam ſignificationem vocabuli.

Aquenſ. in d.l.ſtipulationum aliæ. col.2.in hoc pulchro articulo ſequitur diſtinctionem Aretini ibi tanquàm veram in materia ſtatutaria,quòd appellatione contractus continebitur ſtipulatio, quãdo ratio ſcripta eſſet in ſtatuto,quæ militaret etiam in ſtipulatione;vel quando vnica tantùm ratio reddi poſſet; aut vbi eſſet eadem æquitas, & materia non eſſet odioſa; vt ibi per eum. Lancel. Galiaula in rubr.de verb.obliga. fol.8.& ſequenti poſt Bal. Nouellum, & Herculanum Perufinũ plenius hunc articulum tangit,concludendo,vt retuli ſuprà,Aretinum laſ. & Aquenſ. dicere, licèt de eis non faciat verbum: & conſequenter hæc videtur receptior ſententia, intelligendumque ſecũdum prædictam diſtinctionem hunc articulum: & idem dicunt ibidem præfati ſcribentes de donatione.

Ex quibus deſcendendo ad practicam infertur,
150 †ſtãte ſtatuto quòd obligatus ex contractu nõ poſſit alienare bona ſua,niſi prius ſatisfacto creditoribus, comprehendetur etiam fideiuſſor propter idẽ titatem rationis, quę eſt, vt ſit conſultum creditoribus,quæ ratio militat etiam in fideiuſſore,& obligato per ſtipulationem. In quo tamen articulo diſtinguendum eſt vt poſt Bal. Alber.& Aret. illos ſequentem,& ita etiam concludunt hîc Curt.col.penul. Deci.vlt.Ripa 10.et Mod.Mediol.in fine.Et ſta
151 tutum de ſoluenda gabella pro contractu † non habebit locum in fideiuſſore propter diuerſitatem rationis, ne duplici onere grauetur, vt per Ripam. Intellige prędicta, niſi communis loquendi vſus in contrarium eſſet, quòd appellatione contractus veniunt prædicta; vt poſt Butrigar.ſcribit Galiaula loco prælegato & conſuluit Bal.in primo vol.cõſ.
152 3.† dicens, quòd appellatione contractus non venit donatio,niſi fortè ex communi vſu loquendi. an autem appellatione contractus, veniat contractus conditionalis, tradit Aret. infrà in fine commenti legis noſtrę, & dicam infrà dum tractabo de creditore conditionali an dicatur propriè creditor.

Sequendo ordinem Bar. vt faciunt Deci. & alij Mod.quia Vlpianus probat dictum ſuum auctoritate Celſi, quem ſæpe alibi idem Vlpianus citauit, vt hic per Ripam in 10.col.ſumpta occaſione, Bar.
153 latiſsimũ campum ingreſſus eſt, †an & quomodo procedat argumentum ab auctoritate, allegarique poſsint auctoritas ad deciſionem cauſarũ. & quãuis Socin.laſ.& alij dicant doctrinam Bar.communiter receptam, aduertendum tamen eſt ad plura: maximè, quum materia frequens ſit, & practicabilis,iccirco ex dictis Bar.colligo quinque concluſiones declarandas.

154 Prima eſt,† quòd opin. Doctoris probabilis tantùm eſt, non neceſſaria.gloſſa eſt communiter approba.in l.j.C.de legib.& in.l.cũ de interpretatione,ſuprà etiã de legib.Iſtæ enim magiſtrales auctoritates,vt in fine iſtius theoricę inquit Bar.ligant & arctant eatenus quatenus ratione neceſſariò concludunt, non vltra. Concluſio eſt communiter approbata, quam ratione palpabili confirmamus;
155 †quia in diffiniendis negotijs non ſolùm eſt neceſſaria ſententia, ſed etiam poteſtas.c.j.20.diſtin.c. quoniã Abbas,cũ ibi not.per Deci.& alios de offi. deleg. ſed in ſimplici Doctore non eſt ea poteſtas, ergo &c.Nec obſtat hæc lex, quæ loquitur in Iuriſconſulto,cuius auctoritas erat neceſſaria,vt ait Bar. à reſponſis enim ſuis non licebat iudici recedere.

Aduertendum in primis, quia inaduertenter loquitur hîc Bar.dicens, ꝙ Iuriſconſulti habebant auctoritatem legis cõdendę, licèt Deci.& Mod.Taur.
156 ſimpliciter ſequantur.† ſolus enim Populus Romanus habebat poteſtatem legis condendæ, Iuriſconſulti verò de iure reſpondendi, à quorum reſponſis non licebat recedere beneficio principis, prout expreſsè dicitur, & declaratur in §.conſtat, cum ſequen.Inſtit. de iure natur.vt latius dixi in.§.fin.l.ſecundę de orig.iur.Hanc concluſ.ampliate, & limitate aliquibus modis, vt hîc per Deci.col. 6.primę lect.et Mod.Taur.col.16.multa tamen ad baliſtam congerentes, maximè in limitationibus. prima.n. limitatio quando opinio doctoris non eſſet rationabilis, eſt inepta, quia Bar.& doct.loquuntur de opinione doctoris rationabili: cui enim dubium, quòd ratione carentia contemnenda, & reſellenda ſunt.l.quod non ratione.ff.de legib. c. fin.de conſuet. c. erit autem lex.4.diſtinct.

Alia limitatio de Iuriſconſulto habente auctoritatem condendi ius,vltra quod Bar. ita clarè declarat, non eſt de terminis concluſionis ſuæ, quę loquitur de ſimplici doctore, non de illis priſcis Iuriſconſultis.

Quando verò opinio ſimplicium doctorum eſ-
157 ſet communis, † tunc iudex contra eam iudicans facieret litem ſuam, ſententia tamen non eſſet nulla,prout quando fertur contra caſum legis; vt per Felin.in.c.j.col. pen. & fin. vbi etiam per Deci. de conſtit.per laſ. in.l.cum prolatis, circa finem infrà de re iudi.cum alijs quæ allegaui in.l.2.in verſicu. Quod ad magiſtratu.ff.de orig.iur.

Et ſi dicas,quomodo opinio doctoris poteſt probabilis eſſe,quum adijciendo commentarios ad leges noſtras committat in eas,& puniendus ſit.§.fi-
158 l.primę.C.de vet.iur. enuclean.† reſpondent Mode. Mediol. ex generali conſuetudine abrogatum eſſe. Tu dicas melius, quòd auctoritate ac licentia ſuperioris(vt ſtatim dicam) id hodie fit: ideo pœnam non meretur.l.Gracchus.C.de adulter.

159 †Sed ſi non valet argumentũ ab auctoritate Doctorum,quid operabitur licentia gloſſandi & interpretandi,quæ ſolet dari his, qui dignitate doctoratus inſigniuntur? Curt.hîc 10.col. reſpond.operari,vt actus doctoreos poſsit exercere, quos aliàs facere prohiberetur. Sed poſtquam creatus eſt quis doctor nonne poterit eo ipſo exercere actus ad doctorem pertinentes,& à gradu doctoreo dependentes? certè ſic,quia in ordinatis ad inuicem vno cõceſſo cenſetur conceſſum & aliud, prout etiam in dependentibus & connexis.c.tranſlato. cum not. ibi per Doct. de conſtit. & in.l.2. de iur. om. iudi. Ideo videtur, quòd ſit expreſsio eius quod inerat, & pro ſolemnitate inuentum: ideo non poſsit dici ſuperfluum.l. 3. cum not. de lega. j. immo maxi-
160 mi effectus eſt,ac miniſterij,† quia vbi primum doctores

ctorẽs applicando commentarios ad leges Iuſtiniani poterant puniri d.§.fi.nunc impune & licitè virtute prędictæ licentiæ id poterunt facere. quod bene nota, quia alias inauditum & noua declaratio ad tex.in d.§.fi.

Secunda concluſio Bar. ꝙ valet argumentũ ab
161 auctoritate eorũ, quorum ſcripta pro legibus ſunt approbata ab Imperatore vel Pontifice. † Concluſio eſt cõmuniter recepta ut hîc per ſcribentes.facit tex.in l.j.col.3.in uer.omnia.C.de uete.iure enucl. quod omnia noſtra facimus,quibus auctoritatẽ impartimur. & ponunt hîc Bar. & alij de multis generibus ſcripturarum,quando allegari poſsint in iudicio ad deciſionem cauſarũ, de quibus latius per Felin.in c.2.char.penul.de reſcrip.& in c. qualiter & quando,el.2.in principio de accuſat.
162 Sed iuxta hanc conclu. † probabiliter dubitatur an approbatio facta in uno dicto uel capitulo,operetur & extendatur ad alia dicta uel capitula eiuſdẽ auctoris,ut omnia approbata cenſeantur, & auctoritas neceſſaria? Deci.hic in 4. col. ſecundæ lect. & Cur.col. 11.tenent ac probant,quòd non; quod apud me indubitatũ eſt,per vulg.regula Ex ſeparatis malè inferri,ut ſuprà de minor.l.Papinianus exuli. & l.fin.de calumniat. Quamuis igitur vnum dictũ uel capitulum approbatum fuerit,non ſequitur,ergo & alia, immo retorqueri poteſt in contrarium, quum incluſio vnius,ſit excluſio alterius.l. cũ prætor.ff.de iudi.& c.nonne.de præſump.Nec obſt. ꝙ approbata uideatur indiſtinctè perſona,ergo & dicta; qa approbatio fuit reſtricta ad illud capitulum uel dictum, ergo limitatè pariet effectum. vulg. l. age.C.de tranſac.

Secunda dubitatio,quamuis argumẽtum ab au-
245 cui ex delicto debetur. d.l.si cui. vti videmus poni sub tit.de verb.sign. in Codice, in Pandectis, in Decretalibus plura, quę largo modo & impropriè talia sunt. & satis ille titulus facit ad hanc tertiã partem,quum ibi tractetur de re furtiua, & hoc sufficit.cap.j.cum ibi no.per Soc.senio.de libel.obla.

Ad vltimum respond.hic Alex. verba prælegatarum legum hoc velle,vt suprà retuli.vel aliter respondetur,ꝙ quum ille cui ex delicto debetur, creditoris loco accipiatur, & per legẽ separetur ab eo,
246 cui ex contractu debetur, vt dixi, & tamen in alijs legibus appelletur creditor,sequitur necessariò dicendum id esse largo modo,& secundum communem vsum loquendi; vt per Bar.in d.l.si cui. Alex. & alios hic: & per consequens impropriè, vt per Bar.in rub. de no.oper.nun. col.2. & quomodocunque hoc contingat,satis est impropriè esse.

Nec obst.ꝙ iste communis loquendi vsus fuerit ante hanc legem,quum lex creditor, fuerit Pauli, qui ante Vlpianum auctorem legis nostræ floruit, secundum Ripam hic col.15. dicentem non posse propterea dici propriam significationem verbi creꝺendi alteratam per communem vsum loquendi,
247 qui erat anteà. grauis est error,quum prædicti Iurisconsulti socij fuerint, & ambo Consiliarij Alexãdri Seueri Imperatoris, vt Aelius Spartianus testatur. Prętereà,simul stant communem vsum loquẽdi fuisse ante hanc legem,prout verisimile est per illumq; alteratam esse propriam significationem uocabuli creditoris,quæ etiam erat ante hanc legem, ac prętorem,Paulum,& Vlpianum.

† Sed prædicta difficultas inanis videtur, & disputatio de lana caprina; quia siue prędicti propriè creditores dicantur,siue largè, & secundum communem vsum loquendi,quum quęlibet dispositio ab illo reguletur, † seruandusq; ita sit cõmunis loquendi vsus,vt propria significatio vocabuli præferatur l.libellorum.ℸ.quod tamẽ Cassius.de lega.3. l.quod si nolit.ℸ.quia assidua, infrà de ædil. edic. l.Labeo,de suppellec. lega. cum plenè accumulatis per Felin.in prœm.Decretal.char.j. Nam & propria significatio vocabuli † ab vsu cognoscitur, secundum Bald.in rub.ℸ.eo.& sic in quauis dispositione faciente mentionem de creditore, comprehẽditur illi,quibus ex legato vel delicto debetur. Ad quid ergo laboramus,an talis sit secundũ proprietatem vocabuli, vel secundum communem vsum loquendi, vt hîc per Ripam col. antepen. Respondent quidã interesse propter onus & difficultatem probandi communẽ vsum loquendi,iuxta not.per Felin.loco prælegato & Deci.in consi.258.nisi talis communis vsus loquendi notorius esset, quia tunc non requireretur alia probatio. Deci. in cõsi. 284.col.5.adeò quòd, licèt verba statutorum sint intelligenda secundum communẽ loquendi vsum, necesse tamen est probare vsum illum loquendi
244 fuisse tempore conditi statuti: nec sufficere, † si probaretur nunc esse,vt per Socin.in l.Gallus.in ℸ. si eius.col.pen.& Curt.hîc col.14.

Tamen in quæstione nostra id non est necessarium, quum de tali communi vsu loquendi sit facta lex,secundum quam iudicari debet.c.erit.dist. 4.l.leges.C.de legib. † Ideo non exigitur alia probatio,quum sufficiat legem ipsam allegare, secundum Mod.Taur.hîc col.26.

Posset esse vtilitas,quando statutum disponeret, quòd verba statutorum propriè nullo extrinseco addito intelligantur.tunc enim communis loquendi usus non attenderetur, vt per Felin. loco præall. in 5.col.

Si quęras tandem,cur Bar. à distinctione Iacob. Buttrig.recesserit, † quum postmodum illum in effectu sequatur,& approbet? vt hîc per Ias.col.fin. Respon. Bartholum non recessisse ab illa, vt improbaret, sed plenius voluit articulum tangere, probando illam per rationem,quam Iacob. Butr. non adducebat: & examinando etiam articulum de participio creditus, credita, creditum, ac de statutis facientibus mentionem de prædictis non considerati per Butrig. ex quibus apparet quòd ille cui debetur ex delicto,vel legato, comprehenditur sub statuto faciente mentionem de creditore,vt dicebatur in secunda concluſ. quam aliter confirmat hîc Socin.in pen.col.

Limita tamẽ duobus modis. † primò per eũ,quę scribit

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribit Felin.loco præallegat.Secundò, quando alicui factum esset legatum alternatiuum; ante electionem factam legatarius non diceretur creditor, nec dominus, neq; ueniret in statuto faciente mentionem de creditore, uel domino; ut per Parpal.in l.si ex toto.in §.j.art.3.infrà de leg.j.

248 Ex suprà dictis inferebat hîc Roma.† ad notã quæstionem, Si à principe fuerit alicui concessum ne creditoribus suis teneatur respõdere, uel ab illis conueniri usque ad quinquennium.i.moratoriam dilationem dederit annalem, biennalẽ, triennalem, uel quinquennalem, prout solet fieri secundũ exigentiã rerum: utrũ tenebitur respondere illis, quibus ex delicto debetur, ab illis ue posit efficaciter conueniri, & consequenter in tali dilatione moratoria censeantur creditores ex delicto? Rom. quẽ sequitur Dec. tàm in prima, q̃ in 3. lect. tenebat partẽ negatiuã,† quia uerba concessionis principis sunt latè interpretanda l.fi.ff.de cõstit. princ. l.si qñ.C.de bonis uacantib.li.10. ergo creditores ex delicto cõprehendentur; quũ largo modo dicãtur creditores. corroborando aliquibus medijs, ut p Dec. cuius rationibus resp. hîc Mod. Tau. col. 17. & clarius hoc ostendi pót cõtra Rom. & Dec. quãdoquidem à ueritate alienũ sit, q̃ creditor ex delicto dicatur propriè creditor. Nec similiter q̃ cõstet de mente principis uolentis creditoribus præiudi-
250 care p generalitatem uerborum,† & q̃ cesset regula l.secundæ.§.meritò. & §. si quis à principe. j. nequid in loco publ. ubi tractatur de modico præiudicio; quum princeps non præsumatur alicui uelle præiudicare, quãuis posit: ita secundũ uerã intelligentiã uolunt iura præalleg. ut declarat Fel. in c. super eo. de offi. deleg. & Dec. in c. quæ in ecclesiarũ.
251 col. 11. de constit. † De qua materia plura scribunt Anch. in consi. 161. & 174. col. fi. dicens, clausulã saluo iure tertij, semper in prædicta concessione subintelligi. Paul. de Cast. in cons. 160. in antiquis. Alex. in consi. 122. ad fi. cũ consi. sequẽti lib. 5. Fel. in c. causam quę. col. 9. uers. Interpretatio. de rescr. Iaſ. consi. 19. col. 2. lib. 3. Dec. hîc col. 11. & in cons. 580. & 689. Brun. in consi. 13. & Mod. Mediol. in
252 tract. præsump. in 11. præsumpt. tertiæ regulæ. † Quãuis. n. concessio principis largè sit interpretanda, & accipienda, id tamen intelligitur cõtra ipsum principem concedentem, non contra tertium, ut hîc per Alex. in pen. col. Curt. hîc distinguebat, ut per eum, in effectu sequẽtem Alex. non tamen respond. quemadmodum nec Moder. Taur. & Ripa adhærentes prędictæ opin.

Ad rationem Alex. quòd inspecto cõmuni usu loquendi hi, quibus ex delicto debetur, creditores dicãtur, ergo sub tali priuilegio & prærogatiua debent comprehendi. Moder. Mediol. dicunt id non procedere tàm ex communi usu loquendi. quàm ex lata significatione uocabuli; quod locum non habet in sensu huius priuilegij strictè intelligendi. Sed hoc non satisfacit, quum omnis dispositio. (ut suprà diximus) intelligi debeat secundum communem usum loquendi, qui obseruandus est, quemadmodum propria locutio.

253 † Propterea opin. Rom. & Decij defendi posset in uia disputatiua. ea præcipuè ratione, quia si secũdum communem usum loquẽdi ille cui ex delicto debetur, creditor dicitur, & ueniret in statuto faciẽte mentionem de creditore: quod tamen strictè intelligi debet l. constitutionibus. cum ibi no. per Bart. j. ad municip. multò magis debet comprehendi in constitutione principis, quę sui natura ex benignitate largè debet interpretari. facit tex. in l. cum lege,
254 cum ibi not. per Aret. j. de testa. † Et q̃ prærogatiua competens carceratis, competit etiam ex delicto carceratis, ut per Alex. in l. quamuis. col. 2. soluto matr. Dec. j. in pen. col. primæ lecturæ.

Et tenendo hanc opi. ad tex §. quanquàm & l. si rerũ. qui in contrariũ adducuntur, respondeti pót,
255 † ut hîc per Dec. col. 7. Mod. Taur. & Ripam, q̃ ibi expressè fuerat datum priuilegium obligationibus ex conttactu descendentibus, nimirum si illud nó prodest ubi quis conuenitur ex delicto. uel quòd iura prędicta procedunt in delinquente post gratiam, secus ubi gratia sequitur delictum.

Nec obst. replicatio Moder. Taur. quòd responsio non tollat argumentum, quum iura illa probẽt difficilius quem priuilegiari aduersus creditorem ex delicto, quàm aduersus alios: ideo debuisse exprimi, quod reddidisset principem difficiliorẽ ad cõcedendum c. super litteris. & c. postulasti. de rescrip. quia respondetur, quòd generalis concessio, ne posit à creditoribus quis conueniri, operatur
256 inclusionem prædictorum creditorum, quum uerba generalia omnia includant,† etiã quòd sit maior ratio in uno casu, quàm in alio l.j.§. quòd autem, suprà de aleato. cum no. per Dec. in c.j. col. 4. de probat. & in consil. 128. col. 2. & licèt narratio stricta fuerit, si cõcessio & signatura illam ampliet, eidem concessioni standum est c. inter dilectos, de fide instr. Felin. in c. litteris. col. 7. uersi. Limita regulam. de rescrip. Quum igitur concessio ampla & generalis fuerit, nihil obstat quin generaliter intelligi debeat. Ad §. quòd si delinquentes. & auct. Qua in prouincia. per Alex. alleg. ubi delinquentes ab omni priuilegio & prærogatiua excluduntur. Respon. quòd non procedunt in generali cõcessione principis, quæ similia includit. ideo glo. in d. §. quod si delinquentes, in uerbo Nocentes, dicebat, quòd licèt scholares olim in delictis non uterentur priuilegijs, hodie secus est; per auctẽ. habita. C. ne fil. pro patr.

Posset etiam aliter respond. iura prædicta loqui in delicto commisso post priuilegium, ne quis inuitetur ad delinquendum; nos hîc loquimur in commisso ante priuilegium: & sic est diuersa ratio;
257 secundum Dec. & præfatos Mod. † Nec obst. quòd princeps non præsumatur uoluisse præiudicare tertio, quia respondetur, quòd ex generali eius cõcessione apparet, quòd id facere intendit: & quum
258 de modico præiudicio agatur, permittitur l. quotiens. C. de precib. Imper. offeren. † notat Aquens. in d. l. fi. col. 6. nisi debitum esset iuratum, secundũ Dec. hîc. de quo plenius scripsi in l. 2. C. de pact. inter emp. & uend.

Opinio tamen Cyni, & Alex. receptior est, & tenenda, ut hîc per Curt. Moder. Taur. Mediol. & Ripam,

Ripam, & Roma. sibi contrarium in singul. fol. 9.
259 incipien. Quid sit Titius. † reatus enim omnẽ prærogatiuam excludit. l. fin. C. ubi sena uel clarisf. & præalleg. auctẽ. Qua in prouincia. quũ delinquẽtes digni sint in paupertate marcescere. l. bona fides. j. depos. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & generaliter priuilegiatus ne infolidum conueniatur, aut
260 condemnetur, nõ intelligitur priuilegiatus,† quãdo ex delicto conueniretur. l. si rerum. &. §. quanquàm. ff. allega. similiter nó est credendum, datum fuisse priuilegium, ubi quis ex delicto, & propter demerita sua conueniretur, cessante uerisimiliter mente concedentis tale priuilegium. faciunt quæ
261 pulchrè scribit Aquens. in d. l. fin. col 9. uers. Et ut intelligas. de constit. princip. † Item quia odiosi nó censentur comprehensi in generali dispositione. l. Lucius. §. Lucius Titius. cum ibi no. de lega. 2. pulchrè Roma. in cons. 438. col. 2. Anchar. cons. 211. col. j. & 408. Socin. cons. 37. col. 2. uolu. 3. Deci. cons. 286. col. 2. & Mod. Rep. in. §. quidam rectè. l. Gallus. colum. 38. in fine delib. & posthu. Paul. de Cast. ubi limitat in l. cum quidam, la secunda per illum tex. de leg. 2.

Et ad alleg. in contrarium respondetur, quòd licèt ex cõmuni usu loquẽdi appellatione creditorũ ueniant etiam illi, quibus ex delicto debetur, etiã in statutis (ut dixi) in proposito tamen considerata mente concedentis priuilegium, non censetur datum prędictis, qui digni sunt in paupertate uiuere;
262 ne princeps uideatur uoluisse delinquentes fouere. Ad decisionem de incarceratis,† quibus competit prerogatiua illis data, etiam quòd ex delicto detineantur. respond. quòd uisitare carceratos, & illos à carceribus liberare, opus est pietatis, ut ibi per Alexan. ideo nimirum si ad liberationem captiuorum ordinata, competant etiam prædictis.

Si tamen gratia concessionis talis esset, quæ cõprehenderet etiam creditores ex delicto, tunc ampliaretur gratia etiam ad illos; ut post Are. & So-
263 cin. uolunt hîc Cur. & Ripa in 16.† Item si diceretur, ne tales possent conuenìri pro debitis suis, secus esset, quum appellatione debiti etiam propriè loquendo, ueniat debitum ex delicto secundum Are. & Socin. per tex. in. l. j. in §. debitum. iuncta. l. qui iniuriarum. j. de constit. pecun. ubi ex omni obligatione debitum cõstitui potest. Ideo qui tenetur actione iniuriarum, aut furti, potest (ut ibi dicitur) id constituere: ergo debitum ex tali causa & delicto potest debitum dici.

Nec obst. quòd ex uerisimili mente cõcedentis in generali dispositione similia nõ uideãtur cõprehensa, quia immo quãdo fit mẽtio de debitis, quæ secundũ proprietatẽ uocabuli debita propriè dicũtur, similiter cõprehẽduntur. d. l. cũ lege. j. de testa.

Nec credendum est, concedentem aliter intellexisse, quàm uerba concessionis sonant, & impor-
264 tant. l. Labeo. de suppel. lega.

Tertia conclusio Bar.† quòd appellatione crediti, non uenit id, quod ex delicto debetur, neque legatum, nec conprehenduntur ista sub statuto faciente mentionẽ de credito uel de re credita; quòd licèt creditoris appellatio ex cõmuni usu loquendi alterata reperiatur, non sic reperitur de participio creditum: ideo retinebit ꝓpriam significationem, de qua in lege nostra. Articulus, ut dicit Alex. difficilis est, & bubius. Ang. Paul. Castr. Are. Soci. & Mod. Taur. col. 25. transeunt cum Bar. illius opin.
265 ut receptiorem attestantes.† Signandum uerbum, cum Doctori excellenti attestanti communem opin. credendum sit, tanquàm perito in arte, ut post Bal. in. l. de quibus. ff. de ll. uoluit Lanc. Deci. in. l. j. ad finem. j. de leg. j. nam in dubiis iuris credẽdum est ei secundum scriben. j. allegãdos. de quo tamẽ dicto semper dubitaui, quia sicuti non creditur doctori consuetudinem attestãti, eò quòd deponat per scripturã & sine iuramẽto, ut plenè per Curt. in. c. fin. de consuet. in quinta quęstione, cum aliis, quæ adduxi in principio. l. unicæ. ff. si quis ius dicenti non obtemp. eodem modo non erit credendum doctori attestandi communem opin. pro qua quidem communi opin. stringit. l. nostra iunctis prædictis, quòd appellatio crediti siue rei creditæ non reperiatur per consuetudinem uel legem alterata, quemadmodum de creditore uidimus suprà.

Contrariam partem uti tutiorem & ueriorem;
266 † tenent hîc Salice. Fulgos. Roma. Alex. Iaſ. Deci. Curt. Ripa, & Mod. Mediol. & Roma. in cons. 224. Ista, in fine. & hanc opin. esse communem contra Bar. attestatur Iaſ. cuius oppos. attestãtur Are. Mod. Tau. & Ripa. ff. alleg. Pro ueritate huic opinioni adhærentes uidentur esse plures numero: sed omissis auctoritatibus, ueniamus ad rationes, quibus magis est standum. c. Ego solis. 9. distinct.

Pro hac opin. contra Bar. & sequaces adducitur primò tex. in. l. si is cui. in. §. Flauius. j. de solu. ubi illud, quod debetur ex causa fideicommissi uenit appellatione crediti. Secundò, quia quum unum ab altero descendat seu ab eadem radice, non debet inter ea fieri differẽtia, sed æqualiter debẽt ꝓcedere l. fin. C. de ind. uidu. toll. l. si cognatus. in fin. j. de rebus dub. l. fin. j. de acceptilat. uno ergo immutato, prout est creditor descendẽs à uerbo credere, id quoq; debet cẽseri esse immutatũ, quod ex eo gradatim cõsequitur, ut hîc per Alex. & prefatos Mod. Tertiò facit secundũ Curt. & Mod. Mediol. quia creditor & creditũ, ut patet ex hac l. iuncta rub. æquiparata sunt. Si uolumus dicere alteratã esse proprietatem uocabuli uerbi creditor, per leges. ff. alleg. similiter dicendum erit alteratã esse significationem participii crediti, idẽq; censeri dispositum in eo, qđ de creditore esse. ff. diximus: cum sit regula q̃ ubi duo casus æquiparati sunt in lege antiqua, lex noua superueniens, & disponens in uno, intelligitur disponere & in alio l. si quis seruo. cum gl. & Bar. C. de furt. Nã & Cicero ad Trebatiũ scribens, & Dialectici uolunt, locũ à cõiugatis esse probabilem, de quo plura scripsi in tit. de reg. iur. Ego non recederem à Bar. & sequacibus propter argumentum, de quo. ff. quòd ineuitabiliter stringit, nec tollitur per responsiones tenentium oppos. ut statim dicam.

Ad §. Flauius, respon. quòd ibi sermo non poterat intelligi, nisi in tali credito: ideo nimirum, si sic intelligitur. l. fundus qui locatus. la piccola de fund. instruc. nam & generaliter uerba secundum subiectam

Universidad de Deusto
Biblioteca

subiectam materiam intelligi debent.vulg.l.ſi vno locat.cum ſimil. Præterea, illa verba videntur eſſe verba partis,ex quibus non poteſt ſumi bonum argumentum, ſecundum glo. communiter approbatam in.l.vnica.C.quan.non pet. part.

Ad ſecundum argumentum reſpon. quòd licèt dicta vocabula deſcendant à verbo credere, ſunt tamen diuerſa, & propria ſignificatio vocabuli in vno ex eis tantũ, videlicet in creditore reperitur alterata, ergo in altero firma ſtabit. iuxta.l. precipimus.in fine.C.de appell. & ex diuerſis malè inferatur.eò maximè,quia hæc lex loquitur de participio credito: de gerundio credendo, & de verbo credere,ꝙ dicantur à credẽdo,& fidẽ habendo in cõtrahente ſecum,ſed hæc lex hoc nõ dixit in creditore.

Ad tertium de æquiparatis & coniugatis, reſpõ. ꝙ hîc de creditore nullum verbum, nec probatur iure argumentatio, ꝙ prædicta ſint æquiparata & coniugata: maximè per modum regulę,vt requiritur, ergo &c. & titulus de condi. furt.qui ſub hac parte de rebus creditis ponitur, ſatisfacit ad primã partẽ de rebus,quum tractet de re furtiua;& ſuffi-
267 cit aliquo modo † legem facere ad titulum.c.2.de libel.obl.cũ not.ibi per Socin. ſeniorem: in.j.col.

Ex prędictis habes vnam limitationem ad concluſ.Bar.in caſu.§.Flauius.Secunda eſt,quando eadẽ ratio,quæ eſt in vno caſu militaret in alio; tunc idem ius eſſet. Ita volunt hîc Are. Socin. Deci. & Curt.Tertia limitatio, quando per conſuetudinem vel communem uſum loquendi ſignificatio uerbi crediti ſeu rei creditæ alterata eſſet, per prędicta.

268 † Et quamuis ſignificatio crediti ea ſit,de qua.ſ. diximus, aliud tamen eſt de uerbo debitum. Eapropter,ſi de debito fieret mentio, comprehenderetur propriè, & in quauis diſpoſitione debitũ ex
273 delicto, & legato. probatur in d.§. Flauius. & in.l. debitor. ff. de uerb. ſigni. & eſt receptior ſcribentium ſententia,ut poſt Are.uolunt hîc Socin.col.7. Cur.16.& Mod.Taur.26,& uocabulum iſtud debitum,capi poteſt ſtrictè & minus ſtrictè, ut not. per Soci.in l.j.col.47.de uulg.

269 Iuxta prędicta quærit Bartolus. † an ille, cui aliquid debetur in diem, uel ſub condictione, dicatur creditor? & concludit, ut hic per eum. gratia clarioris doctrinæ diuidamus quęſtionem in tres articulos; quo nam modo intelligãtur uerba iſtius tex. mox receptiori.ac cui in diem debetur,propriè creditor dicatur: & quid de eo cui debetur ſub cõditione,prout uidetur diſtinguere tex. in.§.omnis, inſtit. de uerb.oblig.

De primo remittimus nos ad ea,quę ſcripſimus apoſtillando tex.in uerb. mox.

Circa ſecundum de creditore in diem,Bar.Alex. & Iaſ. hic concludunt, quòd non dicatur propriè creditor, quum ante illam diem non poſsit à debitore exigere, nec ſcit ſtatim quid recepturus, pro ut hic requiri uidetur.

270 Contrarium uerius uidetur, † quum, is cui in diem debetur, contrahentis fidem fuerit ſecutus nataque illi ſit actio,& obligatio.l.cedere diem. de uerb.ſigni.& eſt hæc receptior ſcribentium ſententia,ut ſtatim dicam. & ideo cõprehenditur ſub ſtatuto faciente mentionem de creditore, quum propriè talis ſit,niſi quantùm ad effectum exactionis; ex quo ante diem peti non poteſt d. l. cedere diem, & inſtit.de uerb. oblig.§.in diem. hoc pacto reſoluitur,quod dicebat Bar.de eo, à quo inuito extorqueri poteſt, ꝙ die pendente fieri nequit:ergo qui debet,nõ eſt propriè debitor,nec aliàs creditor.hoc enim reſpicit exactionis effectum,nõ vim verbi, & vocabuli ſignificationem. & ad illa verba mox recepturi,reſponderi poteſt dupliciter,vt per Bar.

Ex quibus infertur in actu practico ad not.quę-
271 ſtiones: † prima eſt,ſtante ſtatuto, quòd ad inſtantiam creditoris poſsit debitor capi, id fieri non poterit,quando in diem quis eſt debitor: & eſt communis,vt hîc per Are.Soci.Deci.Curt. Mod. Taur. Mediol. & Ripam in vltimis col.Paul.de Caſt. & Iaſo.in.l.ſi ſtipulatus.in §.cum ſtipulamur,de verbo. oblig. in quibus locis inuenies aliis modis exemplificatum, quando diſpoſitio dicatur concernere effectum exactionis, & quando obligationem, & contractum.

272 Secunda quæſtio, † ſi diſponat ſtatutum, quòd creditor volens impedire venditionem alicuius rei debeat comparere infra ſex dies, aliàs nõ audiatur: comprehendi in tali ſtatuto creditorem in diem; quum creditor ſit,nec agatur de exactionis effectu. ita poſt Comenſ.& Beſu. concludit Iaſ. in d.§.cum ſtipulamur. & latius hic Curt. char. vlt. in primis col. quę opin. abſque dubio procedit, quando ſtatutum loqueretur de habente aliquod ius, vt per præfatos: ſecus ſi de creditore recipere debente: quia ex quo in præſentia in diem creditor non ſit recepturus, non comprehendetur ſub tali ſtatuto; vt per Alex. in conſ.106.lib.5.& Curt. hic.

273 Infertur tertiò † quòd in ceſsione iurium & actionum,venit etiam debitum in diem;quum nata ſit actio & obligatio,& dicatur debitũ; vt per Iaſo. loco prælegato in vlt. col. conſequentia autem quam hic facit Bar.quòd vbi ille,qui debet non eſt propriè debitor, ſimiliter ille cui debetur, non erit propriè creditor, non procedit econtrariò; quamuis enim ille cui debetur non ſit propriè creditor, ille tamen qui debet, propriè debitor erit: vt quãdo debitum eſt ex delicto, ille cui debetur, non eſt propriè creditor,& tñ qui debet, eſt propriè debitor,ex quo inuitus exigi poteſt.prędall.l.creditor.& quod debet,erit debitum,& comprehendetur ſub ſtatuto faciente mentionem de debitore,aut de debito.l.j.§.debitum.iuncta.l.qui iniuriarum.de cõſtit.pecu.Are.ſ.in 6.col.& Moder. Taur. col.24.& Iaſ.in d.§.cum ſtipulamur.

Circa tertium articulum de creditore conditio-
274 nali, † an dicatur propriè creditor, & comprehendatur ſub ſtatuto faciente mentionem de creditore, articulus eſt diſputabilis, & de apicibus iuris. Negatiuam partem amplectitur Bar. quam communiter ſequuntur alij; vt hic per Alex. Aret. Socin. Iaſ. Deci. Curt. & omnes Moder. & per Are. in conſ.108. Elegantiſsimè. col. fin. Pro hac communi multa adduci poſſunt. Quinque fundamenta hic congerit Ripa, quibus nititur reſpondere. inter omnia magis concludit fundamentum Bart. hic,

hîc,quia ante conditionem nec à debitore exigi poteſt,nec creditor ſine actione agere; ergo nec debitor,nec creditor propriè ibi ſunt.

Contraria opin.in via diſputatiua facilè poteſt ſuſtineri,primò per tex.in l.creditores,cũ.l.ſequenti de verbo.ſigni.æquiparantẽ creditorem purum, & conditionalem, & volentem illum creditorẽ dici,cui ex obligatione aliqua vel cauſa debetur:ergo etiã ille cui ſub conditione debetur.Secundò per.l. creditor autem is.de verbo.ſigni.arguendo à diffinitione,quæ ꝓprietatem ſignificat.l.j. cum ibi no. ff.de teſta.ſed conditionalis exceptione ppetua ſum moueri nequit,cùm eueniente cõditione effectualiter agat ergo &c.Tertiò arguitur ab exceptione in d.l.creditores,facta, quòd nõ dicatur creditor, qui poteſt exceptione perpetua ſummoueri, & cui tantùm naturaliter debetur: alii ergo,& ſic etiam conditionales erunt creditores; quum exceptio firmet regulam in caſibus non exceptuatis.l. nam quod liquidæ.§.ſi.de pen. lega. cum ſimil.Quartò per gl.l. primæ ff.de don.quę vult donationem conditionalem dici propriè donationẽ; ergo ſimiliter creditor conditionalis,vt per præfatos. Quintò per tex.in l. is.cui.ff.de actio.& oblig.qui expreſsè dicit, talem pendente conditione creditorem eſſe. Sextò & vltimò, quia creditores prædicti differunt tantùm tempore,quo nõ inducitur nec tollitur obligatio. l.obligationum.§. placet. de actio.& oblig. ſicque differunt per plus & minus, qualitate, non ſpecie. §.plus.Inſti.de actio.l.fina. de fundo. inſtruc. ergo omnes propriè creditores ſunt.Et hanc opi.amplectuntur Pichus.Mod.Taur.& Ripa hîc, & Polit.in trac.ſubſt.col.j.

Ad fundamentum Bar. reſpondetur, procedere quantùm ad effectum exactionis,non autẽ alio reſpectu;vt in diſcuſsione prędcedentis articuli dicebatur.ad alia reſpon.vt per præfatos Mod.

Sed non eſt recedendũ ab opin. Bar.& cõmuni, maximè per tex.inductum hîc ab Aret.in §. ex conditionali.Inſti.de uerbo.oblig.ibi,ſpes tãtùm eſt debitum iri. Et ſic uerè & eſſentialiter nõ eſt creditor; licèt habeat ſpem, vt talis efficiatur.l.cõditionales. ff.de verb.ſigni.Secundò,quia iura diuidunt creditores cõditionales à puris.§.omnis,Inſti. de verbo. obli.l.creditores,cum ſequẽti.&.l.cõditionales.ac. l.creditor.ſ.alle.in quibus locis ponuntur, vt penitus ſeparati. Tertiò ſtringit hic tex.in verbo mox recepturi.ſiue intelligamus mox, ideſt ſtatim, ſiue ꝓ poſteà,vt in tex.dixi. ſecundũ quemuis ſenſum pro certo præſupponitur,eum qui credidit,quid eſſe recepturũ:quod ceſſat in debito ſub conditione,quia poteſt ſe habere ad eſſe, & non eſſe. l. cum ad præſens. cum ibi no. ff. eo. l. cum in ſecundo,cum ibi no. per Pau. Caſt. ff. de iniuſto rupt. Si ille cui ſub conditione debetur,non eſt pro certo receptus,ergo non dicitur eſſe propriè creditor. Nec reſponſio Alex. hîc in vltima col. & Moder.Mediol.quòd participium recepturus ad animi quandam voluntatem referatur, ſubſiſtit, vt hîc per Socin. & confundi uidetur per tex.l.2.ff.eo. &.l.primæ.de acti. & oblig. ex quibus liquet referri ad actum, non autem ad voluntatem. minus adhuc bona eſt ſolutio

Ripæ, quòd recepturus hîc pro certo, eueniente conditione, quia ſi in eum euentum tantùm eſt recepturus, ergo non pro certo, vt ibi dicitur. & de hoc eſt tex. contra quem dicit Ripa in d. l. is cui.de actio. & oblig. Quartò & vltimò, quia appellatione alicuius rei, & diſpoſitionis, non venit propriè quod eſt conditionaliter tale, nec conditionalis diſpoſitio.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.de verbo. obliga. Soc. in l. j. fol. j. de vulg. & Deci. in conſ.253.

Et tenendo hanc communem opin.ad adducta in oppoſ.faciliter reſpondetur. & primò ad.l. creditores, ut hîc per Iaſo. in ult.col.non eſſe inconueniens idem uerbum ad diuerſa relatum, in eadẽ lege propriè, & impropriè poni. l. 2. cum gloſ. de offi.pro conſ.& lega. maximè, quum hæc improprietas per alia iura probetur: talis igitur dicetur creditor conditionalis uidelicet.l.conditionales. ff.
275 alleg.† Ad,ſecundum reſpon.ꝙ non ponit diffinitionem creditoris,quę ratò ponitur per Iuriſcõſultos,ſed demonſtrat,qui ſit creditor,& qualiter acciatur,ut.ff.per Alex.in antepen.col. & conditionalis creditor rebus ſic ſtantibus exceptione ppetua ſummoueri poteſt.d. l.cedere diem ergo non dicitur propriè creditor: ideo illa eadem lex in fine conditionalem ponit, tanquàm diuerſum à puro, de quo in principio legis. Ad tertium de exceptione, quæ firmat in caſibus nõ exceptuatis reſpon. ꝙ creditor conditionalis per alia iura exceptus eſt, & in diuerſa ſpecie creditorum connumeratus.l. conditionales.&.l crediti.ſ.alleg. Ad quartum reſpon. illam glo.eſſe reprobatã,ut ibi per Bar. Ad quintum
276 de.l.is cui.† reſpon.ut hîc per Socin. col. penul. & Polit.in trac.ſubſtit.col.j.creditorem eſſe conditionalem ſcilicet,ut expreſsè dicitur in alijs legibus ſuprà alleg. una ergo declarabitur per aliam. Ad ſextum & ultimum reſpon.ꝙ illud plus & minus, nõ eſt in eodẽ facto, ſed in iure;& ſic diuerſę ſunt ſpecies.l.j.ſ.de ſeruit.ruſt.præd.differuntq; in ſubſtantia quum unus poſsit exigi,alter non pẽdente conditione: ergo differunt ſpecie. lexq; conditionales, & lex creditor.ſ.alleg.prędictos creditores ponunt tanquàm ſpecies diuerſas, ut facit etiam tex. in §. omnis.Inſti.de uerb.oblig.

Limitatur prædicta communis conc.primò ubi
277 cõditio† omnino eſſet extitura, ut in mortis cõditione.l.ſi cũ moriar. ff.de condi.indeb.quia ille cui ſub conditione tali debetur, propriè creditor põt nuncupari,ut hîc per Roma.Soci.& alios Mod.Sed non eſt propriè cõditio quã non habeat ſe ad eſſe, & non eſſe,ut ſ. dixi.Præterea, quantùm ad effectũ exactionis iſte non poterit dici propriè creditor, ut hîc per Socin.Deci.& Ripam:quemadmodũ ẽt dixi in ſuperioribus de creditore in diem certum. Secũdò limitatur,ubi diſpoſitio uerificari non poſſet,niſi in cõditionali creditore;quia & ſi impropriè creditor ſit,in eo tunc intelligeretur ſermo, quum in alio intelligi non poſsit. argumẽtum eſt optimũ in l.fundus qui locatus.la piccola.ff.de fun.inſtr.& in §.Flauius.ſ.alleg. cum alijs hic adductis per Alex. col.antepen. Deci. ult. Moder. Taur. 25. Iaſon. in d.§.cum ſtipulamur.col.2.& in l. ſi fi.iuſſor. col. 2. de leg.j. Tertiò limito in ultimis uoluntatibus,

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in quibus fit larga.interpretatio.l.in testamentis.de reg.iur.scdm Mod.Taur.hic col. fi. Sed lex in testamẽtis,intelligitur respectu institutionis, vt ibi dixi; in aliis terminis esset considerandũ an largè vel stricte procedi debeat circa interpretationem.

Quarta limitatio in materia indifferenti seu promiscua:et sic tàm creditori cõditionali,quàm puro cõuenienti,vt post Are.hic in vlt.col.Deci.et Mod. Mediol.volunt.Quinta & vltima limitatio,nisi cõmunis usus loquendi in cõtrarium esset,per ea quę in superioribus dixi.

Debitor verò qui exceptione perpetua tutus
278 † est, debitor dicitur largo modo,& abusiuè, non autem propriè.§.Flauius.ẽ.alleg. &.§. Dominus.l. quibus diebus.ff.de condi. & demonst. notat Are. in cons.ẽ.alleg.in 2.col.

279 Quærit succesiuè Bar.†vtrum fideiussor dicatur debitor? & post Guliel.de Cun.concludit,ꝙ sic. sequũtur communiter scribentes,vt hîc per Alex.Iaſ. Socin. Deci. & alios Mod.plura iura allegantes vltra.l.& magis,per Bartholũ adductã: quibus omnibus nititur respondere Deci. hic in ult.col. primæ lec.multùm vacillando.postquàm enim disputauit articulum,à communi non esse recedendum dicit: & tamen statim ipse recedit, eò quòd fideiussor cũ effectu conueniri nequeat,nisi prius excusso principali debitore.aucten.præsente.C.de fideiuss. & aucten.hoc ita.C. de duobus reis.& in corpore vndè sumuntur, & sic ante excussionem factam ab ipso fideiussore inuito pecunia debita exigi non potest: ideo non videtur,ꝙ simpliciter possit debitor dici, sed de eo iudicãdũ sit, vt de conditionali debitore 281
suprà dictum fuit.Posteà idem Deci.in vlt.lec. col. 3.sequitur opin.Bar.& communem.

Pro prima opin. contra communem stringit in primis argumentatio Deci. ẽ. relata, quòd ex quo
282 fideiussor ante excussionem factam de principali debitore conueniri cum effectu non potest: & sic ab inuito non potest exigi pecunia debita, non videtur simpliciter & propriè debitorem dici posse. Secunda,quia aliter nuncupatur debitor, aliter fideiussor, diuersimodeq; diffiniuntur, ergo non sunt idem;vt C.de codicil.l.si idem. cum vulgarib.

Tertiò per tex.l. secundæ in §. si quis in iudicio. cum no.ẽ.si quis cautionib. vbi propter infirmitatem aut impedimentum eius,qui promiserat se cer-
280 to tempore in iudicio sistere,differtur dies † quòd ad 283
debitorem, non quòd ad obligationem fideiussoris, qui liberatur; ergo non dicitur debita.A communi tamen opin.quam (vt dixi) secutus est ipse met Deci.in vlt.lect.non videtur recedendum, quia respectu creditoris cui facta fuit promissio, fideiussor potest debitor dici, quum creditor illius fidem secutus fuerit: & sic secundum etymologiam vocabuli, est ibi creditor, & debitor. Secundò pro communi adduco tex. in §. fideiussores.insti.de fideiuss.ibi,fideiussores ita obligari non possunt, vt plus debeãt;sed bene,vt minus debeant. si debent, ergo debitores dicuntur.

Non obstant alleg. in contrarium. Ad primum respond. quòd exceptio excussionis non est perpetua,& peremptoria,sed dilatoria, secundum Bald. in d.aucten.præsente.& exceptio dilatoria alicui cõpetens, non facit, quin talis debitor dicatur l.creditores. de verbo. signi. l. is cui. ff. de actio.& oblig. scdm Mod.Tau.hic in vlt.col.sequuntur Mod. Mediol. & Ripa.quæ respõsio non tollit argumentũ,ꝙ non est ꝓpriè debitor, quũ inuitus nequeat exigi, & ille qui habet exceptionem dilatoriã, vt quia ad tempus debet nõ dicitur propriè debitor,nec alius propriè creditor quantùm ad effectum exactionis, vt dictum est suprà:ideo declaranda, & restringẽda erit conclusio, vt ff. dicam.

Ad secundũ respon.ꝙ debitor purus et simplex, non dicitur fideiussor, quum pro alio non interueniat, sed pro se tantùm: fideiussor tamen debitor dicitur,quum debeat,& ab ipso inuito pecunia,exigi possit:iuxta ff.allegata.

Ad §.si quis iudicio. respondetur, ꝙ nihil dicit de obligatione fideiussoris. nam & si in prorogatione omnis non fiat prorogatio quò ad obligationẽ fideiussoris cessante voluntate ipsius fideiussoris.l. item quæritur.§.qui impleto.ff.locati. &. l. si cum Hermes.C.eod.tradunt Alex.lib.6.in cons. 72. Iaſ. in l. lecta. col.5.ff.eo. secus videtur in prorogatione termini facta per legẽ, quæ tam principalem debitorem,quàm fideiussorem efficere potest. c. j. de consti. &.l.leges.C.de legib.et cõsequenter fideiussor in casu d.§.item si quis in iudicio,non liberabitur diffuso die:& sic oppos.potius probaret. præterea fideiussor ibi non satisfecit obligationi tempus præteritum concernenti:ideo non liberatur ꝓ præterito,quin sistat,vt per Alex.alle.

Ex quibus infertur,† quòd statutum faciens mẽtionem de debitore, locum habebit etiam in fideiussore,qui propriè debitor dicitur. Imol.in l. j. de fideiuss. propterea quemadmodum debitor mi-
282 noris † repellitur ab illius tutela,vt C.qui turo.dapos. aucten. minoris debitor, & in corpore vnde sumitur.tradunt Aret.instit. de aucto. tuto.§. fina. & Barb.in cons.60. in 2.dubio, lib. 3. eodem modo fideiussor debitoris, vt post Ang.hic tenent Deci.& Curt.ẽ.alleg. Mod. Taur. & Mediol. ac Aret. & Iaſ. in d. l. si fideiussor. vnde miror, quòd Iaſ. ibi dicat, decisionem Angeli magnam, si vera sit, quum sit vera per prædicta, considerata etymologia vocabuli ex quo illius fides spectata fuit, & propter identitatem rationis, quæ militat in fide-
283 iussore, sicuti in principali debitore, † ne videlicet occultet & subtrahat cautiones, & instrumenta minoris, ex quibus de debito apparere cõstareq; potest, vt dicitur in corpore vnde sumitur d. aucten. & de loco præalleg. meminit Bar.idem iudicabitur de fideiussore, quod de principali debitore. intellige prædictam concluſ. nisi ratio & mens disponentis,vel statuentis circa debitorem in fideiussore cessaret,vt post Bal.& Alber. volunt hîc Deci. & Curt.in vltimis col.

Propterea stante statuto, † quòd debitor non
284 possit alienare bona eius immobilia, nisi satisfactis prius creditoribus, vel quòd eligi nequeat ad aliquid officium, aut non possit accipere vectigal principis: fideiussor non comprehendetur, quum habeat regressum contra principalem debitorem

torem, à quo potest repetere,non iudicabitur debitor eo respectu, vt in bonis minus censeatur habere, quando principalis,contra quem habet regressum,esset soluendo,aliàs secus, quia actio sua inanis esset, vt post Bald.& Alber.volunt hîc Iaſ.Dec.
285 & Curt. in vlt.col.Mod.Mediol.& Ripa in x.col. Similiter stãte statuto, † quòd debitor ad instantiã creditoris possit incarcerari, comprehẽditur fideiussor,qui in præsentia debet,& exigi potest,principali (puta) absente,aut renuntiato beneficio.d.aucten.præsente,vt post Bald.& Sali.tradunt Deci.& Curt.prealleg.vel vbi exceptio excussionis nõ competeret fideiussori,vt in casibus enumeratis per scriben. in d. aucten. præsente, in l.decem. de verbo. obliga. in l.exitus. infrà de acquiren. possess. aliàs non comprehendetur fideiussor,quia quantum ad effectum exactionis, quem incarceratio prędicta concernit, ex quo de præsenti exigi non potest,debitor propriè non est dicẽdus,nec aduersarius creditor:sed idẽ iudicandum erit isto casu de eo,quod
286 de creditore in diem, concluſum suprà fuit.

Iuxta prędicta, † non impertinenter post Iacobum Butriga.quærunt hîc scriben. an cessionarius dicatur creditor? & concludunt cõmuniter quòd sic, vt hîc per Alex. Deci. Moder. Taur. & Mediol. in vltimis col.allegant tex.in l.2.C.de dona.in verbo.tuo. & in verbo debitoris.si ille contra quẽ cessæ sunt actiones, dicitur debitor cessionarij, ipse cessionarius creditor erit; vt per illum tex. arguit Bald.in l.planè,suprà fami.erciscun.sed consequentia non est necessaria, quia dato debitore,datur aliquis qui debet habere; sed de necessitate non appellatur ille creditor, vt per Alex.ẽ.in antepen.col. melius probatur in d. l.ab Anastasio. ibi, in alium creditorẽ.loquitur enim de cessionario, vt hîc per Alex. Secundò probatur in l.creditor.& in l.creditores. & in l.is cui,ẽ.alleg. vbi creditor dicitur ille, qui actionem habet, nec potest exceptione repelli: cessionarius est talis; ergo &c. & sic iuris censura post cessionem,& translationem actionum factam in eum, repræsentat creditorem.

Nec obst. quòd subtiliter retorquendo prędicta iura,dicebat hîc Aret.in pen. col.illum dici creditorem saltem largo modo, qui ex causa præexistenti habet actionem natiuam, aut datiuam: sed in cessione, nulla causa pręexistit ad pariendum originalem actionem, ergo talis non erit propriè creditor. obligatio enim cessa, est causa præexistens ad producendum actionem prædictam.l. licèt.§. ea obligatio suprà de procur. Et licèt subtilizando multa
287 verba effundat Aret. tandẽ ab hac opin.non discrepat. aliquis forsitan coëgit eum ita subtilizare, † vt aliquando dicebat ipse in consilijs, vt patet in consilio cix. ibi, coëgistis me subtilizare.& tantùm hîc subtilizauit,quòd se ipsum (vt puto) non intellexit.

Nec prædictis refragatur tex. in d.l. planè in verbo debeat, & in verbo debeatur,per quem Bal. ibi volebat, cessionarium non dici propriè creditorem, nec obligatum propriè debitorem, verùm esse loco debitoris. quod est contra tex. in d.l. de-
288 bitor.quum enim ab eo inuito possit exigi,debitor pro propriè dicitur.† propterea idẽ Bald. oppositũ firmauit, quòd dicatur propriè debitor,in l.j. circa finem.C.de actio.& oblig. & in l. per diuersas. vbi etiam Salic.C.mand. Ad d.l. planè. respond. vt ibi per gl. in d.l.debeatur, quę dicit, intellige directò, vtiliter autẽ bene debetur. Et ad illum tex.ibi suo loco, vt suprà inducebam,respon.quòd habens totum, soluere dicitur quidem suo loco substitutus à debitore: sed respectu creditoris non fit,quin debitor sit,quũ ab ipso inuito exigi possit.& hoc magis videtur planũ, quàm illud,quod dicebant moderniores, tex.illum intelligendum esse,secundum sententiam Bal. quando ex parte debitoris facta est cessio, talem cessionarium propriè non esse debitorem; quum contrarium ex prædictis pateat, & ad illum tex. respondetur, vt ibi per gl.& retuli suprà.

289 Ex quibus † descendendo ad practicam,infertur procedere libellũ, in quo cessionarius se creditorẽ diceret, & eũ contra quẽ agit debitorẽ: vt per Bal. in l.j.ẽ.alleg.quod indubitatũ videtur, quũ verba libelli im,ꝓpriẽtur, vt subsistat libellus,ac saluetur intẽtio petitoris.arg.l. sed & si,in §.itẽ si iurauero. cum ibi latè not per Alex.Iaſ.ff.tit. proximo.

290 Secundò infert,†quòd si ex forma statuti pręscribatur quinquennio contra creditorẽ,similiter pręscribetur cõtra cessionarium; vt per Bal.in d.l.per diuersas,col.3.Tertiò,quòd si ad instantiam creditoris statutũ concedat capi & incarcerari posse debitorem, poterit ad instantiam cessionarij capi ille, in quem facta est cessio; quicquid per illum tex.in d.l. planè, dixerit Bal.volens cessionarium beneficio statuti non posse gaudere ex cessione agendo: secus si ex mandato ageret. Quum enim cessionarius creditor dicatur,& alius debitor,vt dictum fuit, oppositum verius videtur,quando cessum est ius, & obligatio, vt post Iacob. Butrig. tenet ipse Bal. sibi contrarius in d.l.per diuersas,col.3.& Salice.ibidem in quęstione 12.& C.de actio.& oblig. in l.à creditore, & Aret.hîc in vltimis colum.

Nec obst.quòd cessionarius non sit propriè, sed impropriè, quum debitoris fidem secutus non sit, quia respond.Salice.in locis præalleg. id procedere posse originaliter, sed per subrogationem omnia iura creditoris in eum transferuntur.d.l.si à creditore. immo cessionarius cessione facta, debitoris fidem sequi dicitur, quia debitor censetur promittere satisfacere creditor, vel cui facta fuerit cessio. l.2.C.de donat. propterà cessionarius cessione facta, debitoris fidem sequi censetur, cùm ab illo receperturus sit. iccirco diximus suprà receptiori adhærentes sententię cessionarium propriè creditorem dici,& eum contra quem facta est cessio,debitorem. Ad l. planè. per quam Bal. mouebatur, respond. vt suprà dictum fuit.

Si tamen statutum loquẽs de captura debitoris,
291 † disponeret posse ad instantiã creditoris nulla pręcedente citatione debitorem capi,id fieri non deberet ad petitionem cessionarij, sed denuntiandum esset debitori cessionem factam, liquidandumque ius cessum, & validè cessum: vt per Bal.& Sali.in d.l. per diuersas, in locis præalleg. Alex.consi.xcv. col.2.lib.2.Aret.hîc in pen.col.& Mod.Mediolan. quicquid dixerit Roma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glo. in verbo Mox, diuiditur in duas partes, pro vt duas ponit declarationes ad hunc tex. secunda ibi, vel dic.

292 De dictione mox, † Salice. hic quædam dicit: plura scribit Alberi. in dictionario in verbo Mox. quantùm ad intellect. tex. nostri dicendum est, vt apostillando litteram scripsi.

Glos. fin. diuidi potest in quatuor partes, vel in duas, vt hic per Ias. ad cõtrarium. l. si in rem. de rei
293 vend. † vera est solutio, quã sensit glo. in fine, quòd appellatio rei ex sui significatione, absoluteq; & indiffinitè prolata, generalis est, vt hac lege nostra cũ simil. secus quando demonstratiuè aut relatiuè ponitur, quia non genus, sed speciem tunc significat. d. l. si in rem. quæ loquitur de petẽte in libello rem aliquam, vt hic per Alex. & Ias. An autem sufficiat libellando rem simpliciter petere vel sit specificanda, & designanda res ipsa, distinguendum est inter actiones personales, ac reales: quia in personalibus agi potest ad genus, & etiam ad speciem: ad genus quidem, quando petitur homo, puta in genere promissus, aut legatus. iuxta. l. si stipulatus. in §. primo infrà de solut. §. prætereà si quis generaliter. Instit. de actio. & l. cum incertus, de leg. primo. & tũc sufficit rem simpliciter, & in genere petere, puta vnum seruum promissum vel legatũ, vt in iuribus præallega. aut asinum vel bouem. Si verò agatur ad speciem, rem designare & specificare oportet, iuribus per præfatos allegatis. In realibus autem non agitur ad genus, quia rei vendicatio eo modo non datur, sed ad rem in specie. d. l. si in rem, & ibi notatur. Ideo ad rem agens, illum designare & specificare debet. hoc est, quod ibi dicit Iurisconsul. rei appellatio non genus, sed speciem significat. idest, non refertur ad genus, sed ad speciem, quæ designanda demonstrandaq; venit: secus vbi ad genus relatio fieret, puta, quando homo in genere promissus, vel legatus peteretur, vt dictum fuit.

294 Et pro declaratione tex. † d. l. si in rem. diligenter aduertendum est, quia & si videatur dicere opus esse exprimere in libello vtrũ quis totam rem, vel partem petat, tamen sufficit rem simpliciter petere; quia tota petita censetur: secundum glo. in d. l. si in rem. in verbo totam. pro qua videtur tex. in l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iud. & in l. de pupillo. in §. qui nunciat. ff. de oper. no. nuncia. & in l. locus. in principio de verb. signi. cum alijs adductis, & inductis per Deci. in l. j. col. fin. C. qui testam. face. pos. Hercul. & Ruin. in l. serui electione. §. j. col. 8. de leg. j. quibus tamen iuribus nititur postea ibi Ruin. respondere.

Sed non est recedendum ad opinio. Glos. Bar. & communi: quam etiam confirmant & corroborat Soci. in d. l. si quis cum totum. in principio. Deci. hic ad fin. secundæ lect. & ipse met Ruin. in consil. 109. lib. 2. 94. lib. 4. & consil. 4. vol. 5. concludendo quòd in dubio appellatione rei de tota intelligatur, per prædicta. Idem voluit Aretinus in cõsi. 103. incip. In causa. in secunda dubitatione, vbi concludit quòd petens rem, censetur petere totam.

Ad tex. in d. l. si in rem, qui videtur oppos. probare, respond. hic Deci. illud dictum videri respectu partis, quia si quis vult petere partem, debet id specificare: sed si totã petat, sufficit simpliciter petere; quia in dubio censetur totum petere. & ita etiã volunt Glos. Soci. & alij suprà proximè alleg.

Sed huic declarationi, & intelligentiæ refragari videntur verba tex. d. l. si in rem. ibi, & vtrũ totam, an partem petat. ergo volens rem totam petere, debet dicere utrum petat totam: quæ expressio non esset necessaria, si in dubio tota peti cẽseretur. Ideo ego aliter respõderem, quòd ille, qui intendit rem totam petere, id designare debet, & an partem, ac quotam, si partem petere intendit. hoc est, quod voluit ibi Iurisconsul. iudicio meo dicere. Sed ponamus quòd actor id non fecerit, uerùm simpliciter rem petierit, quid iuris erit? dico quòd ita generaliter & indistinctè rem petendo, in dubio totum censetur petere, per prẽallegata.

Et inducuntur prædicta ad not. quæstionem.
295 † Testis deposuit Titium possedisse talem rem uel fundum, an de tota re concludat, & possessionem totius fundi probet? videtur, quòd sic; quia, si appellatione rei (vt diximus) tota res uenit, pariter probatio facta de re, de tota ipsa re intelligi debebit. & hanc opin. tenet Aret. in consil. 103. incip. In causa, in secunda dubitatione. concludens, q̃ iudicuti petens rem, censetur totam petere; & iudex iudicans rem esse meam, de tota re pronunciasse censetur, iuribus ibi per eum alleg. idem uidetur esse debere in depositione testis, ut etiam per Socin. in d. l. si quis cum totum. & Curt. hic in ultima col.

Sed contraria opin. uereor mihi uidetur; quia in materia probatoria, indiffinita non equipollet uni uersali, quia interpretatio fit contra ꝓducentem. c. in presentia, de ꝓba. Ideo testis eo modo deponẽs, non probat de possessione totius fundi: ita cõmuniter concludunt Can. antiqui, & Moder. in c. audi tis. de præscrip. ubi latè Paris. in 7. col. Alex. Aret. & Socin. in locis hic per Curt. in ult. col. alleg. Ioan. Crot. in trac. de testib. fol. 18. versi. Duodecimò facit. Areti. & Ruin. in §. j. d. l. serui electione. Deci. consi. 100. col. 4. & consi. 146. col. 5. & 221. col. 3. Curt. Iunior in consil. 17. col. penul. ubi hanc opi. ab omnibus approbatam esse dicit.

296 Intellige, nisi testis, † se referret ad capitulum uel articulum, dicendo partem possedisse rem capitulatam, aut contenta in capitulis esse uera: quum relatum sit in referrente per relationem ad aliud, & de tota re, quæ designata esset in articulis uel capitulis intelligeretur deponere: ut eleganter per Aret. in d. §. primo col. vlt. quẽ sequuntur Aquens. in l. Celsus. col. fin. ff. de vlucap. & Deci. in consil. 100. col. 4.

Rursus, si ex duobus testibus unus affirmasset fundum per Titium possideri, alter negasset, gratia periurij euitandi concordarentur, ut unus de toto, alter de parte intellexisse, ac deposuisse iudicetur: secundum Bald. in l. 2. infrà de condi. instit. & Moder. Mediol. in l. pupillus. in fi. de verb. signifi. Ex quibus (si non tallor) utiliter & eleganter remanet absoluta hęc lex prima pridie idus Decemb. M. D. XLIX. Paduæ.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Summario non eget lex, quæ breuis est, & se ipsam summat.*
3 *Sensus potius quàm uerba attendi debet.*
4 *Meũ & tuũ genera runt discordias in mundo & nu. 5.*
5 *Communia erant omnia tempore legis gratiæ, post uerò peccatum primi parentis reuocatum fuit præceptum de habendo omnia communia. & nu. seq.*
7 *Consequentia turisconsulti hic quomodo procedat.*
9 *Etymologia uocabuli, alluſio, & derivatio, an & quomodo differant, & num. seq.*
10 *Argumentum ab etymologia uocabuli an bonum sit, & qualiter procedat, & quid sit etymologia, plenè declaratur. & num. seq.*
13 *Monachum non faciunt habitus, & uita solitaria, uerum alia necessaria sunt.*
14 *Argumentum ab etymologia per legislatorem communiter, & ut plurimum formatum est affirmativè, non negativè.*
15 *Tex. l. primæ in principio. ff. de acq. poss. declaratur & nu. sequenti.*
17 *Visus communis est ad omnes alios sensus.*
18 *Resolutio uera argumentationis ab etymologia uocabuli qualiter procedat.*
19 *Molendinum sine votis an & quando comprehendatur in dispositione facientę mentionem de molendino, & num. sequenti.*
20 *Argumentum à consequenti destructo, quomodo procedat.*
21 *Mutuum non contrahitur, nisi transferatur dominium rei in accipientem.*
22 *Mutuum non consistit in re aliena, secus in uenditione, commodato, & deposito: & quæ sit diuersitatis ratio. & num. sequenti.*
24 *Mutuum quotuplex sit. & nu. seq.*
26 *Tex. l. in contractibus. C. de non num. pecu. an habeat locum in Ecclesia, & Clericis. & num. sequ.*
Exceptionis non numeratæ pecuniæ materia tangitur cum remissionibus opportunis. ibid.
Titulus. C. de non numer. pecu. declaratur. ibid.
29 *Lex in fauorem clericorum facta, an reuocari possit per Imperatorem, uel alium laicũ ipsius legis cõditorẽ.*
Imperator an possit reuocare legem suam factam in fauorem Ecclesiæ. ibidem.
30 *Ecclesia non obligatur ex mutuo, nisi probetur pecunia conuersa in eius utilitatem.*
32 *Mutuum pluribus modis reconciliatur. & nu. sequ.*
34 *Stipulationi non habenti efficacem causam præexistentem, obstat exceptio doli.*
35 *Mutuum reconciliari consumptione pecuniæ, quomodo intelligatur.*
36 *Mutui datio requirit dantem esse dominum.*
37 *Consumptio pecuniæ subsecuta idem operatur, quòd translatio dominij.*
38 *Mutuanti, potius quàm uero domino cur obligetur recipiens pecuniam alienam mutuo, & illam consumẽs.*
39 *Mutuum quomodo rectè diffiniri aut describi debeat, & possit, & nu. sequ.*
Diffinitio mutui, nu. præalleg.
40 *Tex. l. Lucius. ff. depos. declaratur.*

In §. Appellata. l. ii. eod. tit.

NE hi, qui nondum venerunt, ordinarijs fraudentur lectionum principijs, reseruata Rubr. Si cert. pet. post festum omnium Sanctorum iuxta antiquam, & inueteratam consuetudinem huiusce Patauini Gymnasij in his tribus lectionibus ante diem illum occurrentibus, operæ pretium esse duxi, si not. & famosum. §. Appellata, cuius cognitio pro intelligentia materiæ anni præsentis perquàm necessaria est; interpretatus fuero, & enucleauero illius materiam.

Quum breuis sit hic tex. & se ipsum summet,
1 alio summatio non eget. † nam & rei demonstratæ frustra alia adijcitur demonstratio. l. j. infrà de dote præleg. & l. j. ẽ. de in integr. restit. Sic & rei summatæ frustra adijceretur aliud summarium. & quemadmodum scribit Bald. in tit. de controuer. inuestit. in §. Si quis de manso. col. 3. id quod valde breue est, & modicum, indiuisibile, & impartibile censetur.

Diuiditur in duas partes: in prima ponitur dictum in materia. in secunda illatio. ibi, & ideo. Sed antequàm veniam ad notabilia text. more solito apposillabo, quasdam dubitationes remouendo.

2 In tex. ergo ibi, mutui datio. † in fronte nævus apparet: videbatur melius, & congruentius, quòd dictum fuisset, mutuum appellatũ est ab eo, quod de meo tuum fiat, quàm, vt dictum fuit: quia quæstio non est de datione; sed de mutui etymologia. nisi respondeas, tex. hunc venire continuatiuè, & declaratiuè ad §. mutui datio, proximè præcedentem. Ideo, quum suprà proximè locutus fuerit de mutui datione, quibus in rebus consistat, prosequendo idem thema, ipsumque repetendo, subijcit; Appellata est mutui datio, &c. & in effectu in-
3 telligitur mutuum ipsum considerato sensu, † qui magis, quàm verba attendi debet. l. quum virum. C. de fideicommiss. & extra de verb. signific. cap. intelligentia.

In eod. text. ibi, de meo tuum. idem dicitur in
4 §. j. Instit. Quibus mod. re contrahit. oblig. † quæ pronomina meum, & tuum, generarunt discordias, & inordinatos affectus in nobis, à consuetudineque inuenta sunt, & humano iure. cap. differt. cum sequenti, octaua distinctio. vbi Cardin. Alexandri. & alij notant. † & dicit text. signandus
5 in ca. Dilectissimis. duodecima quęstione prima. Vsus omnium, quę sunt in hoc mundo communis hominibus esse debuit, sed per iniquitatem alius dixit; hoc esse suum, alius esse meum, sicque inter mortales facta est diuisio, dicit ibi tex. quę diuisio rerum & dominiorum necessaria fuit ad cõseruationem uitæ humanæ, vt post diuum Thomã declarat Socin. in l. j. in principio infrà de acquir. possess. de quo plenius scripsi in l. 2. char. 3. C. de
6 rescind. vend. vbi declaraui, † quòd in statu naturæ integræ omnia erãt communia, sed post lapsum primi parentis, & peccatum introductum, fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuocatum præceptum de habẽdo omnia communia propter pacem inter mortales conseruandam, factaque diuisio bonorum & dominiorum, etiam de iure diuino, postmodum humano passim comprobato.

In eo.tex.ibi, non nascitur obligatio, alius scrupulus hic apparet. † non videbatur bona consequentia Iurisconsulti: debebat enim concludere ex præmissis, non esse mutuum, si non sit de meo tuum: non autem dicere, non nascitur obligatio, quia hoc ex præmissis non uidetur sequi. 7

Respond. potest, † quòd mutuum est contractus, qui obligationem parit l.2.in princ. & l. cum quid. ff.eod. & instit quibus Mod.re contrah. obligat. & sic, si mutuum esset, nasceretur obligatio, vnde, quum dicat, non nasci obligationem, in effectu concludit, non esse mutuum. propterea Bar.in secundo not.colligit ex hoc tex. non contrahi mutuum, si non fiat de meo tuum. 8

Postremò pro intelligentia dicendorum uidendum esset, quomodo & qualiter differant †diffinitio, descriptio, etymologia uocabuli, allusio, & deriuatio. de duobus primis dixi ad saturitatem in l. omnis diffinitio. de reg. iur. inter etymologiam, & allusionem seu deriuationẽ hoc interest, quòd etymologia ad substantiam rei refertur, allusio seu deriuatio ad solius vocis similitudinem; ut possessio, quasi pedum positio: magister à monstrando secundum Moder. Mediol.in l.Tabernæ, de verb. sign. aliter tamen declarat Ripa in l. quominus, ad finem pen.char.infrà de flum.& in l.j.col.14.suprà, eodem. 9

Et clarius dici potest, etymologiam esse resolutionem vocis in proprium effectum rei, quum nihil aliud sit, quàm uera locutio, secundum Bald.vt infrà dicam. Allusio & deriuatio (quicquid dixerit Ripa) non uidentur differre; & referuntur ad sonum vocis, seu ab illo descendunt, & deriuare uidentur. patet in furto, possessione, & similibus, prout etiam videntur sensisse præfati Moder.in d. Tabernæ. immo apud nos prædicta uidentur confundi per tex. in c. placuit 16.q.j. qui allusionem & deriuationem uocabuli, etymologiam appellat, vt ibi patet; hocque sentit Bart.hic in prima oppositione, dum dicit ab etymologia uocabuli seu allusione.

Noto primò ex isto tex. secundum Bald. & alios scriben. id ad quod hic §. semper allegatur † tàm in palatijs, quàm in scholis. quòd argumentum ab etymologia uocabuli bonum est, & ualidum, non fit de meo tuum, ergo non est mutuum. ad idem tex. in l. tugurij, & in l. tabernæ. de uerb. signific. tugurium, dicit Iurisconsult. dictum est à tecto seu tegendo, tanquàm tegularium. & toga quòd ea tegamur. cum alijs iuribus allegatis hic per Iaſ. & per Felin. in procemio Gregoriano col. 7. in secunda conclus. & Ripam loco prædictos hocque argumento utitur Iurisconsul.in l.j.de acquir.possess. in l.j. de furtis. & in l.j.infrà de iniur. & tex.in d.ca. placuit. monachorum (inquit) conuersatio & uita, secundum etymologiam nominis ab omnibus discrepat; monachus enim singularis dicitur. & sic text. arguit ibi ab etymologia, quæ latinè ueriloquium nuncupatur. quod vocabulum minus est in vsu secundum Boet. Alij etiam modis appellatur, vt per Albert. de Rosa. in dictionario. & Moder. hîc. † Est autem etymologia resolutio vocis in proprium effectum rei, secundum Bald.in d.§.si quis de manso. col. fin. quem sequuntur Iaſ.& Mod.Taur.hîc. & probatur clarè in hoc.§.& iuribus.ff.alleg. 11

Hic articulus difficilis est, † & de apicibus iuris, adeò; vt scribentes non videantur se posse extricare: propterea diligenter aduertendum est. 12

Quod argumentum prædictum non procedat, nec subsistat, probatur: testamentum dicitur, quia est testatio mentis, instituit. de testam. in principio. & tamen quælibet testatio mentis, non est testamentum: codicilli enim esse possunt l. si idem, & toto titulo. C. de codicilli Tutor dicitur à tuendo. §.j. institut. de tutel. & tamen non omnis, qui tuetur, est tutor: vt hîc per Bart. mutuum dicitur ab eo ꝙ fit de meo tuum, & tamen vbicunque fit de meo tuum, non est de necessitate mutuum; quum possit esse donatio, uenditio, & contractus innominatus; vt per Bar.& alios hîc. & suprà in principio legis. Item Pontifex dicitur quasi pontem morum alijs faciens: Rex à regendo: Augustus ab augendo; vt per Moder. hîc, & Felin. loco prælleg. & tamen omnis qui dat bonum exemplum, & facit nobis pontem morum, non est Pontifex; neque omnis qui auget rem imperij sua uirtute Augustus est, & Imperator: nec omnis qui regit, Rex est nec omnis cuius vita est singularis, & ab alijs discreta, Monachus, secundum etymologiam vocabuli. † quia habitus, & vita solitaria non faciunt monachum, sed alia requiruntur, auctent. Ingressi. C. de sacrosan. eccles. cap. cum ad monasterium. in fine, & per totum titulum de statu monach. ergo ab etymologia vocabuli non licet arguere. 13

Salicet. & Fulgos. hîc concludebant, argumentum prædictum non ualere, nec procedere affirmatiuè: ita loqui uidentur iura prælleg. Sed negatiuè sic, prout hîc arguit Iurisconsult. affirmatiuè enim est argumentum de genere ad speciem, quod non tenet, & ab omnibus damnatur, quum non sequatur, animal est, ergo homo; quum possit esse asinus. & uidebatur hęc distinctio applaudere. Ideo dicit hîc Iaſ. in fine ibi, vel teneas, argumentum ab etymologia nunquam procedere affirmatiuè, quod est contra omnia iura mundi, maximè suprà allegata, & l. primam suprà eodem in uersi. nam cuicunque rei assentimus. in quibus locis Iurisconsult. arguit ab etymologia uocabuli affirmatiuè, à veritate igitur alienum est, argumentum tale nunquam procedere affirmatiuè, † immo vt ex prædictis apparet, legislator, communiter arguit affirmatiuè ab etymologia uocabuli, negatiuè rarò, præterquàm hoc loco. 14

Nec est etiam uerum, † argumentum prædictum semper procedere negatiuè, vt contra Salic. hîc tradit Alex. per l.primam in princ. infrà de acquir.possess. à pedibus appellata est possessio, quasi pedum 15

pedum positio: non sequitur necessariò possessionem non esse, si non sit positio pedum, quum solo visu acquiratur possessio. l. prima. §. si iusserim. & l. quod. §. si venditorem, de acquiren. possessio. nec refragantur motiua Decij pro Salic. contra Alex. ꝙ in d.l. prima pedum positio largè stet pro toto corpore, vel quolibet actu corporis. verba enim ipsius legis, a quibus in dubio non est credendum. l. non aliter, infrà de legat. 3. manifestè repugnant. & quãuis tex.in l.3.in principio de acquiren. possess. non dicat pedibus acquiri possessionem, sed animo & corpore, id dicit, quia sine animo illa non acquiritur, tamen actus corporis, ideſt positio pedum & insistentia, vt iam dixerat Iurisconsul.in d.l. prima, necessaria esset quamuis manus † pro alio sensu corporis aliquando accipiatur, vt in l.2. cum not. per Bart. & Doct. C. de pericu. nom. lib. vndecimo non sic iure cautum reperitur de pede. posset aliter respond. ad d.l. primam, non à pedibus, sed à sedibus legendum, vt dixi in l. omnis diffinitio, infrà de reg. iur. lectio tamen receptior, à qua non est recedendum, à pedibus habet. 16

Aliter respond. subtilis Aret.in d.l. prima. col.j. Iurisconſ. ibi vsum impropriatiua quasi, insinuando quòd lieèt possessio nõ acquiratur pedibus, sed alio naturali instrumento æquualẽti sufficiat. Sed responderi potest, dictionem quasi, ibi esse veritatis expressiuam, vt in l. si id quod. §. fi. illo eod. tit. cum ibi not. per Alex. dixerat enim in principio Iurisconsul. ꝙ possessio appellata est a pedibus quasi subiungit pedum positio; sicque verè & propriè exprimit, quòd suprà dixerat à pedibus. non enim dixit à quasi pedibus, sed à pedibus: & est modus dicendi, & exponendi ornatus. Considera si dici potest, † quòd visus communis est ad alios sensus, vt per Bar. in l.2. in §. Labeo. infrà de aqua pluui. arcend. Feli. latè in c. cum causam, colum. vj. de testib. Ideo adaptari possit ad possessionem, & insistentiam in rẽ quicquid sit de intellect. d.l. primæ de acquir. possess. quòd argumentum ab etymologia vocabuli negatiuè sumptum non procedat, probatur ex prædictis, & aliis accumulatis per Iaſ. & Moder. hîc & per Felin. loco prælegato. 17

Propterea Iaſ. infrà ad finem cõmenti aliam doctrinam tradidit, quàm Dec. Abbatis fuisse dicit, & impugnat. Sed nõne Iaſ. ipse profitendo per quem didicit, illam Abbati attribuit? certè sic, tamẽ contra Iaſ. & Abb. facit etiã, quia ipsi volunt argumentum negatiuè procedere, quando sumitur ab essentiali natura rei, seu substantiali, aliàs secus, affirmatiuè verò non; quod est contra omnia. ff. allegata. 18

Tandem Dec. hîc post Cano. in c. priuilegia. ter tia distinct. per eum relatos concludebat, valeret prędictum argumentum ab etymologia vocabuli, quando etymologia non habet se in plus, neque in minus, quàm vocabulum, ita quod deriuatio non excedit significatum vocabuli; neque econtrariò: exemplum in donatione, exceptione, & instrumento, vt per eum, & latius per Cardinal. Alexand. in d.e. priuilegia. Felin. in loco suprà allegato, & Mod. in d. l. tabernę.

Quæ consideratio non videtur posse procedere: primò, quia videtur confundi per iura suprà allegata, in quibus legislator arguit ab etymologia, etiã quod ibi cessarent ea, quæ Dec. & præfati considerant. Secundò, quia argumentum ab etymologia rarò locum haberet, vt enim fatetur, Dec. exempla tunc rara essent, potiusq; argueretur tunc à diffinitione, & essentiali natura rei quàm ab etymologia simpliciter loquendo; vt volunt hîc Paul. de Castr & Cur.col. prima cõtra mentem omnium scribentium, & iura suprà alleg. in quibus legislator arguit ab etymologia: circumscripta omni alia consideratione.

Postremò omnibus diligenter consideratis videtur dicendum, argumentum ab etymologia vocabuli procedere tàm affirmatiuè, quàm negatiuè, data paritate terminorum, ideſt dummodo non repugnet diffinitio, vel autoritas. & in hoc resoluuntur omnia suprà alleg. cum limitationibus Docto. hic, quia regulariter procedit argumentum tàm negatiuè, vt hic, quàm affirmatiuè, vt in iuribus suprà alleg. in quibus legislator affirmatiuè arguit, nisi contradiceret, aut repugnaret diffinitio, seu auctoritas, prout in limitationibus Doctorum hic, & in locis suprà allegatis. Et hoc modo rectè intelligendo, concludunt Bar. Alexand. & Curt. hic, & in tracta. feudo. in prima parte in septima quęstione principali post Abb. in c. cum secundum, colum. ij. de prębend. & in consi. lxxxij. incipien. Conditor. colum. ij.

Non enim sequitur, fit de meo tuum; ergo est mutuum. vel hęc est testatio mentis; ergo testamentum. talis pupillum tuetur; ergo est tutor. vt hic per Bart. rem imperij talis auget; ergo Augustus est, & imperator. quis pontem morum nobis facit tradendo bonum exemplum; ergo est Pontifex. vitam singularem, & ab aliis, quis separatam agit; ergo est monachus. talis docet, ergo est Doctor; cum simil. adductis per scriben. in locis suprà allegatis, quia in prædictis repugnat diffinitio, vel auctoritas. neque econtrariò, negatiuęque arguendo: non tuetur, ergo non est tutor. non auget imperiũ, ergo non est Augustus. non facit pontem morum; ergo non est Pontifex. non docet; ergo non est doctor. non est singularis vitæ & solitarius; ergo non est Monachus. non est positio pedum; ergo non est possessio. mulier nupta velata capite non incedit; ergo non est nupta. quia repugnat diffinitio, vel legis auctoritas; vt per scriben. hic, & in locis suprà alleg. Et ista videtur mihi clara doctrina, secundum quàm, ac semper poterit argui ab etymologia vocabuli tàm negatiuè, quàm affirmatiuè, prout communiter faciunt legislatores, nullo alio extrinsecus inspecto, & considerato. & volens id argumentum elidere, & excludere, tenebitur probare diffinitionẽ, vel auctoritatem in contrarium esse. quemadmodum dicimus de habentem regulam pro se, quòd habet intentionem fundatam, nisi probetur exceptio, vel fallentia in oppositum; quam probare tenebitur ille, qui eam allegat. l.2. vbi Bart. & alii notant. suprà. Si quis in ius voc. non ier. & in l. prima. ff. de reg. iur.

Possunt prędicta induci ad plures not. quæstio nes:

Universidad de Deusto
Biblioteca

19 nes: † unam de molendino ponit Bal. in titul. de controuer. inuestit. in §. si quis de manso. col. fi. cuius decisionem sequuntur communiter Doct. ut hic per Alex. Ias. & alios per eosdem in l. prima. ff. de acqui. poss. in prin. & per Iacobi. de Sãcto Geor. in tract. feudo. in uerbo, Et cum molendinis. Mod. Mediol. in d. l. tabernę. & Ripam in l. quominus, char. ult. in principio de flum. Sed in prędicta decisione Baldi plura concurrebant, repugnabat enim etymologia uocabuli. Secundò, quæstio erat de pœna incurrenda. Tertiò destinatio ædificantis, quia non erat usurus molendino in flumine Ticini, sed in flumine Padi: quibus concurrentibus indubitanter procedit decisio sua, ut per prælleg. maior difficultas esset, quando prędicta non concurrerent, nunquid in dispositione faciente mentionem de molendino, ueniat molendinum, quod caret molis. Iacobin. loco suprà allegato, in concessione principis respondit, uenire etiam molendina carentia molis, quia largè interpretari debet: & sic defectum etymologię tunc non attendi. pro qua decisione facit, quod de psalterio sine chordis dicebat Bal. loco suprà alleg. In alia materia, quę non esset odiosa, neque fauorabilis, crederem in dispositione faciente mẽtionem de molendino, non comprehendi machinam molendini sine molis existentem; quum non sit propriè molendinum cessante etymologia uocabuli, & forma illius, ut etiam per Brunum in tracta. de forma, charta viii.

20 Secundò noto ex isto tex. † secundum Socin. valere argumentum à consequenti destructo. consequens in mutuo est, quòd trãsferatur dominium, & fiat de meo tuum. destructa consequentia, quòd non fiat de meo tuum, non erit mutuum: & sic destruitur etiam antecedens; vt post Bal. & Cin. tradit Deci. in §. prædicenti, col. j. & fina. vbi est glos. faciens mentionem de hoc logicali sermone, & argumento.

Contra tamen hunc tex. & illationem Iurisconsul. obstare videtur, quod infrà in oppositionibus scribit Bar. soluam ibi.

21 Tertiò noto ex eodem tex. † secundum Bart. ꝙ si in accipientem non transferatur dominium rei mutuatæ, non est mutuum. & quamuis text. non dicat clarè non esse mutuum, sed quòd non nascitur obligatio, tamen intelligitur ex mutuo, vt in apostillis ad tex. dictum fuit. Et per consequens non esse mutuum, aliàs ex mutuo non nasceretur obligatio, vt ibidem diximus; & est tex. clarus. ff. in §. mutui datione. ibi, oportet dominum esse dantem. ex quo de necessitate infertur, mutuum

22 non consistere in re aliena, † sed venditio sic. l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. & similiter commodatum. l. commodare, cum l. sequenti. ff. commod. & pariter depositum. l. j. §. si prædo, & l. bona fides, infrà depos.

23 Inuestigandum hic est, † quare res aliena non possit mutuari, sed bene uendi, commodari, & deponi. Curt. nititur declarare, dicens, Doctores non aperire, sed ex prædictis facilè licet colligere; quia translatio dominij necessaria non est in alijs contractibus, de quibus suprà; secus in mutuo, quod aliàs non contraheretur, vt suprà dixi. & quum dominium sit apud dominum, à quo sine facto eius tolli nequit. l. id, quod nostrum, infrà de reg. iur. nimirum, si in re aliena non consistat mutuum: & tamen mutuum, in quo non fit translatio dominij multis modis reconciliari potest, vt. ff. cum Bar. statim dicetur.

Formauit enim hìc Bar. contra argumentationem Iurisconsulti hìc quatuor oppositiones, declarando posteà quotuplex sit mutuum, quibus modis reconcilietur mutuum merè naturale, in quo in accipientem non transfertur statim dominium: & in fine de diffinitione mutui se remittit.

Prima oppositio concernens materiam etymologię vocabuli, absoluta, & expedita est in præcedentibus.

24 Circa secundam oppositionem † l. in contractibus, alleg. per eum, concludit Bar. quòd Iurisconsul. loquitur hìc de mutuo naturali, in quo requiritur, quod fiat de meo tuum, & dantem esse dominum; vt suprà dictum est. legem verò in contractibus loqui in mutuo ciuili, quia si fuerit scriptũ, pecuniam, vel aliam rem datam, post bienniũ non potest hodie opponi exceptio non numeratæ pecuniæ; & sic contrahitur mutuum ciuile, & nascitur obligatio, licèt de meo non sit factum tuum. idem dicit Bar. post glo. ff. in §. fin. col. vlt.

Sed Bald. Alber. Roma. Fulgo. & Curt. in §. sequenti, col. vj. prędictam conclusionem damnant:

25 † quum non sit lex tale quid dicens, neque distinguens mutuum naturale à ciuili; ergo &c. l. illam. C. de colla. videtur ergo dicendum in d. l. in contractibus, non esse mutuum ciuile, sed contractũ & obligationem litterarum secundum præfatos, vt videtur dicere tex. insti. de oblig. litter.

Attamen saluando Glos. Bar. & sequaces secundum Socin. & Deci. hìc. & eundem Deci. in §. sequenti, in quinta col. dicendum est, pro veritate non esse legem de tali mutuo expressè loquentem, quę illud ciuile appellet, sed esse verba magistralia glossatoris, & Docto. prout & alibi sæpe. Et licèt eo casu nascatur obligatio litterarum, tamẽ habet fundamentum ex causa mutui prętumpti post biennium. hoc respectu mutuum ciuile appellari potuit, quum ius ciuile cooperetur, & eius ministerio nascatur obligatio elapso biennio; ita quòd magistralis hęc doctrina defendi, & teneri potest.

26 Sed quæro, † nunquid dispositio d. l. in contractibus, quę restrinxit tempus quinquennij datum ad opponendum exceptionem nõ numeratæ pecunię ad biennium, locum habeat etiam in Ecclesia, & Ecclesiasticis personis? videtur quòd non, quia illa lex est imperialis, quę non ligat Ecclesiam, nec Ecclesiasticas personas. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitu. propterea ex quo semel competit prędictis ius & potestas opponendi exceptionem nõ numeratę pecunię intra quinquennium ex dispositione legis antiquæ. d. l. in contractibus, & instit. de litter. oblig. videtur quòd etiam hodie intra dictum quinquennium possint opponere exceptionem non numeratæ pecunię, nec teneantur probare negatiuam, sed creditor teneatur probare numerationem; eò quòd non potuerit quinquennium ad biennium reduci in præiudicium Ecclesiæ, & ecclesiasticarum personarum. ita Hostiens. & Io. Andreæ in c. fin. de solut. & Barb. ibidem in pen. col. Alex. in consil. 123. col. fi. lib. 5. & Socin. consi. 90. col. 8. li. 2. quod secundum ordinem cõtinuatiuum est consilium 241.

27 Contrariam opin. vti veriorem † amplectũtur. Ant. de Butr. Abb. & Imol. in d. c. fi. in vltimis col. quia lex in contractibus, affert priuilegiũ debitori, cui ante legem illam incũbebat onus probandi, pecuniã non fuisse sibi numeratã, volẽdo exceptione tali se iuuare; sed per legẽ illam onus probandi, pecuniam fuisse numeratã iniungi creditori vsque ad biennium l. 3. l. assueratio. & d. l. in contractibus. cum glosis. C. de non nu. pec. & insti. de litter. obl. in §. fi. cum gl. notant Are. Insti. de excep. in §. idem iuris, & Paul. de Cast. in d. l. assueratio. propterea, si Ecclesia vel clericus legali illo priuilegio uti uolunt, acceptare illud debent cum suis qualitatibus, & limitationibus, & sic infrà biennium, nõ autem extendere uelle ultra. consequenter dicta lex fauorabilis est, non damnosa Ecclesię, & clericis. & hãc opin. sequitur Ias. in l. ciuitas, col. 6. ff. eo.

28 Sed aduertite, quia non uidetur verum, † quòd ante legem in contractibus, onus probandi pecuniam numeratam incumberet debitori, ut Abb. & præfati dicũt, & quod lex in contractibus, dederit illud priuilegiũ debitori, cùm per priores & antiquiores leges competeret tale ius opponendi exceptionem non numeratę pecuniæ ad quinquennĩũ vsque, vt patet ex l. 3. & l. assueratio, prælleg. & instit. de litter. oblig. & lex illa in contractibus, restrinxit tempus quinquennij prius indultum ad biennium loco quinquennij illo subrogato, prout etiam clarè vult. text. institutionum dicti tituli de oblig. litter. in fine, ergo tanquàm damnosa Ecclesiæ, & clericis, non ligabit, nec eis nocebit.

Nihilominus opin. Ant. de Butrio, Abb. & prędicta legatorum, ꝙ dispositio. l. in contractibus, locum habeat etiã in clericis, ita ꝙ non possint opponere dictam exceptionem non numeratæ pecuniæ intra quinquennĩũ, sed solùm intra bienniũ, mihi magis placet; quia Iustinianus in d. l. in contractibus, & insti. de litter. oblig. potuit legẽ ciuilem, & sic prędicta legatas leges. Si ex cautione, & assueratio, de quinquennio loquentes limitare, & ad biennium pro libito restringere. l. fi. cũ simil. C. de legib. quę quidem imperialis lex affert priuilegiũ Ecclesiæ & clericis, vt creditor cogatur probare pecuniã numeratã intra bienniũ, quum sine lege imperiali id onus incumberet debitori neganti pecuniã numeratã, prout dicebatur in chirographo, vel quando debitor confitebatur in instrumẽto. Si ergo Ecclesia vel clericus volũt vti beneficio legis imperialis, illoq; se iuuare, acceptent cũ suis qualitatibus; & sic cum restrictione facta ad biennium; & si nolũt, possunt dimittere. & sic videtis quemadmodum lex imperialis est fauorabilis, nõ damnosa Ecclesiæ, &

29 ecclesiasticis personis. † Et ꝙ Imperator reuocare possit legem suã in fauorem clericorũ conditam, est communis & recepta sententia, licèt articulus disputabilis sit, ut per Fel. in c. Ecclesia, col. 35. in 12. q. de constit. licèt ipse in partem & fauorem clericorum inclinet, hoc modo declarando: hæc opinio bene

30 procedit, & videtur iuri ac rationi consona, † quantùm ad clericos, quò verò ad Ecclesiam non; quũ nõ obligetur efficaciter, nec possit compelli ad restitutionem mutui, nisi probetur conuersum in utilitatem ipsius Ecclesiæ. c. quod quibusdã. de fideiussor. auct. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccl. cum no. per Abb. in d. c. fi. col. vlt. & Dec. in præl legata l. ciuitas, col. fi. Ideo nisi creditor etiam post biennium probet, non solùm pecuniam numeratam, immo etiam conuersam in utilitatem Ecclesiæ, succumbet; prout in Ecclesia ualde not. reputans firmat. Ang. in d. §. idem iuris, col. 3.

Hæc autem materia exceptionis non numeratæ

31 pecuniæ frequẽs est, & in vsu quotidiano. † uidete plura, quæ congerunt Doct. in ea materia, vt per Ang. in consil. 152. Videtur prima fronte, in antiquis. Paul. de Cast. ff. in §. fi. col j. & in d. l. assueratio. Abb. in c. fi. col. fi. de solu. Corn. in consil. 293. lib. 4. Alex. & Mod. hìc, Fel. in c. fi cautio, char. 6. de fide instr. Ang. in d. §. idem iuris. Are. & Soci. in d. l. ciuitas, in notabilib. Vitalem in tract. clausularũ fol. 110. Ias. Dec. & alios in l. singularia, in quinto speciali Bar. ff. eo. ias. in l. si pecuniam, col. 2. ff. eo. tit. Matth. de Affli. in decis. Regni 110. Aquens. in §. Grisogonus, colum. fi. l. cùm stipulatur, de uerb. obl. Barb. in d. c. fi. col. pen. vbi ponit not. casum, in quo se consuluisse dicit. Dec. in l. iure naturæ. ff. de reg. iur. in l. 2. col. 3. C. de edend. & in d. l. qui pecuniam. Cassanęum in consi. 12. cum sequenti. Curt. in l. 2. ad finem. ff. tit. proximo. in l. lecta, in ult. no. ff. eo. & in rub. C. de edend. & Rimin. in consi. 73. lib. 4. & Ludo. Gozad. in consi. 28.

32 In tertia oppositione Bar. de l. quamuis, quæ est secunda. C. eo. ubi pecunia aliena mutuata fuit, & tamen oritur obligatio, quæ acquiritur mutuanti. Bar. hìc & in d. l. quamuis, respond. mutuum stipulatione reconciliari; ideo nimirum, si oritur obligatio. sequitur simpliciter Curt. hìc in 3. col. & Moder. Taur. Bar. tamen infrà in §. fi. colum. 2. non dicit mutuum reconciliari stipulatione, sed nasci actionem ex stipulatione impleta per mu-

33 tuum: & uerè dictum glo. & Bar. † de reconciliatione non probatur iure. propterea Salicet. in d. l. quamuis, ad hoc aduertens, ait, quòd si mutuum diceretur reconciliari, ageretur ex numeratione, nõ ex stipulatione; quod est falsum d. l. quamuis, cum glo. in uerbo obligationis, & iuribus allegatis per Bar. ff. in vlt. col. §. fina. quod ad sensum patere dicit; quia stipulatio non operatur propterea dominij translationem: saluat tamen gl. & Bar. largo modo & impropriè, nihil tamen allegat. iccirco ad cõtrarium melius responderi potest, quàm faciant glo. & Bar. quòd ibi nulla nascitur obligatio ex mutuo, sed ex stipulatione, quæ impletur sola numeratione absque traslatione dominij, vt ibi notat Bald. & Bart. hìc in uersic. Quoddam est mutuum ciuile. & sic etiam, quòd non fiat de meo tuum, prout requiritur in mutuo naturali. labitur ergo Bar. post glo. solummodo in quantùm volebat dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum mutuum ſtipulatione reconciliari.

34 Obſtat tamen ardua difficultas; † quia quando ſtipulatio non habet cauſam præexiſtentem efficacem obſtat exceptio doli.l.2.§.circa.cum gl.ff.de excep.dol.ergo quando pręcedit numeratio pecuniæ alienę, in qua non contrahitur mutuum, non uidetur, ſtipulationē debere habere effectū Curt. hîc in 3.col.dicebat, Fulg. mouere difficultatem, & relinquere cogitandum.Ipſe reſp.quod ſtipulatio non eſt ſine cauſa propter numerationem, licèt pecunia ſit aliena,ut per eum.Ego miror,ꝙ Fulgoſio difficultatem attribuat,quum Bal.& Salic. poſt Cyn.in d.l.quāuis.mouentes difficultatē, reſpondeāt eſſe ibi cauſam,eò ꝙ pro cauſa ſtipulationis ſola numeratio facti,q̄ remanet, ſufficiat, vt per eos.

35 In quarta oppoſitione †de l.nā.& ſi fur.cum §.ſi nūmos.alleg.per Bar.reſp.ipſe,& Mod.Taur.& Papien. ꝙ ibi reconciliabatur mutuum cōſumptione pecunię, per quam conſumptionē transfertur dominium in accipientem; iuribus prælleg.quę reconciliatio pluribus modis contingit, vt latè per Bart. & ſcriben. hîc, & in locis ſuprà alleg. & in l. proinde.ff.eo.ubi eſt etiā tex.not. de hac materia.

36 Sed hîc inſtat ardua difficultas, †ad hoc vt contrahatur mutuū,requiritur dătem eſſe dominum, (vt prędixi) ergo in aliena pecunia impoſsibile erit mutuum contrahi, & conſequenter cōſumptione reconciliari. Reſponderi poteſt,vt hic per Cur.col. ſi.poſt Alberi.ꝙ attenta fictione legis,qua mediāte dans cenſetur dominus, conſumptione ſecuta dicuntur cōcurrere habilia,& neceſſaria mutui;quia dans fingitur fuiſſe dominus: ſicq; de meo factum tuum. Et ꝙ hoc ſit verum,probatur,quia conſumptione ſecuta, vt dicitur in d.§.ſi nummos, naſcitur ex numeratione condictio,quę (ut hic dicit luriſconſult.) ex numeratione non oritur, niſi fiat de meo tuum: ergo apparet, ꝙ dans eo caſu fingitur dominus, aliàs nō naſceretur ex numeratione obligatio.In iuribus igitur prælallegatis eſt mutuum, licèt non fiat de meo tuum inſpecta ueritate, quum nummi alieni eſſent,& ſine facto domini non poſſit dominium nummorum ab illo diſcedere, tamē ſecuta conſumptione, & in accipientem eo modo tranſlato dominio, quum nummi fingantur fuiſſe dantis, vt dixi, attęta fictione de meo dicitur tuum

37 fieri; ſicq; contrahi mutuum. † nam conſumptio ſubſequuta idem operatur, quod dominij tranſlatio à principio l.ſi filius.ff.eo. notant Bar. & alij in §.ſi pupillus.ff.allegando. quæ conſideratio, & ſi ſubtilis uideatur,non ſatisfacit, nec credo illā procedere; quia alienam pecuniam mutuo recipiēs, & conſumens, non obligatur mutuanti, eò quòd mutuans fingatur à principio fuiſſe dominus,quū nulla æquitas dictet hanc fictionem. Sed ideo illi obligatur,quia recipiens conſumendo,dnminium acquirit ex facto creditoris mutuantis, non facto

38 veri domini: † propterea obligatur potius mutuanti, ꝙ vero domino. probatur hæc ratio clarè in l.non omnis.in §.ſi pupillus.ff.eo.& ibi notat Bar.& quòd mutuans non fingatur dominus fuiſſe,probatur in l.ſi alieni nummi.ff.de ſolut.vbi dicitur, eum de furto teneri, ſi in mala fide fuerit.

quomodo ergo contrahitur mutuum,ſi non fit de meo tuum? Reſponderem,Iuriſconſul. hîc (vt ſuprà dixi) loqui de mutuo merè naturali,in quo requiritur ꝙ fiat de meo tuū, ad hoc vt ſit mutuū, & naſcatur obligatio ex mutuo: ſed in prædictis iuribus eſt mutuum non merè naturale,ſed cui ius ciuile plurimùm cooperatur,illud poſteà confirmādo cōſumptione ſecuta, ac tranſlatione dominij in accipientē facto dantis pecuniam; ob quod æquū fuit accipientem obligari ei, qui pecuniam ſibi mutuo dedit: textum verò d.l.ſi alieni nūmi. pulchrè declaraui,& ornaui l. ſingularia.ff.eod.

Poſtremò pro intelligentia totius materiæ vi-
39 dendum eſt, † quid ſit mutuum. Bar.hic in fin.remittit ſe ad dicenda.ff.in §. fin. vbi ſic definit: eſt contractus celebratus datione vera, vel ficta, rei conſiſtentis pondere, numero, vel menſura; cum ſpe recipiendi tantundem in eodem genere.quam diffinitionem ſequuntur Sali.hic Alex.Iaſ. & Dec. .ff.circa fi. legis.

Contra tamen hanc diffinitionem obſtant plura,de quibus per Dec.Cur.& Moder. Taur.ff.circa finem l.noſtræ,ſed vrgentiora tantum adducam.

In primis,in mutuo requiritur,vt reſtitutio fiat in eadem qualitate l. cum quid. in fine.ff. eo.l.j.ff. de actio. & obligat. & inſtitut. quibus Moder. re contrahi. oblig. in fine principij, de qua qualitate in prædicta diffinitione nihil dicitur, ergo diffinitio manca.

Fulgo.Rom. Alex.Iaſ.& Curt.ibi reſpond.quòd dictio idem,vel tantundem,in diffinitione poſita, difficultatem tollit, quia implicitè etiam qualitas includitur; quod tamen ibi reprehendit Deci. aliter ſoluens: quam reſolutionem improbant Mod. Taur.ibidem. Sed quicquid dicant Dec.& præfati Moder.bona fuit reſpōſio Fulgoſij, Roma.& aliorum ſuprà allegatorum, quia, ſi quod mutuo datum fuit,non reſtitueretur in eadem qualitate,non diceretur reddi aut reſtitui idem, vel tantundem; vt ſi reſtitueretur vinum nouum pro vetere. tex. eſt in d.l.cum quid. Nec obſtant iura in oppoſ.per Deci. alleg. vbi exprimitur qualitas, quia ibi non erat oppoſitum idem vel tantundem, & ſic mutatione qualitatis rei mutatur res ipſa.d.l.cum quid, & l.3.§.reddita.infrà commod. non diceretur ergo reſtitui idem vel tantundem, ſi in alia qualitate fieret reſtitutio.

Secundò diffinitio prædicta videtur competere alij, quàm diffinito: contra vulgatum §.dolum l. j.de dol.nam conuenit depoſito irregulari,de quo in l.Lucius, infrà depoſ. ſecundum Curt. & Mod. Taur. in d.§.fin. qui quidem Curt. ſaluando addit ad diffinitionem duo verba, videlicet quòd ſit cōtractus ſtricti iuris, ob quod differt à cōtractu depoſiti, qui eſt bonæ fidei.§.actionum. inſtitut. de actio. ſed ſecundum hoc diffinitio Bar.manca erit, & defectiua. Prætereà obſtant alia de quibus ſtatim dicam,ideo &c.

40 Notate tamen † & ſignate pulchrum tex. in d.l. Lucius, ad cuius declarationem videte Bald. in conſil.245.lib.2.Rom.in conſi.500. Paul.de Caſt. in conſi.142.in antiquis.Alex.conſi.45.colum.2. lib.

v.Deci.in l.contractus,col.2. de reg.iur.Iaſ.ſ. ad finem principij iſtius.l.& ibidē Moder. Taur. col.7. & ſequenti.

Tertiò prædictam diffinitionem impugnabant præfati Moder.Taur, quia uerba accipi debent pro priè, ſed mutuū non eſt cōtractus propiè.l. Labeo, la 2.§.contractum.ff.de verb.ſigni.ubi dicitur,contractum eſſe vltrò citroq; obligatorium, quaſi uoluerint(ut puto)præfati Moder.dicere, quòd in mutuo oritur obligatio ex parte recipientis, nō autem ex parte dantis,prout concludebat clarius Bal. Nouellus in rubr. de verb.oblig.fol.vltimo.

41 † Sed in oppoſ.uidetur.tex.ff.eo.in l.certi condi ditio. ubi mutuū propriè contractus appellatur, ex quo oritur obligatio ex parte dātis, qui ad dominij translationem tenetur, ut hîc & in §. in mutui datione.ff.ea.l.& Bald.Nouel.reprobat in indiuiduo Lance.Galiau.in rub.ff. de verb.oblig.fol.8.col.3. faciunt not.per Alex.in l.ſi mihi, & Titio.col.3.& 4. de verb. oblig. quòd conceſsio in emphyteoſim dicatur contractus vltrò citroq; obligatorius.

Quartò refragatur & obſtat,quia bona diffinitio non debet dari alternatiuè,ſed coniunctiuè, ut probatur in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. ergo diffinitio prędicta data cum tot alternatiuis non eſt bona.

Quintò & vltimò ſub eadem diffinitione diuerſa claudi non poſſunt, ſecundum Ammo. & Doct. ut dixi.in d.l.omnis diffinitio,circa finem.Sed Bar. & Doct.ſub eadem diffinitione mutui, plura & diuerſa inculcant, miſcentes mutuum naturale cum ciuili,mutuum uerum cum mutuo ficto,ergo ma-
42 lè. † Propterea,nquiter diffiniendo uerum, & naturale mutuum abſque inculcatione prędicta, dicerem, quòd eſt contractus ſtricti iuris re celebratus cum translatione dominij,& obligatione reſtituendi tantundem in eodem genere.hęc diffinitio (ſi bene conſiderabitis) ponit ſubſtantiam rei diffinitæ, conſtat ex genere,& differentijs,generalis eſt, & cōuertibilis, & ceſſant difficultates. ſ. contra diffinitionem cōmunē adductæ; ergo bona, & perfecta.

43 Deſcribendo autem † mutuum naturale, & ciuile,dicerem, quod eſt contractus ſtricti iuris, datione uera uel ficta celebratus in rebus, quæ pondere,numero menſuraue cōſiſtant; ubi in recipientem dominium transfertur: & idem in genere reſtituendum eſt.

Paduæ pridie Kalendas Nouembres. M. D. XLVIIII.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Caſus figuratio cum rationibus dubitandi, & decidendi. & nu.2.
3 Contractus quædam ſunt ſubſtantialia,quædam naturalia,alia accidentalia.
4 Subſtantia ſeu eſſentia remota, deficit actus.
5 Taciti & expreſſi an, quomodo, qualiter, & quando par ſit uirtus,latè uideas cum pluribus nu. ſeq.
Expreſſi et taciti æi par ſit uirtus.uide ſuprà proximè.
12 Tacitum hominis an ſit potentius tacito legis.
13 Quid uerificatur etiam in minimo.
Minima an & quomodo ſint in conſideratione legis,& iudicis. ibidem.
14 Verbum generale reſtringitur ratione adiuncti. & nu. ſequentibus, ubi infertur ad quæſtiones.
15 Arbiter cui data eſt poteſtas procedendi aliter & baſsè, ſi dictum fuerit, prout ſibi uidebitur, & placuerit; quo modo poſſit procedere: & quid ſi datum fuerit ei liberum arbitrium.& nu.ſeq.
17 Arbitrium etiam pro uoluntate accipitur.
18 Mutui natura eſt, quòd reddatur, æquè bonum, & in eadem qualitate,& nunquid res deterior poſſit reſtitui,& ſit mutuum ex pacto expreſſo.
19 Vinum uetus an & quomodo dicatur melius nouo.
20 Vinum nouum quo tempore ad bibendum incipere debemus.
Tex.l.Iubemus, prima.C.de erog.mil.amo lib.12.declaratur. ibidem.
22 Vinum nouum an poſſit reſtitui pro uetere, & uetus pro nouo, & album pro nigro, uel nigrum pro albo. & nu.ſeq.
24 Tacitè actum inter partes, quādo habeatur pro expreſſo,& nu.ſeq.
Statutum concedens executionem cōtenti in inſtrumento publico: an intelligatur concedere etiam in his, quæ tacitè ſubintelliguntur. ibidem.
28 Legis præſumptio æquiparatur ſcripturæ.
33 Vinum nouum,& uinum uetus quomodo cōſiderentur, & quomodo dicantur talis qualitatis. & nu.ſeq.
34 Agni quando deſint eſſe de numero agnorum, & incipiant eſſe de numero ouium.
35 Potus Chriſti de Auxiliano uinum debile in partibus noſtris non conſeruatur ultra annum.
36 Vinum uetus reſtitui poteſt pro nouo,quamuis hoc non ſit ueriſimile.
37 Vinum mihi mutuatum, ſi reſtituere ſimpliciter promittam, an habeam dilationem reſtituendi uſque ad tempus uindemiarum.
38 Seniores præferuntur Iunioribus in teſtimonijs, & electionibus; quia lex magis præſumit proſenibus,& antiquis,quod plura uiderint, plura ſciant, & grauius figant pedem. Et qui ac qualiter dicantur ſeniores. & nu. ſeq.
40 Tempus non eſt omnino honorandum.
42 Seniores in conſilijs,& collegijs an ſint potiores iunioribus in uotis.
43 Præcedentiæ ac præferentiæ materia, maximè inter Doctores tractatur. & nu.ſeq.
Doctor nobilis ſanguine,& æqualis in ſcientia, an præcedere debeat alium non nobilem ſanguine ante ipſum doctoratum. & nu.ſeq.
Doctoris filius an debeat præcedere patrem non doctorem. ibidem.
Licentiatus prius an alteri poſtmodū doctorato præponatur, ſi ipſe licētiatus poſteà efficiatur doctor. ibi.
Scholaris doctus an præcedere debeat doctorem imperitum. ibidem.
44 Temporis prærogatiuam an tollant qualitates diuitiarum, & nobilitatis.
45 Natus ex parentibus uitioſis, ſi ipſe uirtute præditus ſit,an præferri debeat nato ex bonis & honeſtis parentibus,quamuis probo & uirtuoſo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

47 *Temporis prioritas minus inſpicitur & attenditur, quàm maioritas auctoritatis.*
48 *Nobilitas uera & propria quæ ſit. & nu. ſeq.*
51 *Doctoris filius an & quando doctorari debeat gratis.*
52 *Emendatus utrum ad prælaturam, uel officium potius eligendus ſit, quàm ille, qui ſemper innocens fuit.*
54 *Prior tempore, potior in iure: declaratur hæc regula.*
56 *Parentes præhonorandi ſemper ſunt.*
57 *Filij in dignitate conſtituti quomodo, & qualiter honorare debeant parentes ſuos reſpectu præcedentiæ.*
58 *Tex. l. primæ. C. de cõſul. lib. 12. declaratur. & nu. ſeq.*
59 *Reſtitutus ad collegium an recuperet primum locum in præiudicium eorum, qui medio tempore aggregati ſunt collegio. & nu. ſeq.*
60 *Reſtitutio in integrum iure ſpeciali conceſſa, an habeatur in conſideratione.*
61 *Finis quãdo habet neceſſariam conſequentiam ad principium, attenditur principium.*
Licentia eſt præambulum neceſſarium ad conſequendũ dignitatem doctoratus, non tamen cogitur licentiatus infulas doctoreas aſſumere. ibidem.
63 *Miles an debeat præcedere Doctorem.*
64 *Doctorum priuilegia an competant etiam imperitis.*
65 *Iuniores quomodo intelligantur perſpicaciores eſſe.*
66 *Tacitum quando habeatur pro expreſſo. & nu. ſeq.*
67 *Teſtatoris uoluntatis lex ſanet, illam ſequens, ut canis leporem.*
69 *Argumentum de ultimis uoluntatibus ad contractum, & econtrà ualidum eſt.*
71 *Tacitum legis an ſit potentius tacito teſtatoris.*
73 *Tex. l. ſi alij, de uſufr. lega. declaratur.*
76 *Donatio dicitur perditio, & an præſumatur.*
77 *Tex. l. uetcribus, de pact. declaratur. & nu. ſeq.*
Tex. l. ſi ſeruus communis. & l. Procula, allegati hic per Bar. declarantur. ibidem. & nu. ſeq.
82 *Libellum præſumptiuè concludere an & quando ſufficiat, & allegari debeat præſumptio.*
Præſumptiones quando ſint allegandæ, & quando non. ibidem.
83 *Libellus generalis declarandus eſt per probationes.*
84 *Præſumptio quando colligitur ex libello & actis, an ſit neceſſaria allegatio. & nu. ſeq.*
86 *Datio ſimplex pecuniæ poteſt ſe habere ad depoſitum, commodatum, & mutuum. & nu. ſeq.*
87 *Vmi mutuati duplex cenſetur eſſe bonitas intrinſeca, & extrinſeca, ut ſapor, & ualor, ac qualitas, ut album, uel nigrum. & nu. ſeq.*
88 *Qualitas eſt in colore.*
89 *Monetæ mutatæ ualor, et æſtimatio ſiue argumentum, an, quomodo, & quando attendatur, & ſecundum quam monetam facienda ſit reſtitutio. & nu. ſeq.*
90 *Moneta falſa, & adulterina, quæ dicatur.*
91 *Pecunia an tantũ ualere debeat in materia, quantũ in forma, & an cudi debeat ex pẽſis publicis. & nu. ſe. Tex. l. primæ infrà de contrahen. emp. declaratur. ibid.*
92 *Antiquam monetam ſoluere, ſi fuerit alterata, uel mutata, an & quando quis poſſit; & quando debitor recipere illam debeat. & nu. ſeq.*
94 *Libras uel florenos debens an ſufficiat quòd reſtituat aureos ad rationem librarum uel florenorum, non habita ratione argumenti.*
95 *Pecuniæ curſus quando eſt reprobatus ante moram de bitoris, liberatur ſoluendo materiam ipſam.*
96 *Monetæ minutæ quæ nõ æſtimatur per groſſã, an teneatur debitor præſtare augmentũ poſt morã. et nu. ſeq.*
98 *Monetæ aureæ debitor, & econtrario, an & quando poſſit ſoluere argenteam, & argenteæ debitor ſoluere auream. & nu. ſeq.*
99 *Libras uel florenos promittens ſoluere, de qua moneta teneatur id facere.*
100 *Scholaris de ſtudio reuerſus, cui fuit datus fundus ab aliquo Abbate, aut alio, ſi inde reperiatur imperitus, & neſciat defendere cauſas monaſterij, uel dantis, an & quando priuari poſſit.*
101 *Donatio ob cauſam facta, cauſa non impleta, reſoluitur.*
102 *Præclarus monaſterij an & quibus poſſit fructus fundi donare.*
103 *Aduocato datum ob patrocinium, an & quando reuocetur detecta imperitia aduocati. & quando præſumatur facta cõceſſio reſpectu patrocinij potius quàm ob aliam cauſam.*
105 *Aduocatus qui promiſit patrocinium in cauſis alicuius percepto fundo, ſi nolit in aliqua cauſa aduocare, ali qua ſpeciali ratione, an totum perdat.*

In l. Cum quid eod. tit.

DIGNA notata & vtilis reputatur hæc lex per Bar. & oẽs ſcribentes, licèt Deci. hîc more ſuo tranſeat cum ſummario, & diuiſione Bar. tamen Bar. in ſummario, de mutuo nihil dicit, nec videtur bene diuidere, quia non ponitur practica, ſed dictũ probatur: licèt Moder. Taur. ſaluent Bar. ex mente Galeni, quem Bar. nunquàm vidit, nec ſecundum illius dogma locutus fuit, ſed ſecundum Legiſtas ideo tenete ſummarium Paul. de Caſt. & diuiſionem Iaſ. & prędictorum Moder.

1 Facti ſpecies ſic fingi poteſt: † quia dictum fuit ſuprà in princ. l. ſecundæ, quòd in mutuo contrahitur obligatio ad idem in genere, quæſitum fuit, an ſufficiat reddere tantundem in eodem genere? & reſpon. Iuriſconſ. quòd, non niſi in eadem qualitate, exemplificando in vino veteri.

In ſecunda parte legis inſtat iuuenis cupiens ſcire quomodo probetur prædicta concluſio, & illam probat Iuriſconſ. per argumentum ſyllogiſticum, faciendo maiorem, & minorem: ex quibus de neceſſitate ſequitur concluſio in principio facta. Sed non probat maiorem, nec minorem, propterea dicas, maiorem probari, quia illud quod tacitè ab vtraque parte agitur, pro cauto habetur ac expreſſo; quum etiam in contractibus mens partium & contrahentium attendatur. l. fi. C. quæ res pigno. obliga. poſſ. l. ſi in venditione, in fi. cum glo. ſ. communia prædi. ut hic per Bar. in ij. colum. & Deci. v. Quum ergo ab vtraque parte agatur, idq; attendatur, nimirum ſi pro expreſſo habetur. Minor probatur ex his, quæ hîc dicunt Iaſ. Curt. & Mod. Taur.

Rationes dubitandi ac decidendi ad hanc legem
2 ex prædictis colligi poſſunt. † dubitationem enim poterat facere regula. l. quicquid aſtringendæ. ſ. de verborum obliga. Ratio decidendi in tex. ponitur, quia hoc pro cauto & expreſſo habetur; & ſic non

non cenſetur omiſſum:

Præmitto pro intelligẽtia, & declaratione dicendorum, † quòd quædã ſunt ſubſtantialia, quædam
3 naturalia, alia accidentalia contractus. l. pacta conuenta, cum gl. infrà de contrahen. empt. vt hîc per Iaſ. Deci. & Mod. & latius per Brunum in tract. de forma. char. j. Quantùm ad propoſitum noſtrum mutui, aduertendum eſt, quòd ſubſtantia eſt res ip
4 ſa, ſeu ipſius rei eſſentia, † qua remota actus deficit. l. 2. ſ. de vſufruc. ear. rer. quæ vſu conſum. l. obligationum ſubſtantia. cum not. ibi per Bar. in j. col. ſ. de act. & oblig. Subſtãtialia mutui ſunt, quòd conſiſtat in his rebus, quæ pondere, numero, & menſura conſtant, & reſtitutio fiat in prædictis. l. 2. §. mutui. ſ. eod. ibi, conſiſtit: & ſic habet ſuam ſubſtantiam in rebus prædictis. quæ quidem ſubſtantialia contractus immutari non poſſunt, nec alterari per pactum, quia ſubuerteretur ipſe contractus, vt per gl. in d. l. pacta conuenta. & probatur in l. 2. ſ. eod. ibi, ſi aliud genus, veluti triticum pro vino recipiamus, non erit mutuum. & quando iſta ſubſtantialia contractus alterantur, tranſit contractus ipſe in aliam ſpeciem contractus. l. vbi ita donatur, infrà de dona. cauſa mor. ſecundum Iaſ. hîc col. j.

Naturalia verò contractus dicuntur, quæ tacitè veniunt ex natura cõtractus, quæ eſt virtus producta à propria ſpecie actus ſubiecti: ſecundum Bal. in rub. C. commod. & Brun. loco prędalleg. col. 2. & in propoſito noſtro de natura mutui eſt, quòd reſtituatur tantundẽ, & in eadẽ bonitate, & qualitate, vt in fine l. noſtræ, & huiuſcemodi naturalia tolli, vel immutari per pactum poſſunt d. l. pacta, cum gl. l. j. §. ſi conueniat. ſ. depoſ. l. naturalis. §. pen. ibi, & poteſt ex pacto, &c. vbi Iaſ. notat. ſ. de præſcrip. verb. Iccirco fieri põt ex pacto, vt res deterior reddatur in eodẽ genere, puta, vinum nouum pro veteri, & erit mutuũ, vt infrà dicam: & pariformiter, vt reſtituatur minus. l. rogaſti. §. ſi tibi. ſ. eodem.

Accidentalia verò cõtractus dicuntur, quę adeſſe & abeſſe poſſunt abſque ſubſtantiali tranſmutatione ſubiecti; & hæc ſine dubio, pacto immutari
5 poſſunt. d. l. pacta, cum alijs. ſ. allega.

Nota id ad quod hęc lex ſemper allegatur, † q taciti & expreſsi par eſt virtus; ſecundum Iaſ. & alios hîc & alibi. Idem dicit Alex. in l. ex facto. in §. ſi quis rogatus, col. 5. ad Trebel. allegãdo hunc tex. & l. triticum, de uerb. oblig. Iaſ. hîc in prima & ſecũda lect. plura quàm alii circa hanc materiã congeſsit pro & contra, neſciens tandem quomodo beneficium ordinaret regulã cum limitationibus, fecit concluſiones, conſiderando aliquos caſus. Ex cuius dictis non habetur certa & generalis doctrina, niſi in caſibus ſpecialiter enumeratis, quod non ſufficit. Curt. etiam hic in 6. col. ponit plures caſus, in quibus plus poteſt expreſſum, quàm tacitũ, & in quibus hæc regula, q taciti & expreſsi par ſit uirtus, non procedit. Deci. hic in 8. col. articulum excutere non eſt auſus, nec hiſcere, & ualde miror, quum toties hanc legem fuerit interpretatus. uerùm contra morem ſuum ſequẽdo regulam factam per Iaſ. quòd taciti & expreſsi par ſit uirtus, quemadmodum & Curt. aliquos caſus poni, in quibus nõ procedit regula, immo expreſsũ plus poteſt, quàm tacitum. Mod. Taur. col. 2. cum ſequẽti ſequuntur regulam additis quibuſdam alijs limitationibus, & videntur ſequi Mod. Mediol. diſtinguentes tamen tacitum preſumptum à tacito legali, & conſecutiuo: ſed non eſt doctrina clara, nec ſufficiens. Prætereà, caſus iſtius legis, quòd hîc par ſit ratio, & virtus taciti, ac expreſsi, eſt ſpecialis & particularis propter naturam contractus mutui, quæ eſt, vt reſtituatur tantundem in eodẽ genere, & eadem bonitate; vnde tacitum pro expreſſo habetur; iccirco malè videtur allegari per ſcribentes, quòd ſit par virtus taciti, & expreſsi. Vnde Aret. in l. ita ſtipulatus. la grande, col. 6. de verb. oblig. dicebat, quòd diſpoſitio tacita regulariter debilior eſt obligatione expreſſa. l. fina. in principio de leg. 2. de qua infrà dicam. & quòd virtus expreſsi fortior ſit, quàm taciti, probatur etiam ex plurimis caſibus enumeratis per Deci. & Curt. in locis ſuprà alleg. ſuntq; plures caſus, in quibus apparet expreſſum maioris virtutis & potentiæ eſſe, quàm tacitũ, & quàm ſint caſus in quibus probetur, q taciti & expreſsi par ſit uirtus: ergo regula non debet eo modo fieri.

Vnde ego ad oppoſ. regulam facio, quòd maior & fortior eſt uirtus, ac potentia expreſsi, quàm taciti. primò, quia expreſſum uincit tacitum, & illud ceſſare facit. §. filio. l. cum ex filio. de uulg. & l. 2. §. ſi duo, infrà de ſecund. tabul. ubi expreſſa ſubſtitutio uincit ius accreſcendi, quod eſt ſubſtitutio quędam tacita. l. ſi Titio. §. Iulianus. de lega. 2. dixi in titu. quand. non peten. part. C. Secundò moueor per dicta Baldi in l. cum proponas, col. 2, C. de hæred. inſtituen. quòd uerum & expreſſum prævalet ei, quod eſt fictum & tacitum. l. precib. C. de Impub. & alijs ſubſtit. c. ſi pater. de teſta. in ſexto. ubi ſubſtitutio pupillaris expreſſa matrem etiam à legitima filij excludit: tacita verò non. Tertiò per accumulata hîc à Decio, & Curt. dum ponunt decem caſus, in quibus fortior eſt uirtus expreſsi, quàm taciti. Quartò per dictũ illud Euangelij: Loquela tua te manifeſtum facit. Et ſic fermo faciebat manifeſtum Petrum eſſe Galileum, ſilentium autem non. Quintò per dictum Bal. in l. ſi pacto, infrà alleg. Sextò per ea, quę ſcribunt Aquẽſ. & Deci. contra Felin. loco infrà allegato. Septimò, quia expreſſa hypotheca potentior eſt tacita, vt infrà dicam. Et ſimiliter taciturnitas minus nocet, quàm inepta locutio, vt dixi in l. quę dubitationis, infrà de reg. iur.

Ex qua concluſione, quòd expreſſum fortius ſit & potentius, quàm tacitum, infertur ad deciſio-
6 nem plurium caſuum. † vndecim accumulauit hîc Curt. vt per eum. Hinc etiam eſt, quòd maior contemptus committitur circa expreſſum, quàm circa tacitum, & magis timẽndum eſt expreſſum, quàm tacitum; vt per Bal. in l. ſi pacto. colum. fin. C. de pact. & Moder. Taur. hîc, col. 21. Hinc etiam eſt, quòd præſumptio metus reuerentialis facilius tollit tacitum, & preſumptum conſenſum, quàm expreſſum, vt contra Felin. probant Aquenſ. in l. interpoſitas, col. 2. C. de tranſact. & Deci. in c. cauſa matrimonij, col. 3. de offi. delega. Metus enim

reue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuerentialis tacitum consensus excludit: & sic tacens propter præsentiam superioris, cui debetur reuerentia, potest cõtrauenire. l. pen. ff. de furt. secus si cõsentiat expressè, quia vna presumptio tollit aliã, vt ibi per eos. Maioris ergo virtutis & potentiæ est expressus consensus, quàm tacitus, tolliturque difficilius. Hinc etiam est, quòd expressa hypotheca potentior est tacita, vt per Bar. in auctẽ. matri. col. penul. C. quan. muli. tute. offic. funga. omnes in l. j. solu. matrimo. & per Mod. de Fano in tract. de pignor. chart. j. Item illud dicitur propriè ex voluntate alicuius esse, quod colligitur ex verbis dispositiuis, secus si ex mente, & sic tacitè, vt per Aret. in l. cum res, in 4. not. per illum tex. de leg. j. De intellectu tamen. l. fin. in principio de lega. 2. per Doct. in hoc articulo alleg. videbis tu pulchrè Deci. in l. j. in glo. Fortissimum. col. 5. ff. de offi. eius.

7 Limitatur primò dicta conclus. † vt nõ procedat in his, quę veniũt tacitè ex natura cõtractus, in quibus par est virtus taciti & expressi; ita procedit, & loquitur lex nostra, vt hîc per Ias. vbi ratione assignat in 3. col. secundæ lecturæ. immo non est propriè limitatio, quia tacitũ, vt hîc dicit tex. tũc habetur pro expresso; ergo tractatur de expresso, & non de tacito. Quã tamen limitationẽ intelligatis in his, quę sunt de natura contractus, & semper se habẽt vniformiter, aliàs secus: vt hîc per Deci. col. j.

8 Secũda limitatio in casu. l. si fine. † C. Ad velleia. cũ no. per Ang. in l. res, in §. dare, infrà de pignor. vbi tacitus consensus mulieris plus sibi nocet & præiudicat, quàm expressus. nã, si vxor sit præsens hypothecę rei suę, quã maritus facit tanquàm de re sua, muliere dolosè tacente, sibi præiudicat; quamuis si expressè consentiret, veleiano iuuaretur: & sic plus operatur tacitum, quàm expressum; magisque nocet vxori consensus tacitus, quàm expressus. Sed hoc est propter dolum & calliditatem mulieris, quę tacendo voluit cum marito contrahentem decipere, vt dicitur in d. l. si fine.

9 Tertia limitatio. † quãdo tacitum iuuaretur adminiculo legis, tunc plus posset, quàm expressum; multaq; tunc fiunt tacitè, quæ nequeunt expressè fieri propter auctoritatẽ legis: vt hîc p Ias. in vtraq; lectura, & in l. j. vbi etiã alij. C. qui admit. Hinc est, quòd filius expressè renunciando bon. poss. patri non præiudicat. §. fi. l. is, qui. de acquir. hered. secus tacitè, permittẽdo labi tẽpus agnoscendi bon. poss. l. fin. ff. quis ordo, & d. l. j. tunc enim excluditur exclusione legali. Idẽ patet in iuramento calumniæ, quod expressè remitti nõ põt, sed bene tacitè; quia lex adminiculatur, vt hîc per Ias. & Mod. Mediol.

10 Quartò limitare † quando tacitũ veniret in consequentiam, quia consideratur, quod principaliter agitur, non quod venit in consequentiam. vulg. l. si quis nec causam. ff. eod. ideo nimirum, si tunc permittuntur quędam in consequentiã, quę non permitterẽtur directò & principaliter per se. Ideo licèt clericus absq; cõsensu proprij Episcopi iurisdictionem alterius iudicis prærogare non possit; nec priuilegio fori renunciare contrahendo, vel expressè renuntiando, quia toti ordini est datum. c. significasti, cum simil. de for. compet. tacitè tamen & in consequentiam, ac per indirectum sic. c. dilecti, eo. tit. c. Romana. §. contrahentes, de for. compet. in sexto, secundum Ias. & alios Moder. hîc.

11 Quinta limitatio generalis, † quando tacitum habetur pro expresso, vt hîc, & in l. triticum, cum not. de verbo. oblig. & in l. item quia, ibi, quasi hoc expresso. ff. de pact. cum accumulatis per Ias. hîc in 2. lect. & ratio videtur in promptu, quia si pro expresso habetur, non est omnino tacitum. Quando autẽ, & quibus in casibus id sit, quòd tacitum habeatur pro expresso, dicemus in gl. in verbo Pro

12 cauto. Et ista est ratio, quare † tacitum hominis, puta testatoris, quod probari potest, vt infrà dicetur, sit potentius tacito legis inducto ex coniecturata mente testatoris; quia non est tunc pro expresso: vt patet in tacita pupillari inducta à lege ex coniecturata mẽte defuncti, quæ non excludit matrẽ, sicut expressa, vel habita pro expressa. l. precibus, & c. cum pater. ff. alleg. cum ibi plenè not. per scribentes, & per Socin. hic post Alex.

13 Noto secũdò ex isto tex. dictionem quid, † verificari etiam in minimo, vt hic per Deci. facit notabilis decisio Cyni approbata per Socin. in l. 2. in §. mutui datio, in vltimo no. ff. eo. quòd mutuũ consistit etiam in vno nummo. Quod autem subijcit hic Deci. non verificari quandoq; dictum verbum quid in minimo. l. scio. ff. de in integr. resti. speciale est, quia de minimis non curat prętor in concedendo restitutionem contra ius commune; vt declarat Bar. in d. l. scio, quod adhuc intelligatis secundum quod declarat ipse Bar. ibi ad fi.

14 Tertiò notãdum est ex hoc tex. † quòd verbum generale restringitur ratione adiuncti. nam tex. dicit: cum quid, quod generale est, & de omni ente prędicabile, vt dixi post scriben. in titu. de sententia quæ pro eo, quod interest. ideo videbatur, quòd in omni specie consisteret mutuũ; tamen hoc restringitur ratione adiuncti, ibi mutuum, secundũ Salic.

15 & Soc. hic. per quod videtur probari † decisio Abb. in c. quinta vallis, de iureiur. quòd si data fuerit arbitro potestas procedendi altè & bassè, quæ verba habent largas habenas, si dictum fuerit, prout sibi videbitur & placuerit; restringetur ratione adiuncti, & dictum illud non procedit.

Sed contra prædicta Socin. allegat doctrinam Bar. in l. alio, colum. pen. ff. de alimen. & ciba. lega-

16 † vbi ait, quòd si alicui datum fuerit liberum arbitrium, & si verbum arbitrij, boni viri arbitrium importet, tunc tamen propter præcedens verbum liberum, ad liberam voluntatem referetur. quod dictum secundum Soci. est directò contrarium dicto Abba. ff. relato. quod quidem dictum Bar. communiter est receptum à scriben. vt per Alexan. in l. si sic, de leg. j. & Felin. in c. j. col. xvj. in viij. fallentia de constitu. Nec contrariatur dicto Abba. quia in decis. Bar. propter verborum liberum, quod importat præcisam libertatem secundum Alex. in d. l. si sic, quum appareat de enixa voluntate concedentis arbitrium, vt illud liberum esse velit, recedimus à proprietate vocabuli. l. 3. C. de liber. præter. l. si in vẽditione suprà communia prædio. cum alibi plenè accumulatis. aliter verbum liberum contrariaretur

contrariaretur voluntati concedentis, nec adaptari posset capiendo arbitrium pro arbitrio boni viri, & sic pro regulato ratione. liberum enim & regulatum ratione, repugnantia sunt; ideo nimirũ si ratione adiuncti impropriatur verbum arbitrium, vt liberam voluntatem significet; in decisione verò Abba. rationes prædictæ cessant, quũ uerba illa altè & basse, non sint ita significatiua liberæ & præcisæ voluntatis, sicut verbum liberum: nec repugnant arbitrio boni viri, sicut verbum liberum in decis. Bar. sic enim intelligi possunt, ordines, procedas, & facias altè, et bassè, put bonus uir faceret, ita quòd

17 altum & bassum, ad arbitrium boni viri referũtur. Facit, quia † arbitrium etiã pro voluntate capitur. l. res in dotem. ff. de iure doti. ibi, ad arbitrium suũ distrahat. & l. j. C. de Sacrosan. Eccle. iuncta regula in re. C. mand. Quum igitur adiũgatur uerbũ liberum, constat de intentione partium volentium voluntatẽ esse liberam, & arbitrium liberũ; quod nõ

18 reperitur de verbo videbitur, aut placebit, ꝙ sint vocabula media, sicut arbitrium: immo ad arbitrium boni viri semper referuntur.

Quartò noto, † quod in mutuo semper intelligitur tacitè actum, quòd reddatur æquè bonum, & in eadem qualitate, ad quod semper allegatur hæc lex. ad idem. l. 2. infrà eod. & insti. quibus modis re contrah. oblig. rationem videte hîc per Ias. Curt. & Mod. Taur. ne creditor videatur iactare suum, contra iura vulg. ꝙ si actum expressè fuisset, ꝙ res deterior in eodem genere posset restitui, & sit mutuũ, ita erit, vt hîc per Paul. de Cast. Iaso. in 2. col. 4. Deci. in vltimo not. & Moder. Taur. colum. j. & 2. & Socin. per illum tex. not. vbi casus in l. rogasti. §. si

16 tibi, infrà eod.

Quintò not. ibi, † veluti, ꝙ vinum vetus dicitur esse melius vino nouo, vt hîc latè per Mod. cũ alijs dicendis infrà cum Bar. Socin. hîc inquit, ꝙ est maioris æstimationis. l. Iubemus, prima C. de erog. milit. anno. lib. 12. sed non melius, quod videtur contra hanc tex. ibi, rem deteriorem, veluti vinũ nouũ

20 pro veteri. & tex. in d. l. Iubemus, allegauit Roma. in singul. suis fol. 21. col. 2. ad hoc, ꝙ vinũ nouum deponemus incipere bibere † primo die Nouembris, dicens, ꝙ Baldus interrogatus à Duce Mediolani, an sciret legem loquentẽ de vesponibus, & musconibus habitantibus in vegete, sciuit illã inuenire: sed tu qui non vis studere, nunquam illam inueni-

21 res, dicit Roma. Deci. verò hîc in vltima lectu. in 3. col. dicebat. d. l. iubemus, non probare, quod suprà dictũ fuit, † quia loquitur in militibus, & pro minori dispendio Reipublicæ, vel in aliis quibus debentur alimenta aut cibaria, in cæteris dicit esse in arbitrio eorũ: facit. l. in re C. mand. Respond. tamẽ potest, quòd licèt lex illa iubemus, loquatur in terminis prædictis, probat tamen generaliter in decisione, & ratione, quia ex quo milites ante Kalendas Nouembris non compelluntur vinum sibi de bitum accipere, colligitur, quòd ante illud tempus vinum nouum non sit bibendum, aliàs tenerẽ tur illud accipere. verum tamen est, quòd illi, qui non tenentur rationem administrationis reddere, possunt ante & post Kalendas prædictas vinum no uum biberes quia in re sua &c. rationabiliter tamẽ viuentes id facere dicto tempore debent per tex. in d. l. Iubemus, dicunt etiã Dec. & Cur. hîc in locis præall. determinari dubia occurrentia inter scholares & patronos suos in principijs studiorum, qui patroni volunt vinum nouum eis dare, & ipsi vetus petunt, quod est maioris æstimationis; quia non coguntur accipere & bibere vinum nouũ ante mẽtem Nouembris, postmodũ sic, quum sit clarificatũ, nisi essent scholares magnifici; vt per eos. & Dec. in 2. no. Quod autem dicatur vinũ vetus, latius infrà dicam in glo.

22 Numquid autẽ † pro veteri restitui possit nouũ, vel pro nouo vetus, quando meliora sunt. Bar. hîc concludit, ꝙ sic: quia restitutio fit in eodẽ genere, & qualitate. quod enim melius est, vtique bonum est. l. vbi autem, in principio infrà de verb. oblig. & approbatur communiter Bar. vt hîc per Socin. fol. j. Moder. Taur. 2. & alios, quicquid dicat Deci. in 3. lect. Nec obst. ratio sua de duratione, qa præsupponimus esse vinum vetus, quod soleat multùm durare: ita declarauit Bar. in superioribus.

23 Pro vino autem albo † non potest inuito creditori nigrum restitui, nec pro nigro album; quum nõ sit eiusdem coloris, & qualitatis, vt requiritur. l. res in dotem, infrà de iure dot. & insti. quibus modis re contrahi. oblig. secundum Socin. hîc colum. 3. et Mod. Taur. 5. partes verò conuenire possunt vt pro albo nigrum, vel pro nigro album restituatur, & sit mutuum; quum sit eadem substantia vini, vt in superioribus dictum fuit.

Nec prædictis obst. l. Paulus infra de solu. volens creditorem cogi recipere nummos in alia forma, modò non sit damnum passurus, ergo album pro nigro, & nigrum pro albo: quia ibi id contingit propter materiam, quę magis attenditur, & qa de facili reduci potest ad illam eandem formam. l. quæsitum. §. illud fortasse. de lega. 3. quę ratio cessat in vino albo, quod non potest in nigrum verti, neque econtrariò.

Vltimò noto, quòd illud, quod tacitè agitur inter partes in contractibus habetur pro cauto &

24 expresso: † ad idem. l. triticum, prędalleg. non est igitur propriè expressum.

Ex quo Socin. hîc col. j. infert ad notabilem & utilem quęstionem statuti dantis executionem paratam contentis in publico instrumento, quòd ea, quę tacitè eueniunt, & subintelliguntur, non habebunt executionem paratam, quia non sunt expressa in instrumeto. allegat Bal. in l. ad probationem. la j. C. de prob. quæ dicit totum contrarium.

Deci. hîc primò sequebatur decis. Bald. quòd tacitè contentę in instrumento haberent executionem paratam, postea secutus est contrariam opinquum tale statutum sit contra dispositionem iuris communis; ideo propriè & strictè intelligendum, vt hîc per eum; maximè, quando statutum loqueretur de expresso. quam opin. amplexus etiam fuit in c. translato. in prima lect. in 3. not. de consti. quia illud quod virtualiter intelligitur, non dicitur expressum, nec habet executionem paratam: quum statutum sit contra ius; & strictè intelligen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum pro eo.quod.est expressum in instrumento. Eandem opin.uidetur sequi ipse Deci.post.Aret. in.l.sicut certi.per illum tex.& quædam alia.C.de testam.milit. Sed Paul.de Cast.eleganter in dic.l. ad probationem, sequitur decisionem Bal.quia satis resultant ex instrumento, quæ tacitè ex eo ueniunt:& quia in statuto dicitur cõprehendi nõ solũ,quod legi potest,sed etiam quod à iure tacitè disponitur,ut ibi per eum, Eandẽ opi.secuti tandem fuerunt Alex.& Ias.in l.iurisgentũ §.quod ferè.ff. de pac.in l.si duo patroni,in §. Marcellus. ff. titulo proximo.latius Fel.in d.c.translato,char.j. Are.in l. reos,in §.cum in tabulis. ff.de duob.reis. Cur. hîc col.2.& Mod. Taur. 3.

Et ab hac opinio. tanquàm receptiori, quicquid dicant Anton.de Butr. Dec. & sequaces, non est recedendum,quòd etiam ea, quę tacitè eueniunt, & in instrumentis ex legis dispositione intelliguntur,habebunt executionem paratam stante statuto de quo suprà.

Pro qua quidem opin.plura adduci possent, sed infrascriptis argumentis magis stringentibus con-
25 tentus ero.†In primis uidetur tex. no. in d.§. Marcellus,ibi,Si quis iurauerit se habuisse fundũ in dote à B.videtur iurasse se illum debere restituere: ita ꝙ ex tali iuramento agi potest ad restitutionem dotis,quamuis iuramentum sit stricti iuris.c. pen. de iureiu.sicut ergo ibi ex iuramento competit uxori illi utilis actio de dote, licèt de restitutione uerbũ nullum,sed hoc resultauit ex contentis in iuramento, ac legis præsumptione & dispositione, quamuis materia esset stricti iuris:similiter in proposito, quę tacitè ueniunt, & ex legis dispositione subintelliguntur,dicuntur resultare ex cõtentis in instrumento:ideo debent habere executionem paratam stante tali statuto.quod fundamẽtum est de farina Bar.in.l.j. infrà de his quæ in testa. delen.

26 † Secundò quia etiam illa, quæ nõ sunt expressè descripta in instrumento,uerùm uirtualiter continentur & ex coniecturis,dicuntur de instrumẽto & comprehendi ex instrumento,per tex.in.c.super quæstione,in principio cum not.per Abba.in c.ij. de offi.deleg.& per Felin.in d c.translato:

Tertiò quia eadem ratio uidetur esse in eo quod subintelligitur auctoritate legis in instrumento,
27 † quod est in expressè descriptis in eodem instrumento.Nam ratio statuti uidetur fuisse, exequi debere instrumentum propter quandam notoriam iustitiam ex scriptura prouenientem.l.fin. cum ibi no.C.de edic.diui Adr. Sed dispositio legis quamuis coniecturata, clara est, & liquidissima probatio.l.si tutor petitus.C. de pericul. tuto. c. cum in tua,qui matrimo.accus.poss.

Quartò per tex.in cap.cum olim, in fin. de censib.ubi instrumentum dicitur continere non solũ illud,quod uenit directò ex uerbis,sed etiam illud quod uenit indirectè:ut ibi per Abba. in ult. nota. ergo pariter statutum de exequendo instrumento locum habebit,in his quę tacitè & indirectè ex eodem ueniunt.

28 Quintò & ultimò,†quia præsumptio legis æqui paratur scripturæ.l.quicunque, cum no. per Bar. C.de apo.publ.lib.x. Et secundum prædictam opi. inuenio consuluisse Alex.in consi.126.lib.6.& sequuntur simpliciter Mod.de Fano in trac.de pign. fol.21.colum.2.

Ex quibus patet responsio ad alleg. in oppo. per tenentes,statutum prædictum esse contra dispositionem iuris communis, & debere strictè intelligi de eo,quod expressè loquitur instrumentum, non autem de tacito,& subintellecto;quia hoc tacitum habetur pro expresso,ac probatione liquidissima, & militat eadem ratio in ipso tacito, quæ militat in expresso,diciturq; uenire dictum tacitum ex instrumento,sicuti expressum, ut dixi: ideo, nimirum si eadem erit iuris dispositio, per iura uulgata, nec fit extensio, sed dispositio statuti utrunque casum comprehendit.

29 †Et ad l.cum res,de lega.j.ibi,ueri simile est,ubi secundum Are.& Cur,hic in 2. col. id quod tacitè uenit ex dispositione legis,non dicitur ex uoluntate defuncti propriè prouenire.respon.ꝙ licèt non ueniat propriè,sed ex coniecturata mente dispoñtis, tamen quia uenit ex præsumptione & dispositione legis,quæ liquidissima probatio dicitur, nimirũ,si à pari procedit cum expresso, etiã in statuto,nec est fictio,sed præsumptio legis;ut hic p Mod. Tau.col.3.& eleganter per Mod. de Fano in tract. de pign.fol.10.col.j.ubi probant,ꝙ licèt sit tacitũ, tamen non est fictum, sed uerum;& sic eadẽ est ratio in tacito, quæ est in expresso. Vel aliter respondet ad d.l.cum res.& no.ubi per Are.quòd procedunt,quando illud tacitum colligebatur ex mente, non ex uerbis,quòd non dicatur tunc propriè uenire;sed hic colligitur ex uerbis,diciturq; propriè uenire, & ex contractu esse. uidete Deci. in consil.514.ad fin.

Limitatur tamen prędicta conclusio tribus mo-
30 dis,†primò,quando statutum loqueretur de tenore instrumenti executioni demandandi, tunc non haberet locum in tacitè resultantibus ex instrumento,ac subintellectis, quia quod uirtualiter comprehenditur atque elicitur,non dicitur de tenore.d.§. quod ferè,cum glo.& no.ibi ad fi.per Alex. & per Pau.de Cast.d.l.ad probationem. ac Fel. & Dec.in in d.c.translato.

31 Secunda limitatio. †quando statutum loqueretur de eo,quod est expressum in instrumento, tũc nõ haberet locũ in his,quę tacitè cõtinentur, quia non dicuntur propriè expressa, & statutum debet propriè intelligi,ut hic per Dec.& pulchrè per Fel. in d.c.trãslato,col.2. & 3. facit quod dictum est in præcedenti limitatione,quia si stante statuto, ꝙ tenor instrumenti habeat executionem paratam, nõ uendicat sibi locũ in his,quę tacitè ueniunt ex instrumento,quia non dicuntur de tenore,quia oculo corporeo apparere debet:minus si specialiter loquatur de expresso tantũm,quum inclusio unius, exclusio sit alterius l.cũ prætor. ff.de iudic.c.nõne, de præsump.Item,quia clarè apparet de mente statuti,& in claris non est opus coniecturis,nec argumentis,l.continuus.§.cũ ita,de uerb.obli.Et ista limitatio uidetur mihi esse iuris indubitati.

32 Tertiò limitò, †quãdo illud tacitum,quod uirtualiter

tualiter uenit,non infertur de necessitate, sed persuasiuè,secundum Feli.& Cur.ff.alleg. & similiter in dubitatum uidetur, quia non est tunc eadem ratio in tacito,quæ in expresso. Nec illud tunc uenit ex præsumptione, & dispositione legis, ut intelligitur conclusio,quia tunc esset concludens,& liquidissima probatio, ita quòd limitatio non uidetur de regula,quemadmodum nec præcedens.

Glo.in uerbo Nouum, diuiditur, ut hîc per Ias.
33 quod dicatur uinum nouum,& quod uetus,† declarat hîc Bar.& motiuo Decij contra ipsum Bar.satis colligitur solutio ex dictis Soci.hîc in 2.&3.col. conclusio tamen Barto.malè uidetur probari iure, quia tex.per eum alleg.in §.fi.l.legatis, de leg.3.ꝙ
34 agni desinant esse † de numero agnorum, & incipiant esse de numero ouium deposita lana, & quũ uenerint ad tonsuram, procedit loci consuetudine tenta,ut dicit tex.iccirco ille tex. uidetur determinare hanc quæstionem, ut debeamus attendere cõsuetudinem loci, quomodo accipiat uinum uetus, sicuti,inspiciatur ad cognoscendum, quando agni dicantur esse de numero ouium. & uerisimile est, quòd incipiat uinum uetus,quando proximum est nouum,non autem sicuti dicebat hîc Bar. quando deposuit grossitiem. tunc enim nouum est, quod antea mustum fuerat:posteà in finẽ uinũ uetus efficitur, & istud quando uinũ non potest durare ultra annum,ut in aliquibus partibus,maximè in no
35 stris,† & in poto Christi de Auxiliano. necesseque est ꝙ aliquando dicatur nouum,aliquando uetus, intelligemus uetus non prout dixerunt Bar & Soci.sed attenta consuetudine regionis,& loci. Si uerò uinum ultra annum durare potest,uetus nó poterit dici,nisi post annum.d.l.ex usu.

36 Posteà concludit Barto. † contra gloss.quòd uinum uetus potest restitui pro nouo, quando uinum uetus melius est. & sequuntur communiter scriben. declaratque eleganter hîc Socin. in 2. & 3.col. Nec obst.unum motiuum Curtij hîc in oppos.de l. certi conditio, ut hîc per eum. quia immo dicitur semper agi ad certum, scilicet ad æquè bonum, & quod melius est, etiã æquè bonum est. Sed hæc quęstio parum saporis uidetur habere, quum non sit ueriſimile, creditorem, recusare recipere restitutionem melioris uini, nec debitorem uelle soluere plusquàm teneatur, suumque iactare l.cum de indebito.infrà de proba.& si partes concordarent, prætor nihil aliud haberet quærere, ut clarissimi iuris est.

37 Colligunt etiam præfati Modern. † ex doctrina Bar.quòd si aliquis mihi uinum mutuet,& promittam ei restituere simpliciter,non habeo dilationem usque ad tempus uindemiarum, ut quidam tenebant; quia pro uino uetere teneor uetus restituere & non nouum, nisi secundum Bar.debitor promissset soluere tempore uindemiarum.

Malè tamen loqui uidentur uolentes istud procedere, quando tempore uindemiarum in illis partibus non reperiretur uinum uetus,quia ex quo facta fuit mentio temporis uindemiarum siue reperiantur uetera,siue non, liberaretur dando nouũ, per iura allega.per ipsum Bart. secundum quosdã, quod non uidetur mihi uerum,si reperiatur etiam uinum uetus,quum in mutuo æquè bonum restitui debeat; & satis est,quòd mentio uindemiarum afferat commodum dilationis temporis, non autẽ quòd possit restitui minus contra naturã mutui.

38 Circa fi.prædictæ gl.in uerbo Nouum.† concludit gl. & Doc. quòd seniores præferuntur in testimonijs,& electionibus,quia pro senibus lex magis præsumit:& meritò,quia in antiquis est sapientia, & prudentia,quæ uenit cum tempore;quia seniores multa uiderunt,& experti sunt, ut per Cardin. Ale.in c.de quibus.col.j.20.dist.ubi plura alia congerit,in quibus deferendum est senectuti, ut hîc et per Ias.in utraque lectu.& latius per Barb. in consi.23.col.fi.lib.j.& in consi.20.col.2.uol.2. & Feli. in c.quotiens de testib.

39 † Et dicuntur seniores secundum Deci.in ult.lectu.qui sunt maiores ętate, quæ quidem senectus probatur ex aspectu capillorum, & barbę canicie, secundum Bar.in l.j.C.de mendi.ualid.lib.x.& Feli.post Abb.in c.quoniam frequenter,q.3.col.7.vt lite non contest.Sed Card. præalleg.id quod de se-
40 nioribus dictum est,†dicebat intelligi debere non tàm ętate,quàm sapientia,ac cęteris paribus; ut et uoluit Deci.quemadmodum dicimus de doctorato in utroque iure, qui præcedit doctoratũ in uno iure tantùm cæteris paribus; ut uolunt scrib.hic & in c.clerici,de iudi.& uidetur esse mihi text. in §.fi. in auct.de Monac. dicens non omnino esse honorandum tempus,& præferri in electione iuniorẽ,si constat eum meliorem esse:fatendum est ergo senectuti cæteris paribus,ut etiam hic per Alex.in j.col. & Deci.in consi.161. Et idem si in testibus iunioribus maior esset dignitas, præferendi essent tanquàm digniores, ut post Alexan.& Socin. tradunt hic Mod.Taur.col.6.

41 Et si ageretur de probanda re, † quæ usu tantũ percipitur,magis crederetur iunioribus,qui melio rem usum præsumuntur habere, quàm senes, ut post Spec.tradunt Feli.in d.ca.quotiens,& Moder. Taur.loco præallegato.

Rursus dum Ias.& alij dicunt, ꝙ in uocibus, &
42 in consilijs præferuntur seniores,†quia eorum consilia meliora præsumuntur. quod aliqui multum not.reputant,quum in consilijs,& Collegijs, multotiens sit discrepantia inter iuuenes, & senes, ut standum sit sententię seniorum, quod non procedit,quum paria iura habeant,& tantùm ualeat uox unius,quantùm alterius,etiam in cętu Cardinaliũ, ut per Bal.in c.cùm omnes,col.14.de consti.& Ias. hic in j.lec.col.3.ad fi.Et ita consuetudo ubiq; obseruare uidetur,quæ attendi debet.l.j.C.quæ sit lõga consuet.& l.de quibus,cum sequentibus suprà de legib.Immo solent uota prędictorum dari secretè; ita quòd apparere non potest deuotis ac uocibus seniorum,uel iuniorum.

43 Sumpta occasione ex prædictis,†tangũt hic Docto.multas quæstiones sæpe occurrentes de præcedentia, ac etiam de præferentia, maximè inter Docto. Sed circa quatuor insistam, uidelicèt, an Doctor nobilis sanguine, & æqualis in scientia præcedere habeat alium non nobilẽ sanguine, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen ante eum dignitatem doctoratus assecutus fuerit. Secundò,an filius doctor debeat præcedere patrem non doctorem. Tertiò,an prius licentiatus alteri postmodum doctorato pæponatur, si prius licentiatúque posteriori tempore efficiatur doctor'. Quartò,an scholaris doctus præcedere debeat doctorem imperitum.

44 Circa primam,†Deci.hic in 7.col.& in c.clerici, de iudic.& in consi.161. tenebat, quòd non:quia qualitates diuitiarũ, & nobilitatis non tollunt prærogatiuam temporis,ut secundum eum tradit Inn. in c.statuimus,de maior.& obed. sequuntur Mod. Taur.hic col.6.& Barb.in d.c.clerici,& in cõsi.57. col.6.ad fi.in 2.uol.plus dicens,quòd data qualita
45 te scientiæ præferendus sit plebeius,†per gl. singularem in c.nunquam 56. dist.quæ dici t, quòd natus à parentibus prorsus à uirtutibus alienis, dum tamen ipse uirtute prœditus sit, præferri debet nato ex bonis, & honestis parentibus,quamuis probo, & uirtuoso,ut per gl.c.fidelior,l.distinctio. dicentem,quòd peccator emendatus, & correctus, præferendus est illi,qui nunquàm deliquit. Nam talis præsumitur probus,& uirtuosus propria industria nõ intuitu uirtutum parentum: secundus ex industria ac uirtute parentum.

46 Contrarium tamẽ,†quòd debeat præcedere nobilis sanguine, quamuis posteà doctoratus insulis doctoratus,tenet Feli.in d.c.clerici,col.2. post Bal. in l. nemini,ad fi.per illum tex.C.de aduoc.diuersi. iudi.sequitur Corsi.in c.grandi.col.8.de sup. negli. prel.in sexto. Pro qua sententia facit primò in text. in d.l.nemini,ad finem cum not.per Are.dicentem, quòd natus de meliori sanguine præfertur nato ex uili,& abiecta progenie. Secundo,quia ut dicit Philosophus Ethicorum quartò secundum uirtutem bonus honorabilis est, sed cui uirtus, & potentiæ, & diuitiæ existunt, is magis honore dignus est,quamuis dici posset,hæc procedere cæteris paribus; non autem accedente prærogatiua tẽporis secundum prefatos: ac Bal.& Corn. in l.2.§. primo.C.Commu.de deleg.& Io.de Anna.in rub. de magistris, colũ.2.fortius ergo pro prędicta opi-
47 nione. † Tertiò,facit,quia non attenditur prioritas temporis,sed maioritas auctoritatis.glo.in c.illi do lus,16.distin.tradit Gemin.in c.Episcopus,colũ.1. dist.17.& Felin.in d.rub.de maior. & obed.col.1.
48 Quartò, quia nobilitas, quæ uenit à genere† & à uirtute propria, dicitur perfecta nobilitas, & magnitudine quadam decorata; ut post Bald. tradit Felin.in cap.super eo. Vlumo,quia ubi concurrũt duo uincula,quòd quis sit nobilis uirtute parentum,ac propria,magis honorandus esset; quia duplex decor in eo fulget, parentum, & proprius; licèt sit magis commendandus is, qui ex parentibus uitiosis ortus, qui uirtute clarus factus est, quàm ex nobili progenie descendens: quia nobilis habuit exemplum suorum, & causam mouentem eum, ut, & ipse uirtute clarus efficeretur: sed ortus ex uitiosis solius Dei uirtute mirabilis, est; ut dicit tex.in cap.nunquam.56.distinct.& Corse. loco prælegato. Hinc est illud Virgilianum: Et pater Aeneas,& auunculas excitet Hector. Ex quibus apparet labi Cardinal.& Barbat. fundantes se in text.cum glos.in dicto capitulo nunquàm, ubi non dicitur, quòd ortus à uitiosis præferendus sit trahentibus originem à nobilibus, & uirtuosis, sed quod est magis commendandus, ut suprà dixi: & tradunt etiam Modernio. Mediolan. in tract. præsumpt.in 48. præsumpt. secundę regulę.
49 † eo quòd nobilitas propriè loquendo separata sit à uirtute. ut per Barto.in lege prima.C. de dignita.libro duodecimo, quod uidetur contra dictum
50 illud Satyrici: Nobilitas sola est, &cæ. † Et quòd ortus à uirtuosis sit præferendus, est textus in dicta lege nemini, in uersic.filios autem togatorum. & in l.iubemus, in uersiculo, & filios aduocatorum.C.de aduoc.diuersi.iudic.cum glos. in uer-
51 bo sumptibus, † uolente, quòd filij Doctorum præhonorandi sint,& gratis debeant dignitate doctoratus condonari,quamuis non seruetur de consuetudine; in aliquibus tamen locis de hoc sunt statuta.

Et si prædicti concurrant ad lecturam, præferendi sunt alijs æquè idoneis, ut etiam per Ana. in rubrica de magistr.columna secunda. Nec obstat glos. dicto capitu. fidelior. solùm enim uult, quòd ubi agitur de prœmouendo aliquem ad præ-
52 laturam, uel officium, eligendus potius sit emendatus,quàm ille qui semper fuit innocens; † eo, quia magis scit compati, & correctus fortior resurgit; ut etiam per Felip.in capit.eam te,columna
53. nona in 3.limitatione de rescript. † Ex quibus concludendum est,doctorem nobilem sanguine præferendum doctori aliàs ignobili doctorato ante eum: quia prærogatiua temporis attenditur solũ
54 cæteris paribus,†ut.ẽ.dixi.& maximè per tex. §.fi. in aucten.de monachis.& in c. hi qui auctoritate, de præben.in 6.cum gl.dicente,ꝙ regula, Qui prior est tempore, potior est in iure,locum habet in his,quorum par est causa.l.quotiens utriusque.ff. de reg.iu.secus si dispar sit causa: probatur in d.c. hi qui.attamen in istis prælationibus, ac quęstionibus de præcedentia, seruanda est consuetudo secundum Deci.hîc.

55 Circa secundum articulum, † solus Socin. hic tangit unum uerbum, allegando Simonem Bursianum in proœmio Clementinarum,quem etiam citat Alexan.in apostil.ad Bar.in l.j.infrà de obseq. à liber.patro. præstan. & ut possum coniecturari ex dictis Socini, cuius lectura est ualde corrupta, uolebat, quòd pater præcedat ratione reuerentię sibi debitæ per filium. dicta lege prima, nisi filius doctor esset in magistratu aut officio publico,quia ratio publica prœferenda esset priuatę. argumento. l.minimè.ẽ.de religio. facit text. in l.liberto.ff.de obseq.præstan.ꝙ persona patris semper honesta,&
56 sancta uideri debeat filio.†nã,quum parentes nobis causa essendi sint, honestius est illis in alimentis subuenire,quàm nobis ipsis;& honorem quem admodum Dijs impendere: teste Philos. Ethicorũ ix. Accedat elegantissima sententia relata pulchrè per Aul. Gell.in 2. lib. noctium atticarum,ex qua-
57 † potestis sumere modũ in exhibendo honorẽ parentibus uestris, quamuis enim doctores sitis, aut in

in magistratu publico pp honorem magistratus,& conseruandam dignitatẽ doctoratus debetis præcedere;domi aũt parentes honorare, sedendo post illos ad mẽsam, & similiter in alijs priuatis actibus.

Circa tertium articulum, Iaf.hic dicit, ꝙ licentiatus non debet præcedere doctoratum ante eũ, licèt Doctoratus dignitatem posteà etiam ipse sit
58 cõsecutus; quia primò doctoratus dignitatẽ prius consecutus est,& tex.†in l.j.in fi.de consul.lib.12. C.qui pro contraria sententia allegatur,nihil facit, quia ibi consulatus,& patritiatus, utraque dignitas erat:ideo nimirum, si prima facit eum præferri illi,qui habuit secundum:sed in casu nostro licentiatus nullam habuit dignitatẽ.Et ita post Rom. & Anc.tenet Iaf.hîc,& in l.filiæ licèt, col.fi.C.de colla.& prius Feli.in proœm.Grego.col.4.uersi. Vtrũ appellatione doctorum. dicens fuisse qõnem tunc in facto Ferrariæ.Et ita etiam tenuit Simon Bersianus in proœm.Cle.eò ꝙ non consideretur principium,sed finis,& perfectio actus inspiciatur.argumento.l.si quis à multis.ẽ.de noxal. Et huic parti adhærent etiam Mod.Mediol.in trac.prœsumpt.in prima regula præsump.xlv.

Ad oppos.tamen est receptior sententia, ꝙ licentiatus postmodũ doctoratus debeat præcedere doctoratum ante ipsum post licentiam sibi datam,ut per Ang.Are.Inst.de actio.§.quædã,col.ix.Soc.Senio.in c.quanto,de magist.Are.in l.ne quis, C.de aduoc.diuersi.iudi.Feli.in c.clerici, col.2.de iudi.Soci.Deci.& Mod.Tau.hîc col.7. & plenius elegantérque per Soci.in consi.70.vol.4.

Præcipuum fundamentum receptioris sententię est in d.l.j.de consul.ubi prior consul à posteriori eodemque patritio uincitur in præcedentia, sed si prior consul cõsequatur posteà patritiatum, uincet in præcedentia eum,qui patritiatum prius habuerat,& posteà honore patritiæ dignitatis decoratus sit, ita primò licentiatus, licèt uincatur à doctorato post consequutam per eum licentiam, si tamen posteà ipse doctoratus dignitate insigniatur, debebit illum præcedere etiam, quia, ut dicit text.in d.l. prima,illum præponi, qui prius consul fuit, qui prius habuit dignitatem patritiatus. quę ratio procedit in proposito nostro, cùm licentiatus prius meruerint dignitatem, ut per licentiam declaratum fuit; ergo talis licentia non debet esse potens facere illum præferri. quibus tamen rationibus respond. adhęrentes contrarię opinioni, ut hîc per Socin.Iaf.& Deci.Et ad inductionem ultimò factam de d.l. prima in uerbo meruit, respondetur, illud intelligi, idest consecutus fuit,ut ibi præcedentia ostendunt: & sic posset in contrarium retorqueri.

Prostremò Deci.hîc subtiliter secundum eum considerando conatur demonstrare communem sententiam probari in d.l.prima ut per eum. Sed potest respond.quòd licèt illa dignitas consulatus non esset in consideratione respectu dignitatis patritiatus alterius à principio,postquàm tamen alter,qui fuerat prius consul patritiatum fuit consecutus, dignitas consulatus in consideratione haberetur,quia duplex dignitas consulatus & patritiatus in eodem homine concurrit:hęcque faciunt,ut prior consul præferatur,quia ipse prius habuit unã ex illis dignitatibus. quę ratio cessat in quęstione nostra,quia licentiatus nullã habuit dignitatẽ,quæ non consistit in licentia,ut hic volunt Doc. Prędictam.l.j.de consul. aliter pro communi inducebat Soci.in d.cons.70.corroborãdo multis aliis rationibus,& hac præcipuè,ꝙ ubi finis habet necessariã consequentiam à principio finis trahitur ad principium.l.damni infecti.§.Sabin.ff.de dam. infec.sine examine, & licentia quis nõ potest doctorari.l. nemini,prælleg.l.magistros.C.de profes.& medi. lib.x.clem.ij.de magistra. ergo traditio insignium doctoralium trahitur ad tempus licentiæ,ut ibi latius per eum.Nec videtur obstare responsio Decii hîc in 4.col.ꝙ dicta translatio, ut uideatur doctoratus tempore licentiæ,non debeat attendi in prę-
iudicium tertij,qui medio tempore doctor fuit ef-
59 fectus † per no.in simili per Bar.in l.ij.ff.de decur. doctore restituto ad collegium,qui non recuperat primum locum in prœiudicium eorum,qui medio tempore collegio fuerunt aggregati, per illum tex. & multa cumulauit Iaf.in §. & quid si tantùm, in 2.lec.col.11.l.Gallus.de lib.& posth. quia Bar.loquitur in restitutione contra ius commune, & iu-
60 re speciali concessa, † quæ propterea non habetur in consideratione.l.4.§.j.cum ibi no.per Bar.ff.de fideicom.liber.& uidetur concedi sine prœiudicio tertii,ut per Bar.in l.fi.col.4.C.de sent. pass. & per ipsum met Deci. hanc responsionem sequentem in d.c.clerici,col.2.Ex quibus patet etiam responsum ad tex.in d.c.quãuis,de rescrip.lib.vj.quũ loquatur in restõne,estq; ibi casus de dicto Bar.in d.l.2.a cuius uisceribus extractam credo decretalẽ illã.

Aduertendum tamen,quia prędicta ratio Socini non videtur subsistere, quum finis non habeat necessariam consequentiam ad principium. non enim cogitur propter principium,& licentiam accipere quis insulas doctoratus,sed est in eius pote-
61 state: † quo casu attenditur finis,non principium. l.j.vbi Barto.notat C.qui potio.in pign. habean.& sic præcedens opi. in puncto iuris uidetur uerior. licentia enim est bene præambulum necessarium ad consequendum dignitatem doctoratus,sed doctoratus ipse non habet necessariam consequentiam à licentia; quum non cogatur licentiatus doctoreas insulas accipere: labi ergo uidentur scrib. in suo argumento.

62 Circa quartum articulum,Iaf.hîc,† Barb.& Felin.in cap.pastoralis,col.1. de offic.delega. dicunt, quòd scholaris doctus debet præcedere doctorem imperitum, allegantes glos. ad hoc in l.j.C.de anno. ciuil. libro undecimo. facit quod post Bald. dicunt Deci. & alij suprà de doctorellis
63 quos, milites præcedere possunt, † bonos autem Doctores nequaquàm. quæ conclusio non uidetur de iure posse procedere, quia quantùm ad præcedentiam & honorem potior habendus est doctor propter dignitatem doctoratus, quàm non habet scholaris, licèt doctus: omniaque priuilegia
64 concessa doctoribus propter dignitatem † competunt etiam imperitis & ignorantibus, licèt sit in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

digni dignitate doctoratus quousque, priuentur vt subtiliter per Are.in d.cap. clerici. reprobari uerò possunt, si minus idonei inueniãtur.l.ut gradatim. §.ut reprobari. ff.de mune.& honor. notat Abb.in c.j.in fi.de magistr.Sed quantũ ad pręferentiam, id est, ut fiat electio uel deputatio ad prælaturam uel officium, præferri debet scholaris doctus: ita procedit, & intelligitur prędallega. gloss.nisi requireretur gradus doctoratus, quia tunc scholaris quamuis doctus, non esset præferendus, nec præponendus ad talem dignitatem uel officium; ut per Abba. in d.c.clerici.

65 Quantùm ad oppositionẽ Bar. † de glo.quinta d.l.Gallus, quantò iuniores, tantò perspicaciores, intelligitur idest, quantò moderniores, ut hîc per Dec.Cur.& Mod.Medio. De senibus tñ in quibus est sapientia & prudẽtia, quia plura uiderunt, plus sciunt, & magis experti sunt, quàm iuuenes; ut per Car.Alex.in c.de quibus 20.dist.

Glo.in uerbo Cauto, diuiditur, ut hic per Ias.in lect.ad contrarium l.quicquid astringendæ, hîc alleg. tenete solntionem Bar.reiectis solu.glo. ut hîc
66 per Alex.Ias.& alios.†occasione prædicti contrarii tractat hîc Bar.an & quando tacitum habeatur pro expresso.Ex cuius dictis plures conclusiones colliguntur: prima est, ꝙ in his, quę dependent à voluntate vnius, prout sunt vltimę voluntates, tacitũ habetur pro expresso.l.cum uirum, & l. cum acutissimi.C.de fideicom.& l.cum auus. ff.de cond.& demõ. ubi plus præsumitur dictum, quàm scriptũ:
67 & tacitè actum habetur pro scripto. † lex.n. fauet voluntati testatoris sequens illam, quemadmodũ canis leporem.secundum Bal.quem refert & sequitur Soc.in l.in conditionibus. ff.de cond.& demõ. ubi probatur illud dictum.& similiter in §. disponat, in auct. de nup.

Limitatur prædicta conclusio tribus modis secũ
68 dum Alex.Ias.& alios in l.3.C.de lib. præteri. †Et primò, quando testator transiuit ad dispositionem, aliàs tacitum non habetur pro expresso, quia propositum in mente retentum nihil operatur, etiã in testatore.l.quidam cũ filium. ff.de hęred.insti.cum no.per Dec.in consi.205.col.2. & in consi.514.in fi.intelligitur ergo conclusio Bar.quando de tali voluntate apparet, ꝓbariq; potest, aliàs secus.d.l.quidam cum filium. & secundum Dec. hîc in ultima lect.ꝙ testator id uoluerit tripliciter probari potest ex natura actus, argumento.l.ex empto. ff. de contrahend.emp. cum no.per Alex.in consi.21.col.2. lib.5.quamuis prędictæ auctoritates in contractibus loquantur. Secundò quando ita erat consuetudo, ut hîc per Bar.& latè Felin.in c.j. & in cum M. de consti. Tertiò ex prefationibus. §. idem respon. allegato hic per Bar.adde & ex aliis coniecturis, de quibus hic per eundem.quę licèt loquantur in cõtractibus, idem tamen est in ultimis uoluntatibus
69 per prædicta. †Et quia valet argumentum de ultimis uoluntatibus ad contractus, & econtrà.l.seruũ filii. §.eum qui.& l.quæ à substituto, cum ibi no. per Ias.de lega.j.& sic licèt voluntas testatoris omnino tacita non habeatur pro expressa, secus quando non est omnino tacita, expressęq; cohæret, uel ex eo quòd est expressum aut ex coniecturis colligitur, ut per Ias.in l.cum res, in 6.no.de leg.j. & Dec. in consiliis. ff.alleg.

70 Secunda limitatio, †nisi esset omissa forma, puta in non nominando hæredem, tunc omissum non haberetur pro expresso, sed pro omisso, & uitiaretur actus ipso iure.l.hac cõsultissima, & l.iubemus C.de testam.secundum Soc.Dec.& Cur.hic; & Ias. in d.l.quicquid astringendę.col.3. facit, quia quũ istud procedat in cõtractibus, procedere debeat ẽt in ultimis voluntatibus, si valet argumentũ de vno ad aliud, ut dictũ est: quæ tñ lim.restringi pót multis modis, prout restringitur conclusio sequens.

71 Tertio limito, †quando agitur tacitè à testatore, probatiq; pót, secus si tacitũ induceretur à lege ex cõiecturata mente testatoris, quia tunc nó habetur pro expresso, ut apparet in tacita pupillari, quæ nó excludit matrẽ, sicut expressa.l.cũ precibus, & c.cũ pater. ff.alleg.secundũ Alex.& Soc. hîc: cõtra quos uidetur esse tex.in d.l.cũ auus, ubi est tacitum legale ex coniecturata mente testatoris, & tamen habetur pro dicto, & expresso. Nõ obstat.tex.in d.l. precibus, cum prædallega. quia est ibi speciale propter matrem ne excludatur à luctuosa hęreditate filii. l. fi.C.de insti.& substi.

72 Quarta limitatio, †quando uerba testatoris propriè, aut largo modo & impropriè possunt conuenire menti suæ, aliàs secus, ut per Alex.& Ias. in d.
73 l.3.C. de libe.præter. exemplificando †in casu. l. si alii.de usufr.leg. ut hic per Ias.in 2. lectu.col. 3. & Dec.in consi.205.col.2. & Paulum Pichum in repetitione §. Titia.l.Titia, de leg.2.in 22. quęstione. quę tamen secundum communem intelligentiam Rar.& Doct.ibi non procedunt, quia ibi non cõstabat de proposito & tacita uoluntate testatoris, aliàs ille cui fuerat legatus fundus, non habuisset partem ususfructus, & per consequens limitatio prædicta non procederet, quia constito de mente testatoris in casu d.l. si alii, illa inspiceretur & prædominaretur.d.l.in conditionibus.

Ex hac prima conclu.Bar. plura inferri possent, ut hic per Mod.Tau.col.11.

74 Secunda cõclusio, †quæ colligitur ex dictis Bar. est in his, quæ dependent à uoluntate duorum, si sunt stipulationes & contractus, si omittatur aliquid de forma, tacitum non habetur pro expresso, sed pomisso, & uitiatur actus.d.l. quicquid astringendæ, & l.j.eo.ti. licèt secus sit, si omitteretur substantialia, ut. ff.per Bar. ex quo patet, ꝙ maior est defectus formæ, quàm materię, ut hic per Dec. & latius per Brunum in tract. de forma in articulo de potentia & effectibus formæ col.8. intelligite hanc conclus. quicquid uelit hic Bar. in distinctione suã, nisi illud quod tacitè agitur, & formã respicit, possit comprehendi ex prefationibus, quę sunt pars stipulationis: tunc.n. semper habetur pro expresso. l.lecta, uersic. dicebam. ff.eo. secundum Are. hic in 2.col.& idem dicit se credere, si illud ueniret ex natura contractus, aut ex consuetudine, ut hic etiam per Socin.& Dec.in 3.lect. Plures alię limitationes assignari possent ex dictis Bruni loco prædallega. ad quę me remitto.

Tertia

75 Tertia conclusio † ex dictis Bar.est, quòd in dependentibus à uoluntate duorum, si omittatur aliquid de substantialibus, uel naturalibus contractus id habetur pro omisso, quãdo ab uno tantùm tacitè agitur, quia propositum in mente retentum &c. quum enim dependentiam habeant à voluntate duorum, amborum voluntas concurrere debet l.j.ff.de pact.l. sicut. C.de actio. & oblig. de quibus videte Bar. & alios in l.si ego. ff.eo. Socin. Deci. & Cur.hîc, & Ripam in repetitione l.si vnquam. in j. quęstione. C. de reuoc.dona.

Quarta limitatio in terminis prædictis tacitũ habetur pro expresso, quãdo potest comprehendi ex præfationibus, consuetudine, vel natura cõtractus, aut ex aliis coniecturis; vt hîc per Bar. & alios, & p glo.in l.semper in stipulationibus, de reg. iur.

Quintam limitationem colligatis ex dictis Are. hîc in vltima col.

Cõcludit postmodũ prædicta glo. ꝙ si dixero alcui verbis vulgaribus, tolle hãc pecuniã, erit potius mutuum, quàm donatio. Pro cuius rei intelligẽtia distinguendi sunt tres articuli, vt hîc per Socin.

Circa primum articulum, nunquid præsumatur
76 donatio, † communis est cum glo. & Bar. quòd non, quum donare sit perdere, & nemo præsumatur iactare suum.l.nec ignorans, in fin.C.de donat.
77 l.cum de indebito, insti.de proba. Nec obst. regula. l.veteribus de pact. † declarata pulchrè per Alex. in consi.128.colum.fin. 139. in fine.cum consi. sequenti, vol.5.& Socin.consi.99. col. pen. quia licet in dubio verba interpretentur cõtra proferentem, vbicunque tamẽ capi potest alia coniectura, quàm donationis, accipienda est, quum donare sit per-
78 dere, vt dixi: † ideo coniectura donationis difficili ter introducitur.l.si cum aurum infrà de solut. Anchar.in consi.32.ideo quum posit capi coniectura depositi, vel mutui, illa potius assumenda est, quàm donationis; & sic regula l.si cum aurum, prę ponderat regulę.d.l. veteribus. limitatur dicta cõmunis conclusio, vt hîc per Bar.& Socin.

Et circa coniecturas Bar. quia procedit multum inuolutè in allegationibus, intentio eius est, quòd vbi concurrit coniunctio personarum resultet præsumptio donationis, modò res sit modica.l.vtrum l.si seruus communis, &. l.Pocula, alleg. per eum. quæ vltima contrarium videtur probare, quum loquatur de fideicommisso magnæ quantitatis; sed plura alia ibi concurrebant, vt infrà dicam. & tex. in §.j.l. donationes, infrà de donat. allegatur per Bar.non pro regula, quòd non præsumatur donatio, sed à speciali: videte tamen Pau. de Cast. ibi. tex. autem in l. sed & si susceperit, in §. j. ff. de iudi. allegatur ad probandum, quomodo intelligatur rem esse paruam, vel magnam, vt ibi declarat.
79 glos.† De intell.l. si seruus communis, videte Corne. in l. vt liberis. C. de collat. Alex. & Ias. in l. sed si plures, in §.ad substitutos, col.pen. & fina. de vulg. Felin. in c.nonne, col.fi. de præsumpt.
80 De intellec. verò †, l. Procula, & requisitis ad hoc, vt habeat locum dispositio illius legis, videte Alex.consi.40.col.fin. lib.j. & 56. col. vlt. lib. 4. Deci.consil.79.& 102.colum.fin.Moder. Taur. in trac. præsert. in prima patte tertiæ partis principalis, col.antepe. Feli.in c.literas, col.fi. de præsum. & Mod.Mediol.in tract.præsump. in 32.præsump. primæ regulæ. Inter coniuges tamen, inter quos est prohibita donatio, ex quo etiã si expresè uellent, non possent donare lege prohibente, cessat prędicta præsumptio donationis ob cõiunctionem personæ, ut per Anchar.in consi. 32. & quod dicit hic Bar.de cõiunctione, extendi potest ad coniunctos magna amicitia, per no.per Bar.hîc. ff.ad fi.commẽ
81 ti, & Soci.d.l.cum auus, col.iij. † Item dum Bar.in prima coniectura dicit, quòd si dans erat diues, & accipiens pauper, & quantitas modica, præsumitur donatio: uidetur dicendum, ꝙ si dans sit potens, etiam ꝙ quantitas non sit parua, nec recipiens pauper, præsumatur donatio, maximè in nobili & principe.c.j.de dona.cum ibi no.per Barba.col.j.& per Iacobin.de S.Geor.in trac. feu. in verbo Princeps, in specialitate 35.facit quod dixi suprà allegãdo.l. sed si susceperit.§.j. Circa alios duos articulos dicendum est, ut hîc per Socin.

Ex prædictis, Bar.infert ad nota. & utilem quæstionem, ut hic per eum: cuius primum dictum cõmuniter à scriben.approbatur. Nec obst. quòd licèt testes probent factum numerationis, si nihil de mutuo, nostrum non sit interpretari testimonia, immo remaneat dubia probatio, quę non releuat. iulg.l.nõ hoc, und.cogn.& c.in præsentia, de proba. quia hæc non est interpretatio hominis, sed iuris ex tali numeratione mutuum præsumentis, ut in glo.nostra, & per Iurisconsultum in §.quoniã. l.certi conditio. ff.eo. ideo coniuncta præsumptione iuris declarantur dicta testium; & probatio nó remanet dubia, nec obscura.

Secundum dictum Bar. quòd libellus de quo p
82 cum non sufficiat, sed alleganda sit præsumptio, † cum resultet ex facto proponentis. sequuntur cõmuniter scriben. ut hic per Ale.Socin.Ias. & Mod. Taur. adducentes plura similia accumulata prius per Felin.in c.cum ordinem, de rescript. & in c.afferte, de præsump. & per Balbum in repetitione.l. Celsus, de vsuca.col.31.cum sequen. & Paris. in c. fi.col. 16.de præscrip. vbi alia similia addunt. Fulgo.tamen hic, quem sequuntur Alex. & Mod. Papien. intelligebat dictum Bar. ꝓcedere facta oppositione per reũ, aliàs procedere libellum quamuis generalem, per regulã.l.fi.C. de anna. excep. quod à veritate alienum videtur, quia, si pendente processu non specificauerit & declarauerit causam traditionis pecunię, absoluendus erit cõuentus, quia licèt libellus generalis parte non opponente procedat, specificari tamen & certificari debet per proba
83 tiones, † aliàs actor succumbit, vt per Bar.& Alex. in l.j.in §. si quis argentũ. ff.depos.& Paul.de Cast. in consil. 377. colum. fi. in antiquis. & licèt sufficiat, libellum præsumptiuè concludere, non procedit, quando præsumptio descẽdit ex facto proprio.

Deci.tamen hic insurgit contra prædictam receptiorem sentẽtiam Bar. quia factum eodem modo deducitur sicuti per testes super eo deponitur, sed in testibus, Bar.& Doct.fatentur mutuum præsumptiuè inferri, ergo idem debet esse in actore: ex quo

factum

Universidad de Deusto
Biblioteca

factum similiter se habet tàm in actore q̄ in testib. Secundò contra Bar. videtur esse decisio eiusdē in l.certū.§.sed si fundū,in fi.ff.de confess. q̄ sufficiat narrare,me mutuasse tibi decē: ex quo facto sequitur,q̄ fuisti obligatus, & præsumitur durare obligatio:ex qua præsumptione fundatur actoris intētio: sic in reo sufficit taliter factū proponere, quòd colligatur exceptio præsumptiuè,vt notat Bar.in l. j.q.2.ff.de excep. facit dictū Bar. in l.necessarijs.ff. de acq.hęred. quod ex præsumptione iuris fundetur intentio. Itē quia præsumptio in exemplo Bar.
84 colligi videtur ex libello & actis, † vnde non videtur necessaria alia allegatio; quum acta faciant notoriū,& iudex teneatur ex officio supplere, vt notatur in l.vnic.C.vt quę desunt aduoc.part.iud.supl. ad §.idem Pollioni,alleg.à Bar. respond. vt hîc per Dec.Contra Bar. videtur etiam facere decisio Rotę 325.incip.Si in libello,in nouis. q̄ procedat libellus,in quo aliquis dicit rem suam fuisse, licèt nō alleget: ita etiam nunc esse,si petat illam sibi adiudicari,quia sufficit libellum presumptiuè cōcludere. & ad §.Pollioni,respōd.D.de Rota, vt ibi per eos. Sed opin.Bar.quę receptior est,& probatur in d.§. idē Pollioni.quicquid dicat Dec.quia ibi erat præsumptio erroris propter sexum, aut minorē ętatē, vel matrimonij coniunctionem palàm factam, vt ibidem declarat Bar.in vlt.col. Non obst.q̄ ex quo factum videtur vniforme tàm in actore, quàm in testibus, non debet fieri dispar, & diuersum iudicium: quia,potest respond.vt per Barb.& Felin.in c.afferte,col.2.de præsump.vel fortè melius, negādo q̄ factum eodem modo deducatur, vt.ff.dicā. Ad doctrinam Bar. in §. sed si fundū, cū præalleg. & in l.necessarijs.respond.vt per Are. in c.fi.col.2. de libel.oblą.& Feli. in c.cum ordinem, col.11.de
85 rescrip. Nec etiam obst. † q̄ id colligatur ex actis, quia respond.vt per Felin.in d.cap.afferte, col.2.& Moder.Taur.ac Papien.sequentes responsionē Felini. quę responsio videtur restringere tex. in d.ca. afferte, ideo nō procedere, maximè quum libellus sit de actis: & contrarium post Rotam tenuit Feli. in ca. ad hæc el primo de appel. ideo respond. alio modo, negando q̄ colligatur ex libello allegatio
86 præsumptionis mutui, † quia ex quo simplex datio se potest habere ad depositum, & cómodatum (vt dixi) ex petitione illa non concluditur certa & determinata causa obligatoria, sed potius vaga & apta ad plura; quo casu libellus tanquàm obscurus,non suffragabitur,immo absoluēdus est reus: & per consequens in terminis quæstionis Bar. de libello, vt intelligunt Alex. & Are.Bar. sanè loqui videtur. Sed quando in libello narrasset,se numerasse pecuniam, petendo conuentum condemnari ad restituendum, non esset necessaria alia allegatio mutui,quia arguitur ex numeratione l.certi condi tio.§.quoniam.ff.eo.Dec.ff.in vlt.col.satis ergo videtur mutuum deduxisse,maximè, quia nō requiritur,vt allegetur talis causa in individuo ac expressē, sed sufficit, q̄ colligatur ex deductis in libello: vt per Dec.hîc in vlt.col.& in d.l.nō hoc, in 2. no. & per Balbum Taurinensem loco prealleg.

Aduertendum tamen est, quia in quęstione de libello, & de teste, videtur loqui in eisdem terminis,faciendo solùm differentiā inter testes, & partem; ergo quando narrauit numerationem, quo casu in quęstione libelli malè loqueretur per prędicta. Nihilominus Bar. in quęstione ipsa de libel lo expressè loquitur, vbi dictum fuit; & sic benè, & fortè quòd Bar. non sensit prædictam differentiam,quæ tamen est,vt dixi.

87 Ex gl.fin.habemus, † q̄ in uino mutuato duplex consideratur bonitas, intrinseca.i.sapor, & extrinseca.i.valor,& æstimatio. de prima semper habenda est ratio,de secunda non,nisi à tempore moræ.l. vnium.ff.eo.sequuntur Bar. & cōmuniter scribentes hîc. & ratio quare non habeatur respectus & consideratio æstimationis, nisi à tempore moræ, est, quia siue veniat extrinsecus, siue ab extra, id non consideratur,nisi post moram: maximè,quia contractus non debent claudicare, secundum Imol.in l.Paulus.ff.alleganda. Et valor ac æstimatio vini crescere & decrescere potest, & sic haberet se ad lu
88 crum & ad damnum; ideo ratione mutui periculi, istud non consideratur ante moram,vt hîc per Socin.& Moder.Taur. in pen.col. sed solùm ne restituatur minus respectu bonitatis intrinsecę, sed æquè bonum,vt in l.nostra,& vltra bonitatē extrinsecam & extrinsecam vini, † est etiam qualitas albi vel nigri, exempli gratia, vt insti. quibus modis re contrah. oblig. in princ. & in l.res in dotem,infrà de iur. dot. qualitas enim est in colore; vt hîc per Socin.in 3.col. licèt Bart. inaduertenter hanc qualitatem coloris pro qualitate accipiat.

89 Ex prędictis, † Bar. & alij hic inferunt ad not.& vtilem quęstionem monetę mutuo datę, & postmodum mutatę, vel reprobatæ, vtrum restitutio fieri debeat secundum antiquam formam, vel secundum nouam habita ratione augmēti, ut hic per eos. & licèt hęc materia non sit frequens in dominio Veneto,vbi rarò variantur monetæ,& non expenduntur nisi bonæ; est tamen vtilis & frequens in alijs partibus Italię, & Lombardię vbi quotidie alteratur valor, & reprobantur sępe ipsę monetę: ideo diligenter aduertendum: & pro declaratione aliqua præmittenda sunt.

90 In primis sciendum est, † monetam falsam, & adulterinam dici, eam quę non fuit facta per habentem auctoritatem à principe l.j.& 2.C.de falsa mone. Bar. in l.qui falsam.ff.de falsis. & in l.2.C. de vet. num. potest.lib.11.& Bald.in tit. Quæ sint regalia. in vsib. feud. quia cudere monetam est de regalibus,vt ibi: & notat Alex.in l.singularia, col. 5.ad fin.ff.eo.

91 Secundò est sciendum, † quòd iure communi pecunia tantùm debet valere in materia,quantum in forma, quia expensa cudendi fieri debet de publico, ut plenè dixi in l.2.C.de pact. inter.empto. & uendito. in quęst.73. quibus sic premissis, colligatis primò concluf. ex doctrina Bar. quòd quando bonitas intrinseca pecuniæ mutatur, ut quia alteratur in forma, uel in materia, alia dicitur moneta: ideo si potest de antiqua reddi debet, aliàs ęstimatio illius,quum æquè bonum, ut hic dicit Iurisconsul.restitui debeat. hęc conclusio communiter

muniter est à Doct.recepta,ut hic per.Alexand.Socin.Ias.& alios in ultimis colum. & per Bartol.in l. Paulus,colum.j.de solut.

92 † Contrarium tamen tenent Deci. hic in vltima col.& Curt.9.per d.l.Paulus,quòd mutata forma, remanente materia, nulla subsit ratio, cur debitor cogatur de antiqua moneta soluere,quum non interfit creditoris,per d. l. Paulus,vbi creditor cogitur recipere nummos alterius formæ,si non sit passurus damnum,prout non est passurus,quando remansit eadem materia. facit quod diximus suprà, quòd in hac re magis attenditur materia,quàm forma,& quod idē tunc censetur solui secundū Imol. in d.l.Paulus. Sed respond.concluf.Bar.hic intelligi,quando cū mutatione formę mutatur pondus, licèt eadē materia remanserit,ita concluf.Bar. in tel lexit hic Soc.in penul. col. id quod expressè uoluit Bar.ipse formādo quæstionē,quando cōtingit mutatio bonitatis intrinsecę ex bonitate formę,& simiter in d.l.Paulus,col.j.ibi, ita q̄ in bonitate aliqua mutatio contingit. & sic intelligit Bar. mutata forma cōtingere deteriorationem monetę,licèt remaneat materia: & per cōsequens, quādo fit leuior ac minoris ponderis,quę concluſio duobus modis limitari posset,ut hic per Mod.Taur.in vlt.char.

Secunda concluſio, quę colligitur ex dictis Bar.
93 est,† quòd si non mutatur intrinseca bonitas pecunię, sed variatur æstimatio & valor, vt in exemplo per eum dato, hoc non inspiciatur, nisi à tempore moræ,per l.vinum,cum ibi not.ff.eo.& se remittit ad dicta per eum in d.l.Paulus, col.2. vbi hoc clarius probat,ac palpabili ratione,& est receptior scriben.sententia,vt hîc per Alex.Soci.Ias.& alios Moder.Paul.de Cast.& Imol.in d.l.Paulus. Aret. in l. quod te,col.2.ff.eo.& Brunum in tract.de augmēto,fol.26.col.3.& fol.27.col.4 & fol.30. col.2.

Sed Curt.hic in 9.col. tenet contrarium: ut per eum. & fuit opin. Anto. de Butr. loco prælegato de quibus miror,quū Bar.in d.l.Paulus, col.2.hoc sine dubio dicat esse, per rationes ibi per eum assignatas.& ad motiua Anto. de Butr. respond. Aret. & eisdem modis respon. potest adductis per Curt. Ad primā rationem,q̄ esset nimis rigorosum,quia creditor damnificatus remaneret. Respond.secundum Bar.in d.l. Paulus, col.2. nihil posse debitori imputari,ex quo non est in mora,ut hac l.nostra. & l.uinum. tolerariq; id debet ob mutuum periculū lucri,& damni, arg.l.de fideicommisso.C.de transac.& l.secundum naturam,de regul.iur. vt hîc per Soci.col.pen. Aret.in d.l.quod te,col.2.& in consi. 84.in 2.dubio. Nec est verum, quòd hoc casu creditor habeat pauciores aureos,quàm dederit;quia, vt dicunt Bar. & Doct. idem restituitur in materia & forma.si ergo mutuasti mihi decem ducatos venetos tempore,quo ducatus ualebat libris octo,& si nunc minus valeat diminuta æstimatione ad libras septem, & solidos quattuordecim, restituam tamen tibi ducatos decem. Sed si mutuaueris mihi libras centum, & dederis tot ducatos, si restituam in ducatis bene restituerem pauciores, si actus fuisset valor; sed si fuerit diminutus plures,restituam. & quia hoc venit ab extra,habereq; se potest ad lucrum & damnum,toleratur,vt dictum est suprà.& hoc casu similitudo uim ad pecuniam per omnia non conuenit; quia in vino semper tantundem restituis respectu materiæ,in pecunia secus,vt in prę
94 dicto exemplo. † quę concluſio procedit etiam q̄ mutuarim tibi centū libras in tot ducatis restituendas mihi hinc ad annum, quo tēpore ducatus plus vel minus valeat,quia non teneberis mihi restituere tot ducatos, quot tibi mutuauerim, sed tot libras, dando ducatos secundum ęstimationem correntem tempore æstimationis, si debitor non sit in mora,vt per Bar.in d.l.Paulus,ad fi.cuius opin. receptior est: quicquid alibi idem Bar. dixerit. & ibi respon.Bar.ad tex.in §.mancipia.l.penul.ff.matr. per quem contrarium tenuerat, quando videlicet conuentum fuisset, quòd restitui deberent ducati sub eadem æstimatione,quum clarè tunc appareat de voluntate & mente partium. sequitur Alex. in d.§.mancipia, & latius Brunus. in d.tract. de augmen.fol.27.

Et ad l.primam infrà de contrahen.emp.respon. quòd immo ęstimatio & ualor pecuniæ non dicitur bonitas intrinseca, sed extrinseca: & in his in quibus de facili materia non potest reduci ad formam, potius consideramus materiam, quàm formam l.quæsitum.§.illud, de leg.3. secundum Bar. & Aretin.in d.l.quod te, colum.2. & Imol. in d.l. Paulus.

Et procedit dicta cōclusio, etiam quòd pecunia
95 esset penitus & in perpetuum reprobata, † seu prohibitus cursus ante moram debitoris, quia liberare tur soluendo materiam ipsam, quum soluat quod debet;quicquid dixerit Bar.in d.l.Paulus,qui prędictam concluf. & melius tenuit in d.l. quod te,vt per Alex.ibi,& hîc in 4.col.Pau.de Cast.& Imol. in d.l.Paulus,& Socin.hic col.fin.qui dicit satis esse si pecunia restituatur in bonitate intrinseca.per l.nostram.& hanc receptiorem opin. post Deci. tenuit Ripa.in d.l.quod te,col.8.quando pœna non esset imposita expendenti prædictam monetā.Sed Aret. in d.l.quod te,col.2.dicit opin. Bar. in d.l.Paulus, contrariam, communem esse,& videtur idem velle Ripa loco prealleg.latius tradit Brunus referens contrarietates Doct. in d. tract. de augmento fol.25.cum duobus sequentibus. vbi sequitur hāc opin.tanquàm magis communem & veram,quòd solui debet æstimatio antiquę monetæ, quia postquàm pecunia est reprobata, expendibilis non est, nec liberat,nec nomen pecuniæ habere meretur.d. §. qui reprobos.& l.1.C.de vet.nummis.potest.& ita in effectu subtilius ad hanc nostram legem, & ad rationem suprà alleg. quòd audiri debeat volēs antiquam soluere, quum soluat, quod debet, respon. Aret. in d.l. quod te, colum.2. dicens quòd vbi pecunia reprobatur in totum,ex quo nullus est vsus ipsius pecuniæ, non potest amplius pecunia dici,ergo non redderetur idem in genere: ideo necessario deueniri ad æstimationem, secus quando pecunia minus valet,secūdum eum.pro quo facit, quia in pecunia duo considerantur materia & æstimatio.d.l.j.de contrah.emp. vno igitur deficiente, nō restitueretur idē in genere, secus quando pecu-

nia

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia est mutata ; quia tunc sufficit soluere debitũ; & sic est differentia inter mutationẽ, & reprobationẽ pecuniæ, vt voluit ibi Bar. & clarius declarat Socin.
96 hîc. † Subiungit Bar. in d.l.Paulus, col.2. ꝙ debitor monetæ minutæ, quæ non æstimatur per glossam, non tenetur ad dictam bonitatẽ extrinsecam: etiam post moram; quia est lucrũ cessans, vt ibi per eum; de quo lucro non est habenda ratio, iuribus vulg. sequitur ibi Paul. de Cast. dicẽs Bar. subtiliter consideraſſe, & ad illius dicta sæpe recurri.

Ang. verò & Imol. ibi in solito negotiari, post morã contrarium tenent; & quòd periculum deteriorationis pecuniæ ad debitorem spectat, prout in solito negotiari, quòd habeatur ratio lucri cessantis tenuit ipse Bar. in l.3.§.fin. ff. de eo. quod certo loco. Socin. hîc in vlt. col. sequitur opin. Imol. Deci. hîc in ult. col. sequitur opi. Bar. in l. Paulus, eò quia verùm non est, quòd in solito negotiari habeatur ratio lucri cessantis, vt hîc per eum, & malè, vt dixi in tit. de senten. quę pro eo quod interest. Mod. Mediol. hic alia ratione in solito negotiari tenent cum Bar. in d.l.Paulus, eò quòd non sit verisimile id futurum, vt creditor augmentum præuideret, ideo hoc asserens, vsura vteretur.

79 Sed prędcedens opin. † contra Bar. in d.l.Paulus, receptior est, & verior, vt latè per Brunum in dicto tracta. de augmento fol.30.col.3.&4. ex cuius dictis patet solutio ad rationem Mod. Mediol. hic de non verisimili mente, seu diuinatione. immo fortius tenuit Brunus post Cano. ibi per eum allegatos, contra Bar. in d. quęstione de debitore monetæ minutæ, dicentes, ꝙ si florenus auri tot denarios valet, ita tot denarij valent florenum, cui tamen rationi satis respon. Bar. in d.l.Paulus, dum considerat monetam minutam singulariter, non in cumulo. melior est alia ratio Bruni ibidem, quòd isti, qui cudunt minutam monetam, id faciunt aliquo respectu ad grossam, & econtrariò, aliàs esset incertitudo: & pro veritate grossa & minuta correspondentiam quandam siue proportionem habere videntur, quo stante corrueret consideratio Bar.

Et per d.l. Paulus, à contrario sensu arguendo
98 † de forma ad materiã. probatur, quòd debitor pecuniæ aureæ, non possit argenteam soluere, nec aureã pro argentea, circunscripta consuetudine secundum Bar. in l.1.§.fi. de auro & argen. lega. & ita tenent Ang. Paul. & Imol. in d.l.Paulus, Io. de Platea in l.vnica. C. de collat. æris, lib.10. & Brun. in tract. prælleg. fol.23. cum sequenti, vnum enim pro alio solueretur, quod non licèt inuito creditore. l.2.§.j. suprà eo. stante verò consuetudinem in contrariũ, aliud est regulariter, vt per Paul. & Imol. in d.l.Paulus, & Brunũ loco prędalleg. & moderniores in d.§. 1. sed ꝙ argentea pecunia solui possit pro aurea, & aurea pro argẽtea de iure, ac in puncto iuris tenet hic Curt. pluribus argumentis, quę opin. est aliena à veritate per prędalleg. quũ enim materię sint diuersę vnũ pro alio inuito creditore solui non potest.

Non obst. alleg. per eum. nam, l. nummis, loquitur de nummis eiusdem qualitatis, puta de ducatis aut scutis Venetis, vel de scutis Regis à sole, in quibus non est, nec esse debet affectio ad hos magis, quàm ad alios, quùm recipiant functionem in genere suo, secus in diuersis generibus pecuniarum, quę diuersitatem manifestam præseferunt.

Ad l. primam de contrahen. emp. patet solutio ex dictis Aretini in d.l. quod te, col.2. cum alijs, de quibus suprà. lex si quis argentum, nihil facit ad pecuniam numeratã, & iam formatam, & gl. ibi contrarium tenet, consuetudine cessante. Ad l. quę extrinsecus, quæ vrgere magis videbatur, respon. vt ibi per Ias. Ad vltimum, quòd non possit reddi ratio diuersitatis &c. respondetur, maiorem esse diuersitatem materiæ, quàm formæ & qualitatis. d.l. quæ extrinsecus, cum not. ex quo enim materia de facili reduci potest ad eandem formam, reputatur idem. l. quæsitum. §. illud, de leg.3. not. Imol. in d.l. Paulus. ideo nimirũ, si in eadem materia, licèt forma diuersa sit, posset restitutio fieri: secus quando materia esset diuersa, ac etiam forma, vt in proposito nostro, vt per Io. de Platea loco suprà alleg.

Decidit etiam Paul. de Cast. in d.l. Paulus, fre-
99 quẽtem quęstionem, † si quis debeat alteri decem libras, vel florenos, de qua moneta possit soluere: & determinat quòd de mediocri; per l. legato generaliter, de leg.1. nisi ex coniectura rei minimæ emptæ, personęq; vendentis aliud pręsumeretur, vt per Brunum loco prælleg. fol.24.col.3.

100 Postremò Bar. format not. quæstionẽ † de scholare ex studio reuerso, cui Abbas Sancti Petri fundum dedit, vt fructus haberet, nunquid si compertus fuerit imperitus & ignoras, possit datũ repeti: concludens in dubio actum censeri, & factam donationem, vt aduocatus eum in causis suis adiuuaret. Ideo si propter imperitiam id facere nequeat, reuocari posse datum, nisi subesset consanguinitas, vel præcessisset benemerita: quia tunc potius propter consanguinitatem, vel benemerita, quàm ob præstationem patrocinij censebitur facta donatio: ideo non reuocaretur, vt per eum. Circa cuius dicta aduertendum est: nam in ecclesia & monasterio decisio procedit, vel quia, non potuit iuridicè prælatus res ecclesiæ inutiliter dare, vel restituitur in integrum. c.1. de resti. in integ. Aret. verò hîc dicit, quòd datio ista, quæ fit à prelato, vel à minore, vel ab alia persona, quę donare non potest, intelligitur facta ob causam, vt actus potius valeat, quàm pereat: ex quo causa propter qualitatem personæ potest subesse. argumento notatorum per Bar. in auctẽ. vnde si parens, per eum alleg. ideo non esse opus dicere, Ecclesiam tanquàm lesam posse petere restitutionem in integrum, quia ex quo donatio
101 videtur ob causam facta, † causa non impleta, resoluetur. c. verùm, cum not. de cond. appos. & sequi videntur hic Socin. & Deci.

Obstare tamẽ videtur, quod hic dicit Alex. quia requiritur solemnitas capituli, c. sine exceptione, duodecima quęstione. 2. sine qua non valeret datio. alij Moder. Papien. Taur. Mediol. & Deci. in 3. lect. dicunt Bar. loqui cum grano salis, non de donatione fundi Ecclesię: quam non posset facere Abbas, sed de concessione fructuum fundi. prę-
102 latus enim administrationem habens, fructus † donare potest, vita sua durante, vt per Alex. in l. diuortio,

uortio, col. 2. sol. matrim. & Felin. in c. postulasti, col. 9. de rescript. ubi ponunt quomodo licitum sit prælato inferiori aliqua dare consanguineis suis pro sustentatione.

Sed tunc aduertendum est, quia obstare uidetur, quod dicemus infrà in priuato, quem doctores negant posse repetere concessionem hanc, per. l. si repetendi. C. de condi. ob caus. ueritas ergo pendere uidetur ab eo, quod in illo articulo statim dicetur.

In priuato igitur uel in non priuilegiato, qui
103 concessisset fructus, fundum, uel quid aliud † ob patrocinium, si de hoc constat, detecta imperitia aduocati reuocari potest concessio, ut hîc per Alexan. Ias. Socin & alios. ex causa enim superuenienti, & de nouo apparenti approbatus reprobari potest. l. sed reprobari, in principio de excus. tuto. cum alleg. hîc per præfatos, & plenè per Felin. in c. j. col. fi. de magistr. faciunt quæ scribit Deci. in cõs. 177. Sed si ex coniecturis uel præcedẽtibus aut sequentibus non appareret de patrocinio tacitè fuisse cogitatum, maior esset difficultas, de mente Bar. hîc est, quòd possit repeti, quasi datum propter ad uocationem: & uidentur. sequi multi hîc, alij quasi communiter uidentur tenere contrarium, quòd non sit locus repetitioni, per d. l. si repetendi, ut hic per Alex. Aret. Socin. & Ias. quia quum ista concessio fiat ab eo, qui potest donare simpliciter & sine causa, præsumitur facta, ut sit simplex donatio; ex quo non est appositum tempus uel conditio. l. j. infrà de donat. & alleg. per Bar. loqui in ultimis uoluntatibus, sed defendi potest Bar. ut hic per Deci. in ultima lectura.

104 Et dum Bar. limitat, † quod dictũ est de scholari, nisi esset consanguineus Abbatis, quia uidetur tunc potius facta concessio respectu consanguinitatis quàm patrocinij præstandi. pro Bart. Deci. allegat tex. in l. tutor. in §. quæ tutoribus, infrà de excus. tuto. de quo tex. uide plura per eundem Deci. in consi. 120. col. 2. & cons. 192. etiam colum. 2. & pulchrè Ias. in l. si tibi, in §. si pactus, col. 2. ff. de pact.

105 Vltimò iuxta prædicta quæro, † si scolaris, qui accepit usufructum fundi ab aliquo, ut præstaret sibi patrocinium in causis suis, nolit id facere in aliqua causa, an priuabitur toto usufructu fundi? uidetur quòd sic, per tex. not. in l. etiam si partis, de leg. j. ubi tutor, cui aliquid relictum fuerat, etiam si respectu partis bonorum se excusauerit, Italicarum puta, uel Prouincialium rerum, totum perdit, quod testamento datum ei fuerat. Intelligo, nisi iusta causa subesset, quare dictus scholaris nolit patrocinari in dicta causa; quia fortè est contra coniunctos suos, tunc enim non teneretur. Barb. in cons. 32. col. 2. lib. 4. Alex. & alii in. l. frater à fratre, infrà de condi. indeb. uel nisi promisisset duobus in genere, & contingeret eos ad inuicem contendere ac litigare, non teneretur susc ipere partes aduocati pro secundo contra illum, cui primo promisit, vt per Alex. in cons. 118. col. pen. uol. 5.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Summaria Bar. quare communiter sint defectiua.*
2 *Lex ista concordat cum lege, Si ex legati causa, quamuis illa sit magis ornatè compositа.*
3 *Casus positio ac figuratio.*
4 *Rationes dubitandi, & dicendi. & nu. sequentibus.*
6 *Euidentialia plurimùm utilia sunt.*
7 *Mora quomodo diffiniri seu describi debeat. & nu. seq.*
7 *Mora contrahitur omittendo, non committendo.*
9 *Regulæ duæ colliguntur ex principio istius legis.*
10 *Interitus speciei debitæ post moram extinctæ spectat ad debitorem. & nu. seq.*
11 *Perpetuatio obligationis contra morosum effectus multos habet.*
12 *Species extincta post moram debitoris odio ipsius fingitur extare.*
13 *Species extincta post moram an, quomodo, & qualiter possit in sententia uenire. & nu. seq.*
Sententia an possit nullè ferri ad præstãdum rem peremptam post moram. ibidem cum sequentibus.
14 *Executio sententiæ condemnatoriæ ad speciem extinctã, fit in æstimatione summariè & sine noua sententia.*
15 *Sententia continens præceptum impossibile, quomodo & quando dicenda sit nullius momenti esse.*
Tex. l. fin. ff. quæ sententia sine appell. rescind. & tex. l. 3. ff. de confes. declarantur. ibidem.
17 *Sententia iudicis aditi super specie post morã debitoris peremptа, qualis esse debeat. & nu. seq.*
Æstimatio rei debitæ post moram, an & quomodo peti possit. ibidem cum seq.
20 *Æstimatio rei peremptæ peti potest in obligationibus tradendi, non autem in obligationibus dandi.*
21 *Æstimatio rei peremptæ post moram an et quando fiat per iuramentum actoris. & nu. seq.*
23 *Perempta re post moram, intra tempora tamẽ purgandi ipsam moram, cuius sit detrimentum.*
24 *Fideiussor de præsentando aliquem iudici uel curiæ loci totiens quotiens fuerit requisitus, an liberetur per incarcerationem rei.*
25 *Debitor existens intra tempora purgandi moram, non excusatur à detrimento interitus rei, nec liberatur à pœna soluendo interim æstimationem rei. et nu. seq.*
26 *Mora quamuis possit resolui, ante tamen quàm resoluatur, dicitur quis esse in mora.*
Venditio resolubilis ante resolutionem factam habetur pro pura. ibid.
Tex. cum glos. l. ij. de in diem addic. declaratur. ibid.
27 *Perempta specie post moram culpa creditoris, periculum est ipsius creditoris.*
28 *Perempta specie ante moram liberatur debitor, & ibi assignatur ratio cũ ampliationibus et limitatiõibus.*
30 *Custodiã debens, non liberatur probata morte, nisi probauerit causam, culpã abesse, & identitatẽ rei extinctæ, ut in argentario, caprario, & custode carceris.*
31 *Mora non incurritur, nisi pluribus concurrentibus.*
32 *Interpellatio hic præsupponitur interuenisse tanquàm necessarium antecedens.*
33 *Mora, quæ incurritur ex interpellatione dici, non exigit scientiam, quamus detur postmodum restitutio in integrum ex iusta causa ignorantiæ.*

34 Interpel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

34 *Interpellatio quæ fit per diem expressam fortius operatur, quàm illa quæ fit per hominem.*
35 *Occidens uel manumittẽs seruum debitum, tenetur de interitu, etiam si ignorauerit se debitorem esse.*
36 *Dolo desinens possidere, aut faciens quominus possideret, habetur pro possidente: & quid si culpa id contigerit. & nu. sequenti.*
38 *Culpa leui desinens possidere an & quando teneatur de casu, & de interitu. & num. seq.*
40 *Tex §. de illo. l. si seruum, de uerb. obl. declaratur.*
41 *Paria sunt scire, uel scire debere; scire & de facili scire posse: habere, & habere debere: rem non extare, & cum magna difficultate posse haberi.*
42 *Causa iusta uel iniusta an, quomodo, & quando excuset à mora, & pœna. & nu. seq.*
43 *Debitor qualitatis respectu certæ speciei, & debitor quantitatis simpliciter an & quãdo liberentur specie ipsa, uel quantitate perempta. & nu. seq.*
45 *Tex. l. si in naue Saufeli. ff loca. declaratur. & nu. seq.*
47 *Tex. l. uir uxori, de dote præleg. quomodo intelligatur & procedat. & nu. seq.*
48 *Æstimatio rei peremptæ potest de præsenti fieri per testes, uel æstimatores, qui habuerunt notitiam ipsius rei ante peremptionem.*
51 *Debitor quantitatis non liberatur re perempta, quãdo precium rei peremptæ est penès ipsum.*
52 *Debitor quantitatis respectu certæ speciei, quando liberetur perempta ipsa specie, & nu. seq.*
54 *Debitor quãtitatis simpliciter cur nõ liberetur perempta illa quantitate ante moram. & nu. sequ.*
55 *Lex incendium. C. si cer. pe. declaratur, & ornatur.*
56 *Debitor quãtitatis perempta quãtitate sæpenumero liberatur. & nu. seq. et quare tunc potius liberetur ope exceptionis, quàm ipso iure, declaratur ibidem.*
58 *Oblatio uerbalis an & quando liberet ab interitu, uel à debito. & nu. sequ.*
Tex. l. fortissimi, & l. nulli. C. de erog. milit. anno. declaratur. ibidem.
61 *Quantitas quæ in obligationem deducitur, quando circumscribitur loco, iudicatur, ut species. & certum corpus.*
63 *Pecunia reprobata per statutum loci an & quãdo liberetur debitor à præstatione formali aut materiali; & quando teneatur solutionem facere de moneta noua ad æstimationem antiquæ. & num. sequ.*
65 *Monetæ uariatio extrinseca ante moram debitoris cõtingens, non cedit damno debitoris, secus si cõtingat post moram.*
66 *Tex. l. mortuo boue de lega. 2. declaratur. & nu. seq.*
Mortuo boue debito an & quãdo liberatus sit debitor, à pelle, carne, & cornibus. ibidem.
68 *Genus generalissimum, & genus subalternũ, quæ appellẽtur per Bar. & quando debitor in prædictis liberetur per interitum generis. & nu. seq.*
71 *Debitor speciei an & quando liberetur perẽpta ipsa specie. & nu. seq.*
72 *Tex. cum glo. §. culpæ. l. si merces, locati, exornatur.*
Damnum datum in re conducta an præsumatur illatũ per inimicos locatoris, & conductoris. ibidem.
73 *Interitus speciei debitæ post morã debitoris cõtingens an spectet indistinctè ad ipsum debitorẽ, uel distinguẽdum sit, utrũ res fuisset eodem modo peritura penès creditorem, ut periit penès debitorem. & nu. seq.*
75 *Attestationibus publicatis constituitur debitor in mala fide, & uera mora, & periculũ interitus rei pertinet ad eum indistinctè.*
76 *Debitor in delictis post moram tenetur de interitu indistinctè.*
77 *Debitor ex contractu uel quasi an teneatur indistinctè post moram de interitu, & an inspecta æquitate in foro conscientiæ. & num. sequenti. usq; ad nu. 86.*
Tex. §. fi. l. si plures. ff. depos. plenè & nouiter declaratur. ibidem.
80 *Maritus, qui uxori suæ infirmæ non adhibuit medicũ, an & quando excusetur, dotemq; lucretur ea mortua, quam aliàs lucrabatur ex forma statuti.*
82 *Rem fuisse eodem modo peritura penès creditorẽ sicuti periit penès debitorem, quo scirì, probariq; possit.*
83 *Chasma quid sit.*
84 *Interitus rei chasmate uel naturaliter cõtingens, an iudicentur à pari, & nu. seq.*
87 *Interpellatio requiritur ad constituendum debitorẽ in mora, & quare: & an statim, uel cum temperamento temporis id faciat. & num. sequenti.*
88 *Creditor non debet uenire cum sacco paratus.*
Tex. l. quod dicimus ff. de solu. declaratur. ibid.
89 *Interpellatio, quæ fit per appositionẽ diei, magis & fortius operatur, quã illa, quæ fit expressè per omnia. & nu. seq. ubi assignatur ratio.*
93 *Mora irregularis incurritur, absq; interpellatione hominis, & an faciat teneri de interitu speciei. & nu. sequentib.*
94 *Iuramentum an obliget præcisè, & constituat in mora absque interpellatione.*
96 *Promittens se facturum & curaturum quòd alius faciet, an cõstituatur in mora non faciendo absque interpellatione.*
99 *Medium tenendum est per lectores, ita quòd non sint nimis breues, nec nimis prolixi.*
99 *Difficultas an & quando excuset debitorem à mora, quando in obligatione est factum, quando species, & quando quantitas. & nu. seq.*
103 *Tutorem non petens pupillo dari intra annum, non succedit eidem postmodum defuncto.*
104 *Impeditus facere quod promisit, et si excusetur à mora, & à pœna, nõ tamẽ põt agere ad mercedẽ sibi promissã, quãdo impedimẽtũ superuenit in persona sua.*
Tex. §. illud. l. continuus, de uerb. obl. ornatur & declaratur ibid. cum seq. numeris.
107 *Difficultas præstationis speciei debitæ ad hoc ut excuset à mora, qualis esse debeat.*
108 *Tex. l. fi. ff. de actì. empti, declaratur.*
111 *Tex. l. Thais. §. 1. ff. de fideicom. liber. declaratur.*
114 *Interpellatio ad constituendum quem in mora quo & qualiter fieri debeat in practica. & nu. seq.*
116 *Ignorare limitationes à regulis iuris, an sit lata culpa. & nu. sequ.*
118 *Bar. ad practicã in quantũ potuit articulos deduxit.*
119 *Libellans ad speciem, quæ probata fuit extincta, utrum teneatur probare illam esse peremptam post morã, si uult obtinere uictoriam. & nu. seq.*
122 *Possessio rei, quæ probatur semel fuisse penès aliquẽ, an præsumatur penès illum continuata.*
123 *Occidens uel manumittens seruum debitum tenetur ad æstimationem etiam, quòd ignorauerit se illum debere. & nu. seq.*
125 *Tex. istius legis Quod te, in fine, intelligitur quando species debita desiit posse præstari, aliter quàm per mortem, aut manumissionem.*
126 *Specie debita non apparente, si ignoretur ubi sit, quomodo & qualiter obligetur debitor. & nu. seq.*
128 *Capones obligatus dare, tenetur uiuos tradere. & quid de alijs animalibus. & nu. seq.*
Animalia debita an & quando tradenda sint uiua. ibidem cum seq. nu.

In l. Quod te. ff. si cer. pe.

AVDATVR solemnis, & utilis lex ista per Bar. & scribentes propter frequentem, & quotidianam materiã morę hîc à Doc. tractatam: ideo Sali. bis eam se repetisse ait.

Quamuis Deci. more suo, & pleriq; alij. Moder. transeant cum summario, & diuisione Bar. tamen quia summarium Bar. ut etiam dicunt Doct. est de defectiuum, non complectens totam legem, summate, ut hîc per Pau. Alex. & Ias. Sunt autem omnia ferè summaria Bar. defectiua, † quia (ut puto) 1 intentio Barto. fuit, summare solùm, quod in lege principaliter dicitur.

Diuiditur in duas partes, ut hic per Paul. & Ias. aliqui figurant casum nimis restringendo tex. ad petitionem iudicialem cum interpositione stipulationis, quũ pp sui generalitatem intelligi possit ẽt de interpellatione extraiudiciali, & tàm hominis, quàm tẽporis, quod interpellat pro homine l. magnã. C. de cõtrah. & cõmit. stipul. & similiter quando debitor speciem promissam occidisset. l. si ex legati causa. ĵ. de uer. ob. quę est creatura Pomponij 2 prout nostra, † cum qua illa concordat, & si illa ornatè magis composita sit.

Casus igitur ita põt fingi † quũ ex legati cã, uel ex stipulatione, aliave causa Stichũ (exempli gratia) 3 mihi deberes, qui post morã tuã intradendo illum cõmissam perijsset: quę situ fuit à Iurisc on. cui spectaret periculũ interitus. Et respondetur ad debitorẽ, si post morã interierit. instat adhuc iuuenis, Declaratis præcor Domine iurisconsulte quo, & qualiter cõtrahatur dicta mora. Et respondet, contrahi & cõmitti, si uc per debitorẽ factum sit, quominus daret, quod debebat, qñ rem debitã potuit tradere, & non tradidit, uel dolo fecit, quominus posset, & sciuit, uel scire debuit se ad id teneri.

Rõ dubitandi assignari põt, † quia p interitum 4 speciei debitæ uidebatur liberatus debitor. l. Titiæ, in fi. de leg. ĵ. d. l. si ex legati cã. l. illud. s̃. de pe. here. l. itẽ si uerberatũ. §. fi. cũ. l. seq. s̃. de rei uen. & §. dãna. l. cũ duobus. ĵ. pro socio. & per cõsequens detrimentum uidebatur creditoris, non debitoris 5 esse. Ratio decidendi oppos. est, † propter moram debitoris, quę facit illũ de interitu teneri; quũ odio eius, ut. ĵ. dicã, censeatur uiuere. Et quemadmodũ dicitur hic in principio legis, p morosum factũ sit, quominus daret, aut traderet: ideo mora sua debet esse sibi nociua, ut hic, & in iuribus. ĵ. allegandis.

Non obs. ratio dubitandi, quia procedit, qñ debitor nõ fuit in mora; tunc. n. p eũ nihil factũ intelligitur quominus daret, ideo casus sibi obesse non debet. l. si ex legati cã. l. Titię. in fi. præall. & hîc.

Quia euidentialia plurimùm cõferunt ad lectionem propositam. l. j. s̃. de orig. iu. l. fi. de hær. instit. pro declaratione, & intelligentia materiæ, & ĵ. dicendorum, † præmittendum est, ꝙ mora, de qua 6 hîc tractatur, est terminus ęquiuocus, & multis modis accipitur, quemadmodum iudicium, ut hîc per Sali. Soci. Ias. Deci. & alios. In proposito nostro quædam est mora uitiosa, & culposa, quædam nõ. l. illud. & l. item uerberatum. §. fin. s̃. alleg. quædam hominis, quędam temporis, quod pro homine interpellat, ut. s̃. dixi. Item alia regularis, alia irregularis, ut. s̃. uidebimus.

Et quia huius rei difficilis est diminutio, ut dicit tex. in l. mora. ĵ. de usur. † quamuis gl. illã tentauerit ibi ponere, describemus eã cũ Alb. de rosa. 7 in dictionario in uerbo Mora. Deci. & Ripa hic, & prius Alex. in 4. col. in uers. Dicit ẽt Sali. ubi ait, ꝙ est delictum culpabile in debito soluendo, uel reciendo commissum. Hæc descriptio probatur hic, in d. l. mora, & in l. qui decem. s̃. de solu.

Nec obst. quòd alternatiuè tradatur, quia in descriptione id uitio non adscribitur. l. j. de pac. l. 5. §. stipulatio. ĵ. de uerb. oblig. rationem posui in l. omnis diffinitio. ĵ. de reg. iur.

Ex prædictis infero, † quòd mora contrahitur 8 omittendo, non autem committendo, ut per Comens. & Aquęs. in d. l. si ex legati causa. col. j. & Deci. ĵ. ad finem 4. colum.

Ex principio istius legis secundum ferè omnes Mod. duæ colliguntur regulæ. prima est expressa, 9 † secunda tacita, & à contrario sensu. Prima est, quòd perempta specie post moram, periculum interitus, & detrimentum rei ad debitorem spectat. Secunda tacitè insurgẽs, quòd perempta specie ante morã debitoris, liberetur ipse debitor, nec eius sit detrimentum.

Prima regula hic per Pomponium expressè tra- 10 dita, † quòd periculum interitus, & damnũ ac detrimentũ speciei post moram extinctæ ad debitorem spectet, probatur etiam in l. cum res. in §. pen. & fin. de leg. j. in l. si ex legati causa, & in l. nemo rẽ suam, ubi glo. & Docto. not. & alios concordantes citant. ĵ. de uerb. oblig.

Ratio regulę, & conclusionis est, propter odium morosi, cui sua mora semper nocere debet; ut hic & ibi. & in l. hominem. ĵ. mand. in l. locum. in §. cõdemnatio. ĩ. de tabu. exhib. in l. in condemnatione, in §. unicuique. ĵ. de reg. iur. in c. mora. de reg. iur. in 6. Propterea contra morosum perpetuatur obligatio d. l. si seruum. §. sequitur. infrà de uerb. 11 obli. † Cuius rei effectus est, quia adhuc homo ille peti potest, accepto ferri fideiussor, eiusdem obligationis nomine accipi ac nouari. §. fi. d. l. si seruum. quę omnia cauſantur propter moram, & culpã debitoris morosi, ut ibi omnes scrib. notant. † Species ergo post moram debitoris extincta, odio, & 12 culpa illius fingitur extare. d. §. fi. & d. l. nemo, ibi, perinde ac si homo uiueret: ut etiam ibidem notant

Universidad de Deusto
Biblioteca

tant Doct,propterea sequuntur effectus prædicti, ut dicit tex.in d.§.fi.

13 Sed instat pulchra, & no.difficultas † utrum in sententia uenire possit, & iudex super hoc aditus, possit condemnare conuentum ad præstandũ rem illam? Videbatur quòd non,quia si species illa per empta sit, impossibile est per rerum naturã quòd detur,uel tradatur.l. cum res.§.aream.ff.de solu.ergo sententia,quę hoc diceret,& uellet, impossibile contineret; sicque nullius esset momenti, & sine causa ab illa appellaretur.l.fi.ff.quæ sen. sine appe. rescin.l.impossibilium.ff.de reg. iur.l.3.ff.de confess.ibi,ita tamen,ut in æstimatione damnetur: ergo non in re,quę non extat,& quę aliud est ab æstimatione,ut.ff.dicam.& ita tenuerunt Bart. in l.stipulationes non diuiduntur,in 6.q.ff.de uer.oblig. in d.l.fi.& in l.3.præall.Imo.in d.§.fi.dicens,specie post moram perempta,meliorem esse practicã narrare speciem debitam extinctam esse post moram, & illam petere; concludendo ac requirendo condemnari conuentum in æstimatione, per d.l.3.& secundum hanc opi.dicit se iudicasse,& confirmatam fuisse sententiam in causa appellationis, Matt. de Affli.in decis.Regni.347.

Glo,tamen no.in d.l.fi.contrarium tenuit,q̃ peti possit simpliciter res ipsa, & ad illam præstãdam fieri condemnatio per iudicem, executionem tamẽ faciendam esse in æstimatione, ex quo illam impossibile est fieri in re perempta: sed fiet in precio, &
14 æstimatione, quæ loco rei succedit l.uinum.ff.eo.† Quàm opi.secuti sunt Spe.Bar.Ang.& Pau.de Ca. in d.§.fi.& idem Pau.in l.fi.in l.si ex legati causa,& in d.l.uinum,præall.Quæ quidem executio in æstimatione sine noua sententia summariè fiet, ne ex lite oriantur lites: ita Bar.in d.l.uinum, in fine ubi Mod.Taur.col.pe.cum alijs,quę in simili adduxi in l.unica.C.de sen.quæ pro eo.

Et hæc opin.uerior uidetur, quia quum odio, morosi, & propter illius culpam res fingatur extare,& contra illum (ut dixi) perpetuetur obligatio, & propterea possit peti uenire in stipulationem,& constitutum,ac nouari.d.§.fi.quare non dicamus similiter sententiam posse uenire? Secundò, quia sententia debet esse conformis libello, & petitioni.l.ut fundus, suprà comm.diuid.c.licèt Hely. de Simon. lege permittente dicta res perempta peti potuit, ergo & ad illam præstandam fieri condemnatio per iudicem.

Nec obst. quòd sententia continens impossibi
15 le præceptum,nullius sit momenti. † quia respon. quòd ex quo species perempta odio morosi extare fingitur, sententia non censetur continere impossibilitatem aliquam,ut per Pau.de Cast. in §.fi.& in l.fin.præalleg.tamen per rerum naturam impossibile est executionem fieri in re perempta,quum de priuatione ad habitum non detur regressus. & prę dicta impossibilitas non respiciat sententiam, sed præstationem rei, & executionem, ne mora debitoris morosi proficua sit, inductum, & prouisum fuit,ut ipsa executio fiat in æstimatione,quę locum rei succedit,& nihil repugnat.

16 Ad l.3. de confess. respon. † quòd licet petitio modo ibi posito dari,& concipi possit, aliter tamẽ potest etiam fieri,& duplex,immo triplex, ut.ff.dicam. esse poterit modus libellandi, & sententiandi
17 in hac materia,† q̃ purè,& simpliciter res promissa quamuis perempta post moram debitoris petatur,& ad illam per iudicem fiet condemnatio, uel etiam ad æstimationem,si iudici uisum fuerit,quã quàm in libello non fuisset æstimatio petita,ut per Are.in d.§.fi.col.j.& Mod.Tau.in d.l.uinum, col. antepe.aut actor rem petat, ita ut consequatur æstimationem in eave fiat condemnatio, quum culpa debitoris morosi res præstari nequeat d.l.3. & ad euitandum opi.hominum seruа hanc secundã practicam,quàm gl.d.l.fi.Ang. & Imo. in d.§.fi.tutiorem esse dixerunt: quod uerum est euitandum saltem fastidia, quamuis (ut dixi) etiam alia practica non sit aliena à iure. Si uerò in principio æstimationem ipsam directò peterem,malè facerem; quum
18 non sit in obligatione,† ut per Pau.de Cast.in d.§. fin.& aliud sit à re,ut dixi: & tradit Soci.in l.2.§.j. col.2.ff.eo.ti.Sed aliter.ff.dicam.

Procederet tamen libellus in quo peterem rem, uel æstimationem,aut rem,& æstimationem, quia, ut saluetur libellus,intelligitur q̃s petere id, quod de iure debet: & sic rem principaliter,& æstimationem deduxisse in facultate soluendi, uel in condẽ-
19 natione,† ut post Specu.& Bal.declarat no.Are.in d.§.fi.col.2.sed quòd possit directò peti æstimatio in libello tenent.Bar.Ang.Imo.& Are.in l.cum seruus, de lega.j.per d.l.cum res,in §.j.cui tamen Iaſ. ibi bene respond.

20 Et procedunt prædicta † in obligationibus dandi,sed in obligationibus tradendi, perempta re debita,peti debet æstimatio: aut si incertus sit actor, petenda est res,si extet,aliàs æstimatio. ita declarat Bar.in d.l.stipulationes non diuiduntur,in 6. quæstione principali,quem ibi sequũtur Doct. & Cur. ff.in penul.col.

21 Et aliud in materia no.dignum est,† quòd dicta æstimatio rei peremptæ fit iuramento actoris, secundũ Imo.in d.§.fi.col.j.per tex.l.in actionibus, in §.fin.ff.de in litem iuran.ubi,si promissor Stichi moram fecerit,& Stichus decesserit, quia sine religione iurisiurandi iudex rem quæ non extat æstimare nequit,in litem iurandum est. Quod nõ procedit ita simpliciter,& absolutè,sed solùm concurrẽte difficultate probationis,& dolo aduersarij circa peremptionem speciei,ut post Bar. & alios scribit Deci.in d.l.in actionibus,col.fin.

22 Ampliatur prædicta regula, † ut procedat etiam re perempta intra tempora purgãdi moram, per l. sancimus.ad fi.C.de fideius. ubi Bar. & alij notãt. & illum tex.singularem exclamãt Pau. Iaſ.& Mod.
23 hic ut per Cur.in j.col. † cuius quidẽ legis beneficio renũciari posset,quũ in fauorem fideiussorũ sit introductũ.argumento.pe.C.de pac. cum sim.

24 No. tamen, † quòd fideiussor de præsentando aliquem iudici,uel curiæ loci toties quoties fuerit requisitus,ut communiter fit, ab onere fideiussionis liberatur per incarcerationem rei; quamuis postmodum fugam arripuerit, ut per Matth. de Afflic.in decisione regni.120.

Subiun-

Subiungit tamen hîc Paul. de Cast.q̃ licèt debitor existens intra tempora purgandi moram, non
25 excusetur ab interitu, soluendo tamen interim æstimationẽ † ab omni pœna liberaretur, per tex.in l. cũ res,in versi.Sed si Stichus,de leg.j.ibi,vel mortui pretium.sequuntur Iaſ.hîc col.j.& Mod.Taur.7.

Sed uidetur tex. ad oppos.in §.sequitur,d.l.si seruum,ubi re perempta,nõ est purgabilis mora, etiã respectu pœnę euitandæ, ut tenet ibi Paul.de Cast. & tex.d.versi.Sed si Stichus,nihil facit,quia ibi hæres nõ erat in mora,ut per Alex. in l.si insulam,col. penul.de verb.oblig. ubi fędere distinctionis concordando postmodum opin. dicit: aut debitor facultatem purgandi moram sibi abstulit facto proprio, ut quia speciẽ debitã peremit,uel Stichũ promissum,aut legatum occidit,hoc modo faciẽdo,ne præstari posset: & procedat hæc secunda opin. per tex.in d.§.sequitur.quasi lex tunc contra eum rigorosè procedẽs faciat interpretationem, aliàs autem procedat opi.Bar.ibi, & Paul.de Cast.hic,& sequũtur simpliciter hic Mod. Taur.col.7. & sapit æquitatem. faciunt quę hic in 3. col. scribit Ripa.

Sed ad oppos. uidetur tex. in præalleg. l. sancimus, in fine, ubi à pœna iam cõmissa nõ excusatur
26 fideiussor ille de præsentando, licèt esset intra tempora purgandi moram,† quia hoc non tollit morã: & si.n.mora resolui potuisset, attamen ante resolutionẽ ille dicitur esse in mora. tex.est cũ gl.not.in l. 2.ff. de in diẽ addic. ubi uenditio de præsenti dicitur pura,|& non attenditur,quòd in futurũ resolui possit,ut per illũ tex.cum gl.tradunt Socin.in l.pecuniam.ff.eo.& in l.quibus diebus,§.quidã Titio, col.fin.infrà de cond.& demonst.Matth.de Afflic. in tract. prothomis.in §.Licèt autem,versi. Prętera dicebar.char.pen.& Aquens.in l.Gallus,in §.uidendum,de lib.& posth.& Deci.in l.is damnum, in §.
27 si pendeat.ff.de reg.iur.& in consil.313.col.fina.

Limitatur prędicta regula, † nisi facto,uel culpa creditoris species perempta sit,l.legis ff.ad l.aquil. de quo uidete Iaſ.& Are.plenè in l.si Stichus certo, ff.de verb. oblig.immo debitor quantitatis liberatur,quando quantitas periret culpa creditoris.l.situe hęreditaria.de neg.gest.tradit Are. in l.si certos, de verb. oblig.

Ex prædictis inferri posset ad not. quæstionem, ut hic per Curt.col.prima.

Limitatur multipliciter prędicta conclusio, dicam loco suo cum gl. & Bar.
28 Secunda regula est, † q̃ extincta specie ante moram debitoris,liberatur debitor, ut hic in sensu opposito: & probatur clarè in l.si ex legati causa.in l. si Stichus certo. in l. cum filius fam. in prin.& fin. in l.si homo mortuus,in §.j.l. nemo rem suam, in l.si seruum Stichum,de verbo.oblig.l.Titiæ textores,in fi.& l.cũ res. §.fi.cũ simil.de leg.j. Ratio est secundũ Fulg.Iaſ.& alios hîc,Iaſ.& cęteros in d.l.si ex legati causa.quia res deuenit ad eũ casum,à quo incipere nõ posset propter præstationis impossibilitatẽ: ideo nimirũ si extinguitur obligatio. l. pluribus,§.j.ff.de verb.oblig.cũ alijs per præfatos alleg.

Vel clarius dici potest, liberari debitorẽ, quum nihil per eum factum sit,nec per eũ stet quominus præstaret; vt dicit tex.in d.l.Titię,in fi.& in l.is,qui ex stipulatu,infrà de acti.& obliga. igitur sine causa & culpa pœnam pati non debet.c.2. de constit.

29 Quæ conclusio ampliatur multis modis,† vt per Iaſ.& alios.in d.l.si ex legati causa, & hîc p omnes Moder.Et ultra ampliatur,vt etiam à pœna eius rei liberatio contingat.tex.est not.in d.l.si homo mortuus. facit tex.in l.cũ principalis,de regul.iur. cum similibus, secus post moram, etiã quòd esset intra tempora illam purgandi.l. sancimus, circa finem. C.de fideiuss. de quo suprà dictum fuit.

30 Et quamuis † obligato ad speciem simpliciter, sufficiat probare interitum illius ad liberationem consequendam, secus tamen est in eo, qui ratione officij ad custodiam rei tenetur; prout in notario,argẽtario, caprario,custode carceris & alijs,qui ad custodiam tenentur;quia casum,culpam abesse, idẽitatemq̃ rei extinctæ probare debẽt, aliàs non liberantur; vt per Glos. & scriben.in l.cum ita legatur, in §. species,de leg.2. Ancha.in consil.316. col.2.& 340.Alex.cons.118.col.fi.lib.1.53.& 48. col.2.lib.2.Are.in consi.120.Corn.consi.138.vol. 1.& 28.lib.3. Dec.& Mod.hîc Deci.in consi.473. & Bauer.in trac.de virt.iur.casu 53.

Limitatur prędicta regula multipliciter per prędictos Moder. tangemus aliqua.ff.loco suo.

Secundò noto ex tex.ibi, an per te factũ sit, &c.
31 duo requisita ad incurrendum moram,† quòd debitor habuerit rei præstandę facultatem, vel dolo fecerit quominus illam haberet; secundum quod sciuerit, aut scire & intelligere debuerit ad id se teneri; de quibus uidebimus ff. Tertiũ est etiam requisitum,quòd debitum sit purum, nõ conditionale,aut in diem, vt etiã probatur in prin. legis nostrę,& in fine,in verbo oportet; vt hîc p Soc.Quartò requiritur q̃ præcesserit interpellatio:de quo latius dicam infrà. quæ quidẽ interpellatio hic præ-
32 supponitur† tanquàm necessarium antecedens,secundum Bar. & Deci.facit vulg.regula.l.qui testamento.ff. de testa. q̃ vbi in lege dubitatur de vno, præsupponitur habilitas omni alio respectu;de qua plura dixi in l. vinum.infrà eod.

33 Limitat Iaſ. hunc tex. † dum requirit scientiam ad incurrendũ moram,vt procedat in mora incurrẽda p interpellationẽ hominis,secus in mora,quę inducitur & causatur p lapsum diei,& temporis,in qua cõstituitur etiã ignorãs.l.ad diẽ, hic p Iaſ.alleg. & mortuo promissore ante diem cõmittitur pœna, etiam hæreditate iacente,in qua non cadit scientia.

34 Quia tamen† hoc est durũ,& nimis rigorosum, hęredi postea datur restitutio in integrũ ex clausula illa generali, & si qua mihi alia iusta causa esse uidebitur, in integrum restituam; vt per Alex.Iaſ.& alios in d.l.ad diem. & Corn. in consi. 210.lib. 1. Fortius ergo & efficacius operatur interpellatio, quæ fit per diem expressam, quàm illa, quę fit per hominẽ; de quo infrà, & in d.l.vinum,diximus.

35 Secundò limitate, † nisi speciẽ debitã quis occidisset,uel seruum manumisisset.l.si seruũ.§.de illo, infrà de verb.obliga. Notat Bar. infrà in quæstione antepen.nam propter culpam in committendo interuenientẽ, quę grauior est, quàm morã in omit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendo consistens, debitor tenetur de interitu, siue sciuerit se esse debitorem, siue ignorauerit, nisi iustè occidisset, vt infrà dicam.

Tertiò noto ex tex. ibi, aut dolo malo feceris,
36 quominus esset, vel fuerit nec ne. † paria iudicari rẽ fuisse in potestate debitoris, vel per ipsum dolo factum quominus esset. dolus enim pro possessione est. l. qui dolo. ff. de reg. iur. cũ his, quę ibi plenè cumulaui, nec superfluit verbũ, vel fuerit, propter verbũ esset, præcedens, quia primũ refertur ad permanentia & perseuerantiã in potestate: secundum ad faciendum & obuiandum ne perueniret res in potestatem; quasi dixerit tex. Si dolo malo feceris, quominus res esset in potestate tua, sicque dolosè possidere desieris, pro possessore haberis. d.l. qui dolo, aut feceris dolo malo quominus fuerit, id est peruenerit in tui potestate. l. parem. ff. de reg. iur. vt hîc per Curt. Iaſ. Ripã, & Moder. Taur. char. j. & ij. declarantes etiã quomodo probetur dictus dolus.

37 Sed an sufficiat † cessante dolo, quem desisse culpa habere facultatem rei præstãdę, vt in mora constituatur, tex. in dolo se fundans innuit quòd non, secundum Paul. de Cast. sed alij ferè omnes contrà.

Tu aduerte, quãdo culpa lata foret, concludunt omnes illam sufficere; quum dolo æquiparetur. l. mulier, §. Sed etenim. ff. ad Trebel. l. cũ res. §. pen. de leg. j. & §. si mes. fal. mod. dix. l. j. hęc. n. à dolo non disiungitur, nec de tali culpa Paul. Cast. sensit,
38 vt omnes fatentur, & concedunt. † Difficultas est in culpa nõ lata, in quo articulo etiã Paul. reprobãt Fulg. Alex. Iaſ. Curt. & Deci. in vlt. lect. præcipuè p istum tex. ibi, sed etiam. an aliqua iusta causa fuerit propter quã intelligere deberes, quæ verba in culpam sonant: vbi tamen dicta culpa non esset ad casum ordinata, non teneretur de interitu, qui ad speciem obligatus esset. hoc modo Deci. saluat Paul. Cast. per tex. in l. is, qui ex stipulatu. ff. de actio. & oblig. aliàs secus. d.l. si seruum. in vers. sed etsi sit.

Melius intellexit Bar. in l. si vt certo, in §. sed interdum. ff. de cõmod. vbi dicit oppos. quòd quando culpa in moram cadit, vt in proposito nostro, facit, quem teneri de casu, etiam quòd non fuerit ad casum ordinata, per hanc legem. Item ad declarationem tex. prędictæ. l. si ex stipul. videte quę tradit Alex. in principio d.l. si seruum. Quamuis tamen inter existentem in dolo, & existentem in culpa, quando res interijt, vel apparere desijt, non in-
39 terfit, † differentia tamen est, respectu translationis de loco ad locum; quia ille, qui est in dolo, tenetur incontinẽti soluere æstimationem. ei autem qui est in culpa danda est dilatio ad rem præferendum, & reducendum suis expensis, & ad eandem præsentandum. l. si constante, §. si vxor. ff. sol. matr. l. cum seruus, de leg. j. l. cum res. §. j. eo. tit. secundũ Alex. hîc, sequuntur simpliciter Socin. & Moder. Mediol. idem volunt Paul. & Alex. in l. prætor. in §. is etiam, suprà de edend. Et non tantùm id facere tenetur suis expensis, verum etiam suo periculo, secundum Paul. & Alex. loco præalleg. facit d. §. is etiam, ibi, hoc enim primùm deliquit, quòd aliò rem transtulit, in hoc ergo culpa eius punienda erit, vt periculo, & sumptibus suis rem reducat, ac præstet, vt etiam per Paul. de Cast. in d.l. cum res, col. 1. & 2. in vers. Tertius casus, quicquid dixerit Ripa in 4. col. de quibus videnda etiã sunt, quæ dicam. ff. in 4. quæstione Bar.

Quartò not. ex eo. tex. iuncto fine legis requiren te scientiam obligationis ad hoc, vt per debitorem factum dicatur quominus rẽ daret, quòd si res debita defierit præstari posse ignorante ipso debitore se obligatum esse ad illam præstandum, de interitu
40 eũ non teneri. † Cuius oppos. videtur dici in §. de illo. d.l. si seruũ, vbi habetur, q. licèt debitor ignorauerit, tenetur de interitu. sed intellige, quãdo accidit, vel manumisit, vt ibi; secus quando desijt aliter possidere, vt quando seruus est in fuga, vel in longinquo; quia distinguitur culpa eius, vel sine: si cum culpa debitoris, tenetur ad æstimationẽ incontinenti, sin autem sine culpa, ad cauendũ de restituendo, quum apprehenderit. l. cum res, §. j. versic. itaq; si Stichus, & d.l. cũ seruus. vbi per gl. & Doct. de leg. j. & ita hunc tex. declarauit Bar. ff. in vlt. col. in 3. quæstione, & Socin. in 2. col. quod est not.

41 Quintò noto ex fine legis nostræ, † paria esse, quem scire, vel scire debere; similiter scire, & de facili posse scire. l. si duo, vbi Doct. notant de acquir. hæred. pariter habere, & habere debere; vt hîc per Iaſ. Deci. & Ripam in vlt. not. & Modern. Taur. col. 13. ex quibus inferri potest ad plures not. quæstiones, vt hîc per prædictos, & Deci. in l. quandiu. col. j. C. qui admit. & per Alex. in l. si constante, in §. si vxor, col. j. infrà sol. matr. vbi etiam concludit paria esse, rem non extare, vel extare, & cum magna difficultate posse haberi; allegando plura iura, vt ibi per eum, & per alios in l. apud Iulianum, in §. constat, de lega. j. & Socin. in l. quidam relegatus, in vlt. not. de reb. dub.

Sed contra prædicta videtur tex. in l. si per errorem, suprà de iurisd. om. iud. vbi error illius rei, de qua faciliter certiorari quis potuisset, tolerabilis est, ergo prædicta non sunt paria: pro solutione videte ibi Curt. in 3. not.

42 Vltimò noto, † quòd iusta causa excusat à mora, vt hîc per Deci. Curt. & Moder. tamen illa verba, si aliqua iusta causa sit, aliud important. qui debitor ad hoc, vt in mora cõstituatur, scire debet se ex aliqua iusta causa debitorem esse, secũdum plerosq;, sed si nesciat, ignorantia & sic iusta causa excusabit eum à mora, interesse, & pœna; vt per prędictos. ad idem est tex. not. in l. sciendum, ff. de vsur. plura cumulant Barb. consil. 3. lib. 2. & consil. 90. lib. 3. & Alex. in l. si seruum, in principio de verb. oblig. vbi dicit hoc esse limitandum in hęrede, qui obligatur ex causa lucrativa; quia licèt peccet ignoranter, tenetur vt ibi per eũ. adde quæ scripsi in l. qui in alterius, de reg. iur. immo iniusta causa excusat à dolo, & à pœna. gl. vulg. in l. plagij. la. 2. C. ad l. fa. de plag. & in §. fi. l. vnicæ. ff. si quis ius dicen. non obtemp. intelligendo de pœna legali, non autem de
43 conuentionali, vt per Alex. in consil. 43. lib. 6. † Ad hoc tamen, vt prędicta causa excuset, requiritur probari quem fuissem motum ex illa causa, vt per Alex. in consil. 103. col. penul. lib. 1. Curt. senjorem in consil. 55. col. 6. & Deci. hîc in vlt. lect.

Glos.

Glo. prima diuiditur in tres partes, vt hîc per Iaſ. & alios. articuli super ea cadentes, difficiles sunt, & de apicibus iuris. Prima oppos. gl. fuit de l. incẽdiũ. C. eo. tit. vbi dicitur, incendium non exuere debitorem ęre alieno; ergo per interitum rei debitę non contingit liberatio ab obligatione. Pro solu. istius contrarij, Bar. latius materiam attingens, distinguit inter debitorem quantitatis respectu certæ speciei, & debitorem quantitatis in genere, seu simpliciter, non respectiuè ad aliud, vt primo casu liberetur perempta re & specie; secundo autem casu non, nisi quantitas illa perierit post oblationem per creditorem factam, vt hîc per eum. Ex cuius doctrina duæ colliguntur conclusiones, ex quibus postmodum Bar. infert ad decisionem not. quęstionis.

Pro conclusione prima, Bar. plura iura adducit,
44 alij alia addunt. † Articulus in puncto iuris est disputabilis, sed non est receden. ab opin. Bar. cũ quo transeunt cõmuniter scriben. vt hîc p Alex. & alios. Et probatur præcipuè in d.l. Titiæ textores, in fine, & in §. si tibi. l. quidã, de leg. j. vbi duobus in solidum seruo legato, si vni datus fuerit, & antequam ab altero interpellaretur hæres, mortuus fuerit ille seruus, liberatur ipse hæres, qui nihil præstare cogitur: iure enim actionis conueniri poterat ibi hæres ad pretium & æstimationem. l. si res, in fi. de lega. 3. sed qa quantitas illa debita erat respectu certę speciei, puta Stichi, qui erat in facultate soluẽdi, quum hæres illum à legatario redimere & præstare potuisset. d.l. si res. & l. nõ dubium, in fi. eo. tit. de leg. 3. & §. non solùm. instit. de lega. ideo perempta illa specie contingit liberatio, vt ibi dicitur.

Ad illa iura nititur respõdere Ripa hîc in 4. col. post Fulg. & alios, replicari tamẽ potest, quòd licèt in §. fi. l. Titiæ textores, præstari posset species, si id non fieret, debebatur quantitas secundum æstimationẽ rei, & certę speciei, vt ibi per Aret. & tamen ea perempta & extincta, contingit liberatio; ergo pro concluſ. Bar. Facit quod dixi. ff. allegando l. 2. cum gl. de in diem addic. quòd vẽditio, quæ potest resolui, antequam resoluatur, pro pura habetur; ergo & idem in proposito. Probatur etiam clarius in d. §. si tibi, vbi quantitas erat expressè in obligatione respectu certæ speciei, per cuius extinctionem contingit liberatio. Ripa nititur adhuc respondere, & habuit à Paul. de Cast. in d. §. si tibi, sed quũ eadẽ sit ratio in parte, quo ad partẽ, quæ est in toto, quo ad totum, vulg. l. quę de tota, suprà de rei vend. idẽ
45 dicendum esset ibi, si nõ fuisset legatum integrum pretium, sed pars precij ferui prædicti. † Probatur similiter conclusio Bar. & communis per l. in naue Sauseli. infrà loca. quamuis Alex. hîc, Deci. & Ripa post Bar. & Paul. Cast. ibi respond. quòd loquitur in debitore generis subalterni, id est totius frumenti existentis in naui, quo penitus perempto idẽ iudicandum est, quod de debitore speciei, & malè, quia illa certa quantitas debebatur ex cumulo frumenti in naui illa existenti, & consequenter respectu certæ speciei; & tamen per interitum illius liberatur debitor. Illud ergo genus subalternũ proprię est species, propterea satis dici potest debitor quantitatis respectu certę speciei, vt ibi per Bar. & Paul. Cast. Are. in d. §. fin. l. Titię. & Deci. hîc in 2. col. Prętereà pro conclusione prædicta videtur etiã tex. in l. prima. C. de iure emph. vbi emphyteuta, qui tenetur ad certam pensionem, ac quantitatem respectu rei emphyteuticę, & sic certę rei & speciei, illa extincta liberatur emphyteuta ab obligatione prædictę quãtitatis secundum Aret. loco prędalleg. faciunt non nulla similia accumulata per Brunum Astensem in suo paruo tract. de interitu. Deci. tamen hîc in 2. col. & Paul. de Cast. anteà. in l. talis scriptura, ad finem principij, instrà de leg. primo. dicunt quòd in d.l. prima, quantitas non debebatur respectu speciei, quũ non sit ęstimatio, vel pretium rei, Sed potest respond. quòd licèt hoc verum sit, tamen quantitas illa debetur propter prędictã rem emphyteuticam, quemadmodum in d. §. si tibi, vbi ea perempta contingit liberatio; ergo &c.

Non est igitur recedendum à conclus. Bar. & communi, quæ multis modis limitatur per Socin. Deci. & alios Moder. hîc.

Prima limitatio, vt procedat dicta conclusio,
46 † quando debetur incerta, ac indeterminata quantitas respectu speciei, quia per illius extinctionem perimitur obligatio quãtitatis, quũ amplius certificari nequeat, secundũ Paul. Alex. Soc. Iaſ. & alios hîc, Paul. Cast. & Iaſ. in d.l. Titię. in §. fi. secus vbi esset debita certa & determinata quantitas, per tex.
47 in l. vir vxori. ff. de dote præleg. † ex quo colligitur, q. illa decisio nõ procederet, vbi maritus quantitatem nõ determinasset, vt quia reliquisset ęstimationem mancipiorũ, secundũ Paul. & Iaſ. in locis prælleg. quod non videtur verum, quia d.l. vir vxori, procederet etiam si maritus quantitatẽ non determinasset, verùm ęstimationẽ dotalium mancipiorum reliquisset, propter conseruationem voluntatis testatoris, in qua stat fundamentalis ratio illius tex. quum enim testator potuisset legatum reuocare mortuis mancipijs eo viuo, & noluerit, censetur præambula hora mortis legasse quantitatẽ, & æstimationem, vt hîc per Deci. col. 2. Mod. Taur. 3. & Ripam 5. Quod procedit generaliter, etiam quòd quantitas relicta nõ esset certa, & determinata, sed determinanda per relationem ad certam speciem, quum paria sint, quid certum esse per se, vel per relationem ad aliud. l. asse toto. ff. de hæred. instit. l. 2. & 3. C. de senten. quæ sine cert. quant.

Nec obst. quod dicebant Paul. Iaſ. & alij, quòd extincta & perempta specie, non videatur amplius liquidari, certificariq; posse incertam, & indeterminatam illã quantitatẽ: quia hoc falsum est, † quum
48 possint esse testes, & ęstimatores habẽtes notitiam & cognitionem rei perimptę, qui deponere poterunt quantum res prædicta valebat, & de illius valore & æstimatione: ita dixit ipsemet Paul. de Cast. in d. § si tibi, in fine, Alex. in l. pretia rerũ, in 2. col. vbi Hercul. Perusi. in 8. infrà ad l. Falcid. & ita sępe practicaui, ac tenui etiã in l. 2. C. de rescind. vend. in vltima char. pro qua sententia videtur mihi esse tex. in l. fin. in fi. C. de cond. inser. ibi, si non existat, eius æstimatio præstanda est: ęstimatio ergo rei extinctę & perimptę fieri potest: probatur etiam in l. vinum, infrà eodem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

49 Ité in l.vir vxori,† sola quantitas erat in prælle-
gato & obligatione propter speciē illā, quæ nō erat
in facultate soluendi in vita vxore, potuissetq; spe-
cies illa peti,si non fuisset extincta, actione de dote.
Quantitas verò legata ex testamēto,vt hîc per Alex.
50 ad fin. primæ col.& Aret.in d.§.fi.† & consequen
ter quantitas illa siue certa,siue indeterminata,po-
tuisset ibi peti ex testamento propter voluntatē de-
functi conseruandā,vt ibi dicitur;secus vbi quanti-
tas certa,vel indeterminata,sicq;certificāda per re-
lationē ad speciē deberetur ,ppter prædictā speciē,
quæ esset causa finalis debendæ quātitatis, quia ex-
tincta re & specie, similiter perimeretur obligatio
quātitatis,ex illa vulg.regula,q; cessante causa, ces-
sat effectus,aliàs secus: iuribus vulg.l.fundum Cor
nelianum. ff.de noua. vt hîc post Bald.concludunt
Iaſ.col.6.Deci.2.Mod.Mediol.& Ripa col.5.
51 Secūda limitatio Ang.& Alex.† quando preciū
rei peremptę penès debitorē quantitatis esset,quā-
uis non probetur precisè in l. hominē infrà mand.
& in §.fi.l.si possessor,super de pet.hær. vt declarat
Deci.hîc in 2. col & Ripa 5. & Aret.in d.l.Titiæ,in
§.fi.in fi.tenenda tamen est,& illi adhærendū, quia
fundata in æquitate , quemadmodum & §.fi.d.l.si
possessor, & ne debitor cum aliena iactura locuple
tetur,creditor verò in damnū incidat,& amittat si-
bi debitū.& hāc lim.sequitur etiā Are.in l.si certos,
ff.de verb. oblig.immo ista sola est bona, aliæ non,
quia non sunt de terminis regulæ, vt ff. diceretur.
Tertia limitatio , de qua etiam hîc per Deci. &
prefatos clara videtur,& tamen non est bona limi-
tatio, quia si res censetur viuere, ergo sumus extra
terminos conclusionis , quando res est perempta.
Quarta limitatio vera est in fi. per tex.apertum,
in d.l. electio, in §.fi is,in fi.de noxa. sed est inepta,
quia conclusio procedit, quando debitor non esset
in mora; si autem in mora sit, cui dubium illum
teneri , licèt res sit perempta : quum post moram
periculum interitus ad morosum spectet; vt hac l.
cum alijs suprà allegatis .
Quinta limitatio Salic. relata per Deci. per l.fin.
in fin.C.de cond.infer.est inepta, quum ibi legata-
rius , cui relicta fuerat libertas , non esset debitor
quantitatis respectu certę speciei . ibi est bene spe-
ciale , quòd licèt species,quæ erat in conditione pe
rempta fuerit absque dolo,vel culpa debitoris , ta-
men liberatur debitor,vt regulariter fit ; nisi soluat
precium & estimationem rei peremptę . Sed ratio
est secundum Ang.& Corn.ibi in fine,quia condi-
tio illa fauore libertatis habetur pro impleta,quam
uis deficiat per casum, contra l.legatum,illo eo. tit.
vnde quum legatarius iure certo speciali consequa
tur libertatem,grauatur in alio, vt præstet quod in
conditione erat,quod id facere non possit: det esti-
mationem . faciunt etiam quæ scribit Iaſ. in d.l. si
ex legati causa , in 2. col. Aliam not. limitationem
videte per Are.in prædicta.l.si certos .
52 Postremò Deci. hîc † reuoluto mantello contra
prædictam communem conclusionem subtiliter
insurgit,& arguit,eò quòd respectu moræ non de-
beat esse in consideratione illud,quod est in facul-
tate soluendi , quum peti non possit. l.miles.§.de-
cem de re iud. ideo,si debitor non vtatur facultate
à iure sibi concessa, & res pereat,nulla videtur esse
ratio,vt ad id damnū creditoris cedere debeat.ideo
aliter dicendum & distinguēdum esse censet, vt ita
demum liberetur , quando species erat causa fina-
lis; vt quantitas deberetur , aliàs secus. l.fundum
Cornelianum,infrà de noua. vbi ille, qui promisit
ęstimationem fundi , non liberatur in toto, nec in
parte, licèt fundus ex toto , vel pro parte pereat;
quia tenebatur ex noua obligatione,& species non
fuit causa finalis prędictæ obligationis .
Sed contra resolu.istam videtur tex.in l.si in em
ptione , in §.penul.infrà de contrahe. empt.& in l.
cum emptor,ad finem infrà de rescin.vend.vbi spe
cies vendita erat causa finalis certę quantitatis de-
bendæ, & tamen perempta illa re ante moram de-
bitoris nō liberatur emptor ab obligatione pretij,
& quantitatis debitę.Sed ibi species non erat in fa-
cultate soluendi,ideſt non poterat debitor retinere
quantitatem præstando speciem,si voluisset, prout
intelligitur cōclusio Bar. sed simpliciter & precisè
tenebatur ad quantitatē. ideo,nimirū si ab illa obli
gatione nō liberatur perempta specie,quę fuit cau-
sa obligationis , vt post Paul.Cast.volunt hic Alex.
53 Socin.& alij Moder.in primis col. † hoc modo in-
telligendo recte procedet communis scriben.con-
clusio,quæ vt patet ex.ll.alleg. per eosdem scriben.
ad probandum conclus. prędictam intelligitur, &
procedit,quando illa certa species erat causa finalis
obligationis : sed erat in facultate soluendi .
Et ad motiuum & argumentum Decij respond.
quòd licèt id , quod est in facultate soluendi , peti
nō possit, tamen ex dispositione legis solui potest.
& quū cesset causa finalis obligationis debitæ quan
titatis, qua causa mediante debitor ab ea obligatio-
ne liberare se poterat,rem illam dando,& cesset si-
ne culpa debitoris , iustum vtique & conueniens
est, cessare etiam obligationem quantitatis propter
illam causatam & inductam : iuribus prælegatis.
Secunda principalis conclusio Bar.communiter
approbata,quòd debitor quantitatis simpliciter,id
54 est,† non habito respectu ad certam speciem non li
beratur perempta illa quantitate ante moram debi
toris,quia non erat magis debita ista,vel illa quan-
titatis , quàm debitor soluere proposuerat , quàm
alia quęuis quantitas in genere: quod genus,vt di-
cit Bar. perire non potest ; ergo nec quantitas in ge
nere debita, neque obligatio desuper contracta. §.
sed his,insti.quibus mod.re contrah.oblig. & d.§.
55 incertæ.cum ibi not.per Doct.† & d.l.incendium,
cum pulchrè not. & dictis in materia illius legis
per Deci. in casu not. in consilio 473.
Limitatur hęc conclusio per Bar. Socin. & alios
hîc pluribus modis. & primò limitatur secundum
56 Bar.† quando illa quantitas fuit oblata creditori,
qui recusauit recipere sine causa , nā si posteà quā-
titas illa casu aliquo perierit absq; culpa debitoris
contingit ab obligatione liberatio ope exceptionis.
57 tex. est not.† rationem assignans in l. qui decem,
infrà de solu.quòd si quæras,cur vbi species debi-
ta perit, contingat ipso iure liberatio , vt hîc , sed
ope exceptionis , vbi quantitas etiam oblata perijt

d.l.qui decem.Respon.quòd pereunte specie debi-
ta,perit subiectum obligationis , ideo nimirum si
obligatio penitus & ipso iure extinguitur,secus vbi
contingit interitus in quantitate , tunc ea liberatio
inducitur ex æquitate quadam tantùm in d.l.qui
decem,scripta, ut post Fulg. declarat Iaſ.in l.si mo-
ra,col.5. ff.fol.matr.
Quando uerò culpa creditoris quantitas debita
periret liberaretur etiam debitor.l.siue hæredita-
ria,suprà de neg.gest.tradit Aret.in d.l.si certos, de
uerb.oblig.
58 Sed an sufficiat uerbalis oblatio † ad inducendū
prędictum effectū liberationis ab obligatione prę-
dicta,an exigatur q; fuerit realis? tangit hîc aliqua-
liter Ripa in 6.col.sed latius Bar. & alij in l.prætor.
in §.siquis paratus. ff.de no.oper.nun. oēs scriben.
in l.qui Romæ,in princ.& in l.si insulam,de uerb.
obl. Alex.in consi.130.lib.4.Mod.de Fano in tract.
de pign.fol.45.& Cassanæus Vltram.in consil.41.
59 † Notate tamen , q; Resp. officiali uel militibus
offerrens annonam,non solùm liberatur à pericu-
lo & damno interitus post oblationem re perem-
pta, immo & à debito post dictā oblationem l. for-
tissimi,& l.nulli.C.de erog.mil.ann.vt hîc per Soc.
& Moder.Taur.col.3.Sed Aret.hîc dicebat oppos.
ibi probari; dum legislator uult, q; si præfati speciē
oblatam recipere recusauerint,nō possit postea pro
specie pretium peti, quando species nō inuenitur,
quia periculum interitus ad morosum pertinere
debet,etiam si sit debitor in genere,postquàm obla
ta fuit una species generis d.l.qui decem , in princ.
in hoc dicit Aret. est ibi casus singularis , quia non
requiritur, q; species oblata perierit , sed sufficit q;
illa non inueniatur,uel non æquè commodè; secus
igitur , si æquè commodè inueniretur . sed hæc est
nimis pernitiosa subtilitas,loquitur.n.Aret.contra
prędicta iura,primò contra tex.d.l.fortissimi, in fi-
ne dum ait; & id quod competenti tēpore minimè
percipiat,fisci nostri commodis vendicetur. Secun
dò cōtra d.l.nulli,ibi, neque id quod accipere dissi
60 mulauerit,censetur : sicq; post recusationem quod
solendum erat,applicatur fisco, uel reipub. † Si ta-
men tale debitum in pecunia numerata cōsisteret,
hoc casu quicquid sentiant Rom.& alij,melior vi-
detur intelligentia Aretini,quòd talis pecunia non
applicetur cōmodis fisci uel reipub. quia prædicta
iura strictè intelligenda sunt in terminis suis, in
quibus loquuntur,quādo debetur annona , ut per
Iaſ.in l.prætor ait , in §. si aliqñ. ff.de oper.no.nun.
Secunda limitatio Bar. quando aliter conuentū
fuisset,ut in l.1.C.de nau.fœn.ibi,periculo credito
ris datur. & clarius in l. fi.eo.tit.sine dubio proce-
dit,quum ex conuentione contractus legem acci-
piant,iuribus uulgar. sed in pecunia traiecticia seu
nautica,de qua hîc loquitur Bar.id contingit ex na
tura contractus, uel quia ob periculum à creditore
assumptum donec pecuniam ad portū appulisset,
& delata fuisset pecunia, & ibi erat ut species l.j. &
fin.prealleg.& d.l.in naue Saufeli. ff.loca.vt hîc per
61 Bar.Socin. Ripam , & alios & est not. † quòd ubi
quātitas , quę in obligatione deducitur loco circū-
scribitur , iudicatur ut species , & certum corpus l.
planè.§.si eadem. & l.sed & si certos,de leg.1.secū-
dū Are.in d.l.si certos,quod induci posset ad duas
not.quęst.ut ibi per Are.in ult.col.
62 Quosdam alios,casus, † in quibus debitor quā-
titatis ea perempta liberatur,ponunt Socin.& Dec.
hîc in 3.colum.addite Are.loco prealleg.to,& quę
ad illum singularem tex.l.Titius. ff.de præscr.verb.
scripsi in l.2.q.73.C.de pact.inter emp.& vend.
Ex prędictis reducendo rem ad practicam infert
Bar.ad not.& utilem quęstionem.Dictum est,quā-
63 titatem in genere non posse perire . † pone quòd
pereat , ut quia debeam tibi decem libras grossorū
Perusinorum,& cōtingat dictam monetam repro-
bari per statutum ciuitatis,an sim liberatus? & cō-
cludit,me liberatum esse à formali prestatione,non
autem à materiali; quia in pecunia,& in omni ge-
nere metalli inspicitur principaliter materia , quæ
magis trahit ad se formam,quàm cōtrariò l.quæsi
tum.§.illud , de leg.3. & sic mutatio pecuniæ ante
moram debitoris cedit damno & detrimento cre-
ditoris , si stante eodem pondere & liga in materia
reprobetur moneta aliquo respectu : sed post mo-
ram cederet detrimento debitoris , ita quòd dam-
num erit semper morosi, prout etiam uoluit in ter
minis glo.fin.in l.cum quid, suprà eo. & sequūtur
hanc conclus. & decisionem Bar. cōmuniter scrib.
vt hîc per Alex.Socin.Iaſ.Dec.& omnes Moder.&
per Corn.in consilio 181. in 3.principali quæsito,
vol.2.Dec.in consi.668.Balb.in tract.prescri. char.
32.q.7.& char.63.& 64.Curt. Iuniorem in consi.
24.& in d.l.cum quid,ubi etiam alij Moder.Brun.
Aiten.in tract.de augm. in ult.conclus. fol.26.col.
2.in 4.limit.& fol.28.col.2.& Moder.Alexandrini
in consi.75.
Sed prædicta conclus. Bar. de prestatione mate-
rię,nō uidetur posse procedere , quia debitor quā-
titatis respectu certæ speciei , perempta illa specie
ante moram liberatur,prout dictum fuit;ergo prę-
dictus debitor reprobata pecunia erit liberatus,ve-
luti extincta specie : & subalterno illo genere,ut di
cit ipse Bar. ff.in sequenti oppositione.
Secundò, quia ex quo cursus pecuniæ prohibi-
tus est,qui illam alteri solueret,puniri posset, uelu-
ti contemptor mandatorum superioris , cap.2.de
maiorit.& obedien.cum uulg.ut per Brunum loco
prealleg.fol.26.colum.2.& Ripam hic 7.dum alle-
gant §.qui reprobos, debitor ego liberatus esse de-
bet à solutione tàm respectu formæ quàm materię.
64 Pro solu.dicendum est, † quòd si pecunia repro
bata sit,& cursus simpliciter prohibitus pœna non
apposita,ex quo vsus est sublatus, forma perempta
censetur,ut hic per Dec.in 3.col. ideo liberari debi
torem à formali præstatione, quæ in vsu & cursu
consistit per prædicta, nō autem à præstatione ma-
terię , quę remansit , quia species debita penitus &
in totum non est extincta, quum supersit materia:
quare ergo,ut inquit Bar. liberatus esse debet à prę
statione illius materię,quę supereſt,& illam luerari
cum iactura & damno proximi contra omnia iu-
ra,& contra æquitatem ? contingit igitur liberatio
eatenus quatenus species cuius respectu debetur ,
extincta est,non plus nec vltra . Si uerò reprobatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

pecunię, & prohibitio expendendi cum pœna emanuerit, videtur quòd debitor liberatus sit tàm à præstatione formali, quàm materiali, ne tamen lucretur cum damno proximi, fieri debet æstimatio antiquæ monetæ, considerata tantùm materia, & solutio fieri de pecunia noua & currenti ad æstimationem antiquæ: secundum Bar. in d.l.Paulus, ad fi. primę col. ĩ. de solu. & Socin. hic in 3. col. post Alex. & alios, maximè per tex. in c.cũ Canonicis, de censib. De quo videbitis etiam Brunum in trac. prędleg. fol. 26. col. 2. & in vltim. cõclus. in 3. col. 2. declarationis. vbi dicit, ꝙ si pecunia esset penitus ærea ac reprobata, ita quòd in alia nõ reciperet functionem, detrimentum debitoris esset, per l. creditor, in princ. ĩ. de solu. quàm dicit põderari ad hoc propositum per Roma. hîc. est. n. incõueniens, ait, debitorem ex beneficio dilationis sibi concessæ, à dãno immunem esse: creditorem autem detrimentum sentire. quia, si debitor sine dilatione soluisset pecuniã debitam, fortè ante reprobationem expendisset illam creditor, vt per Abb. in ca. quanto, col. pen. de iureiur. & Mod. Taur. hîc col. 4.

Sed oppos. uoluit Bar. hic communiter approbatus, dum de metallo mentionem facit. nam (vt dixi) sufficit, ꝙ fiat solutio & satisfactio respectu materiæ, quia bonitas extrinseca, cursus & vsus non consideratur, nisi à tempore moræ secundum communiter scrib. vt dixi suprà.

Et ad incõueniens de quo suprà respond. quòd si fuisset auctus ualor, facienda utique fuisset solutio in illa bonitate: pariter si decreuit, debet æquo animo pati, arguẽdo ab oppositis, & à naturalibus l. secundum naturam. ĩ. de reg. iur.

65 Et quum huiuscemodi extrinseca variatio † cõtingat ante moram, non est in consideratione, vt hîc, & in l. cum quid, cum gl. fin. ff. eo. & fortè prædicta pecunia fuisset etiam penès creditorem tempore reprobationis, vt fuit penès debitorem. Nec obst. d.l. creditor, quia, vt ibi dicit Glo. Ale. & Dec. hîc col. 2. & 3. debitor ibi fuerat in mora. & quid velit verbum ærosa positum in d.l. creditor, videte Moder. Mediol. lib. 2. Dispun. c. 25.

Non obstat etiam decisioni prædictæ l. mortuo
66 boue, de leg. 2. hîc per Bar. alleg. † ubi mortuo boue legato, neque corium, neque caro, neq; cornua debentur. & sic quod supereſt extincta re & specie non debetur, sed remanet penès debitorem. Nam ideo ibi istud est; quia extincta est forma rei, quæ consistebat ex anima sensitiua, propterea extinguitur legatum, secundum Bar. & alios in d.l. mortuo. & Brunum in tract. de forma chat. 7. col. 1. & 2. Sed eadem ratio militat in quęstione nostra, quia extincta est forma, ergo ab eo quod supereſt, deberet cõtingere liberatio: quod non est verum, vt dicunt
67 Bar. & Doct. suprà relati. † & quòd mortuo boue in contractum deducto, non sit liberatus debitor à pelle, carne, & cornibus, quę supersunt, est tex. not. in l. si seruus. in §. boue. ĩ. de condi. furt. quod uidebatur contra tex. in d.l. mortuo, quæ inuicem contrariari videntur. De quo articulo doct. ibidẽ Aret. & alij in l. si Stichus, de uerb. oblig. plura scribunt, non parum se inuoluentes. Sed quemadmodum ait ibidem Aret. in j. col. melius est sequi doctrinam Bart. distinguentis inter causam lucratiuã & onerosam. in l. mortuo boue, actio competebat legatario ex causa lucratiua, propterea extincta forma rei legatæ extinguitur legatum & ratione prædicta nec debetur quod supereſt. d. §. boue. & quæ dicit Bar. hîc, loquuntur, & procedunt in agente ex causa onerosa, ideo nimirũ, si illud quod supereſt, forma perempta debetur, ne debitor locupletetur cum aliena iactura, contra omnem æquitatem & rationem: vt per Aret. in d.l. si certos.

Postremò aduerte, quia Bar. uidetur ineptè loqui, & implicare sibi ipsi contradictionem, dicendo genus pẽrire non posse; formando posteà quæstionem, quid si pereat, vt in casu per eum posito. si enim non potest perire, impossibile est, quòd procedat quæstio sua, quòd pereat: & tamen quæstio ista Bar. optimè procedit, ideo dic, quòd Bar. hîc loquitur de genere subalterno, quod est loco speciei l. in naue Saufeli. ubi Bar. & Paul. Cast. notant infrà loca. & uoluit Bar. in sequẽti oppos. istud genus subalternum, quod est loco speciei, bene potest perire d.l. in naue Saufeli. & §. incertæ. prędleg. ideo dum Bar. dicit quantitatem debitam non posse perire, loquitur de quantitate debita in genere, dum posteà in hac quæstione præsupponitur, quod possit perire, loquitur de quantitate debita respectu generis subalterni, quod erat in facultate soluendi: & consequenter in diuersis terminis: & in hoc malè & ineptè infert Bart. ex prędictis ad hanc quæstionem.

68 Succesiuè prosequendo quod tangit glo. de debitore generis, concludit Bar. quòd debitor generis generalissimi, † ut hominis, non liberatur per interitum, & sic periculum indistinctè spectare ad debitorem; quia genus perire non potest, nisi præcessisset oblatio, iuxta tex. in d.l. qui decem, secus in debitore generis subalterni, quod perit ante moram, aliud si post moram, ut hac l. & cum Bar. transeunt communiter alij, ut hîc per Aret. Socin. Ias. & alios.

69 Est uerum, † quòd perperam loquitur Bar. de genere generalissimo, & subalterno, quæ aliter cõsiderantur, ut glo. & Doct. in l. legato generaliter, infrà de legat. primo. sed Bar. loquitur gratia clarioris doctrinæ, curans magis de sensu & intelligentia substantiæ & rei, quàm de proprietate uocabulorum: ideo considerato sensu, & eius intentione saluari potest, ut hîc per Cur. & Moder. Taur. & Ripam in 8. col. De qua quidem materia generis & specierum tradunt Doct. in l. 2. in princ. & in §. 1. ff. eo. Zasius Germanus in suis singul. intellect. in princ.

70 Prædictam concluſ. Bar. † de interitu generis generalissimi, per quem liberatur debitor ab obligatione, limitat Salice. ut non procedat, quando arte & prouisione hominis restaurari posset, ut per eum, quem hic sequitur Socin. sed refragatur directò doctrina Bar. hic, ideo consideratio Salic. communiter per scriben. damnatur, ut hic per Curt. & Ripam col. 6. & 7. & Modern. Taur. colum. 4. post Opiz, licèt Ripa eos non referat. Est tamen disputatio

tatio de lana caprina chymera enim est, nec uerisimiliter euenturum id, de quo præfati loquuntur, & contendunt: ideo sapientis est, relictis nugis ad utiliora transire.

Iccirco, uiso de debitore quantitatis, & inde de debitore generis, uidendũ esset de debitore speciei,
71 utrum ea perempta liberetur. † Bar. hîc ponit not. distinctionem, cum quo alij communiter transeũt, limitantes multis modis, ut hîc per Socin. & alios: quem articulum discussimus in illis duobus regulis, quas posuimus suprà in principio legis.

Est autem not. circa id quod hîc in fine secundę oppos. dicit Bar. de specie perempta facto tertij, ꝙ
72 ubi tertius † propter odium & inimicitias, quas habebat cum debitore rem peremisset, id, quemadmodum dicit Socin. in ult. limitatione, adscriberetur culpæ debitoris: ideo ab obligatione non liberaretur. l. si merces. §. culpæ, cum glo. ĩ. loca. & in dubio damnum datum præsumeretur ab inimicis coloni, ut per Roma. in consi. 7. & Dec. in consilio 64. col. pen.

Intellige tamen prædicta, nisi inimicitia absque culpa debitoris contracta & causata esset, & aliũde in custodiẽda re diligens quis fuisset, & omnis culpæ expers; ut per Alex. in l. in his, in princ. ĩ. solu. matr. in l. domos hereditarias, de lega. 1. ornabis autem & declarabis tex. cum glo. in d. §. culpæ, ut per Pet. de Anch. in consi. 414. Corn. in consi. 23. lib. 2. Alex. consi. 20. col. fin. uol. 5. & Are. in consil. 143. incipien. Quia.

Congruenti ordine cognito ad quem spectet pe-
73 riculum interitus speciei debitæ, quærit Bar. † an perempta specie post moram debitoris, periculum interitus indistinctè ad debitorem spectet & pertineat; aut sit distinguendum utrum res eodem modo esset peritura penès creditorem, uel non? Mod. Taur. & Papienses latè prosequuntur; Deci. & alij hunc subtilem & difficilem articulum ponunt, &
74 tractant super glo. in uerbo Detrimentum.

Nos hic discutiemus, sequentes uestigia Bar. † ex cuius dictis tres colligemus cõclusiones, quas etiã clarius posuit in l. nemo rem suam, in §. 1. de uerb. oblig. Prima est, quòd in actione reali si conuentus fuerit in bona fide, posteà superuenerit mala fides, & desierit habere iustam causam litigandi, distinguitur; quia si res esset eodem modo peritura penès creditorem, liberabitur ab obligatione conuentus. d.l. item si uerberatum, in §. fin. cum glo. à Bar. alleg quæ conclusio faciliter disputando impugnari posset, ut patet ex dictis Curtij hîc col. 10. Mod. Taur. col. 7. & Ripæ 12. in iudicando tamen nõ est ab ea recedendum, quum sit receptior propter bonam fidem ab initio interuenientem; & quia periculum rei ad dominũ spectat, & possessor propriè non est obligatus, ut hîc per Socin. col. 3. Ias. 9. Dec. 4. & Ripam 12. probariq; uidetur in d. §. fin. ibi, uerius est, si fortè distracturus erat. Si igitur non erat distracturus, & per consequens eodem modo res penès eum peritura fuisset, pretium non erit præstandum neque soluendum.

Nec obstat, quòd uerbum fortè, sit dubitatiuũ, quia ponitur ibi causa ornatus, & est temperamentum philosophicum, ut per glo. in l. si duo, suprà de arbitr. & probatur hęc intelligentia, ibi, nam si restituisset, & distraxisset, pretium haberet. Et sic decisio illa solùm procedit, quando rem distraxisset, si illam habuisset. immo fortius in realibus præsumitur rem fuisse penès creditorem eodem modo peritura, si non demonstretur contrarium, ut uidetur probari in d. §. fin. ibi, si fortè distracturus. ꝙ autem esset distracturus, est facti, & fundamentum creditoris, & consequenter probandum per eum, iuribus uulg. & ita uult Paul. de Cast. hîc in 3. col.
75 & in l. si plures. in §. fin. ĩ. depos. † post attestationes uerò apertas & publicatas ac didicita testificata, quum in uera mora & mala fide constitutus sit conuentus, periculum indistinctè ad eum spectabit; ut hîc per Ripam. col. 12. ad quod uidete uos Dec. & quæ ibi addidi in l. qui in alterius. ĩ. de regul. iur.

76 Secunda conclusio Bar. † in delictis debitor tenetur indistinctè ad æstimationem rei peremptæ post moram, nõ habito respectu ad distinctionem prædictam, esset eodem modo peritura penès creditorem, uel ne. l. 1. §. arctissimè, & l. meritò, in fi. ĩ. de ui & ui arma. Cum hac concluſ. transeunt communiter scriben. ut hic per Pau. de Cast. Socin. Ias. col. 10. & Modernos Taurinen. in 6. col. Ripam 11. & etiam Mediol.

Contra quam conclusionem uidetur esse tex. de quo Bar. faciebat limitationẽ in l. si cum exceptione, in §. ꝙ si homo, in fine, suprà quod met. caus. ubi dicitur, quòd si res metu ablata perierit, tenebitur reus, si res peritura non fuerit, sicut in interdicto quod ui aut clam. ergo etiam in actionibus descẽdẽtibus ex delictis distinguitur, utrum res eodẽ modo esset penès creditorem peritura, uel ne, ut hic per Aret. & subtiliter per eundem in l. cum res, in §. fin. col. ult. de leg. 1. ubi, dicit, quòd iura suprà in concluſ. alleg. generaliter & indistinctè loquentia cum distinctione prædicta intelligi debent. non enim dicunt hanc distinctionem fieri non debere: declarabuntur ergo & distinguentur per tex. in d. §. ꝙ si homo. disputando posset respond. ut post Alber. scribit hic Ripa col. 12. sed uiolat manifestè illum tex. per quem hanc opin. tenent hic Fulgos. Aret. & Dec. in 4. col. Are. in d. §. fin. col. ult. & Ias. in l. nemo, col. 2. ĩ. de uerb. oblig.

Et ad tex. alleg. à Bar. pro fallentia, respond. potest, ꝙ efficaciter probat non in principio, ut inducit Bar. sed in fine, ut subtiliter inducit Aret. in d. §. fin. col. ult. & hæc sententia contra communem in puncto iuris uerior uidetur; in iudicando tamen non recederetur à communi, pro qua etiam facit, quia contra delinquentes omnia iura clamant.

Tertia cõclusio in obligationibus personalibus ex contractu uel quasi descendentibus, periculum
77 interitus post moram † indistinctè ad debitorem pertinet, quia fur & morosus æquiparantur. l. interstipulantem. §. pen. cum gl. in uerbo Factę, infrà de verb. oblig. sed fur, raptor, & similes indistinctè (ut dictum est) tenentur, ergo & morosus. eandem concluſ. tenet & latiùs prosequitur ipse met Bar. in d.l. nemo, in §. 1.

Articulus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Articulus difficilis est,& ad utranque partem disputabilis,ut hîc plenè per Iaſ.Dec.Curt.& Ripam atteſtantes communem eſſe cur Bar.tamen ad fundamentum eius poteſt bene reſpond.per ea,quę in prędcedenti concluſ. diximus, & quemadmodum poſt Fulg.ſcribit hîc Dec.in ult.col.

Sed prædicta concluſ.Bar.& communis confunditur,præcipuè per tex.§.fi.l.ſi plures, infrà depoſ.
78 † ubi clarè dicitur, quòd re poſt moram apud debitorẽ ſua natura perempta,ueluti, ſi homo mortuus fuerit,naturalis interitus ad actorem, & ſic ad dominum pertinet,non ad debitorem, quum utique ea res fuiſſet interitura,etiam ſi reſtituta eſſet; ergo fit prædicta diſtinctio,an res eſſet eodem modo interitura penès creditorem,ut interijt penès debitorem,uel non: & not.ꝙ loquitur in actione depoſiti,quæ eſt multùm priuilegiata. plures ſolutiones dantur ad illum tex.per glo. Bar. & alios hîc, & in d.l.nemo,quę malè poſſunt defendi,ut hîc per prędcatos ſcrib.Dec.hîc in ult.col. tãdem ſequitur ſolu. glo.hîc & ibi,declarando ut ibi per Alex.in d.l.nemo. quòd ibi conuentus habebat iuſtam cauſam litigãdi propter impenſas factas in re depoſita, ideo nimirum,ſi non tenetur quando res fuiſſet eodem modo peritura penès actorem. & ſi dicatur, ſi habebat iuſtam cauſam litigandi,non erat in mora,vt hac l.in fi.& l.ſciendum, infrà de uſur.& l.ſi quis ſolutioni,illo eo.tit.notat Are.in d.l.cum res.§.fin. in pen.col.ergo non fuiſſet obligatus poſt interitũ, etiam quòd res eodem modo non fuiſſet penès actorem peritura, quum iuſta cauſa litigandi illum (ut dixi) excuſaret: quod tamen eſt contra illum tex.Reſpondent Alex. & Dec.quòd tale argumentum non colligitur ibi, niſi à contrario ſenſu, qui intellectus non eſt ſumendus, quia cõtra alia iura, quibus cauetur, quòd iuſta cauſa litigandi excuſat à mora,ut dixi. & quòd ibi conuentus haberet iuſtam cauſam litigandi,comprobat hîc Soc.quia cõuentus erat hæres,cui de depoſito non conſtabat.

Sed prædicta ſolutio nihil ualet: primo,quia eſt penitus diuinatiua,quòd ibi conuentus haberet iuſtam cauſam litigandi. Secundò,quia tunc nõ fuiſſet iniuria,ut per Are. in d.§.fin. col.pen. & glo.2. hic in fine,& eſſet tex.ille de indubitabili. Tertiò, quia tex.ille in alio fundat ſe,in æquitate uidelicet, & in ratione interęſſe actoris eo caſu ceſſante, quũ res eodem modo perijſſet: ideo excuſandus ſit debitor,ut etiam tũc probatur in alijs iuribus hic alleg. per Dec. in ult. col. ibi, & ad hoc adduco quæ prius allegauit Socin.in conſilijs infrà adducendis, licèt Deci.non referat. Nec eſt uerum, quòd ſuprà retuli dicere Socin.quòd ille conuentus haberet iuſtam cauſam litigandi,quum eſſet hęres,cui de depoſito non conſtabat. Eſt.n.contra illum tex. in princ.ibi,ſiue cum ipſo apud quẽ res depoſita eſt, actum fuerit. & ſic loquitur & procedit etiã quando cum ipſo depoſitario,qui non poterat ignorantiam prætendere, actum fuit.

79 Alia † igitur fuit opinio Martini Gloſſatoris antiquicõtraria, qui prędictam diſtinctionem, etiam poſt moram ſemper admittebat,prętquàm in ture,& metum inferente: maximè per tex.in d.§.fin. & plura alia de quibus per prædatos Doct.poſt glo. hîc in uerbo Detrimentum. & in d.§.fina. in fine. hanc opin. ſequuntur Fulgoſ. Are. Iaſon. & Deci. hîc. & Modern.Taurin. colum.8.Paul.de Caſt. in d.§.fin.Paul. & Are. in d.l. cum res,in §.fin.Raph. Comen.& Iaſ.in d.l.nemo, & Socin. in conſil.18. colum.2.uol.2.& in conſi.105.colum.fin. lib.3.à
80 quo Deci.uenatus eſt, & accepit ferè omnia, quæ hîc in ult. col. ſcripſit. & ibidem dicit Socin. † ſe propterea uidiſſe per ſolennes uiros conſultum, ꝙ licèt maritus, qui uxori infirmæ medicum nõ adhibuit, amittat lucrum, quod ex forma ſtatuti mortua uxore ſine liberis ei defertur, tamen ſi morbo incurabili tenebatur, & ſic æquè peritura fuiſſet, lucrabitur.

Quod ego non credo uerum, quum tunc maritus tali lucro ſit indignus, differrique ſaltem mors potuiſſet opera medicorum à doloribus ve releuari mulier; ideo repelli debeat uir à lucro.per ibidem allegata per Socin. bene uerum eſt,quòd tunc non prędumitur uxor mortua defectu medicorum,quũ infirmitas eſſet incurabilis, & ad mortem: ita loquitur Paul.de Caſt. in d.l.ſi ab hoſtibus, in §.j.ad finem primæ col.ſol.matr.& ſecundum Socin. hîc in quarta col.hæc opinio Martini fundata eſt in æ-
81 quitate, contraria uerò in rigore. † & probo eam ueriſimam eſſe, aliter declarando & inducendo tex.in d.§.fin.l.ſi plures,ibi,æquum eſſe. quaſi dicat de rigore iuris contrarium reſpondendum eſſet propter morã debitoris, ſed de æquitate ſecus eſt, quãdo eodem modo res peritura fuiſſet penès creditorem: quæ æquitas alia demonſtratione non indiget. Si enim eodem modo penès creditorem res peritura erat, nullum damnum, nullũ intereſſe ob moram debitoris paſſus eſt creditor, ideo æquum eſt, naturalem interitum ad actorem ſeu creditorem ſpectare, aliàs locupletaretur cum aliena iactura, quod natura non patitur, iuribus uulgarib. quæ æquitas, quum ſit ibi in lege ſcripta, prætfertur rigori.l.placuit.C. de iudic. confirmo,& clarius hoc oſtendo, quia Sabinus & Caſsius, qui æquitate ſuadente ita ibi reſponderunt,res ad æquitatem reducere rigore poſtpoſito ſoliti erant. paret apertè in l.uideamus,in §.ſi actionem, infrà de uſur.in l.adeò,in §. cum quis,infrà de acquir.rerũ domi.& in l.cum fundus,in §. ſeruum tuum,cum ibi not. J.eodem.

Et procedit opinio prædicta, pręſuppoſito pro certo, & ſic conſtituto, quòd res eodem modo fuiſſet peritura penès creditorem, ut perijt penès debitorem; quod periculum, & detrimentum erit creditoris.

82 Sed quomodo ſciri poterit, & probari, † quòd res fuiſſet eodem modo peritura apud creditorem. Modern.Taur.hic col.7. & Ripa 12. uolunt,quòd ubi res naturali interitu perijt, præſumptio ſit eodem modo fuiſſe perituram penès creditorem.§.fi. d.l.ſi plures. & d.l.merito, (quicquid dicat Ripa) etiã probat in uerbo mortalitate, ideſt morte ſubtractis, aliud ſi chaſmate, & ſic caſu fortuito. d.§.
83 fina. † eſt autem chaſma, hiatus & uorago terræ ex materia calida & ſicca igneos uapores ad ſuperiora euomens, ſecundum Philoſophum. & probat ille
84 tex.ꝙ poſt moram periculum ſit debitoris, quia actor rem illam potuit diſtrahere. † Sed uidetur certiorem coniecturam capi poſſe eodem modo rem fuiſſe perituram penès creditorem,quando chaſmate perijt,quàm ubi naturali interitu,quia quum naturaliter contingat, certũ eſt, ꝙ ita euenıſſet re ſtante apud unum ſicuti apud alium: ſicq; penès debitorem,uti penès creditorem. ſed in morte & naturali interitu non eſt ita certũ; induſtria.n.& cura creditoris mors differri potuiſſet: & tamẽ qñ res chaſmate poſt moram debitorijs interijt, hoc cõſideratur,& attenditur in odium moroſi,pręſumendo ꝙ creditor ſeu legatarius potuiſſet rem uendere, ergo pariter ubi naturali interitu res perijt habenda eſt conſideratio talis: nec eſt dare rationẽ diuerſitatis
85 inter hos caſus. & ideo Dec.hic in ult.col.poſt Pau. & Are. & ipſe Ar.et.in §.fin.d.l.cum res,col.ult.nõ ſeparant hos caſus, † ſed concludunt, ꝙ odio moroſi in dubio non prætſumatur rem fuiſſe eodẽ modo perituram penes creditorem,ut perijt penès debitorem, conſideratiq; ꝙ creditor rem diſtrahere potuiſſet, & ſic non periiſſet apud eum; ut in d.§. fin.in l.illud, & in l. ſi poſſeſſor, ſuprà de pet.hære, ita etiam poſt Raph.Coment.uoluit hîc Cur.in 12. col. ſed ſi potentia diſtrahendi ſufficeret, res nunquàm perireꝛ periculo creditoris, quia eſſet ſemper uerum dicere, potuiſſe eum dictam rem alienare: quod eſt contra tex.§.fi.d.l. ſi plures. Ripa hîc in 12.col. contra Rapha.Comen. dicebat, creditorem teneri probare,ꝙ uendere potuiſſet, & ſic habuiſſe paratos emptores.iuxta tex.in l.in uendentes.C.de contrahen.emp. alioqui non dicatur potuiſſe uendere. facit quod dicunt Paul.Caſt.& Iaſ.in l.3.§.fi. J.de eo quod certo loco. quòd ratio intereſſe lucri caſſantis in ſolito negotiari ita demum habetur, ſi probetur dictum lucrum fuiſſe in potentia propinqua, ut quia negotiator habebat merces præ manibus, quas emiſſet; & ex illis tantùm lucratus fuiſſet, ſi pecunias ſuas habuiſſet: & ſic diceretur in propoſito noſtro potuiſſe uendere, quando talis facultas fuiſſet in potentia propinqua,& creditor habuiſſet paratos emptores quibus uendidiſſet rem illam,ſi eam habuiſſet. Hinc eſt,quòd tex.in l.ſi poſſeſſor,in fi.ſ.de pet.hær.de tali materia agens,dicit, diſtraxiſſet,& pretium haberet.& §.fi.l.legis ſi plures,uolens attenta æquitate abſolui debere conuentum re naturali interitu perempta,quia eodem modo res interitura fuiſſet penès creditorem, ſecundũ naturam alio non apparente, ſi conſideraretur ſimpliciter potentia diſtrahendi in petitore & creditore, ſequereꝛur de neceſsitate, quòd ibi non fuiſſet abſoluendus, ſed condemnandus ad æſtimationẽ. d.l.cũ res.in fine,quicquid dixerint Raph.Comen. Paul. Are.& Dec. & Cur. ſiue res naturali interitu perierit,ſiue chaſmate,iuribus prędalleg.quum eſſet eadem ratio,& potentia alienandi utrobique militaret. propterea credo conuentum, ut dicitur in d. §.fin.utrobique liberandum de æquitate prædicta, & ad æſtimationem non teneri, niſi probaretur, prout tenebat Ripa in 12.col.quòd petitor rem diſtraxiſſet, ſi illam habuiſſet. tunc.n.tractaretur de

intereſſe creditoris,& ceſſaret prædicta æquitas. & iſto caſu limitatur l.ſi plures. in fi. per §.fi.d.l.cum res.& quia ceſſat ratio æquitatis, ſuper qua ſe fundat tex.d.l.ſi plures in fine.

86 Et procedunt prædicta in foro fori. † Quid aũt in foro conſcientiæ ſi res fuiſſet eodẽ modo peritura penès actorem pręſuppoſita communi opin.pro uera, an tunc debitor teneatur de interitu? ponit Pet.de Anch.in rep.regulæ peccatum,de regu.iur. quem ſequuntur Are. & Iaſ. in d.l.ſi ex legati cauſa,& Are.in d.l.cum res,in §.fi.circa finem: faciunt quæ ſcribunt hîc Modern.Taur.in 8.col.

Poſteà Bar. deſcẽdit ad materiam interpellationis,quæ fit ad conſtituendum debitorem in mora, quæ utilis eſt,& practicabilis,quamuis Bar.de hoc articulo ſe remittat, & traditur ordinariè in l.uinũ J.eo.ubi dicetur.Sed pro nunc ex gl.& Bar.habemus concluſionem, ꝙ ad conſtituendum quem in mora, requiritur interpellatio, ut in l. ſi ex legati cauſa,& in l.mora,per Bar.alleg.& præſupponitur interueniſſe in l.noſtra ſecundũ eos, & dixi in not.
87 † non.n. dicitur ſtare per promiſſorem, niſi fuerit interpellatus, iuribus prælleg. cum alijs adductis per Soci.in conſi.133. col.1.lib.1. & Deci.J.col.4. & in conſi.516.col.pen.etiam quòd eſſet quis obligatus per inſtrumentum guarentigiatum, vt per Socin.in cõſi.34.in fi.uol.1. ſufficit tamen una interpellatio,& extraiudicialis,etiam quòd facta fuerit per uerba enunciatiua. vt per Deci.in 3. not.& Iaſ.in d.l.ſi ex legati cauſa, col.5. intelligatis tamen concurrentibus alijs habilibus,vt hîc per Bar. & di
88 xi J.in 2.not. † & ultra ibi dicta requiritur aliud,& intelligitur dicta cõcluſio ciuili modo cum aliquo temperamento temporis,ne ueniat quis cum ſacco paratus ad accipiẽdum.l. quod dicimus. J.de ſolu. ſed cum aliquo interuallo & ſpacio tẽporis, quod datur debitoribus,ut hîc per Dec.in 3.col.Alex.& Iaſ.in l.debitoribus, per illum tex. J.de re iudic. & hoc relinquitur arbitrio iudicis, iuxta regulã l. primæ infrà de iure deliber.ut per Bar. & Imol. in d.l. quod dicimus. Imol.in d.§.illud,col.4.Alex.in l.1. in §.item ſi ita, infrà ad l.falcid. & in d.l.debitoribus. Iaſ.in d.l.ſi ex legati cauſa.col.2.& poſt Bar.& alios tradit Ripa in l.ita ſtipulatus,col.25.in 3. dubitatione de uerb. oblig.

89 Et prædicta concluſio † de temperamẽto ad incurrendum moram poſt interpellationem adhibẽdo, intelligitur de mora, in qua debitor in mora conſtituitur per interpellationem hominis expreſſam,de qua debitor non potuit cogitare, nec diuinare, prout loquuntur prælegata; ſecus in interpellatione tacita,quæ fit per appoſitionem diei,quę pro homine interpellat incontinenti poſt lapſum diei prædixi,quum debitor illam prouidere potuerit.l.magnam.C.de contrah. & commit. ſtipul.l.2. C.de iur.emphy.c.potuit. de loca. cum alijs adductis per Iaſ.in d.l.ſi ex legati cauſa,col.3.

Oppoſ. tamen tenet Dec. hîc col.3. quia quum dies interpellet pro homine,non uidetur quòd debeat plus operari interpellatio diei,quàm homini; & conſequenter utroque caſu dandum interuallum poſt interpellationem, & effectum hunc mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re cõsiderandum post prędictum spacium tempo
ris secundum Decium.

Sed non est recedendum à præcedenti conclus.
90 quę est cõmunis: pro cuius comprobatione † facit
elegans doctrina Bar. & aliorum in l.si insulam,in
quatta & quinta oppos.de verb.oblig.quã sequun
tur ibi cõmuniter Doct.concludentes post Din.es-
se magnã differentiã, an quis in mora constituatur
per diẽ tacitam, quę intelligitur,quum petiero vi-
delicet, vt ibi per Bar.vel constituatur in mora per
diem expressam,quam debito prędere potuit.

Quia primo casu licèt sit appositа pœna,admitti
tur purgatio morę ex quadam æquitate,quum de-
bitor non potuerit tempus interpellationis scire,
aliud in secundo, vt ibi etiam per Alex. col.5.Ias.in
d.l.si ex legati causa,col.2. & C.de iure emph. in l.
91 2.col.24.& Ludou.Gozadi.in consi.31.† Et quòd
plus & magis operetur interpellatio facta per diem
expressè appositam, quę ex longo temporis spacio
præuideri potuit; quã interpellatio hominis. pro-
batur etiam in l.ad diem, ff. de verb.oblig. & tenet
Deci.ipse infrà in fi.cõmenti,& in l.vinum,col.j. ff.
92 eo. & per consequens, † dies appositа non solùm
interpellat pro homine, immo magis & plus ope-
ratur. Fortior tamen est mora,quę contrahitur per
tempus à l.constitutum, quàm per tempus ab ho-
mine appositum, vt per Ias. in l. si mora, col.6. ff.
sol.matrimo.

Prędicta conclusio de interpellatione requisita
ad incurrendum moram, limitatur, vt prędeat in
mora regulari,de qua hic,in d.l.si ex legati causa,&
93 in d.l.mora: † secus autẽ in mora irregulari, vt in
l.curabi..C.de actio.empt. tradunt plenè scriben-
tes in locis infrascriptis, videlicet Aret. in d.l.si ex
legati causa, col.j.Socin.in l.de diuisione,col.fi.sol.
matr.& in prędall.consil.133.dixi in d.l. curabit.
94 Et plures casus,†in quibus dicta irregularis mo
ra absq; interpellatione incurritur, ponit hìc Alex.
col.4.& post eum alij scribentes.ille not.est & fre-
quens, quando cum iuramento quis obligaretur,
& sciret creditorem indigere re promissa propter
iuramentum,quod præcisè & sine monitione, ac
interpellatione obligat, constitueretur in mora se-
cundũ Io. And.& Imol.relatos hìc per Alex.quàm
opin.contra Alex.ipsum tenent hìc Ias.col.8.Deci.
4.Moder.Taur.antepe. & Moder.Mediol. & Lud.
Gozadi.in consil.27.

Et quia Ias. malè respond.fundamento Alex.re-
spondete melius vt per Socin.in d.l.de diuisione,
col fin. & per Dect. licèt non faciat mentionem de
Socin.quę tamen solu.parũ placet: propterea opi-
nio Alex.videbatur posse defendi.nam vasallus iu-
rat præstaturę auxilium Domino, vt in tit.de for.
fidelit. & de no.for.fideli.sed in §.licèt per Alexan.
alleg. dicitur, vasallum teneri seruitium domino
offerre, quando scit domino imminere magnum
periculum, regulariter ergo iuramentum non in-
terpellat, nec constituit in mora.

Non obstat ponderatio Soci. & Decij de tex.in
d.tit.de noua form.fid.in verbo requisitos,propter
quod mirũ non est si in terminis prędictis requiri-
tur interpellatio, quum vasallus iuret id facere re-
quisitus & interpellatus.Quia illa requisitio sit vbi
dominus aliũ vult offendere,vt patet ex illo tex.nõ
quando eget auxilio.hoc modo defendi posset opi-
nio Alex.quam etiã sequitur Curt.hìc in 8. col.

Non est tamen recedendum à contraria opin.ap
probata per Soci. & Decium: pro quibus est tex.
95 not. † & rotundus in tit. An ille,qui interfecit fra-
trem domini sui, in fi.quòd vasallus promittat ge-
neraliter præstare domino seruitium requisitus.
96 Alius casus est secundũ Alex.†in eo,qui promi-
sit se facturũ & curaturũ,ꝙ alius faciet; quia tene-
tur id facere sine alia interpellatione,vt hìc p eum,
quem post Aret. sequuntur hìc Ias. & Curt.col.8.
& 9.& si Curt.adducat quædam in oppos.& vacil
let.Mod.Taur.& Mediol.;sequũtur Alex.Dec.in 4.
col.oppo.tenet efficacibus rationibus, referens ita
fuisse consultũ & iudicatum: & ita consuluit ipse
Deci.in consil.2.col. pe.& Soci.in consil.34.col.fi.
lib.1.videte etiã Ludo.Gozadi.in consi.22.& 27.
97 Sed instat pulchra dubitatio, † vtrum dicta mo-
ra irregularis faciat teneri de interitu speciei. Bar.
hic secũdum Ias.col.8. tenet partem affirmatiuam,
sed Bar. de hoc verbũ nullum facit, sed in l.vinum
bene videtur velle,quòd solùm constituat in mora
eum, cui implet, ne cum damno alterius lucrum
sentiat. d.l. curabit. Et si sciphum tibi dedi, vt Sti-
chum mihi dares, meo periculo Stichus erit, & te-
neberis culpã tantùm prędstare. l. naturalis. §. sed si
sciphum. ff.de prędscr.verb.implementũ ergo quod
in mora irregulari constituit,nõ facit teneri de inte
ritu. & hæc videtur receptior scribentium senten-
tia, vt patet ex relatis hic per Ias.per Alex. in d.l.vi-
num, col.4. vbi Curt.7. Alex.& Aquens.in d.l.de
diuisione,col.fi.& Mod. Mediol. ff.ad fi.

Oppos. hic tenuit Ias. per tex. in l. merito, infrà
de ui & ui arm.qui potius probat contrariũ,quum
loquatur de inuasore, quẽ dicit teneri de interitu
& casu fortuito, quia plusquam frustrator est, vt
ibi etiam declarat gl.eandem opi.tenent Paul.Cast.
in l. minorum. C. in quibus causa. in integ. restit.
non est necess. Are. in consi. 130.col.6.& Soci.in
consil.114.col.5.lib.2.quum, periculum & dam-
num interitus ad morosum pertineat, vt hac l. &
dictum fuit suprà, de necessitate sequitur pericu-
lum prædictum spectare ad constitutum in mora,
licèt sit irregularis; quum mora sit,facit tex. in l.si
quis vina. infrà de peric. & commod. rei vend.

Ad alleg. per Alex. & præfatos respond. quòd
non loquuntur de mora irregulari generaliter, sed
particulariter & in casu quodam speciali, quando
vna pars tantùm impleuit contractũ ex parte sua,
tunc enim possumus dicere, quod mora, quę con-
trahitur ex solo impedimento in cõtractu emptio-
nis & venditionis ad consequendum interesse pre-
tij non soluti, æquitate suadente tantùm contrahi-
tur; ne emptor re & pretio fruatur, sed quantùm
98 ad hoc† vt ille,cui fuit impletum,cadat in pœnam,
vel non implendo ex parte ipsius teneatur de inte-
ritu,nõ contrahitur.d.§.sed si sciphum.secundum
Are. in consil.150.col.6. & Soci.consil.174.col.5.
lib.2. ille tamen quod impleuit, poterit repetere
quod dedit.Et sic quantùm ad impediendum repe
titionem

titionem, periculum non spectabit ad eum.l.fin. ff.
de cond.ob causam.& notant Ias.& alij in d.§. sed
si scyphum in fine.

Successiuè calcando vestigia Bar. qui accedit ad
expeditionem gl. super verbo in potestate, quæ fa-
cta fuit timore contrarij. §. illud. l. continuus, de
verbo.oblig.ubi difficultas,habuerit ne debitor id
quod se daturum promisit domi, vel in potestate,
quum recedat ab impediméto naturali, & respiciat
incõmodum personę promissoris nõ est in conside
ratione ad impediendum cõtrahi obligationẽ,Bar.
hic in d.§. illud, in fi. sequitur tertiam & vltimam
sol. glo. eam not. reputans, quòd difficultas non
impediat obligationem contrahi, vt ibi, sed bene
moram incurri, vt hic,aliter tamen,& melius dice-
mus infrà.Si credimus Paulo Cast.duo sunt articu-
li hic discutiendi.Primus utrũ difficultas soluendi,
obligationem & condemnationem debitoris impe
diat. Secundus an impediat moram committi. sed
Bar.Imol. & alij in §.illud, materiã in quatuor arti-
culos distingunt, vt ibi per eos. Hic autem Bar. so-
lùm tangit, utrum difficultas impediat morã com-
mitti & incurri; & sapienter, quia cętera in d.§.il-
lud,quadrant,& melius cõueniunt. hæc lex de mo
ra solùm agit: ergo de ea satis fuit hìc dicere. & ma
ximè sit sua peculiari materia onerata, nec sint oia
hic inculcanda. Alex(ut dicitur)fimbrias dilatauit.
Deci. equis citati ad finem currẽs paucis & leuiter
99 rem absoluit,se ab hoc labyrinto extricando, † nos
vt inter beatos cõnumerari possimus, medium te-
nebimus, iuxta illud; medium tenuere beati.Cal-
cabimus igitur vestigia Bar.qui vt clarã doctrinam
tradat, facit tres casus. Quando in obligatione est
factũ,quando species,& quando quantitas: quam
distinctionem posuit similiter in d.§.illud,in fi.

In primo casu concludit,difficultatem excusare
à mora, per l.fin. in §. pe.in versi. Idẽ iuris. ff.ad.l.
Rhod. de iac. vbi promittens sub pœna ad certã &
statutam diẽ merces alicuius in certo loco ponere,
ad quem eas deuehendas illas conduxerat, excusa-
tur,si publicè retentus fuerit, & nauigare prohibi-
tus,aut morbo impeditus,uel nauis uitium fecerit;
sine dolo uidelicèt & culpa promissoris excusatur
à pœna illa propter moram incurrenda,in necessa-
rium antecedẽs sequitur illum excusari & à mora,
quę facit cõmitti pœnam,ut in d.uersic.Idem iuris
declarat Paul. Cast. & quòd promissio secundum
Bar. esset iuramento confirmata.c. breui, in fin.de
iur.iur. aliàs iuramẽtum esset iniquitatis uinculũ,
100 contra iura uulg. cum sit utrobiq; eadem ratio, &
æquitas excusationis. † Ratio enim prędictæ con-
clus.est quum per promissorem non stetit,quin fa-
ceret, ideo æquum est, illum excusari. ita si bene
ponderetur uoluit Iurisconsultus in d.uersic.idem
iuris. facit tex. in c. cognoscentis de constit. quòd
rem,quę culpa caret,in damnũ uocari non conue-
niat dictus debitor dolo,culpaq; caret,ergo à mora
et à pœna cum excusari iustum est. quæ excusatio,
quum ex æquitate inducatur ope exceptionis fit.
mero enim iure in pœnam cadit.tex. est in l.2.in §.
primo.et ibi not.omnes doct. supra si quis cautio.
101 Ratio autẽ quare † magis excusetur à mora pro-
missor, quãdo factum est in obligatione,quàm vbi
est quantitas, assignatur hic per Socin.in fi.4. col.
ex mente Bar. in §.Cato,de verb.oblig. quia datio
facilius explicatur,quàm factum. ego tamen infrà
tenebo,nõ esse distinguendam obligationem quan
titatis quantùm ad hunc effectum ab obligatione
facti, sed idem iuris esse vtroque casu.

Prędicta conclusio Bar. communiter est à scri-
bentibus recepta & approbata, vt hic per Alex.Ias.
Socin.col.5.& Deci.vltima,ac Ripam 13.
102 † Ex qua concluſ. infertur, quòd licèt ille, qui
non petijt tutorem dari pupillo intra annum priue
tur postea illius successione.l.sciant.C.de legiti. hę
red.id tamen non procedit,nec locum habet,quan
do mortuus esset pupillus dicto anno durãte, quia
tunc difficultas illum excusat à mora faciendi dari
tutorem pupillo, & à pœna priuationis successio-
nis prædictæ. ita Rom. in consil.221.sed hoc vide-
tur mihi quòd accedat potius impossibilitati, quæ
magis excusat. l.impossibilium. cum multis, quæ
ibi cumulaui. ff. de reg. iur.
103 † De materia verò d.l. sciant. videte plenè Bal.
in l. precibus, char.ij.C.de impub. & alijs substit.
Capram Perusinum in consil.14.& 16.Anchar. in
consil.104. Paul.Cast. in consil.154. Pro ista. Are.
consil.40.ad fin. Corn.consil.132. incip. Fundata
in 3.vol. Barb.consil.67. lib.3.& Neuizanum latè
in sylua nupti. fol.6.

Infertur pariter in actu practico ad plures aliàs
quæstiones, vt hic per Moder. Taur. col.9. & 10.
Ripam fol.4. & Deci.omnino in consil. 313.& di-
xi in d. l. impossibilium.
104 Ampliatur & limitatur dicta conclusio † pluri-
bus modis, vt hic per præfatos.

Et quum lucri & damni dispar sit ratio, iuribus
vulg. difficultas superueniẽs in persona promisso-
ris, quę impedit morã,& pœnã cõmitti,aut incur-
ri suadẽte æquitate,vt suprà dixi,non facit,nec ope-
ratur ut eo modo impeditus possit,agere ad mer-
cedẽ sibi promissam, & lucrum consequi propter
impedimentũ difficultatis prędictæ,quia cessat tũc
dicta æquitas, ob quam excusatur promissor à pœ
na & mora.sentit hic Ripa col.15.& voluit clareq;
declarat Paul.Cast.in d.versic. idẽ iuris.casus enim
veniens in persona ipsius promissoris non debet
sibi prodesse, & alteri obesse: satis ergo est, quòd
propter illũ excusetur ab incursu moræ & pœnæ,
non ꝙ aperiat sibi viã ad lucrũ cũ iactura alterius.
105 Circa secundum casum, † quando species est in
obligatione.Bar.hic,& in d.§.illud,in fin.cum quo
transeunt omnes alij hic, & ibi secundum Socin.&
Deci.hic concludit difficultatem impedire moram
committi per hanc l. nostram in principio à cõtra-
rio sensu. l.cum res, in versic. itaque. & l.cum ser
uus, de leg.1. clarius probatur in l. fin. ff.de actio.
empt.vbi difficultas præstationis serui venditi, qui
est apud hostes excusat vẽditorem à traditione, re-
quirens expectari, quòd cesset illa difficultas, siue
euenerit post contractum sine culpa venditoris, si-
ue subesset tẽpore contractus scientibus ambobus
contrahentibus,vt ibi not. & declarat Paul.Cast.

Contra prædictam conclus. videtur tex. in d.§.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud æquiparans obligationem dandi Stichum, & sic speciē, & soluendi pecuniā, vel quantitatē, vt ibi notat Imol.col.j.in vlt. not. sed vbi quantitas est in obligatione, difficultas, vt in sequenti casu dicunt Bar.& doct. non excusat à mora; ergo nec in isto.

Respond. prædictam æquiparationem non fieri absolutè & per omnia, sed specialiter & in illo casu secundum Imol.ibi,& clarius Alex.hîc in 5.col.vbi dicit illum tex.loqui quò ad obligationem contrahendam, quam non impedit difficultas, non quò ad moram, quàm impedit contrahi difficultas præstationis, vt in hac conclusione; intelligendo tamen vt statim dicā, † procedit enim prędicta concluſ. secundum Imol.in d.§.illud, quādo dicta difficultas tanta est, quòd casui fortuito ferè assimilatur, aliàs secus, per tex.in l.quæstiones.in §. qui in potestate.ff.de noxa.& in l.si seruum, in §. si autem alienus, de verb.oblig.ibi, nisi postquàm moratus est.vbi in emendo seruum alienum mora fieri potest. & quum loquitur generaliter, intelligi debet siue dominus seruum vendere velit, siue non; vt hic per Alex.in vlt.col.& sic difficultas non excusat à mora, vbi species est in obligatione, nisi (vt dixi) tanta sit difficultas, quæ æquiparetur casui fortuito.& sequuntur hîc Rom.& Alex.& Soci.in consi. 288.col.antepen.lib.2.

Quæ declaratio confunditur per hanc nostram l. in sui generalitate. est enim maxima diuinatio, quòd hîc esset tanta, quæ casui fortuito assimilaretur. Secundò per tex.in d.§.in potestate, qui loquitur de seruo peregrè profecto, quòd à mora excusetur debitor illius, quum seruus non dicatur esse in eius potestate, vt ibi dicitur. qui casus non æquiparatur casui fortuito, quum temporalis sit, vt per Bar. in d.§.illud', in 2.col. & Socin.hîc 5.& post eum mod.

107 Propterea † dummodo sit talis difficultas, quæ impediat præstationem speciei, & contingat sine culpa debitoris excusat à mora, vt hîc, & in d.l.fi. cum alijs prælleg. aliàs secus. Vnde consideratur & distinguitur, vtrum difficultas subesset à principio, aut postea superuenerit, vt per Are.in l.ita stipulatus. in §.possum,col.j.de verb.oblig.Socin.in dicto consil.288.col.17.versic.2. eadem cōclusio. Mod.Taur.hîc col.j. & Ripam 15.& Deci.in cōsil. 313.col.2.& 3.pro qua concluſ. videtur tex. in l. sancimus.C.de fideiuſſ. vbi Bal.not.

Ad §.si autem alienus,respond.quòd ibi non superuenit difficultas,sed à principio & tēpore obligationis aderat,ideo non excusat à mora, nec à pœna, & imputetur promissori, qui in necessitate se posuit. l. si fideiussor.§. si necessaria.ff. qui satisdacog.& sic debuit difficultatē considerare & prouidere, quum seruus promissus alienus esset, secus quando difficultas superuenit. Vbi tamen difficultas, quæ à principio suberat nota fuisset creditori, præcederet etiam dicta conclusio secundum Paul. Cast.in d.l.fi.de act.empt. per illum tex. & hîc etiā in vlt. col. quum non decipiatur postquàm sciebat rem de facili præstari non posse: propterea censeri cū consensisse expectare, donec res præstari possit, aliàs secus; nè decipiatur ex temeraria promissione creditoris.Mod. Taur. loco prælleg. cōtrarium tenent, quia culpa promissoris præponderat.

Sed non est discedendum† à declinatione Paul. de Cast.quem sequitur Ripa; quum tunc non decipiatur creditor,sed decipiat se ipsum,& de se possit conqueri, censeaturq; vt dictum est consensisse: l.queritur. §.fi.& l. cum mancipium. in fi.infrà de ædil.edict.nec Alex.quicquid dicant Moder. Taur. in hoc contradicit Paul. Cast. si bene videatur, immo probatur manifestè opinio Paul. in d.l.fi.ibi, qui emeretur,uel promitteretur, in hostium potestate sit. & sic tempore contractus erat apud hostes, & difficultas præstationis tunc à principio suberat, & tamen illa difficultas impedit contrahi moram, quia nota erat contrahentibus.

Circa tertium casum† ubi quantitas est in obligatione,an difficultas excuset à mora: articulus est prolixus & difficilis, ut potestis cognoscere ex dictis omnium scribentium in d.§. illud, & hîc maximè Moder. de Ripa in 4. charta, ubi reassumptis dictis omnium illud ad partes disputant.

Restringendo rem & substantialiter, ac subtiliter, prout conuenit bono lectori loquendo, concludit Bar.quòd difficultas non excusat debitorem quantitatis à mora. primò per tex.in d.§.illud.Secundò per rationē sumptam ex l. incendium,quia si casus ab obligatione ipsum debitorem non liberat,ut ibi, multò minus difficultas à mora excusabit. Ista conclusio est communiter approbata secundum Alex.Iaſ.col.antepen.Moder.Taur.& Ripam in locis prælleg. quod non est ita absolutè uerum,quum Salic.Fulgoſ.Paul.Castr.Rom.Deci. Curt. & Moder. Taur.oppo.teneant, immo Rogerius, Cyn. & Petr. relati hîc per Bar.Et ista opinio Salic.uerior uidetur,ut infrà dicam, & allegata per Barto. non probant intentionem suam, ut hic per Alexandr. & præfatos. Quia tex. §.illud, loquitur de obligatione contrahenda, non quò ad moram committendam, ut gl. Bar. & alij suprà dixere, inter quæ magna est differentia secundum præfatos. & quòd malè ad hoc propositum adducatur, patet, quia ille tex. loquitur tàm de debitore speciei, quàm de debitore quantitatis, obligationes illas parificando: & tamen Barto. & alij uolunt, quòd in debitore speciei non habeat locum, quod hîc dicitur isto tertio casu. Minus probatur in d.l. incēdium, ut hic per Alexan. in quinta col. præterea lex illa loquitur de obligatione contracta non tollendam per casum fortuitum, nos de impediendo moram committi,uel contrahi, inter quæ magna est differentia per regulam l. à patre furioso,suprà de is, qui sunt sui, uel ali.iur. Melius pro hac parte citatur.l. ad diē de uerb. oblig. & l.fi. de nauſœn. ibi enim superuenit mors debitoris, quę uidetur considerabilis difficultas iustumque impedimentum excusandi à pœna,& à mora secundum Alexan. hic, col.5.& tamen non excusat: ergo &c. Respond.ut hic per Ripam in 16.col. & Deci.in fi. commenti. allegatur etiam lex.1.C. qui bon. ced. pos. ubi non ualens soluere in carcerem detruditur; ergo difficultas non excusat à mora sine qua carcerari quis nequit. l.3.§. tutores, ibi, pertinaciter

citer. ff. de susp.tut.sed potest in oppos. retorqueri dum uult id fieri non posse,si debitor cedat bonis, si cedere nolit,nō facit quod potest, sicq; culpa nō caret: propterea nimirum si non excusatur a carcere.de quo uide Roma.in consi.241.col.2.& Feli.in c.quod ad consult. col.7 de re iud.quā quidē cessionem bonorum facere potest debitor: etiā q̄ habeat bona sufficientia ad solutionem debiti, ut probat tex.in sui generalitate in l.eum quem.ff. de cess.bon.& in l.j.in prin.ubi Pau.Cast.no.C.eo.& Iaſ.in §.fi.Insti.de actio.

110 Verior igitur est contraria opin. † quam tenent omnes scriben.quos allegaui suprà, quòd difficultas,& impedimentum superueniens excuset debitorem quantitatis à mora,quemadmodum ubi factum,uel species in obligatione, quum non sit in culpa: ergo nec in mora,ut dixi suprà,& tradit hîc circa fi.Deci. sitque eadem ratio in uno casu,quę est in alio, ergo eedem iuris dispositio. propterea tex.in d.§.illud,licèt loquatur de obligatione contrahenda,tamen æquiparat eas obligationes ad ostendendum, quòd non est facienda doctrina in iure inter obligationem speciei, & quantitatis data culpa debitoris. sicut ergo illi est imputandum, quò ad contrahendum obligationem, qui se posuit in necessitatem,ita etiam quo ad moram,quū sit in culpa: sed quando difficultas ex post superueniret,non liberaretur dictus debitor ab obligatione iam contracta. d.l.incendium. sed bene ab incursa moræ,quum taceat, est in culpa sine qua (ut dixi)non incurritur nec contrahitur mora, pro qua resp.uide Are.in d.§.illud, col.fi. Melius ergo fecisset Bar.in quatuor uerbis se expedire concludendo,quòd difficultas superueniēs excusat à mora siue in obligatione sit factum, siue species, siue quantitas, prout concludebant antiqui Rogerius, Cy.& Pe.relati per Bar. qui malè ab illis recessisse

111 uidetur. Et ita etiam clarè poterit respond. † ad illum.§.primum.l.Thais. ff.de fideicom.lib.non tātum subtilizando,ut faciunt Bar.& Aret.in d.§.illud.in ult.col. Ale.hic in ult.col.& Iaſ.pe.q̄ ibi difficultas soluendi quantitatem superuenit hæredi, ut ibi dicitur,ideo nimirū si illū excusat à mora.Et si dicatur in d.§.j.l.Thais,de manumissione, & libertate danda illis seruis uerbum nullum,sed solū testator mandauit illos lui,& redimi debere à creditoribus quibus obligati erant, ne alterius quàm hæredis experirentur seruitutē.Respō. presupponi ibi id testatorē fecisse,ut ex sequentibus patet,dum quærit iurisc. an ex causa fideicōmissi eo casu possint illi serui libertatem consequi.

112 Et ista opinio contra Barto. & prælegat. † clarius procederet,quando debitor fecisset diligentiā sibi possibilem, quia excusaretur à mora,ut per Imol. in dicto §.illud.per tex.in capi. significante, de pignor. quamuis ad illum tex. respond. posset, ut per Are.in d.§.illud.colum. fina. & etiam Alex. hic colum.ult.

113 Si tamen hęc opinio, quam teneo contra Bart. non placeret, † posset distingui; aut dies certa non fuit expressa, & superueniente difficultate,& impedimento debitori, non uidetur posse culpam adscribi,quum non possit facere,quod promisit l. culpa caret. ff. de reg.iu.ergo nec moram, quæ non potest esse sine culpa,ut hic,& l.sciendū cum l.sequenti. ff. de usur.notant Imo.in l.si mora.sol.ma. Cur.hic col.13.an uersi.4.debes.& Deci.col. fina. prout etiam dixi suprà, isto casu procedat opinio contra Bar.aut erat expressè opposita certa dies, & hoc casu difficultas non excusat à mora, & procedat opinio Bar.quam præfati communem dixere; tanquàm magis sit tunc imputādum debitori, quā in casu præcedēti. plus enim uidetur operari dies apposita expresseque taxata,quàm interpellatio hominis, quæ post modum fieret, per dicta in superioribus. quando enim sic factum fuit, difficultas superueniens etiam ob mortem debitoris non excusat,iuribus suprà alleg. quasi per appositionem diei partes egerint,quòd in omnem casum die illo aduenīente,non facta solutione committatur mora,& pœna.

Gloss.fi.diuiditur in tres partes,in prima ex tex. nostro unum infert.in 2.remouet tantùm contrarium.in 3.respon.tacitæ quæstioni.secunda ibi,licèt alia.3.ibi,& caue.

114 Ex principio istius gl.† infert Bar.ad no.practicam,quam se docuisse,& introduxisse testatur:quo fieri debeat ista interpellatio ad constituendū quē in mora. circa hanc decisionem plura dici possent; uidete Ale.Iaſ.& alios in l.de pupillo.in §.qui pro curatorio,de no.ope.nun.Feli.in c.cum contingat. char.ult.de reseri.& in c.cum M. col.20. in 4.conclusio.de const.Corſ.in sing.in uerbo Procurator. singul.incipiente. Si aliquis protestatur. Aretin.& Aquensſ.in d.l.si ex legati causa.Iaſ.hîc colum.pen. Moder.Taur.14.& Ripa.18. idem Ripa in d.c.cū M.fol.18.in 8.q.& fol.21.in 3. conclusio.Moder. de Rip.in §.morte,l.Nō solùm.ff.de no.oper.nun. cum alijs, quæ cumulauimus in l. qui in alterius. infrà de reg.iur.

115 Per hanc doctrinam Barto.† quicquid dixerint Imol.in d.l.de pupillo, in §. nunciationem, dicit hîc Socin.in ultim. colum. quòd laboratores ab aliquo conducti ad laborandum in aliquo loco nō tenentur credere alicui eos prohibenti denunciātique ne laborent in eo fundo, quia suus est, nisi de hoc cum interpellatione fiat fides per instrumenta, aut per testes. Et ita consuluit ipse Soci. in consili.54.columna fina. lib.4. & pro sequitur Ripa loco prælleg.fol. 22. circa fin.8.conclus. de qua quæstione scripsi etiam in l. uelle non creditur. de reg. iur.

Rursus hæc gloſ.in principio,ibi, scriptura non interuenit, ponderatur per docto.ad unum aliud

116 nota.quòd & si ignorare iura, † quæ omnes per se uel per alios scire debent, culpa lata sit.l.leges sacratissimę.C.de ll.cap.primo de consti. in 6.nota. per omnes in l. iuris ignorantia.C. qui admit. tamen ignorans casus à regulis communibus exorbitantes,& sic fallentias,& limitationes excusatur.

117 † quod à ueritate alienum est,nisi abstrusum & obscurum sit ius, ut hîc per Alexand.Socin.Iaſon.& alios Modern.in ultimis colum.Felin. in prœm. Decret.colum.2.Moder.Mediolan.in tracta. præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumpt.in x.præsump.tertiæ regulæ circa finem ubi dicunt post Aretinum. quòd simplex solemnitas iuris ciuilis non præsumitur esse nota nisi iurisperitis.

118 Absoluris gl.†Bar.qui prout alibi dicebat Bald. quē sæpe citaui,fuit homo practicæ adhærens, materiam ad praxim reducendo formauit quasdam no.quæstiones. Concludit primùm, ꝙ si reus, & debitor alicuius speciei conuentus de morte, aut difficultate,de quibus suprà dictum est, non opponat,condemnabitur. ad soluendum & præstandū quod debet,& habebit tempus,quod datur iudicatis,de quo in l.debitoribus. ff.de re iud,ubi per scribentes. sequuntur simpliciter Modern. Taurin. in penul.col.intelligite ut per Aret.in suprà alleg. §.illud,in 4.col.

Secundò uult Bar. quòd si reus excipiat,& probet speciem,& rem debitam esse peremptam,quāuis libellus adhuc procedat, tamen actor non obti
119 nebit executionem, † nisi probet rem peremptam & extinctam fuisse post moram, quum sit fundamentum intentionis suæ. quod est no.& sequuntur communiter Doc.ut hîc per Cur.& Mod.Tau. & propterea mora,quæ inter delicta connumeratur,non præsumitur,uulga.l.merito. ff.pro soci. cū sim.si igitur actor offerat peremptam post morā, & per consequens post delictum, id probare debet. facit, quia pro reo in dubio pronunciandum est.l.fauorabiliores,infrà de regulis iuris propterea nimirum si actor uolens executionem,consequi, probare debet, quòd Barto.hic scribit.faciunt, quæ scripsimus in regulis positis, suprà in princip.legis.

120 In secunda quæstione, † Bart.concludit, quòd reo probante mortem speciei debitæ, & actor interpellationem, absolui debeat reus, nisi actor probauerit, quòd tempore interpellationis res erat in potestate conuenti, quum hoc sit intentionis suæ fundamentum. & transeunt alij cum Bartol.

Sed uidetur hoc idem fuisse per Bart. decisum in quæstione præcedenti, maximè ibi, sed tunc actor habebit necesse probare ipsum mortuum post moram, ergo uult, quòd non sufficiat probare interpellationem, nisi fuerit legitima,& sic facta tempore quo conuentus habebat facultatem rei præstandę, id quod clarius explicando hîc etiam dixit.

Modern.tamen Taurin.hîc oppos.tenent, quòd reus de morte excipiens probare debeat, ante interpellationem,illam contigisse; quum hoc sit fundamentum intentionis suæ: & ex quo se fundat in tempore, debet illud probare, ut per eos ad quod Ias.& alij plura congerunt in rub.C.qui admit.ubi scripsi anno præterito.

121 Defendendo Bart.hîc, † respond.quòd quum fundamentum agentis sit probare obligationem, ac interpellationem legitimè factam, sicque tempore quo reus habebat facultatem rei præstandæ,tempus uitæ ac durationis potius est fundamē tum agentis,quàm rei excipientis: ideo nimirum, si(ut dixi) succumbit illo non probato, ex quo rē esse peremptam probatum fuit.

Nec obst.ꝙ præsumatur quis uiuere, & durare, usque ad centum annos,quia hoc à ueritate alienū est,ut dixi in l.si emancipati.C.de colla.

122 Rursus dum subiungit Bar.† quòd si actor probabit debitorem tempore contractę obligationis rem possedisse, præsumeretur apud eum continua tam fuisse possessionem, nisi contrarium probaretur: labitur, & improbatur per Cur. & Moder. hîc,quicquid dicant Taur.uidete etiam Paul. Cast. in l. non ignorabit. C.ad exhiben. & Modern.Mediolanen.in tracta.præsumpt.in xxj. præsumpt.secundæ regulę.

123 In tertia quęstione concludit Bar.† ꝙ ille qui occidit,uel manumisit seruum debitum, tenetur indistinctè, siue sciuerit, siue ignorauerit se debitorē, & sic detrimētum rei peremptæ ad eum spectabit, quum teneatur ad ęstimationem; secus quando dolo possidere eum desijt,compellendo puta, uel sollicitando illum ad fugam.

De occiso, quòd teneatur, licèt ignorauerit se debere, est text. apertus in dicta l.si seruum.in §. de illo. nisi licitè, ac lege permittente occidisset eum intellige, ut infrà de uerborum obligat. l. Qui seruum. Areti.in dicto §. illud, col.ultim.& omnes scribentes in l.si ab hostibus.in §.si uir. infrà solu.matri.

Sed in manumittente in quantùm uult Barto, quòd si debens seruum illum manumittat,tenea tur semper ad æstimationem, etiam quòd ignorauerit se illum debere, obstat textus.in §.finali l.in summa, infrà de condi.indebi.qui uult, quòd si ignorans manumittat non teneatur ad pretium. Alexan.Soci.& Ias.hîc reprehendunt Bart.sequentes doctrinam eiusdem Bart. in d.§.de illo. ubi distinguit inter causam hęreditariam,& causam non hæreditariam,ut ibi per eum. facit tex.in §.si uerò hæredis,insti.de lega. sed illa distinctio uera non est,ut ibi subtiliter per Are. quem sequitur Curt. hîc in ulti.colum.

Videbatur dicendum.quòd ille qui ignorauit se debitorem,manumittendo non fuerit in mora,uel culpa,& sic non teneretur ad ęstimationem, quia ignorantia excludit moram, & culpam in omittendo, ut hac.l.nostra. unde debitor qui non soluit, quia habet iustam causam credendi se non esse debitorem,nec de interitu, nec ad interesse tenetur, ut hîc,& ibi per præfatos.

Et tamen ad oppos. est tex. in dicto §. de illo, ubi habetur, quòd occisor indistinctè tenetur,quū hoc sit in manumittente. quæ argumentatio non concluderet, nisi manumittens indistinctè teneretur.

124 Ad † text. dicto §. finali l.in summa. respond. secundum Barto. Aret. & alios in dicto §. de illo, Cur. & Ripam hîc in ultim.colum. quòd loquitur de recipiente indebitū, qui non tenetur, nisi quatenus factus est locupletior, propterea nimirum, si posteà manumittendo non tenetur,quum non sit ex hoc factus locupletior. sed si res desierit præstari posse facto promissoris, ut quia non sit amplius in commertio, & si debitor non fuerit

fuerit in culpa,tenetur ad interesse, si res non debebat alienari, quamuis debitor se posse id facere putauerit.l.quid ergo,§.hęres,de leg.j.quia ius tertio quæsitum,non potui facto alterius tolli, licèt non fuerit in culpa.l.fi.suprà de pact.Et sit quicquid dixerint Alex.Socin.& Ias.Bar.hîc bene loquitur,& melius quàm distinguendo in d.§. de illo.

Est etiam not declaratio Bar. hîc ad secundam partem l. nostræ, quæ vult debitorem speciei,& eum,per quē factum fuit,quominus debitum prę staret,ita demum teneri,si sciuerit,vel scire debuerit se ad eam prestandum teneri, vt non procedat,
125 quando occidisset,vel manumisisset, quia tunc indistinctè teneretur.§. de illo. † Et per consequens lex nostra procedit, quando species debita prestari posse aliter desijt, vt puta, si seruus debitus, sit in fuga,aut in longinquo, quia si culpa hæredis tenetur ad æstimationem, si sine culpa ad cauendum de eo prestando, quum apprehenderit.l.cum res, §.primo in versic.ita quòd si Stichus, & l.cum seruus,cum ibi not.per gl.& Doct. ff.de leg.j.vt etiam
126 dixi.ff. in 4. not.

In pen. quæstione, † concludit Bar. ꝙ si species debita non appareat, & ignoretur vbi sit, præcedente mora, vel culpa debitoris,iudicatur vt de rē mortua & perempta, & sic debetur æstimatio; & debitoris est detrimentum, aliàs danda est tantùm cautio de ea prestanda, quum erit apprehensa.quę conclusio probari videtur in iuribus per Bar. allegatis. nam in d.versic.itaque si Stichus,& in versi. Item si res aliena, & in d.l.seruo legato,in fin.clarè dicitur, quòd si culpa hæredis res non appareat, tenebitur æstimationem prestare, si sine culpa nihil amplius,quàm cauere de prosequendo, & si natus fuerit restituendo. Alex. tamen hîc in fin. reprehendit Bar. dicens in hoc articulo eum melius loqui in l.cùm res, & in l.cùm seruus,ptæalleg. volens dicere, quòd vbi non constat rem esse extinctam, sed non apparet culpa debitoris, casus differunt, nam quando extincta est, oportet soluere ęstimationem incontinente, d.versic.itaque,& d.l.
127 quid ergo, §. penul. & fin. de lega. primo,& d.l. si seruum,de verb.oblig.† sed quando res non apparet debitori petenti dandum est dilatio ad reducendum rem,& eam prestandum,vt in locis prælleg. dicunt Bar. Paul. & alij per tex. in l.si constante.in §.si vxor. sol.matr. vbi per Alex. & latius per eundem.ff.in 3. not.saluari tamen potest hic Bar.vt intelligatur alio non facto, debitoreq; nihil dicente, neque opponente: sed si debitor terminum ad reducendum rem prædictam peteret, dandus esset, vt inquit Bar. in locis prælleg.

Dicebat etiam hîc Curt. contra Bar. quòd vltra cautionē de persequēdo rem, debitor tenetur prę stare diligentiā & impensam necessariā in persecutione, vt dicitur in d.l.cùm seruus.sed respon. potest, id satis fuisse de mente Bar.per vulgatā regulā, ꝙ ille debet aliquid facere,debet id suis sumptibus facere.l.suo sumptu. ff.de oper.lib. Ias.& alij latè in d.l. cum seruus. tamen in terminis nostris non est ita simpliciter verum, sed intelligendum,vt declarat Paul. Cast.in d.l.cum res,col.1.& 2.

In vltima quęstione concludit Bar. post Guliel.
128 de Cuneo.† quòd debēs par caponum tenetur viuos dare, & quamuis allegata per Bar. parum probent, vt hic per Moder.Taur.& Ripā in vltima col. & priusquam ipsi nascerentur per Paul. de Cast.in d.l. qui decem.in §.fin. Raph.Comen.in d.l.mortuo,de leg.2.& Brun.in tract.de forma char.7.col. 2. Immo vt refert Imol.in d.§.fina.prædictum argu. dicebat faruum esse Rayn. conclusio tamen recepta est cōmuniter, & est verissima per alia iura & rationes,vt hic per Ias.Curt. & alios Mode.nam debens animal, tenetur viuum dare. l.j.§.planè.ff.
129 si quadr.pau.fec.dica.† spiritus enim vitalis & anima sensitiua in animalibus dicitur esse pars principalis in re,qua cessante, amissa est substantialis forma. ideo nimirum,si non liberatur debitor dando animalia sine anima sensitiua, & sic sine principaliori parte rei debitę secundū Bar. & alios scribentes in d.l.mortuo, & Brunum loco suprà allegato. Item quia interest creditoris habere dictos capones potius viuos, quàm mortuos, diutius enim cōseruari poterunt, & pernitiosi interitus suspitio euitatur, vt hic per Curt.& Moder.Taur.

130 Prędictam conclusionem † limitatur hic Mod. Taur. in animalibus,quæ cum difficultate capiuntur viua, & sunt pdices, lepores, fasiani,& similia: attenta maximè cōsuetudine,secundum quā mortua solēt dari. Et licèt taceant, fuit limitatio. Raph. Comen. in d.l.mortuo, vt referunt Mod.Asten. in dict. tract. de forma in 2.col.7.chartæ.

Laus Deo, Paduæ decimo sexto Calendas Februarias. M D L.

SVMMARIVM.

1 *Singularia præcepta mutui,de quibus hic in quo consistant.*
2 *Dominium pecuniæ quæritur hic fictè creditori inbēti.*
3 *Lex ista, & tex.in §. si nummos.l.certi conditio, quomodo differat.*
5 *Singularia plura circa idem concurrere an & quando possint.& nu.sequentibus.*
Tex.l.primæ cum gl.C.de dotis promissione,discutitur plenè. ibidem.
6 *Correctio non præsumitur.*
9 *Tex.l. fin. C.Ad Velleianum,declaratur.*
10 *Depositæ rei dominium, & possessio remanent penès deponentem, præterquàm in deposito ficto & confessato.& nu.sequen.*
12 *Tex.l.primæ.ff.de optio.lega.declaratur.& nu. seq.*
13 *Pluralis numerus quando resoluatur in singularitatē, & uerificetur in uno.& nu.seq.*
Pauperibus iussus distribuere bona testatoris utrum possit omnia bona uni dare. ibidem.
14 *Actum unum occultari gratia coniungendarum actionum, an probetur hic, uel ubi.*
15 *Intellectus ad hanc legem quatuor uidelicèt excutiuntur.& nu.sequentibus.*
16 *Tex.l.qui negotia.ff.mandati,declaratur.& nu.38.*
20 *Specialia mutui respectu illorū contractuū.& nu.seq.*
21 *Tutor hodie nō potest accipere pecuniā pupilli mutuo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

22 *Traditio rei & dimissio penès debitorem, eiusdem sunt effectus & nu.seq.*
23 *Tex.l.quod ab initio, suprà eod.declaratur.*
24 *Specialia in pecunia numerata & mutuata respectu aliarum rerum mutabilium. & nu.seq.*
25 *Mutuum nõ potest contrahi in rebus nõ consistentibus pondere, numero, aut mensura datis pro rebus mutuabilibus, ac mutuo petitis. & nu.seq.*
27 *Pecunia omnia æstimari quomodo intelligatur, & procedat.*
29 *Specialia pecuniæ numeratæ respectu rerum, etiam non mutuabilium.*
Tex.l. si alieni nummi, de solutionib. & l. Idem Pomponius, de rei uend. declarantur. ibidem.
31 *Pecunia una pro alia quando soluí, aut restitui possit. & nu. seq.*
32 *Conuersio unius debiti in aliud ab uno, uel ab alio debendum ex alia causa, an & quando fieri possit. & nu.41.cum seq.*
Debitum unum quando possit in aliud conuerti. suprà proximo nu.
32 *Tex.§.sed & si is.l.falsus, infrà de furt.declaratur.*
33 *Mandatum potest impleri in forma æquipollenti, præter quàm in materia delegationis. & nu.seq.*
35 *Nouationis & delegationis materia examinatur.*
Delegationis materiam uide ibidem.
39 *Lex non fingit omnia, quæ potest.*
40 *Pecuniam esse, uel fuisse solutioni paratam, quomodo probetur.*
41 *Tex.l.si pro mutua.C.Si cer.pet.declaratur.et nu.seq.*
44 *Conuersio totalem mutationem dicit.*
48 *Instrumentum, in quo dicitur, Titium dedisse & mutuasse centũ Sempronio, nõ redditur falsum, quamuis probetur non interuenisse pecuniam tempore contractus: secus si notarius attestatus sit realem numerationem. & nu. seq.*
Notarius debet cauere tanquàm ab igne ne attestetur realem numerationem, nisi uiderit pecuniam ibi numerari, nec excusatur, licèt esset ibidem super mensa, uel in bursa. ibidem. & 52.
50 *Falsi crimen ut euitetur, fit omnis possibilis interpretatio. & nu. seq.*
Numerauit quomodo interpretetur, & exponatur.
53 *Pecunia quamuis fuerit restituta soluenti incontinenti, non redditur falsum instrumentum, in quo notarius attestatur solutionem: an autem reddatur inualidum.*

In legem Singularia, addictione factæ de anno 1550. Paduæ.

SINGVLARIA quædam præcepta sunt circa pecuniam creditam, &c. verba sunt nostræ legis, cuius materia quãtùm sit vtilis, subtilis & profunda, exitus demonstrabit. In hos quadragesimales dies eam reseruaui, vt ille, qui tali tempore oculos cæci nati aperuit, & tot alia miracula fecit, nobis quoque omnibus hoc sacro tempore ad cognoscendum perfectèq; intelligendum inuolutam & obscuram hanc materiam, oculos aperire dignetur. Omnipotentem ergo Deum humiliter deprecor, vt intellectus nostros illuminet, quo eiusdem Sancti Spiritus cooperante gratia, omnia nobis clara & aperta pateant; & tandem ad optata peruenire valeamus.

Adeò plenè & ordinatè elapso iam quadriennio super hac lege scripsi, vt addendi vix locus relictus videatur. postquàm tamen propter eius pulchritudinẽ & vtilitatẽ voluistis, vt iterum illã interpretandam assumerem, vobis morem gerere uolui. videbimus an quæ dicta scriptaq; per me sunt, subsistere valeant: & si quæ omissa comperiẽtur, notatuq; digna videbuntur, totis viribus adnotare nitemur.

1 Notabã primò ex isto tex. † singularia quędam præcepta esse circa pecuniã creditã, vt licèt non fiat de meo tuũ secundum regulas mutui, tamen mutuum contrahi, vt in exemplis hic positis. & in §. sí nũmos. l. certi conditio. ẽ. eod. & insti. quib. mod. re contrah. oblig. in prin. & hoc speciali fauore mutui, vt hic dicitur, & in l. qui negotia, in fine principij, infrà mand. ibi, id enim benignè receptum.

Circa istud not. moui hic aliàs sex difficultates, resoluẽdo vt videre potestis in scriptis meis. Aduertite tamen nunc circa tertiã dubitationẽ, quia licèt ad hanc l. & l. primam sol. matr. non respondeam, dici potest, ꝙ licèt causa mutui, & dotis sint valde priuilegiatę, tamen hęc iura non dicunt, nec probant, quòd liceat indistinctè respondere esse speciale in mutuo, & dote, & vno verbo regulas mutui & dotis subuertere: ideo ponderate, quòd tex. hic dicit singularia quędã, non autem dicit omnia, &c. idem dicitur in d.l.j.cum glo. solu. matr.

Circa quartam dubitationem in fine, dum dixi, quòd hic dominium pecuniæ verè nõ quęritur creditoris iubenti, † sed fictè, quia aliàs non esset vlla
2 specialitas mutui cõtra substantiam & regulas mutui: adde Aret. hoc ponderantem hic in 2. not. & Bar. in j. col. in versic. Secundò, quia in hoc.

Circa quintam dubitationem resolutio per me ibi facta de casu. §. si nummos. & l. nostræ bona
3 est, † quia differentia est manifesta inter hos casus in facto, & in iure: in facto patet ex lectura & diuersitate casuum: in iure, per ea, quę ibi dixi, quia hic principaliter dicitur contrahi mutuum, licèt non hiat de meo tuum per modum verum, sed per modum fictum. Labuntur etiam præfati scriben. volentes dispositionem. §. si nummos. factam esse longè ante dispositionem legis nostræ. quia Vlpianus & Aphricanus auctores harum legum fuerunt eodem tempore, & ambo in consilio Alexandri Seueri, vt scribit Aelius Lamprid. in vita Alexandri principis circa finem; & retuli in pluribus locis. Dispositio ergo legis nostræ potuit esse facta ante l. certi conditio, vel ipsas ambas leges eodem tempore factas fuisse.

Et ex eodem tex. nunc noto plura singularia, seu specialia posse circa idem, seu ad eundem effectum concurrere, vt in casu legis nostræ circa pe-
4 cuniam creditam, seu contractum mutui. † Dicuntur autem singularia, quę contra rationem legis recepta sunt, vel à regula iuris excepta. l. ius singulare, cum duabus. ll. sequentib. & not. ibi per Moder.

Moder. ẽ. de. ll. & quod in princ. l. de pluribus singularibus exemplificat posteà in pluribus fictionibus, quæ uidentur simul concurrere: quod quomodo procedat, dixi in ult. not. l. nostræ.

5 Sed contra prædicta † uidetur esse tex. in l.1.C. de dot.promiss. cum glo. ubi si in instrumento scriptum reperiatur, mulierem dotem promisisse non expressa specie aliqua nec quãtitate, nulla competit actio; & tamen uerbum promitto in instrumento relatum importat stipulationem. §. si scriptũ. instit. de inutil. stipul. l. sciendum. cum ibi not. ĩ. de verb. oblig. & promissio dotis incertæ ualet speciali fauore dotis. l. cũ post. §. gener. ĩ. de iure dot. l.3.C. de dot. promiss. quare ergo non competit actio ad dotem promissam in d.l.1.gl. in d. §. gener. & in d.l.j. respond. istud esse ne duo specialia circa idem concurrant, ꝙ promissio dotis incertæ ualeat fauore dotis, & ꝙ ex nuda pollicitatione seu pacto detur actio. & ad hoc allegatur semper ille tex. cum glo. tanquàm ualde not. & est cõmunis intellec. ut ibi per Bar. Bal. latiùs & alios scriben. Iaf. hic & omnes doct. in l.1. solu. matr. & in d.l. sciendum. Aret. in consi.133. In causa, col.3. & in consi.143. Ex facto, col.6. & Bal. no. in trac. de dote in sexta parte col.2. & etiam in 8. speciali cum similib. concursus ergo plurium specialium circa idem est prohibitus, ut ét probatur in c. significauit, de rescrip. ubi si conueniendus per clausulam, & quidam alij in rescriptio ad positam, re integra moriatur successor, cõueniri non potest, etiam ꝙ posteà exprimatur. & sic non fingitur expressus tempore rescripti, nec expressio ipsa retro trahitur, ne duæ fictiones concurrant in eodem casu: prima quòd fingatur expressus tempore datæ rescripti, secunda quòd fingatur eadem persona cum defuncto, ut ibi notat Abb. in 2.col. Quæ quidem conclusio potest etiam alijs rationibus comprobari; quia specialitas seu singularitas (ut suprà diximus) dicit recessum à regula iuris cõmunis, qui recessus non præsumitur, nisi clarè & expressè probetur l.2.cum ibi not. per Bar. & alios .s. si quis in ius uocat. non ierit. dixi plenè in l.j. ĩ.
6 de reg. iur. † Correctio enim totalis uel in parte nõ præsumitur in lege nec in statutis, nec in ultimis uoluntatibus, nec in contractibus, fugiendaque est ubique. l. unica. C. de inoff. dot. c. cum expediat. de elec. in 6. l. sancimus. C. de testi. l. præcipimus. C. de appell. l. nam ad ea. ĩ. de cond. & dem. & generaliter in quacunque materia, ut per Alexandr. in cõsi. 141. incip. Viso testamento col.3. lib.2. Dec. in cõs. 538. in fin. & Moder. Mediol. in tract. præsump. secundæ regulæ cum simil. nimirũ ergo si concursus plurium specialium in eodem casu nõ admittitur.

7 Aduertendum tamen est diligenter † circa intelligentiam tex. d.l. primæ. C. de dotis promiss. nam Alex. in l. sciendum, col.1. de uerb. oblig. Socin. in l. 2. col.8. solu. matr. Bal. no. in tract. de dote in sexta parte in 11. priuileg. col. pen. & Moder. de Ripa in l. ita stipulatus, col.7. de uerb. oblig. pluribus rationibus reprobant prædictum intellec. ad ipsam. l.1. quia licèt regulariter plura specialia non possint simul circa idem concurrere, id procedit quando oriuntur ex eodem fonte, secus si ex diuersis; ut in l. nostra. & declarat Bar. in l. si is qui pro emptore, in ult. char. ĩ. de usucap. & Ang. Are. in §. minorẽ. per illum tex. insti. de adop. Sed quòd uerbũ promitto, stipulationem importet, non inducitur fauore dotis, sed resultat ex præsumptione scripturę. d. §. si scriptum. & l. sciendum, præall. & sic ex diuersis fontibus: ergo deberent posse concurrere. Prętereà, hoc non esset inconueniens in dote speciali fauore dotis arg. l. primæ. ff. sol. matr. & uidetur tex. in l. fi. C. ad Velleia. de qua. ĩ. latiùs dicam. nec tex. in d.l.1. se fundat in multiplicatione plurium specialium prohibita, sed eò quòd nulla species, uel quantitas fuit promissa: & sic, quia promissio fuit incerta, secundum Bal. & Socin. in locis præalleg. sed promissio dotis incertæ sine dubio fauore dotis subsistit, ut diximus suprà, quomodo ergo procedit tex in d.l.1. de dotis promissione?

Alex. in d.l. sciendum, ad illum tex. tenet intellectum Azonis, quòd constaret ibi dotem fuisse promissam pacto nudo, quod uidetur mihi esse contra illum tex. in uerbo promitto sæpius repetito iunctis prædictis, quod (ut dixi) stipulationem importat.

Item quia imperator in alio se fundat in incertitudine dotis uidelicet.

Socin. in d.l.1. dicebat illum tex. loqui in muliere promittente dotem incertam, quo casu promissio nulla est, quum ipsa met mulier possit se dotare, ut uult, nec cogitur se dotare arbitrio boni uiri.

Hunc intellec. reprobat Io. Crot. in d.l. si is qui pro emptore. char. antep. quia etiam quãdo mulier dotata promisit, certificari posset consideratis facultatibus mulieris dotem promittentis, & qualitate uiri, cum quo contraxit matrimonium. argum. l. pen. ff. de alim. & cib. lega. Ego dico esse cõtra tex. in §. gener. & in l.3. præalleg. in ratione, uolunt. n. illa iura ualere promissionem dotis non addita quantitate, quia arbitrium boni uiri stipulationi uidetur insertum, & constituenda sit dos, secundum facultates promittentis, & dignitatẽ uiri. Item concernit etiam interesse uiri cum quo est contractum matrimonium, quòd declaretur & modo prædicto constituatur dos, ergo &c.

Bal. non. loco præalleg. traditalium intellec. ad d.l. primam, quia non apparet, quòd ibi promissio facta fuerit de præsenti, & tempore instrumenti, sed de præterito; & sic non obstant. d.l. sciendum, & §. si scriptum. quia procedunt, quando apparet promissionem fuisse factam de præsenti, & in instrumento, & probari potest per tex. ibi in fine in uerbo promiserit, & sic de præterito. & per consequens in effectu concurrit cum intellec. Azon. & Alex. qui intellec. est diuinatiuus, quòd promissio illa dotis non fuerit facta tunc in dicto instrumento dotali, immo uidetur contra uerba illius tex. loquentis de instrumento.

Prętereà est cõtra rationem illius tex. qui solùm se fundat super incertitudine dotis promisse, non quòd promissio extra instrumentum facta fuerit. & uerbum promiserit, est prętériti temporis, quod optimè ibi stat & quadrat habito respectu ad tempus responsi ibi dati per legislatorem.

Io.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Io.Crot. loco prælleg. refert & sequitur alium intellec. cuiusdam sui scholaris, quem tãquàm pulchrum & subtilem sequitur; uidelicet quòd dubitabatur ibi an eo casu quo promissa fuit dos incerta, agi posset ad interesse, & ad vsuras dotis, cuius solutio per promittentem dilata fuerat: & decidit, ꝙ non, quia antequàm certificetur quanta debeat esse dos promissor ipsius dotis non censetur in mora constitutus propter incertitudinem principalis debiti: ponderando tex. ibi frustra existimas actionem tibi competere, ex eo quòd dos promissa sit, nec prestita fuerit. & sic conquerebatur maritus, ꝙ non fuisset sibi soluta dos, quum tamen ipse ex sui parte contractum adimpleuisset: ideo petebat usuras dotis non solutę.

Qui intellec. peior est cęteris: primò, quia de usuris ibi verbum nullum. Secundò, quia lex intelligitur secundum naturam rubri sub quo est situata. l.2. cum ibi not. per Bar. infrà de in diem addic. & per Alex. & alios in l.1. §. eo. ergo d.l.1. intelligitur de promissione dotis, de qua loquitur rub. non autem de vsuris. maximè, quia non est verisimile, quòd facta rub. de dotis promiss. statim in l. 1. cœperit tractare de alio uidelicet de interesse & vsuris dotis, non autem de ipsa dote. Tertiò contra tex. ibi, nec prælita sit. & sic quęstio erat de ipsa dote non prestita iuxta promissionem factam, non autem de alio, & sic de usuris. possem alios intellectus ad d.l. primam referre, sed nolo tempus frustra conterere, in uanumq; laborare, quum cognoscam eos non subsistere.

A communi igitur intellectu suprà relato, non est recedendum, non competere ibi actionem propter incertitudinem promissæ dotis, pollicitatione, seu pacto nudo: & sic ne duo specialia circa idem concurrant, vt dictum fuit. & vltra suprà dicta probatur communis intellec. per l. tertiam eiusdẽ tit. C. de dotis promiss. ubi interposita stipulatione circa promissionem prędictę dotis competit actio ad dotem ex stipulatu, ergo apparet, ꝙ in d.l.1. nó competit actio, quia non interuenit stipulatio; & sic quia uerbum promitto ibi non importat stipulationem, quod contingit ne concurrant duo specialia circa idem.

Non obstant, quę cõtra hunc intellec. per Doct. superius relatos considerantur & adducuntur. nã ad primum motiuum ꝙ tex. ibi se fundet in promissione dotis incertę, non in multiplicatione specialium, respondeo, ꝙ immo se fundat in inconuenienti multiplicationis dictorum specialium, vt patet ibi dum subiungit: sed instrumento scriptũ sit, ꝙ ea quæ nubebat, dotem dare promisit. & sic, ꝙ non solùm dos erat incerta, uerùm etiam promissa; & sic per nudam cantionem. Nec refragatur, vt tollamus secundum motiuum, quòd verbum promitto in scriptura relatum importet per stipulationem, quia respond. id procedere, quando contractus aliunde esset validus de iure communi: ita loquuntur iura suprà loco alleg. secus quando non esset validus de iure communi, ne multiplicentur tot specialia, & singularia circa eundem contractum, contra suprà allegat.

Ad tertium quòd fauore dotis plura specialia concurrere possint. l.1. cum ibi not. solu. matr. cũ
8 similibus. † respond: verum esse, nisi tenderent ad idem, seu ad eundem effectum: quia hoc absonum nimis reputatur. d.l.1. de dotis promiss. per rationes de quibus suprà. Ad quartum & vltimum ꝙ concursus dictorum specialium non prohibeatur, quando venit ex diuersis fontibus, prout in proposito nostro: quòd incertitudo promissionis dotis subsistat, hoc contingit fauore ipsius dotis, quòd verbum promitto importet per stipulationem. i. ex pręsumptione, quę oritur ex publico instrumento: quia quum tendant ad eundem effectum conualidationis dotis promissę sine expressione speciei uel certę quantitatis, mirum non est, si concursus prohibeatur per suprà alleg. & sic remanet defensata conclusio, quòd plura specialia non possint circa idem concurrere.

Quam conclusionem limitate in casu. l. fin. C. ad
9 Velleia. † vbi dicitur valere promissionem dotis in certæ, nec mulierem iuuari Velleiano, fauore dotis: ergo dua specialia concurrunt circa idẽ vel ad eundem effectum. Socin. in d.l.1. col.8. soluto matr. &
10 Io. Crotus suprà alleg. respond. fauore dotis illud contingere. quę responsio confunditur per prędicta: quia & si fauore dotis plura specialia ac singularia sint introducta in diuersis & separatis casibus, prout in mutuo hîc dicitur, circa tamen idem uel ad eundem effectum multiplicatio tot specialium, non est inducenda, nec reperitur inducta: ideo inuenio quòd Aquens. in d.l.1. col.4. fol. matr. subtiliter respond. quòd ibi alterum speciale nó est propriè tale, videlicet speciale; quia reducit ad ius cõmune, tollẽdo priuilegium Velleiani, quo iuuatur mulier, quod facilius tollitur, quàm ius commune l. eius militis. §. militia missus, infrà de testa. milit. l. si vnus. §. pactus ne peteret. suprà de pact. quod ipse Aquens. reputat ualde notandum ad limitationem. d.l. primę de dotis promissione.

Secundò limita, quando vna specialitas veniret in necessariam consequẽtiam alterius iuxta doctrinam Bar. in d.l. si is qui pro emptore, col. pen. & dixi in vlt. not. Item quę suprà dicta sunt de incertitudine, quę non habet vitiare dotis constitutionem, ampliate not. vt per Feli. in c. j. col. 4. de pact.

Notabam quarto loco ex isto text. ibi, ex causa mandati. quòd Iurisconsultus loquitur exemplificando in pecunia debita ex causa mandati, cuius dominum erat penès eum, cum quo contrahitur mutuum. & idem esset in pecunia debita ex alia causa, si dominium esset penès debitorem per eandem rationem; secus si dominium esset penès iubentem, prout est in pecunia debita ex causa depositi: † quia dominium & possessio remanent penès deponentem volentem mutuo dare. l. certi cõditio. §. fi. §. eo. l. qui negotia, in princ. infrà mand. l. Lucius Titius, & ibi notat Paul. Cast. infrà depos. ideo contraheretur tunc mutuum verè, propriè & naturaliter, & secundum regulas mutui, quia fieret de meo tuum; & nulla esset tunc specialitas, & non procederet hoc casu tex. l. nostræ secundum Aret. hîc in 2. not. cum mysterio ergo Aphricanus hîc exemplificando loquitur de pecunia ex causa mandati debita, quia non procederet in pecunia debita ex causa depositi, quę habet aliam naturam & qualitatem, intelligendo de deposito uero & proprio,
11 † secus in depolito ficto & confessato; utputa quãdo quis confitetur se debere centum, exempli gratia ex causa depositi, quia nec dominiũ nec possessio dictæ quantitatis confessatę est penès creditorẽ, nec priuilegia & prærogatiuę depositi locum habent in tali ficto & improprio depositio. d.l. Lucius Titius, cum ibi not. j. depos. dixi latiùs in l. contractus. ff. de reg. iur. & in l. si librarius. no. 95. eo. tit. uidete etiam Paul. Cast. in cõs. 8. incip. Viso, in antiquis, & quę scripsi in l.1. §. de iudi.

In quinto not. ꝙ dispositum in duabus pluribús ve personis locum habeat etiam in una, quando est
12 eadem ratio in una, quę in pluribus, omissis similibus hîc per scriben. ut alias dixi accumulatis, † uideamus intellec. l. primę infrà de opt. leg. & de ueritate famosæ decisionis Bar. ibidem: quę omnia hîc citantur per scriben. Cui relicta est optio seruorum tres posse eligere ex rescripto Diui Pij, inquit ibi Iurisconsul. quæ decisio fundata est eo, quia testator loquendo in plurali de multis uidetur intellexisse, & fauore ultimæ uoluntatis ad tres fit taxatio. licèt glo. ibi & in d.ca. pluralis, de reg. iur. in 6. & doct. ibidem sequantur hunc intellec. tamen nõ uidetur mihi posse procedere, neque esse ex fundamentali ratione legum. Primò, quia pluralis locutio duobus contenta est. d.l. ubi numerus infrà de testib. & d.c. pluralis, & in legatis quod minus est debetur l. nummis. j. de lega. 3. quum defunctus censeatur minus grauare heredem suum, quàm sit possibile l. unum. §. si rem. j. de lega. 2. & ad illum tex. respõderem, ꝙ ille intellec. licèt communis sit, non est bonus: & si diuus Pius eum sensit, malè (salua semper eius auctoritate & pace) Iurisconsul. ibi sensit: & melior est alius intellect. glo. ibi, & in d.c. pluralis, licèt non careat diuinatione.

13 Quantùm ad decisionem Bar. ibi, † quòd commissarius, qui iussus est distribuere bona testatoris inter pauperes Christi per eum eligendos, non possit unum eligere. communis est contra Bar. ut hîc scripsi, & ultra adde Paul. de Castr. in l. cum quidã, la 2. de lega. 2. Disputando tamen & non recedendo à uerbis faciliter posset defendi opinio Bar. quia licèt ubi eadem est ratio in uno, quę in pluribus, dispositio de pluribus locum habet etiam in uno l.1. C. de cond. infer. pulchrè Deci. in cons. 484. tamen in casu nostro negari potest, quòd sit eadem, & tanta ratio in uno, quæ & quanta in pluribus; ut de se clarè patet, ideo &c. non est tamen recedendum à communi per ea, quæ aliàs scripsi. & tex. in c. intelligentia, de uerb. sign. & in l. promittendo, in §.1. infrà de iure dot. ibi, magis res quàm uerba intuenda sunt.

14 Aduertendum est etiam † dum Bar. & alij notant hîc gratia coniungendarum actionum unum actum, scilicèt primum occultari, quia hoc non est uerum, quum ut hîc per Dec. in 2. col. non occultantur, ergo primus nec secundus actus, quum fingatur mihi data inde per me tibi retradita. Ita quòd cõtrahitur obligatio mutui speciali priuilegio mutui per hunc fictum modum scilicèt; sed actus qui occultatur hîc in primo exemplo, & in §. fin. d.l.3. est actus medius interpositæ personæ loco exactoris, prout hîc scripsi.

Antequàm ingrediamur glo. sequendo uestigia Accursij, qui fuit Dux & auriga noster, congruum est & conueniens, ut dispiciamus, qui sit uerus sen
15 sus istius legis nostrę: † & per consequens executiamus quatuor intellectus antiquorũ relatos hîc per Bar. in j. char. plura uerba effundentem, q̃ in ueritate expediret. Primus intellec. ꝙ uerbum pecunię accipiatur strictè pro nummis & pecunia numerata tantùm, cõfunditur ex verbis nostrę. l. in princ. & in fine, quę generalia sunt in pecunia, cuius appellatione ueniunt omnia mutuabilia in materia mutui; ut hîc scripsi. uerba autem intelligẽda procul dubio sunt secundum subiectam materiam. l. si uno. j. loca. c. in his, de uerb. signifi. & sic de omnibus rebus mutuabilibus, de quibus hîc tractatur: & secundum naturam tituli, sub quo lex ipsa nostra est situata, ut sic de rebus mutuo dandis; ut infrà per Bar. in uersi. propterea in j. col.

Aduertendum tamen est circa tex. l. qui negotia,
16 infrà mand. per Bar. alleg. † quia ibi non est casus ita ad literam contra Guarner. prout Bar. dicit. nam pecunia non erat solutioni parata, prout hîc intelligebat Guarner. & alij, nec hoc dicere est diuinare, quum non appareret, & facta non pręsumantur, iuribus uulg. non apparet etiam, quòd ibi pecunia esset in pręsentia. Prętereà ibi debitor auctoritate propria uolebat facere illam conuersionem in cau-
17 sam mutui, nimirũ si non potest. † Rursus circa illum tex. in fine principij aduertendum est, inquantum uult, debitorem teneri ad usuras nudo pacto & conuentione promissas, contra l.3. C. de usur. gl. ibi laborat in solutione, latiùs Ias. in l. iurisgẽtium, in §. quinimmo, col. pen. de pact. clarè resoluẽs secundum eum, id propterea contingere dicẽs, quia procurator conuertens pecunias in vsus suos tenetur ad vsuras ex dispositione legis. §. 1. l. idemq; j. mand. ideo nimirum si tenetur illas promittens pacto nudo, quia promisit id ad quod erat obligatus ex dispositione legis. Quæ intelligentia nõ uidetur bona, quia ex dispositione legis tenetur eo casu ad usuras in regione legitimo modo frequentatas, ut dicitur in d. §. 1. sed in l. qui negotia, dicitur eum teneri ad usuras, de quibus conuenerit, quæ erant semisses ut ibidem dicitur: ergo alię quàm debitę ex dispositione legis. ideo credo id contingere, quia plura ibi concurrebant. primò procurator conuerterat pecunias domini in vsus proprios, quo casu ex dispositione legis ad usuras tenetur & obligatur saltem in regione frequentatas. Secundò conuentio, fuit & si nuda de usuris semissibus præstandis. Tertiò retentio exactę pecunię consentiente postea creditore, qui actus loco traditionis est. §. interdũ. insti. de rerum diuis. his omnibus concurrentibus, mirum non est, si procurator ille ad usuras conuentas, etiam nuda pactione tenetur, prout ibi dicitur.

Secundus intellec. quòd pecunia capiatur hîc largissimè pro omni re, & ponatur specialitas con-
tra

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra regulam. l.traditionibus. C.de pact. ineptus est & fatuus per rationes Bar. quas hîc aliàs retuli.

Itē, quia nihil penitus faceret ad hunc tit.de mutuo. & notate bene ex doctrina Bar. quòd si pecunia esset in præsentia,possessio verè acquireretur & dominiū pecuniæ, vt hîc per Bar.aliàs non contraheretur mutuum, secundum regulas cōmunes,nō speciali fauore contractus mutui, vt dixi in quarta dubitatione primi not. traditio tamen possessionis esset ficta,quicquid dicat Bar.vt probatur hîc,& in d.l. si pecuniam,& dixi in præalleg.4. dubitatione.

Si verò intelligeremus prædictos antiquos accipere verbum pecunię largè tantùm pro rebus mutuabilibus, idē esset,quia si pecunia fuisset in præsentiam dominium verè acquisitum fuisset, vereq; & secundum regulas cōmunes contractū mutuū, non speciali fauore contractus mutui, vt hîc per Bar.col.j.Paul. Castr.2. & Aret.in 2.not.

Tertius intellectus Ioan. & Azon. solùm differt à primo, quia secundum primum, verbum pecuniæ hic strictè accipitur pro pecunia numerata.Secundum istum tertium accipitur largè pro omni re mutuabili. Sed hic intellec. etiam non procedit, & reprobatur communiter, vt hic dixi. Prætereà refragantur verba.l.nostræ,ibi, quamuis nummos meos non acceperis. & ibi, videatur pecunia mihi data, & à me ad te profecta,& sic ratio fundamentalis fuit,quia non est propriè factum de meo tuū: & in hoc stat singularitas, de qua hic.

Non est ergo recedendum à quarto intellectu
18 Iaco. Baldui.Odofre.& Ceruoti, † qui communis est & verior, quòd hic solùm notetur specialitas in mutuo contra regulas & naturam mutui, quòd contrahitur mutuum in exemplis hic positis, licèt non fiat de meo tuum verè, sed fictè, vt patet ex verbis tex. ibi, quamuis nummos meos non acceperis. & ibi, videatur à me ad te profecta.

Deueniendū nunc esset ad gl.primam,quæ post quàm lex nostra dicit singularia quædam esse circa pecuniam creditam, nititur numerare ipsa specialia,sed nimis confusè: ideo Bar.post Iacob.de Are. distinguendo melius & clarius processit, referen-
19 do & examinando omnia dicta gl. propterea † dimissa gl in hoc sequeremur vestigia Bar.

Videamus ergo primò cum Bar.quę sunt specia-
20 lia in mutuo respectu aliorum cōtractum. † prima duo specialia gl.& antiquorum contemnuntur hic per Bar.& bene facit ea nō sequi.primò,quia alius est sensus legis nostræ,vt suprà vidistis. Secundò, quia hic ponitur tantùm vnum speciale,non duo, licèt duobus modis exemplificet. Circa secundam difficultatē, quæ specialis est ex his, quę ibi scripsi, sequi videtur,ꝙ si prædicta numeratio facta fuisset nomine Titij absentis notario (vt communiter fit) stipulāte pro omnibus quorum interest,quòd ante ratificationem Titij possent dicti contrahentes contractum mutui dissoluere, licèt variæ sint opiniones Doct.tamen cōmunis videtur quòd sic,per ea, quæ scripsi in l. quo tutela,in §. nec pauiscendo. ĵ. de reg.iur. & in l.fin.char.pen. & fina.C.de pact.

In quinto speciali Bar. dum hic dicebam.§.non tantùm,valde restringi, videlicèt quando tutor ac-

ciperet pecuniam pupilli mutuo cum auctoritate contutoris, vel non existente contutore palam & bona fide, vt hic declarau. Adde id debere intelligi, quando cum vsuris legitimis id fiebat, aliàs pecunia pupilli sua cōmoda iuuare non deberet, nec posset, vt dicitur in l. non existimo, infrà de admini.tuto. sed potius teneretur in emptione prædiorum conuertere dictam pecuniam pupilli.l.tutor.
21 §.competit. cum ibi not.de admini.tuto. † ex quo infero, quòd quum hodie vsuræ sint prohibitæ, extra de vsur. per totum. & tradunt omnes in l.j. C.de summa Trinit.& interesse,quod hodie succedit loco vsurarum & promittitur à principio, non posit licitè taxari,vt dixi in l.vnica.char.3.in quinta dubitatione.C.de sen. quæ pro eo. non videtur conclusionem prædictam hodie posse procedere: verùm indistinctè dicendum esse,pecuniam pupilli cōuerti debere in emptionem prędiorum; quicquid dicant Bar. & omnes scriben.

In sexto speciali Bar. mirum est, quòd Iacob.de Are.& Bar.in principio suę doctrinæ dicant,quòd actio quæ oritur ex numeratione nouetur,& tollatur per stipulationem, contra omnia iura per eos alle.videlicèt.l. si ita.l.cū enim.& §.Chrysogonus, quę iura apertissimè aliud disponunt ꝙ sola stipulatio teneat, & ex ea tantùm oriatur actio, non autem quòd nouetur & tollatur iam orta, prout ibidem notant ipse Bar. & alij. Item mirum est quod Bar. subijcit, dicens Iacob. de Are. tenere stipulationem impedire oriri actionem ex numeratione, quum immo oppos. dicat,licèt malè.Lex si stipulatus probat quòd ipsi dicunt in fine ipsius legis, ꝙ si rem emptam in stipulationem animo nouandi deducam post partum editum,vel aliquid per seruum venditori acquisitum, ꝙ ex stipulatu consequi non potero, consequar actione exempto. quia in causam nouationis illud non fuit translatum: & per consequens in contractu emptionis per stipulationē subsecutam non tollitur,nec nouatur actio præcedens, cui adijciatur stipulatio,nisi animo nouandi id fiat. In alijs concernentibus istud speciale dicendum, vt aliàs hic scripsi.

Circa septimum & vltimum speciale, quòd in mutuo nō requiratur contractatio pro dominij ac
22 quisitione: ratio est, † quia illa dimissio rei penès mutuatarium, vel alium,vt inquit Bar.facta,succedit loco traditionis. d.§. interdum. insti.de rerum diuis. cum alijs iuribus hic per eum alleg. & notat Paul.de Castr.in l.3.in §. si rem, per illum tex. ĵ.de acquir.poss.& omnes scribētes ibidem.& in l. traditionibus.C de pact.in l.quinta de acquir.poss.in §.fin.l.certi conditio.suprà eod.

Sed ad oppos quòd requiratur contractatio, &
23 motio rei videtur tex. in l. quod si ab initio, † suprà eod.ibi,creditam non esse antequàm mora sit, ergo &c. Sed ratio est,quia in primo contractu depositæ pecuniæ actum erat, vt posset vti, si vellet: opus ergo videtur vsu & contractatione, vt pecunia credita fiat; si tamen depositarius declararet se id velle satis esset, secundum Dec.ibi in 2. col. pro quo ponderate tex. ibi, quoniam debitum iri non est certum. ergo si certificatio facta fuerit de-

clarando

clarando voluntatem suam talem esse,videtur sufficere absque alia amotione & cōtractatione, quum totum stet in voluntate depositarij re penès eum existente.

24 Tangit postmodum Bar. † quę sint specialia in pecunia numerata respectu aliarum rerū mutuabilium: & quamuis multùm obscurè loquatur, tamen concludit l. si pro mutua, tantùm procedere quando pecunia erat solutioni parata, & habere locum etiam in alijs rebus mutuabilibus, quę à veritate aliena sunt.& communis est cum Iac.de Aren. vt hîc dixi,ꝙ sit speciale in pecunia numerata respectu aliarum rerum mutuabilium, ut quælibet res possit æstimata dari pro pecunia mutuo petita,per d.l.fi pro mutua,quia propter ęstimationem ad pecuniam censetur data pecunia petita, siue pecunia sit solutione parata,siue non; quicquid diuinando ad d.l.fi pro mutua,hîc dixerit Bar.quem alij damnant. & pro veritate est contra tex.in d.l.si pro mutua,in sui generalitate. Item in ratione, quę est in ęstimatione facta ex consensu vtriusque.

In alijs verò rebus etiā mutuabilibus, quicquid
25 dicant Fulg.Alex. & Cur. † non uidetur quòd possit contrahi mutuum,dando librum, puta æstimatum decem amphoris vini,quia vt hic dixi,non reperitur in cęteris rebus quòd una possit succedere loco alterius. prętereà mutuum non consistit nisi in rebus verè pondere,numero, vel mensura consistentibus.l.2.ĵ.cod.ergo nō in tali re eo modo ęstimata. Rursus restitutio mutui fieri debet in eadem bonitate & qualitate l.cū quid, suprà eod. & insti. quib.mod.re contrah. oblig. cum similib. Id quod non posset verificari in terminis prędictis, si in veritate dictæ res mutuabiles non fuissent datæ, sed
26 alia res ęstimata pro vino vel frumento; ideo &c. quamuis tamen non contraheret mutuum, † esset tamen contractus innominatus do vt des, ex quo transfertur dominium, & obligatur recipiens ad dandum nullo repugnante.l. naturalis.§. 1. ĵ. de præscr.verb.vt hîc per Alex.in 5.col.

Postremò aduertite in quantùm Bar. & omnes
27 scrib.dicunt,ꝙ per pecuniam † omnes aliæ res ęstimantur, non autē per alias res ipsa pecunia.l. si ita fideiussorem accepero.de fideiuss.ꝙ in contrarium videtur esse tex. in d.l.si pro mutua, dum uult pro pecunia dari posse alias res ęstimatas; ergo pecunia per alias res videtur ęstimari, secūdū Cur. hîc in 7. col.sed respond. ꝙ propter ęstimationem de re, cōmuni consensu factam, videtur datum pretium & pecunia petita. & sic nō est pecunia, quę ęstimetur per rē,sed res quę ęstimatur per pecuniam cōmuni consensu facto pretio ad talem tantamq; pecuniā.

In tertio speciali de vsuris, quę debentur etiam
28 pacto nudo in rebus mutuabilibus excepta pecunia,communis est cum Bar.vt hîc latè dixi: sed non est multùm in hoc laborandum. † nec insistendū, quia hodie indistinctè vsurę sunt prohibitę tàm in pecunia numerata, quàm in alia re: quia quicquid accedit sorti vsura est,vt scribitur in Euangelio, & in c.consuluit, de vsur. ideo nec cum stipulatione nec sine,nec de pecunia numerata, nec de alijs rebus mutuabilibus licitè vltra rem creditam quicquàm capi potest.

Circa specialia tertij generis pecuniæ videlicet numeratę,videlicet respectu aliarum rerū,etiā non mutuabilium; quicquid aliàs hic scripserim,aduertendum est circa intelligentiam.l.si alieni.& l.idem
29 Pōponius,hîc allegatarum: † quia casus sunt multùm diuersi.in l.si alieni,impossibile est,ꝙ nummi remaneant domini,& ad illos cōpetat rei uendicatio; quū discerni & cognosci non possint,& impossibile est: ergo quòd vendicentur dominio nummorū non existente penès volentem vendicare,per iura vulg.sed quia hoc iniquū est,quòd sine voluntate mea efficiaris dominus rei meę,prouidetur domino de remedio, videlicet de actione furti contra soluentem alienā pecuniā,& contractantem rē alienam inuito domino; & de conditione sine causa cōtra recipientē. itē de remedio d.l.si me & Titiū.

In casu.l.idem Pompo.in princ.& §.ꝙ si frumē-
30 tum, † quicquid dicant Dec. & alij,vendicatio pro frumento cōmixto, quia dominium frumenti non erat amissum, grana in sua substantia durabant, & possibilis erat separatio, licèt difficilis: & idem si foret impossibilis discretio, quū non sit alteri traditum animo transferendi in eum dominium, sed duorum frumentū simul commixtū. Ideo ex ęquitate, quia id commodius est vtriq; diuisio fit numero,vt dicitur in d.l.cum Stichus, in fine de solu.ut. propterea vnusquisq; remanet dominus pro dimidia,& pro dimidia vendicabit. ex quo potest inferri,ꝙ si frumentū alienum solutum fuisset tertio, & cōmixtum ita vt discerni nō posset, quod idē esset, quod in d.l.si alieni, prout senserunt Fulg.Rom.& Comens.quos hic refert Ias.in 6.col.& sic istud speciale non procedit, quū idem sit data paritate terminorū in alijs rebus mutuabilibus, qđ in nūmis.

In secundo speciali (vt dixi) Bar.dicit contra tex. in d.l.cum Stichus,immo contra tex. per ipsum alleg.in d.l.idem Pompo. in princ. & in d.§.quod si frumentum.

Circa tertium speciale, Bar. bene declarat & loquitur,gl.tamen (quicquid ipse saluando dicat) nō voluit id,sed oppos.vt per Dec hîc in 3. col.

Vltra speciale Bar. est aliud speciale in pecunia numerata multùm frequens, vt vna pecunia restitui possit pro alia,non sic in alijs rebus, vt hîc per Alex.col.5.se remittentem: hoc videtur contra tex.
31 in l.Paulus, de solut. † vera resolutio dependet ab intelligentia ipsius l.Paulus,ideo videte gl.& doct. in d.l.si quis argentūm, in princ.C.de solut.Paul. de Castr.pulchrè in d.l.Paulus, & Brunum in tract. de augmento fol.23.col.3.& seq.& in trac.de forma, sub tit. de implemento solemnitatis & formæ col.fin.Curt.Iuniorem.in consi.24.& in l.cū quid, suprà eod.vbi declarant quomodo intelligi debeat d.l.Paulus.

32 Circa quæstionem Bar. † de conuersione vnius debiti in aliud debitum ab alio de nouo debēdum. Bar. facit quinque conclusiones in quibus bene loquitur, vt hîc dixi. Aduertendum tamen est circa primam conclusionem & tex.in §.sed & si is.l.falsus,infrà de furt. quia videtur, quòd etiam re non existente in præsentia fieri debeat illa conuersio,&

furtum

Universidad de Deusto
Biblioteca

furtum committi; quia facto mandato de soluẽdo per delegantem solutione subsecuta, pecunia fingitur peruenisse ad delegantem, posteà ad illum tertium recipientem. §. fi. d. l. 3. ff. de donat. inter virũ & vxo. vt per Bar. hic in versi. Si verò. per alium ergo iubens, fictè censetur contractare illam pecuniam, & sic furtum facere. eò maximè, ꝙ cõtractatio in casu d. §. sed & si is, est ficta secundum Ang. Aret. & Moder. Taur. in locis hîc aliàs per me relatis. Paul. de Castr. hîc in 3. col. nixus est vno modo soluere, sed non bene iudicio meo.

Melius dici potest, quòd quum furtum committi nequeat, nisi mediante contractatione. l. j. ff. de furt. re non existente in præsentia non cadit contractatio: ideo nimirum, si non incidit in furtum; vt hic scripsi in glo. super verbo Acceperis. & vbi nõ potest habere locum veritas, non introducitur fictio. l. qui ad certum. ff. locati. ideo nimirum si non fingitur contractasse: maximè in causa odiosa & pœnali, vt est causa furti. & in §. fi. d. l. 3. cum similibus non requirebatur ad faciendum illam conuersionem, ꝙ res esset in præsentia: ideo nimirum, si fictè censentur nummi ad iubentem peruenisse. ad quę vide Fulg. declarantem not. in l. 3. in §. sciendũ. ff. de don. inter virum & vxo.

Circa quintam conclus. quam hîc collegi ex dictis Bar. ꝙ si mandaui debitori meo ꝙ sibi mutuaret, & ille promisit, quòd non fiat conuersio debiti in debitum. l. qui negotia, per eum alleg. debitor tamen isto casu posset repetere cõditione sine causa, vt liberetur à recipiẽte. l. si is qui. & l. is qui plus. ff. de condi. indeb. faciunt quę scribit hîc Alex. in 6. col. immo videtur quòd etiam extra causam mutui
33 † si mandauero debitori meo, ꝙ solueret Titio & promiserit, quod non fiat conuersio in aliud debitũ, nec debitor à me liberetur, quicquid dicat Bar. quia aliud fecit, quàm facere deberet: mandatum. n. debet diligenter & ad unguem obseruari. l. diligenter. ff. mand. c. cum dilecta, de resc. Respond. ꝙ promissio prædicta æquipollet solutioni. l. fin. ad l. falcid. l. inter causas. §. abesse. ff. mand. l. qui actionem. ff. de reg. iur. † mandatum autem potest impleri in æquipollenti. l. fi. §. fi. ff. mand. Iaf. & alij in l. 1. ff. de lib. & posth. ideo &c. ad cuius quidem regulæ d. l. diligenter, declarationem, videte Aulum
34 Gellium in noctibus atticis. cap. 13. lib. 1. Barb. in cõsi. 7 in 5. & vlt. dubio lib. 3. & in rubr. C. qui admit. col. 64. versi. Nec obstat ille tex. Rim. & Aquẽs, in l. 2. char. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Felin. in d. c. cũ dilecta. Deci. consi. 493. Iaf. consil. 202. col. pen. lib. 2. Modern. Taur. in l. 2. §. fin. num. 108. cum seq. ff. eodem & Moder. Astens. in tract. de forma sub rub. de implemento solemnitatis & formæ colum. 15. & sequ.

Successiuè circa quæstionem Bar. de Campsore, & mercatore tangenda hîc esset & tractanda materia nouationis & delegationis, quę est subtilis & ar
35 dua. † De qua plura scripsi hîc, &. ff. in 7. char. nu. 114. cum seq.

Et ultra ea quę iam diximus, sciendum est, quòd hæc materia magis fundata est in regulis, & subtilitate iuris, quàm in rationibus naturalibus, & tria iura diuersa de hac materia principaliter tractatũt: Primum ius antiquissimũ fuit ante iura Digestorũ quo iure prioris obligationis fiebat nouatio, cum secunda cautio emanabat aliquid plus uel minus principaliter vel accessoriè continens. l. fin. in prin. C. de nouatio. secundum Bal. & Salic. ibi. & Doct. in §. præterea, in glo. nouatio insti. quibus mod. re cõtrah. oblig. & Bar. in l. pen. col. 2 ff. de præto. stip. ubi intelligit, quando id fiebat cum interuentu nouæ personæ, prout dicitur in d. §. præterea. qui tamen non loquitur de iure antiquissimo, immo & etiam de iure nouo, interuentus nouæ personæ nõ est necessarius tex. est in l. obligationum ferè, in fi. ff. de act. & oblig. & in l. 1. & 2. ff. de nouatio. Secundum fuit ius digestorum, & media iuris prudẽtia secũdum quam fiebat nouatio, si aliquid addebatur primæ cautioni, secus si tantundem vel minus in obligatione deducebatur, secundum Bal. & Salic. in d. l. fin. sed tex. in d. §. præterea, vult quòd interuentu nouæ personæ si quod Seius debet à Titio stipulabat, nasceretur noua obligatio, & fieret nouatio sine interuentu nouę personæ, ita demum fieret nouatio, si in posteriori stipulatione aliquid noui esset per uiam additionis aut detractionis. In quo articulo Bar. plenius distinguit in d. l. pen. in 2. colum. & sequitur in omnibus Ang. Are. & in d. §. præterea. col. 2. Tertium est ius nouissimum, quo vtimur, secundum quod non fit nouatio, nisi expresè agatur, vel de voluntate nouandi manifestè appareat l. fi. & §. præterea, prælleg. Bar. Bal. Salic. & Ang. in locis prælleg. cum alijs, quæ hîc adduxi.

36 Circa principalem quæstionem Bar. † de Campsore, vt hîc dixi, communis est contra Bar. ꝙ non liberetur prædictus debitor per uiam delegationis uidelicet d. l. si debitorem, secũdum rigorem iuris, sed per uiam nouationis sic, si de animo nouandi ex uerbis & coniecturis de hoc appareret; ut colligitur ex d. l. fin. & declarat etiam Aret. in d. §. præterea, circa finem. facit quod suprà dixi de mandato, quod potest adimpleri in æquipollenti. & secũdum istam declarationem in effectu primus debitor liberaretur ab obligatione, secuta promissione alterius, iuxta terminos quæstionis Bar. & hoc modo intelligendo rectè procedet decisio Bar.

37 Postremò in hac materia nouationis, † si uis scire an inducatur & fiat per dationem noui fideiussoris per prorogationem termini solutionis, & an tollantur pignus, hypotheca, & usuræ: uide Mod. de Fano in trac. de pign. fol. 14. fol. 16.

Et quando per stipulationem pœnalem uel ad interesse inducatur nouatio precedentis obligationis, tradit Ruin. consi. 42. lib. 5. Moder. in l. ita stipulatus. la grande. ff. de verb. oblig.

Successiuè Bar. expediendo gl. in uerbo acceperis, format quinque oppos. ut hîc per eum, quo declarato erit declarata & expedita dicta gl.

Circa solutionem contrarij. l. qui negocia, ac declarationem & intelligentiam illius legis aliàs hic
38 scripsi † quicquid ferè dici possit, & in effectu ueram esse & communem solutionem & intelligẽtiã Bart. & Doct. ad has leges, quòd ibi pecunia non erat

erat præsens, nec solutioni parata: ideo nimirum si contrahitur mutuum: quia nuda cautione, idest sola promissione absq; re contraheretur mutuũ. contra. l. secundam. l. cum quid. & alias. ff. eo. & institu. quib. mod. re contrah. oblig. hîc aũt erat saltem solutioni parata: & ita dixit gl. fi. in l. si ex pretio. C. si cer. pe. & licèt prima fronte, ut inquit Iurisconsul. in l. quinquaginta. ff. de proba. hæc solutio & consideratio uideatur plurimùm diuinatiua, omnibus tñ rectè consideratis non est; vt ẽt hîc per Pau. Cas. in ult. col. Primò quia in l. qui negotia, nõ dicitur, ꝙ id esset dicere, ergo quòd esset presens uel solutioni parata potius diuinationem contineret. Item probatur ex serie illius tex. dum remouendo obiectionem de depositio, quod nuda cautione conuertitur in mutuum, ponit illum casum tanquàm penitus diuersum à præcedenti. in depositio. n. quod non licet amouere sine pœna & delicto, pecunia presumitur solutioni parata, vt hic per Alex. in fine commenti. secus ergo in casu precedenti. In l. nostra licèt non esset in præsentia, erat tñ solutioni parata, quia aliàs non posset procedere iste tex. vt hic probaui. Ex hoc concluditur quòd erat solutioni parata. & sic cessat motiuum de diuinatione. Malè tñ hîc dicit Bar. in uersi. Si igitur pecunia, quòd si
39 pecunia non extaret, non posset, fingi mihi data, & à me ad te profecta. Quia † hæc & maiora lex potest fingere & fingit, maximè absentem fingit presentẽ, & habet pro præsente: ut. ff. de testa. l. lege Cornelia &. ff. de captiuis in l. retro. Sed melius dici potest, quòd lex id non facit, quia non est ratio nec æquitas ita fingendi & statuendi, ut hîc dixi: ideo nimirum si lex id non fingit.

40 Quomodo † autem probabitur pecuniam fuisse solutioni paratam: Bar. ff. in fine commenti concludit ex qualitate personarum id præsumi, vt puta, quando esset quis magnus mercator, quia presumitur habere pecuniam in arca, & consequenter solutioni paratam. per l. eum qui. §. melior. cum glo. ff. de in diem addic. & sequuntur communiter Doctor. ut per Pau. de Cast. & Alex. in fine commenti. ualet enim argumentum à verisimili. l. fin. ff. quod metus caus. c. quosdam. c. quanto. c. quia uerisimile, de presump. Item à communiter accidentibus. l. neque natales. cum glo. C. de proba. l. certi condi tio. §. quoniam. ff. eo. Sed à communiter accidentibus campsores & magni mercatores habent pecunias in arca, & sic paratas solutioni: idq; est verisimile, ergo &c.

Circa tres sequẽtes oppo. dic, ut hîc aliàs scripsi,
41 & declarat etiam Pau. de Cast. in vlt. col.

In ultima oppo. Bar. † de l. si pro mutua. Bar. intelligit illum tex. procedere, quia pecunia ibi erat solutioni parata. idem uoluit ff. in 4. col. in versicu. Secundò principaliter est uidendum, & malè. Ideo melius respon. & solue ut dixi. ff. in primo speciali secundi generis, ac cõtra illum tex. in generalitate, immo etiã in ratione, quæ est propter æstimationẽ factã communi consensu, quæ æstimatio est loco pecuniæ petitæ, per quàm omnia æstimantur, vt dixi soluendo istud contrarium in dicto primo speciali secundi generis.

Successiuè Bar. in uersi. Expeditis ergo prædictis, quærit de conuersione debiti ex uno contrac-
42 tu † in debitum ex alio contractu, an & qualiter fiat. obscurus est, & difficilis: ideo diligenter aduertendum. Dec. hic in penul. col. equo citato ad finem currens paucis se absoluit, etiam sine allegatione legum, omittendo etiam secundam partem doctrinæ Bar.

43 In primis si quæras, † quid hæc quæstio differat à precedenti, qn debitũ ab vno possit in aliud debitũ conuerti: quã latè tangit ipse Bar. ff. in 5. col. in versi. Huius ergo gratia, pót respon. ꝙ ibi loquitur de conuersione ad deuolutionem in aliud debitũ ab alio debendũ, & consequens ibi fit mutatio personæ obligatę, & etiam extinctio primi debiti: hic autem etiã quando non tollitur nec perimitur primum debitum, & ubi non fit mutatio personę, sed tantùm debiti seu causæ, ac tituli obligationis in vna & eadem persona.

Secuudò ineptè uidetur loqui Bar. de conuersio
44 ne vnius debiti in aliud primo remanente, † quia si conuertitur, non remanet, immo mutatur. l. j. ff. de in rem uerso. l. duo societatem, ibi translata uidetur. ff. pro socio. & patet in conuersione Pauli Apostilli: melius dicit Bar. vtendo verbo deuoluitur. & Salicetus hic in ultima column. aliter & melius format quęstionem inquirens: quęro quomodo debitum ex una causa transferatur in aliam, & an prior obligatio tollatur. Bartol. hic facit tres conclusiones.

Prima est conclusio Bar. quòd debitum ex una
45 causa potest deuolui in aliud debitum debendum ex alia causa primo remanente: † & sic cumulatiuè, qñ secundus contractus, uel quasi est uniuersalis, aut generalis: vt in exemplis hic datis per Bar. & qñ secunda obligatio est de subiecto uniuersali aut generali, & nõ tollitur prima l. diuortio in prin. ff. de nego. gest. l. si remunerandi. §. apud Iulianum. ff. mand. inducendo ut hic per Dec. in pe. col. & Sali. in d. §. apud Iul. in quibus iuribus probatur clarè ista j. conclusio. ideo Doct. transeunt communiter cum Bar. ut hic per Sal. Dec. Cur. & alios rationem alias hic assignauimus restringendo conclusionẽ, quando interesseterc ditoris prędictam deuolutionem fieri, ut hic diximus. Et nota, quòd licèt Bar. loquatur quando contractus uniuersalis sequitur, ut in l. diuortio. idem tamen est quando præcedit; ita loquitur tex. in §. apud Iulian. & sentit Dec. hic inducendo illum tex.

Secunda conclusio Bar. quando secundus con-
tractus est specialis seu particularis, & de subiecto
46 singulari † regulariter unum debitum non deuolui tur in aliud, si primum non tollitur, nisi interposita stipulatione animo non nouandi, & in constituta pecunia. Ista conclusio Bar. uidebatur probari in d. §. apud Iul. per eum allega. ubi, si procuratori meo speciali ad actum determinatum mandauero pecuniam capere. & suo periculo ad vsuras dare ea lege, ut ipse certas mihi penderet, & si ultra lucraretur suum esset; dicitur ibi quòd si non soluit dictas usuras, non tenetur mandati, sed ex mutuo. Et sic illud debitum est causa pecuniæ creditę non

Universidad de Deusto
Biblioteca

deuoluitur in causam mandati, quando non erat mandata ad ministratio omnium bonorum. Sed ille tex. habet aliam rationem, quia dicti contractus erant incompatibiles, ideo non possunt simul concurrere, ut hic per Deci. & Curt. & prius hoc declarauit ipsemet Bar. ibidem. propterea hæc doctrina Bar. fuit saturnina, & nõ placuit Decio, & Curt. hic, ut per eos compendiosius & clarius cõcludentes contra Bar. quòd etiam si secunda obligatio sit particularis, unum debitum post in aliud deuolui primo remanente, si contractus sint compatibiles d.l. duo societatem. ff. pro socio. ubi contractus societatis particularis deuoluitur in debitum ex stipulatione debendum. ad idem tex. in d. l. item illa, in fine. ff. de constit. pecu. Fallit quando contractus essent incompatibiles. d. §. apud. Iul. quia mandatum debet esse gratuitum, ut ibi per Bart. & per Curt. hic. facit uulg. regula l. primæ C. de furt. & l. ubi repugnantia. ff. de reg. iuris.

Tertia conclusio Bar. debitum ex una causa deuolui potest in aliud debitum ex alia causa, sublata prima, quando interuentu cuiuslibet rei perfici po
47 test contractus. † & hoc tàm per stipulationẽ, quàm per aliũ contractum, nisi in mutuo, ubi requiritur pecuniam esse saltem solutioni paratam; ut hic per eum: cum quo alij trãleunt. & clarius declarat Pau. de Cast. in ult. col. & bene loquitur, nisi inquantũ uult quòd contractus re celebratur non consensu, ut hic circa finem commenti diximus.

Expedita Theorica istius legis, Bart. qui (ut sæpe dixi) fuit homo practicæ inhærens, reducendo prædicta ad actum practicę fotmauit quinque. not. & utiles quæstiones.

48 In prima Bar. duo concludit, † quòd si instrumẽtum narret Titium dedisse & mutuasse cẽtum Sempronio, non redditur falsum, licèt testes contra ipsum producti dicant, quòd tempore contractus nulla pecunia interuenit; quia dicta uerba dedit & mutuauit uerificari possunt non solùm in reali numeratione, sed alijs modis, delegatione debitoris uidelicet, aut conuersione unius debiti in aliud, & sic in mutuũ, ut hac lege, & dictũ est supra. Ita ℘ testes prædicti contra instrumentũ deponentes non concluderent falsitatẽ, nisi aliter & concludentius
49 deponerẽt; ut hic per Bar. † Sed si notarius attestaretur numerationem falsum incurreret, quicquid dixerint Bal. & Sali. hic releti per Alex. æquior receptior, & uerior opinio est cum Bar. in primo dicto, quia probatio prædicta non concludit de necessitate falsitatem, ut probat Bar. & probatio præsertim falsitatis debet de necessitate cõcludere, in dubioq;
50 fieri debet interpretatio, ut euitetur falsum, † ut per glo. Bal. & alios in l. Iurisgentium. in §. quod ferè. supra de pact. Alex. Iaſ. Deci. & Curt. & alios hîc in ultimis colum. Petr. de Anchar. in conſ. 173. col. 3. llb. j. De ci. consil. 175. Iaſ. in l. iubemus. col. 3. C. de testa. & in l. Imperium colum. 12. de iurisdi. om. iud. Hippol. de Marsil. in rubr. ff. de fal. & Maria. Socin. Iuniorem in consil. 31. & 61. lib. 2. & in multis alijs suis consilijs. Nec obstat quòd nerbum dedit, uidetur denotare tractum naturalem, ut hîc in ultima col. dicit Curt. quia immo satis potest uerificari in delegatione debitoris: uel mutatione unius debiti in aliud debitum quibus casibus dedisse mutuatario absque dubio dici potest: ergo meritò à falsitate excusari.

Circa secundum dictum Bar. quicquid dicant hîc Deci. & Mod. Taur. tenentes quòd uerbum nu
51 merauit † potest intelligi in ficta numeratione & mutuo ficto; ut hîc. & ideo ita debere intelligi, ut euitetur fallum, & notarius excusetur à falsitate, nisi additũ esset in mei præsentia, quia tũc uidetur præcisè de reali numeratione attestari: ut tamẽ dixi suprà, & in l. si librarius, nu. 39. communis est eum Bar. & secundum communẽ intelligentiam sonat in actualem numerationem. Nec obstat, quòd hæc falsitas (ut dicunt Taur.) non sit præiudicialis parti, ergo non punibilis; quia immò multùm præiudicialis, quum sua interfit potius in ueritate numeratam sibi fuisse pecuniam, quàm ab alio promissionem de ea soluenda habuisse, ut de se patet. nam primo casu habet pecuniam mutuatã, secundo non, licèt habeat actionem ad illã legem, qui actionem habet. ff. de reg. iur. & si in hoc nõ sit laborandũ, quũ notarij semper dicant in mei notarij & testium præscriptorum præsentia. Et clarius concl. Bar. procederet, quando notarius diceret (ut communiter fit) in tanto auro uel argento, quia nõ caderet tunc prædicta excusatio.

52 Notandaque est multùm decisio Bal. † in rubr. C. de fide instr. col. 3. quã tantùm extollit hic Iaſ. an tepe. col. ℘ prædicta conclusio Bar. procederet, etiã ℘ pecunia fuisset ibi in bursa, quia si non fuisset facta realis numeratio, instrumẽtum esset falsum, & notarius posset puniri. & ita est tenendũ, quicquid hîc dicant Mod. Taur. quia cõtra ueritatem scribit, ergo incurrit falsum, iuribus uulgar. licèt enim esset aliqua quantitas pecunię in bursa, non apparet ℘ esset illa uel tanta prout attestatus est notarius. & hanc conclusionem uoluit etiam in fortioribus terminis Bar. hîc, & idem Iaſ. in ult. col. & ita uidi aliàs practicatum contra unum magnum uirum & Doctorem cum illius dedecore & damno. fecerat enim confici unum instrumentum dotis, & cantare instrumẽtum de reali numerationi dotis, postea soluto matrimonio mortem uiri, quum repeteretur dos, & leuarentur etiam bona feudalia, in quibus potest fieri executio ex forma Ducalis decreti in ditione Sabaudię, quãdo cõstat de reali numeratione dotis, fuit oppositũ, ℘ nulla fuerat ibi numerata pecunia, & si essent in mensa quædã marsupia plena pecunijs ut dicebatur, impedita fuit executio, & pars quæ utebatur tali instrumento composuit cum fisco, & soluit scutos mille, & impositum fuit hoc modo silentium rei prędictę. & hanc conclus. uoluit etiam Bar. hîc in hoc uers. Sed si notarius. quòd si uere non interuenit numeratio, notarius illam attestans committit falsum quum, ueritatem mutet. Cauti ergo estote, ne non solùm in huiusmodi damna, sed etiam in falsi crimen incidatis, ut dicit tex. in l. inciuilem. C. de furtis.

In secunda quęstione concludit Bart. instrumentum in quo dicitur Titium habuisse & recepisse centum mutuo à Meuio in presentia notarij & testium

stium, non reddi falsum, licèt probetur ipsum Titium non recepisse pecuniam, licèt ibi esset in præsentia, quum possit dici uerè habita & recepta per eum: & si alteri eius iussu fuerit numerata. iuribus hîc alleg. per Bar. de quorum intellec. diximus suprà. & cum ista conclus. Bar. transeunt Alex. Iaſ. Deci. Curt. Taur. & alij communiter & bene, ad excusandum maximè quem, à crimine falsi. Nec etiam annullatur fides instrumenti respectu probationis mutui, ita concludunt rationes, quibus moueutur Bar. & Doct. facit, quod hîc uult Deci. in
53 penul. col. in uers. sed dubitatio est.

In tertia quæstione quotidie occurrenti, † prima concl. Bar. est communiter approbata, ℘ licèt probetur restitutio eiusdem pecuniç, non redditur falsum instrumentũ; in quo dicitur pecuniã habitam & receptã. & hoc non habet dubiũ quum id uerũ fuerit. sed difficultas est, utrũ cõtractus reddatur ualidus & inutilis propter regulã. l. qui sic, de solu. & l. fin. in fi. C. de bon. quę hb. ℘ momentanea acquisitio non habetur in consideratione. Bar. cõcludit, contractũ non reddi inutilẽ, nisi etiam probaretur conuentum fuisse, ut fieret statim restitutio per d. l. qui sic. an autem censeatur causata & facta liberatio per talẽ restitutionẽ, Bar. se remittit. cũ primo dicto Bar. docto. communiter transeunt per l. & rationẽ prędictã, ut hîc per Alex. Iaſ. & alios moder. & est glo. not. in l. si quis duos. ff. de solut. uide tamen pro limitatione, quæ scribit Bald. in l. ne quæstio. in fi. C. de lega.

In secundo dicto Bar. quum non presumatur donatio regulariter, concludendum est, quòd facta & probata restitutione prædicta, inducitur liberatio à priori obligatione, nisi ex alijs coniecturis colligi possit contraria mens partium, ut hic per Mod. Taurin.

In quarta quæstione, Bar. facit duas conclusiones, prima, licèt approbetur per Alex. Iaſo. & alios ab eis relatos, tamẽ, ut hic cõcludunt Curt. & Mod. Taur. contrarium uidetur uerius propter suspicionem manifestam ex tali restitutione, & retrodatione pecunię in fraudem resultantem. & illa. l. si quis duos, in qua se fundant. Bar. & sequaces, nõ habet locum, quando actus (ut in proposito nostro) tenderet in prejudiciũ alterius, ut ibi per Paul. de Cast. in secunda conclus. approbatur, declarando ut hic per Alex. & Mod. Taur.

In ultima quæstione, Bar. bene loquitur, ut dixi in superioribus.

Paduæ 15. Martij 1550.

SVMMARIVM.

1 *Tex. istius legis frater à fratre, quantæ sit difficultatis & subtilitatis dicitur. & nu. 5. cum sequentibus.*
2 *Ordo Auctoris qualis sit futurus in hac lege.*
3 *Bar. super hac lege scripsit studio camerario.*
4 *Scripta in cathedra recitata & expedita multùm antecedunt, his quæ scripta. sunt studio camerario.*
7 *Aphricani lex, ergo difficilis: consequentia est à doctoribus recepta. & an id contigerit natura uel arte.*
8 *Obligatio naturalis dupliciter consideratur, & non solùm est inter homines, uerum etiam inter feras & homines. & nu. seq.*
10 *Obligatio naturalis quum in cõsensu fundata sit, etiam cum seruis & filijs familias contrahitur. & nu. seq.*
12 *Obligatio naturalis nõ aũt ciuilis cõtrahitur inter patrẽ & filiũ, & inter fratres in eiusdẽ patris potesta te manentes; & quæ sit ratio diuersitatis. et nu. seq.*
14 *Filijs familias in Gallia et Venetijs an sint in patria po testate, & utrum possint testare de bonis aduentitijs, & facere alios actus filijs familias prohibitos? & nu. seq.*
Galli an habeant filios in potestate, attendatur q; ibi patria potestas. item quomodo utantur legibus, eisque uiuant. ibidem.
18 *Veneti an habeant filios in potestate, et ibi uigeant effectus patriæ potestatis.*
20 *Obligatus quis esse sibi non potest.*
21 *Identitas patris & filij à iure ciuili considerata secundum ius gentium non attenditur.*
22 *Ioannis Croti Repet. in hac legem qualis fuerit.*
24 *Acquiritur difficilius ea, quæ sunt iuris ciuilis, quàm ea quæ sunt iuris naturalis.*
25 *Pater et filius an & quomodo dicantur unum & idẽ, & censeantur eadem persona. & nu. seq.*
24 *Tex. l. fin. C. de impuber. & c. declaratur, & nu. seq.*
26 *Filius dicitur pars & portio corporis patris.*
27 *Senatores dicuntur pars corporis principis.*
28 *Obligationes sunt institutæ propter iudicium. & nu. sequentibus.*
30 *Tex. l. serui & filij, de furtis, declaratur.*
31 *Pater an et quomodo habeat manum regiam in filium. & nu. 36. cum seq.*
32 *Naturalia per ciuilia corrumpi uel tolli non possunt, sed bene mutari.*
34 *Pater prout est officialis aut magistratus. non iudicatur esse eadem persona cum filio.*
37 *Obligatio ciuilis hodie contrahitur inter patrem et filium, etiam in aduentitijs.*
39 *Fratres in eiusdem patris potestate momentes, non obligantur ciuiliter adinuicem.*
40 *Emancipato filio an oriatur obligatio ciuilis et cõfirmetur ut naturalis primo inter filiũ et patrẽ cõtracta.*
41 *Obligatio naturalis an possit executioni mandari per uiam denuntiationis Euangelicæ, uel per manum regiam*
42 *Peculium quid sit, & quare materia peculij difficilis reputetur.*
43 *Peculij creditor persequitur peculium non habita ratione partis hæreditariæ, licèt exactus pro parte hæreditaria repetat, nec ultra grauandus sit secũdum aliquos & malè, quum hæres pro portione hæreditaria tantùm inueniendus sit. & nu. seq.*
44 *Hæres pro portione hæreditaria tantummodò cõuenien dus est, nisi sit filius hæres, qui cõtraxerat peculiari ter, qui insolidum conueniri potest, quando ex suo contractu conuenitur, non autem tanquàm hæres. ibidem.*
46 *Tex. istius legis frater à fratre, non procederet in seruo, ubi dominus non obligaretur naturaliter sumendo mutuum ab eo.*
47 *Seruus obligatur ex contractu naturaliter alteri quàm domino.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

48 Filiusfamilias obligatur ex omni cõtractu, excepto uoto & mutuo, & qualiter contra eum fiat executio.
50 Pater pro filio non obligatur, etiam respectu legitimæ, & si de peculio teneatur usque ad uires peculij.
52 Pater obligatur naturaliter etiam ex contractu filij peculiotenus.
53 Pater qui obligatur de peculio ex contractu filij post mortem uel emancipationem filij tenetur solummodo intra annum. & nu.seq.
55 Debitum contractũ per filium uel seruum habentes peculium,dicitur esse onus peculij, et transit cum peculio,& de ipso peculio soluendum est.
56 Indebiti repetitionis conditio ex bono & æquo introducta est.
57 Dubitatio in hac lege frater à fratre, circa repetitionẽ solutitantùm consistebat.
58 Casus cum rationibus dubitandi & decidendi in hac lege frater à fratre,ponitur.& nu.seq.
66 Tex.istius legis loquentis in fratre sumẽte mutuũ à fratre, an habeat locum in tribus aut quatuor fratribus.& nu.228.
67 Frater unde dictus, & an soror ueniat appellatione fratris, & de quibus fratribus intelligatur sermo loquens de fratre.& nu.seq.
72 Clara non egent argumentis nec coniecturis.
73 Debitore succedente creditori confundũtur actiones,& cur,ac quatenus .& nu.seq.
76 Mutuum factum à fratre in eiusdẽ patris potestate manente,non producit obligationem ciuilem, sed naturalem tantùm;quæ patri acquiritur.
77 Donatio facta fratri existenti in potestate patris de bonis profectitijs etiam patre consentiente non ualet.
78 Emancipatio actus est respiciens uniuersalitatem, ideo non potest fieri ad unum actum, puta, ut quis possit testari uel acquirere.& nu.seq.
79 Tex.l.si permittente.C.ad macedo.declaratur.
80 Filius mutuando fratri suo pecuniam paternã uel profectitij peculij an & quomodo in fratrem dominium transferatur, & contrahatur mutuum. & nu. sequentibus.
82 Momentanea acquisitio dominij an et quando habeatur in consideratione.& nu.87.
88 Onera hæreditaria transeunt proportione hæreditaria, onera uerò peculiaria non transeũt pro rata peculij, sed pro portione hæreditaria usque ad quantitatem peculij.& nu.seq.
90 Naturale debitũ an possit deduci in diuisione hæreditatis uel in restitutione istius hæreditatis.& nu.seq.
Tex.l.si quid possessor,in §.iustus aũt,declaratur ibidẽ.
94 Hæres obligatus aliys soluere nõ potest tempore diuisionis hæreditatis deducere de corpore hæreditario partem debiti spectantẽ cohæredi,sed per cautionem indemnitatis ei consulitur.
Mercatorũ qui societatẽ inierunt,si unus qui artẽ mercantiæ exercebat ex causa mercantiæ & societatis prædictæ diuersis creditoribus sit obligatus, nõ põt in diuisione societatis deducere et retinere quod alij debet, sed satis est præstari sibi cautionẽ à cohæredibus ne ultra eius ratã damnũ patiatur. ibidẽ cũ seq.
96 Defendere aliquem debens, multò fortius tenetur non offendere.
97 Turrim promittens accomodare contra omnes homines, an contra se ipsum, uel suos id facere teneatur. & pluribus nu.seq.
99 Loquentis persona utrum includatur in generali sermone.& nu.sequentibus.
100 Mens partium et contrahentium attendenda est,etiam in contractibus.
101 Beneficij ualor impersonaliter falsò expressus, non nocet exprimenti.
102 Procurator cũ libera nouationẽ in se non potest facere.
103 Gabellam non tenetur soluere ad portas ille, quã dedit potestatem alicui imponendi & exigendi dictas gabellas ad portas contra omnes homines mundi.
104 Constitutio & statutum Principis non comprehendit ipsum principem.
105 Totum dicens, non semper excludit omnia. & nu. sequentibus.
Tex.l. inquisitio. C. de solut. quòd in generali sermone non includatur persona loquentis,declaratur plenè. ibidem.
111 Vniuersalis sermo prolatus ab homine nullã recipit restrictionem,secus si prolatus sit à lege.
116 Iniusta i generali sermone,cõcessione uel cõfirmatione, nõ includuntur nec cõprehenduntur,& specificatus casus non includitur in specificatione generali.
117 Specialis et priuilegiatus casus an comprehendatur in generali dispositione.
118 Cedere alteri iura & actiones obligatus, an contrà se ipsum id facere teneatur.
119 Hæres pro parte an possit rem ipsius uenditam à defuncto uendicare pro parte,pro qua non est hæres.
Defensio an & quomodo dicatur indiuidua.ibidem.
120 Pater ex mutuo à filio recepto obligatur illi naturaliter, quæ naturalis obligatio remanet penès ipsum filium.
Obligatio naturalis à patre uel domino immediatè descendens,non reacquiritur illis,sed penès filium aut seruum remanet;secus quãdo prouenit à tertio.ibid. cum sequent.& nu.169.& 175.
122 Difficultas inextricabilis enarratur.
Regula Iuliani de qua in l.liber homo,la 2.ff.de uerbo. oblig.declaratur.ibid.& nu.169.cum seq.
124 Dominus semel factus non potest amplius effici dominus.
Intellectus ad hunc tex. in uersiculo contra si pater. ibidem.
125 Imperfectio in materia ista quæ dicatur.
129 Bartholi dicta quæ in hac lege fuerunt superflua,consultò per auctorem omittuntur.
139 Superfluis non est utendum.
131 Obligatio ciuilis inter patrem & filium,uel inter duos fratres in eiusdem patris potestate manentes,cur nõ nascatur,sed naturalis tantùm.
132 Filius quum non habeat manum regiam in patrem quæ re non obliget sibi illum ciuiliter.
133 Obligatio ciuilis quare non contrahatur inter duos fratres existentes in potestate eiusdem patris.
134 Filio mutuãte alteri pecuniam nomine patris an cõtrahatur mutuum,& quæratur patri obligatio.
135 Tex. l. si absentis. C. si cert. peta. declaratur. & nu. sequentibus.
Tex. l. non omnis. ff. si cert. peta. declaratur. ibidem.

Actus

Actus agentium non debere operari ultra eorum intentionem,quomodo intelligi debeat. ibid.
Intentio non solùm primæua,sed etiam secundaria inspicitur.ibid.
138 Filiofamilias pecuniam patris mutuante an & quando contrahatur mutuum.& nu.seq.
140 Compensatio fit solùm de liquido ad liquidum.
141 Mutans pecuniam suam nomine alieno, non censetur illi donare etiam intercedente magna amicitia.
Donationis coniectura quò ad fieri potest uitanda est. ibidem.
143 Filio mutuante pecuniam propriam nomine,suo an contrahatur mutuum,& procedat hæc lex. & nu.seq.
144 Macedonianum an cesset quando frater mutuat fratri.
145 Repetere nequit soluens,quando exceptione odiosa tutus erat.
146 Statutum prohibens minorem contrahere sine consensu duorum consanguineorum,an uendicet sibi locum, quando filius contraheret cum ipso patre.et nu. seq.
Tex.l.secundæ. ff.ad Macedonia.declaratur.ibid.
148 Filio mutuante nomine suo pecuniam patris, contrahitur mutuum consumptione secuta, & acquiritur patri naturalis obligatio,& procedit lex ista.
149 Peculij profectitij pecunia alienari potest per filium.
150 Pecunia patris,& pecunia profectitij peculij quomodo differant.
151 Peculium profectitium filij an censeatur publicatũ publicatis bonis filij,& quid de legitima ipsius filij.
153 Aduentitia pecunia an & quomodo mutuari uel alienari per filium possit.& nu.seq.
154 Aduenticia non possunt alienari per filios sine consensu paterno.& nu.seq.
Tex.§.filius autem.l.fina.C.de bon.quæ lib.declaratur. ibidem.
156 Tex.l.secundæ ac totus tit.ff.de usufr.earum rerũ quæ usu consumun.declaratur. & nu. seq.
157 Obligatio ciuilis an hodie contrahatur inter patrem et filium. & nu.seq.
Pater an sit legitimus administrator bonorum filij ratione usufructus solummodo ibid.& nu.160.cũ sequ.
162 Tex.l.primæ.C.de bon.mater. & l.fin.in.§.sin autem patre recusante,quomodo intelligantur, & concordentur.& nu. seq.
164 Patre existente usufructuario & legitimo administratore bonorum filij,utrũ exercitium actionum liberè sibi competat in agendo & defendendo, aut id facere teneatur cum consensu filij.& nu. seq.
165 Filiusfamilias patre usufructuario et legitimo administratore bonorum suorum agente, an consentire debeat.& nu.seq.
166 Procuratoris constitutio facta per patrem sine consensu filij est nulla quãuis sufficiat filium in iudicio postea consentire. & nu.seq.
167 Filiusfa.in aduentitijs potest agere consentiente patre.
168 Vsusfructus acquisitio patri prohibita censetur, quãdo factum fuit legatum,ut ipsi filio tradatur.
169 Obligatio naturalis patri per filium quæritur.
171 Transfertur facilius aliquid de uno ad aliud,quàm tollatur. & nu. seq.
172 Sabbatum fuit mutatum & translatum in Dominicã.
Tex.§.sed naturalia,Institu.de iure natu.declaratur. ibidem.
173 Naturalia esse immutabilia,quomodo intelligatur.
176 Obligatio naturalis quæ acquiritur patri per filium, utrum quæratur directò & mediatè, aut immediatè.
177 Obligatio naturalis acquisita per filiũ an penitus et in totũ acquiratur patri,ita quòd apud filiũ nihil remaneat uel sint duæ naturales obligationes,quarũ una acquiratur patri,altera remaneat penès filiũ:& qui resultet effectus.& nu.seq.usque ad 180.
Obligationes naturales facilius,à nobis tolluntur et separantur,quàm ciuiles,quanuis actus naturales fortiores sint ad acquirendum nobis quàm ciuiles. ibidem.
179 Tex.istius legis frater à fratre,in uers. naturalem obligationem,quæ fuisset,sublatam uideri, nouo decoratur intellectu. & nu.seq.
181 Peculium profectitiũ dicitur patris et filij,patris uerè, & quantũ ad proprietatẽ,filij autem nudo nomine, & quantũ ad administrationem: ideo rectè soluitur utriq;.& nu.seq.usque ad nu. 120.
184 Frater qui mutuum dedit in casu istius legis,si nõ fuisset hæres patris pro parte aliqua,teneretur restituere repetenti totum solutum;quia omnino indebitè solutum fuisset.& nu.seq.
186 Peculium profectitium quò ad quid spectat ad filium: ideo publicatis bonis patris,non publicaretur ipsum peculium profectitium,quamuis sit patris. & num. sequentibus.
Tex.l.3.in §.sed utrum,in fi.ff. de mino.nouo & pulcherrimo decoratur intellectu. ibid.
189 Pater & filius in obligatione naturali an habeãtur tanquàm duo rei credendi.
Correi credendi an sint pater et filius in obligatione naturali,& diuersitas causarum seu obligationum impedit constitutionem duorum reorum,uniq; facta solutio liberet debitorem ab obligatione alterius. ibidem.cum seq.
190 Obligatio peculiaris potest dici una propter unicam solutionem,quæ sufficit.
191 Obligatio patris in peculio est potentior, quàm obligatio filij absque dubio.
192 Correi an teneantur communicare sibi inuicẽ exacta. & nu. seq.
194 Peculium profectitium an & quomodo conferatur.& num.sequen.
195 Profectitia quæ esse dicantur.
196 Lucrum acquisitum ex peculio profectitio cuius sit,& an hodie conferatur.
197 Actio de peculio an sit in rẽ,uel in personã, natiua uel datiua:& ex qua obligatione oriatur,an ex ciuili et naturali,uel ex naturali tantum.& nu.seq.
201 Pater concedens peculium cẽsetur à principio in genere consentire in obligationibus, ideo obligatur usq; ad quantitatem peculij.
202 Tex.l.si duo,in fi.de acq.hære.declaratur.
203 Pater in casu istius legis frater à fratre, licèt nõ obligetur naturaliter respectu filij, obligatur tamen respectu extraneorum uolentium de peculio agere.
204 Serui si duo sint eiusdem domini habentes centum pro quolibet in peculio, quorum alter quinquaginta ab altero mutuo sumpserit,utrum dominus ex persona serui, qui mutuum accepit,teneatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

205 Seruo delinquente in res alterius, an dominus ex perſona ipſius ſerui delinquentis teneatur.
206 Obligatio naturalis an ſit in delictis.
207 Libelli & ſententiæ formæ quales eſſe debeant in actione de peculio.
208 Solutum poſt mortem patris ante aditam hæreditatem in caſu noſtræ legis an poſſit repeti.
210 Suitatis exiſtentia non confunduntur obligationes, niſi ſequatur actualis immixtio.
211 Filius à creditoribus paternis efficaciter conueniri non poteſt, niſi creditores probent, filium eſſe hæredē patris, uel ſe immiſcuiſſe in bonis paternis.
212 Filius recipiens uel exigens id quod patri debebatur, cē ſetur adire, ſeq; immiſcere.
213 Aditio hæreditatis per quos actus inducatur, & probetur.
214 Obligatio naturalis quæ extinguitur peruentione peculij, nō perimitur ad ſimilitudinē obligationis hæreditariæ, quæ extinguitur pro quota parte hæreditatis, ſed extinguitur pro quota peculio tenus, et nu. ſequ.
217 Frater qui fratri mutuū dedit in caſu iſtius legis, an poſſit agere cōtra fratrem ad id, quod naturaliter debebat, ſi ex peculio ſuo nihil ad ipſum fratrem credito rem peruenerit. & nu. ſeq.
220 Debitum filij uel ſerui habentium peculium an ſit onus peculij, & ſequatur peculium. & nu. ſeq.
Peculium an tranſeat cum onere & obligatione peculiari. ibidem.
223 Obligatio peculij in caſu iſtius legis pro parte fratris debitoris ſuccedentis patri communi, tollitur non ſolū confuſione, ſed etiam iure ſolutionis: pro parte uerò fratris creditoris tollitur peruētione peculij iure cuiuſdam ſolutionis. & nu. ſeq.
224 Pater donans quinque de peculio ſerui habentis decem, & debentis decem, an liberetur in quinque.
225 Debens ſaccos decē fumenti naſcituri ex tali fundo. ſi donauerit quinque ſaccos fumenti ibi orti, an extinguatur obligatio prædicti debiti in quinque.
227 Frater debitor ſoluēs de ſuo creditoribus peculiaribus poteſt repetere à fratre pro portione hæreditaria uſque ad quantitatem peculij.
229 Peculio adempto an & qūo filius remaneat obligatus.
230 Obligationem peculiarem onus eſſe peculij, quomodo intelligatur.
231 Frater debitor, qui peculiū habebat, ſi totum ſoluerit, qua actione à fratre poſſit repetere.
233 Seruis duobus à domino hæredibus poſteà inſtitutis, ſi unus totum ſoluerit, qua actione repetet.
Lex iſta frater à fratre, loquens de duobus fratribus, non habet locum in duobus ſeruis. ibid.
234 Serui ex obligatione propria non poſſunt conueniri, cū naturaliter tantùm obligentur.
235 Quæſtio pulchra in materia iſtius legis inter duos nobiles ſcholares orta, deciſa.
236 Bar. fuit homo practicæ inhærens, ideo ad practicā rē trahendo formauit hic ſex notabiles quæſtiones.
237 Bar. in 1. q. eleuauit ingenium altè & ſubtiliter loquēdo ſecundum Iaſonem, ſed ſecundum Auctorem chimeras & ſomnia cognoſcit, quæ Iaſon apices ſubtilatum eſſe credidit.
238 Filius fa. habens peculiū caſtrenſe uel quaſi, re uera nō cenſetur ſui iuris, ſed fictione quò ad ipſum peculiū.
239 Vſusfructus pecuniæ aduētitiæ malè acquiſitæ à patri nō quæritur, nec in pluribus alijs caſibus; et in his inter patrē & filium conſiſtit ciuilis obligatio. & nu. ſeq.
241 Mutuum non contrahitur quando filius mutuat patri propriam pecuniam patris. et quid ſi pecunia fuerit peculij. & nu. ſeq.
242 Pecunia paterna, & pecunia profectitij peculij quomodo differant.
244 Tex. l. ſi uenditor, in §. pen. uerſi. aliter atq;, de in diem addic. declaratur. & nu. 152. uſq; ad 287.
245 Obligatio ciuilis & naturalis an detur reſpectu creditorum peculij. & nu. ſeq.
247 Acquiſitum ex pecunia paterna non eſt patris, ſed filij conſideratis terminis iuriſgentium.
248 Lex iſta frater à fratre, in uerſ. contra ſi pater. intelligitur ſecundum Bar. in pecunia acquiſita ex peculio profectitio, quòd eſt falſum.
249 Filio mutuante pecuniā per eum acquiſitam ex peculio profectitio contrahitur naturalis obligatio cōſiderātis terminis iuriſgentium.
253 Tex. l. cum oportet, in princ. C. de bo. quæ lib. ornatur.
255 Dominus non obligatur ſeruo naturaliter ex cōtractu, ſed bene ex promiſſione aliqua ex æquitate generali, quæ dicitat, fidem eſſe ſeruandam.
257 Contractus omnes an ſint de iure gentium ſecundario, uel ne. & nu. ſeq.
259 Pater et dominus reſpectu creditorum peculij quomodo obligentur.
262 Mutuū factū per patrē filio habenti caſtrenſe peculiū, uel quaſi, aut aduentitium, cuius uſusfructus patri non quæritur, actionem & obligationem parit.
263 Titius habens peculium profectitiū tantùm, an ex mutuo facto ſibi per patrem obligetur naturaliter conſumptione ſecuta. & nu. ſeq.
265 Obligatio naturalis filij qua pater tenetur, quādo filius eſt cum peculio differt ab ea qua tenetur, quādo eſt ſine peculio.
266 Volanti ſine pennis, ideſt ſine lege imminet maximum periculum, ne cadat.
267 Commodati, & depoſiti contractus an conſiſtat inter patrem & filium. & nu. ſeq.
Depoſiti contractus inter patrem & filium an & quando conſiſtat. ibid.
270 Obligatio datur non ſolū primæua, ſed ſecundaria, ut intentio primæua & ſecundaria.
273 Emptionis & uenditionis contractus an & qūo ualeat & teneat inter patrem & filium. & nu. ſeq.
Filiusfa. an & quomodo à patre poſſit emere, ſuprà in uerbo emptionis.
Pater an poſſit emere à filio. ibid.
276 Palàm & bona fide quando dicatur contractus factus
277 Obligatio ciuilis & naturalis hodie oritur inter patrē & filium in aduentitijs, in quibus pater non habet uſumfructum.
282 Pendere actum à futuro euentu, non eſt inconueniens, maximè in actibus uiuentium.
283 Tex. l. ſecundæ ad Macedon. declaratur.
284 Cōtractus pōt conferri in uelatā uoluntatē cōtrahētis.
285 Iuramentum reddit obligationem efficacem, & obſeruandam inter patrem & filium.
288 Pendere non poteſt cōtractus in homine ſui iuris, ſecus in homine conſtituto in poteſtate alterius.

Frater

289 Frater à fratre an & quando ualidè poſſit emere. & nu. ſequent.
290 Pater an poſſit auctorari filio uenienti fratri rem peculij aduentitij.
292 Locationis & cōductionis contractus inter patrem & filium an & quomodo contrahatur. & nu. ſequ.
293 Vxor ad quas operas ſit obligata uiro, & hæredibus uiri. & num. ſeq.
295 Mandatum inter patrem & filium an et quomodo conſiſtat, obligationen ꝙ; pariat. & nu. ſeq.
297 Obligatus alterius mandato, quibus caſibus poſſit petere ſe liberari ab obligatione.
300 Donatio inter patrem & filium an & quando ualeat, uel non, & quare. & nu. ſequ.
301 Donatio an ueniat appellatione contractus.
302 Donator an teneatur de euictione.
308 Donatio facta filio legitimato non ualet.
307 Donatio inter patrem & filium parit naturalem obligationem, cōtra quod obſtare uidebantur plures notabiles difficultates. & num. ſequ.
311 Obligatio naturalis quæ naſcitur inter patrem & filiū eſt debilior alijs obligationibus naturalibus.
312 Filius non habet meliorem amicum patre ſuo.
314 Obligatio naturalis an tolli uel impediri per legē poſſit, & quomodo.
316 Donatio inter patrem & filium, uirumque & uxorem an æquiparetur.
318 Obligatio naturalis an ſit exequibilis uia denuntiationis euangelicæ. & manus regiæ.
319 Donatio facta per patrem filio propter benemerita an quando et qualiter ualeat, et ſubſiſtat: pluraq; de huiuſmodi materia donationis propter benemerita. & num. ſequenti.
323 Benemerita aſſerta per quempiam in aliquo inſtrumento utrum exigant aliam probationem. & nu. ſeq.
325 Tex. l. qui teſtamentum. ff. de probatio. ornatur.
329 Iurans non poteſt cōtrauenire actui iurato, etiam quòd actus ipſe nullus ſit.
330 Donatio inter patrem & filium confirmatur morte interueniente, tamen traditione uera aut ficta, ualetq; ut ex nunc, non ut retro.
333 Donatio inter patrem & filiam ex cauſa dotis ualet, et nunquid hoc extendatur ad donationem factam filio ex cauſa ſtudij. & nu. ſeq.
Tex. l. Pomponius Philadelphus. ornatur. ibidem.
335 Vſusfructus bonorum aduentitiorum donari poteſt per patrem filio, etiam tacitè. & nu. ſeq.
Pater quando permittit filium uti & frui bonis aduentitijs, poſt eius mortem nō poſſunt cohæredes ipſum filium poſteà moleſtare. ibidem.
336 Donatio uſusfructus bonorum aduētitiorum facta per patrem filio, non confertur.
337 Donatio facta filio exiſtenti in poteſtate per principē, uel alium habentē iura imperij auctoritate regia ualet. & nu. ſeq.
338 Imperij iura habentes in ſuo territorio loco Imperatoris ſunt.
339 Donatio iurata inter patrem & filium ualet, plenè declaratur. & nu. ſeq.
342 Donatio facta per patrem filio naturali ualet, ſed nō facta ſpurio, quæ nec iuramento firmatur.
343 Donatio facta filio per matrem, an & quando ualeat. & nu. ſeq.
344 Peculium aduentitium non publicatur propter delictū patris quò ad proprietatē, ſed tantùm quò ad uſum fructum, durante uita patris. & nu. ſeq.
345 Peculium aduentitium nō publicatur propter delictum filij, etiam reſpectu proprietatis; & cur hoc ſit.
348 Legitimam filij an minuat quod pater ſoluit pro redemptione illius, qui captus fuerat ab hoſtibus.
350 Doctores in fine anni in horreum Dei labores aliquos utiles mundo inferre debent.
Vitellotius Vitellius Romanus Iuuenis incōparabilis, & diuini ingenij uir. ibidem.

In legem Frater à fratre. ff. de condi. indeb. Vitellotia repetitia.

1 TERRIBILIS eſt locus iſte dilectiſſimi Auditores, vt enim teſtantur hîc Bar. Ang. Fulgo. & alij, famaq; publica in toto iuris Ciuilis pelago non eſt alia difficilior lex: † iccirco, vt ait Sali, Doctores ad finē anni eam legendā reſeruant. poſteà territi ferijs ſuperueniētibus nō legunt, aut omiſſa doctrina Bar. ac difficultatibus in magnis caloribus, ſtudijs nr̄is inimicis eā interpretātur, currētes tanq̄ muſcipula ſup prunas, ne calore barū difficultatū cōburantur pedes. hos ego nunquàm mihi ꝓpoſui ad imitandū, ſed illos. (vt cū Lactātio loquar) qui omnibus alijs cōptis quicquid laboris pōt impēdi ad inquirēdę veritatis ſtudiū cōtulerūt.

2 Quia gloſſæ iſtius legis † obſcuræ ſunt, difficiles, & intricatę ſecundū Bar. & Scriben. operæpretium eſſe arbitratus ſum expeditis notabilibus prout mihi cōuenire videbitur, ſi more ſolito gloſſas non recitauero, verùm Bar. veſtigia ſequar: qui omnia tacta p gloſſatores plenius tetigit, abſoluit, & excuſsit: ſicq; ſuperfluā & tedioſam repetitionē ac replicationē vitabimus, et omnia clarè ordinateq; expedite nitemur. Vosq; Auditores chariſsimi quod dictum videre debeatis, melius ſcietis ac cognoſcetis. † Prolixa eſt doctrina Bar. ſed materia alta, & ab aliis malè examinata, hoc exigebat. Addo ꝙ ſtudio domeſtico, ſeu (ut aiunt) camerario lectura hāc ſcripſit, ut teſtatur ipſe Bar. in l. 2. ff. de contrah. em. Se uerì. et laſ. hîc in principio, ideo nimirū, ſi dato māiori ocio fimbrias dilatauit, pleniſsimè ſcribendo.

4 Ego tamen ſæpe in me animaduerti † ea, quę ſcripſeram in camera cedere & inferiora valde eſſe his, quæ in ſcholis recitabam, & in cathedra interpretabar. habet enim neſcio quid maius memorię mādata doctrina, & ipſius preparatæ lectionis recitatio. † Quum igitur hæc lex difficilis ſit in tex. difficilior materia, difficultates autem ferè inexplicabiles, non errauit Fulgoſ. hîc in 9. colum. dicens eleuatis & inſignibus tantùm ingenijs hæc conuenire. Eapropter filij chariſsimi nobis hîc multùm laborandum eſſe fateor, vos, vt hanc altam minimeq; triuialem materiam percipere ac rectè intelligere poſsitis. Mihi autem vt id factum facile efficiam, ac repetitionem luce dignam componere, & ad communem vtilitatem edere valeam: quę omnia Deo Opt. Max. me facturum ſpero & con-

fi-,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fido, modò ex parte vestra non desiit complementum. Dicam igitur cum Tibullo:

„ *Vos modo proposito dulces faueatis amicis.*
„ *Ne ue neget quisquam me duce se comitem.*

Creatura fuit hęc lex Aphricani acutissimi ingenii viri, cuius leges adeò difficiles fuere, † vt loco
6 adagij à doctibus nostris sit celebrata sentẽtia: Lex est Aphricani, ergo difficilis; vt per Bar. & scribẽtes in.l.cum quis. ff. de solut. quę consequentia hac lege nostra optimè comprobatur. Floruit ipse Aphricanus post Christum natum annis ducẽtum plusquàm sub Alexãdro Seuero Romanorum Imperatore, cum Paulo, Vlpiano, Modestino & alijs excellentissimis Iurisconsultis diuini Papiniani non ingratus nec indignus discipulus, vt in vita Alexãdri
7 Principis Aelius Lampridius scribit. natura † an arte & de industria ita obscurus fuerit Aphricanus noster incompertum mihi est: natura tamen potius quàm arte id factũ fuisse arbitror: quum Papinius eius præceptor, Vlpianus, Paulus & Modestin. socij & in consilio Alexandri Imperatoris eiusdem collegæ, vt Lãpridius loco prælegato refert, ita clari (vt videmus) fuerint. Sed natura quæ fere immutabilis est, non fuit passa Aphricanum aliter scribere, quàm fuit.

Pro declaratione & intelligentia legis nostrę, & totius materię præmittenda quædam sunt & enucleanda, vt facilius meliusque intelligantur quæ hîc dicuntur, & quę inferiùs tractabimus.

Et primò, quia de naturali obligatione, quæ inter patrem & filium, ac inter fratres in eiusdem patris potestate existentes contrahitur, hîc tracturi
8 sumus, † sciendum est secundum glo. in l. sed & si lege. in. §. consuluit. ff. de petit. hæred. quòd naturalis obligatio dupliciter considerari potest. primò, prout oritur ex naturali animi motu naturę quodam instinctu, vt benefacienti benefaciamus. iuxta. d. §. consuluit, cũ glo. & ex aliis adductis per Deci. in. §. is natura. l. cum amplius. de reg. iur. ubi dicit hanc esse etiam inter extraneos: immo contrahi
9 tur etiã inter homines & feras. † vt refert Gellius lib. 5. cap. 14. de Androdo & Leone. Secundò obligatio naturalis considerari potest, prout oritur ex naturali consensu & æquitate volente & dictante promissa seruari debere l. j. ff. de pact. l. j. ff. de cõstit. pecu. & isto eodẽ vinculo æquiparatis dissoluitur, quo inducta est. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solu.
10 † & quum fundata sit in consensu naturali, contrahitur etiã cum seruis, ac inter patrẽ ac filiũ, vt hîc, & tradit Deci. loco prællega. & est iurisgentiũ. d. §. natura debet. & l. Si id quod. cum ibi not. ff. eo. tradit Bar. in l. ex hoc iure col 9. suprà de iust. & iure. & in. l. Iulianus. col. 14. ff. eod. dixi in d. §. is natu-
11 ra. † Et de ista naturali obligatione loquitur lex nostra secundũ glo. Bar. & alios hîc & in locis prędalle.

Secundò præmittendum est, secundum Bar. &
12 alios, † quòd inter patrem & filium, & inter fratres in eiusdem potestate patris manentes contrahitur solùm dicta naturalis obligatio, ciuilis autem non, ut hac lege. Sed opus & labor est assignare bonam rationem huiusce conclusionis. Bar. ff. in 4. col. relatis duabus rationibus antiquorũ, tertiã vti melioré
13 secundũ eum, & taniorẽ ipse assignat. † Prima ratio antiquorum fuit, quare patria potestas de iure ciuili est, quo iure pater & filius vnum censentur, vt dixi proximè: ideo ciuilis obligatio inter eos ratio nabiliter non cadit, quia sibi ipsi quis obligaretur cõtra rationes naturales & legales. c. fin. de institi. l. si is qui pro eo. §. j. ff. de fideiuss. & l. Vranius. eo. tit. Sed considerato iure gentium & inspecta veritate psonæ prædictę (vt dixi) diuersæ sunt, ideo nimirũ, si inter eos cadit naturalis obligatio, quæ (vt diximus) est de iure gentium. Quæ ratio à scriben. communiter approbatur, secundum Bar. Salice. Socin. Iaso. col. 9. primæ lec. Ioa. Crot. & Zasium Germanum hîc in primis col.

14 Et ex ipsa ratione † infert Iaso. q. in Gallia inter patrẽ & filiũ, & vbi non seruatur ius ciuile, oritur ciuilis & naturalis obligatio, cessante tũc in eis patria potestate. glo. alleg. notab. institu. de patr. potest. circa finẽ. quàm sequuntur etiã alij p Iaso. alleg. & etiã Ioan. Igneus Vltramontanus in eius disputatione:
15 An Rex recognoscat Imperatorẽ. in 21. col. † dicẽs, quòd ideò in Gallia filij fam. testãtur de aduẽtitijs. tñ Ang. Aret. in. §. j. ad fin. instit. de pat. pot. Deci. & Ripa, ac multi alij de moribus ac consuetudinibus Gallo eum ad plenè informati, quos citaui. in. l. qui se patris. C. vnde liberi. & Deci. in l. Senium col. 2. C. qui testa. fac. pos. glos. prædictam reprehendunt dicentes eam non esse veram, nec seruari in Gallia pro quibus facit, quia licèt Galli nó vtãtur legibus imperialibus, vt eas pro legibus habeant, vtuntur
16 tamen tanquàm sumpti à ratione naturali, à qua nec licitè nec honestè recedi potest; secundũ Bald. in. l. nemo. C. de sent. & interlocu. om. iud. Idẽ scribit Io. Igneus Vltramõtanus. loco prælleg. col. 16. Cõfirmatur dicta conclusio secundũ Ripam in. l. j. in. §. in filij, circa fin. ff. ad Trebel. quia patria potestas est etiam de iure naturali. l. veluti ff. de iusti. & iure. ideo nimirum, si viget etiam in Francia. Tamen. d. l. veluti, loquitur de reuerentia debita patribus naturali quadam ratione, non autem de patria potestate, quæ est de iure ciuili Romanorũ. l. itẽ qui in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. & instit. de patr. potest. & sic potius est iuris positiui Romanorũ videlicet, ex rationeq; positiua ac legali, quàm ex naturali instinctu, nimirum igitur si non seruatur in Gallia, quum talis dispositio non sit fundata in ratione naturali, quę magis refragatur: ideo oritur naturalis illa obligatio fundata in ratione naturali; propterea, nimirum si ibi nó
17 curatur de patria potestate. Iccirco † filij familias habentes aduentitia ibi testantur, & sic non curatur de patria potestate, prout inquit. Io. Igneus loco allegato dicens se de facto hoc sępe vidisse obseruari. Puto igitur glo. illam rectè sentire ac dicere in terminis suis, licèt propter naturalem coniunctionẽ, quæ est inter prędictas personas, inducta fit à iure ciuili prędicta fictio vnitatis personarum.

18 Sed quid de Dominis Venetis, † an circa prædicta procedant à pari cum Gallis? Iaso. ait quòd sic in. l. cunctos populos, col. 3. primæ lec. C. de summa Trinit. ipsi Veneti nunquàm fuerunt subditi Romano Imperio, nec in ciuitatę Venetiarum vbi est

est fundamẽtum imperij sui viuunt legibus imperialibus, sed certis eorum moribus & consuetudinibus manu regia iustitiã administrantes, vt omni-
19 bus notum est. † Iccirco uidetur, quòd inter patrẽ & filium nascatur ibi ciuilis & naturalis ac efficax obligatio; & quòd filij familias habentes aduentitia possint ibi de illis testari, vt. ff. retuli de Gallis. & pariter quòd substitutio pupillaris nó debeat esse ibi in consideratione, quum omnia prędicta depẽdeant à patria potestate, quæ non est fundata in ratione naturali, sed legali & positiua, de qua ipsi nó curant; quomodo seruetur Venetijs nescio, uos informabitis, loquor de iure.

Nunc contra prædictã rationẽ communiter approbatã opponitur, quia si pater & filius censentur
20 vna & eadem persona, de necessitate sequetur, nec naturalem obligationem inter eos oriri, † quum sẽcũdum rationẽ naturalem non possit quis sibi ipsi
21 obligatus esse, & debeat esse differentia inter dantẽ & accipientem, agentem & patientem. † Respondete, prędictã identitatem non considerari secundũ iusgentium. quo nascitur naturalis obligatio, sed secundũ regulas iuris ciuilis, ut hic per Bar. in 4. col.
22 Soc. j. & vj. † & Io. Crotum 2. repetitionis suæ, de qua parum curabimus, cum nihil quod ad hunc tex. & doctrinã Bar. difficillimã peculiariter pertineat, aut pertingat, sed tãtũ impertinẽtes quasdam quæstiones pro maiori parte tractauerit.

23 Secundò cõtra eandem rationem facit, quia † ea consideratа ac attenta, quòd in rei veritate pater & filius sint diuersę personę, pater stipulando filio nõ quæreret eidem obligationẽ naturalem, quę sibi ac quiritur, considerata identitate personarum iuris fictione: id aũt est contra tex. in §. ei qui, inst. de inuti. stipu. in sui generalitate. nec filius quereret patri naturalem obligationẽ cõtra tex. nostrum. Soc. & Iaso.
24 respondent, quòd difficilius acquiruntur † ea; quæ sunt iuris ciuilis, quã ea quæ sunt iuris naturalis. l. ea. quę ciuiliter. ff. de acq. rer. dom. sed ciuilis acquiritur, ergo multò magis naturalis. quę solutio, & responsio non procedit, vt clarè per Alex. in l. placet. col. j. ff. de acq. hæred. & diuersa ratio, quę (ut dixi) inter prædicta viget, reformat pactum, iuxta. l. interpositas. C. de transac.

Tertiò contra prædictam rationem identitatis personarum, attenta fictione iuris ciuilis facit, quia secundum Fulgos. hîc in iiij. col. ea considerata sequeretur, quòd obligato patre uersus extraneum, esset etiam obligatus filius, & obligato filio esset etiam obligatus pater, contra totum tiulum. C. ne filius pro patre.

Huic tñ argumento respõderi põt, quòd regula d. l. placet, & l. primæ. ff. si quis à paren. fuerit manumi. fauore patris procedit respectu acquisitionis tantũ, nõ aũt obligationis, quia tunc inducta in fauorẽ retorquerentur in odiũ, contra iura vulg. & ideo tex. in d. §. ei qui, de identitate prdicta loquens, in his, quę tibi acquiri possunt, dicebat, prout notat
25 Dec. in l. fi. col. 2. C. de impub. & alijs substit. †Quartò contra eandem rationem uidetur tex. in prædicta. l. fi. ibi, cum natura pater & filius eadẽ persona penè intelligantur, ergo potius propter cõiunctionem naturalem, quæ est inter prædictos, quàm propter aliã fictionem id censetur; prout ibi notant Sal. & Corn. & Dec. ibidem col. j. post eosdẽ
26 quos tñ silentio inuoluit. † filius. n. dicitur portio corporis paterni. l. cũ scimus, ante finem. C. de agri co. & censi. lib. 11. declarat pulchrè Pau. Cas. consi. 161. In prẽsenti causa. col. 3. in antiquis. facit tex. in
27 l. quisquis. C. ad l. Iuliã maiest. vbi Senatores, † dicũtur pars corporis Principis. accedat & illud Euãgelicũ, Ego & pater vnũ sumus. Postremò ad declarationẽ. d. l. fi. videte Dec. in cons. 383. malè ergo videtur defendi posse hanc primã rationem, maximè à secundo, quarto, & ultimo motiuo prælle.

Secũda ratio antiquorum per Bar. recitata, quia actiones & obligationes introductæ sunt propter
28 iudicium. † inst. de actio. in prin. & de oblig. etiam in principio cum ibi no. Sed inter prędictos non potest esse iudicium. l. 3. & 4. C. de patr. potest. & l. lis nulla, suprà de iud. ideo nimirum, si obligatio ciuilis non oritur inter prædictos. Hinc etiam pulchrè & eleganter inquit Bald. in l. fi. column. 2. C. quod cum eo. rationem esse quare in casu legis nostræ oriatur solum naturalis obligatio, quia finis eiusdem naturalis obligationis est satisfactio, finis autem ciuilis obligationis inuentę ex industria iuris ciuilis est iudicium, quod non potest esse inter prædictos; ut hîc etiam per Ange. in 6. col. & Paul. de Cast. in d. l. lis nulla.

Hanc rationem reprobant hîc Soci. in j. col. & Iaso. 10. vt per eos. præterea, secundum Fulgo. ratio. l. lis nulla, est, quia ciuilis obligatio non cadit, sed glo. Bar. & prælleganti in superioribus prædictam rationem assignantes faciunt de illa effectum, & de lege nostra rationem, quę quum non procedat, sequitur malè loqui Martinum Laudensem, qui propterea inferebat oriri ciuilem obligationem inter patrem & filium, quum inter prędictos eo iure pǫssit esse iudicium, ut hîc per Socin. & Iaso. in locis prælleg.

29 Tertia ratio † assignata per Bar. & ex farina sua est, quia pater in filium regiam manum exercere potest, ideo superfluum fuisset remedium actio-
30 nis & obligationis, vt hîc per eum. † tamen. l. seruti & filij. ff. de fur. super qua Bar. se fundat, non loquitur in ciuilibus, sed in criminalibus, furtoque paruo, non autem magno. propterea ratio Bar. reprobatur hîc per Doct. ut post Martinum Laudensem, & Seuerinum in 9 colum. scribunt hîc Soci. & Iaso. ultra quos facit, quia à ueritate alienum videtur esse, quòd remedium actionis & obligationis prædictæ superfluum fuisset propter scandalum, quod nasci posset patre volente potestatem & manum regiam in filium exercere, secus si per viam iudicij, iudicisq; auctoritate exigat. argu. l. non est singulis. ff. de reg. iu.

Reprobant etiam præfati aliam rationẽ Christophori Castellionei, & Fulgosij, ut per eos. Iccirco non procedit in filio aduersus patrem, quum pater non dicatur esse filij: qua ratione considerata filius contra partem posset actionem habere.

31 Quid dicemus? †non videtur recedendum esse à ratione prima, quę (vt dixi) communis est, quòd

fictione

Universidad de Deusto
Biblioteca

fictione iuris pater & filius censeantur eadem persona propter patriam potestatem, ideo inter eos non oriatur ciuilis obligatio, quia actio & possessio in eodem subiecto stare nequeunt: nec quis potest sibi ipsi obligatus esse, naturalis verò sic; quia inspecto iure gentium ex quo (vt prædiximus) nascitur naturalis, diuersę sunt personæ.

Non obstant adducta in oppos. nã prima oppositio sublata fuit ex suprà dictis. Ad secundã ꝙ stante diuersitate personarum & attẽta veritate, ac iure gentium cõsiderato, naturalis obligatio filio quęri debuisset, non patri, tàm ex stipulatione patris pro filio, quàm ex obligatione fratris à fratre quæsita (quod tamen est falsum) Respon. ꝙ posset procedere, nisi ius ciuile statuisset} oppos. vt in l. nostra. & in d. §. ei qui. & quamuis ciuilis ratio naturalia iura corrumpere † aut tollere nõ possit. l. 2. §. de vsufru. earum rerũ quę vsu consum. &. §. penul. instit. de iur. natur. potest tamen alterare, & speciali aliqua ratione in aliquibus casibus immutare, vt per glo. Ang. & alios scribẽ. in d. §. penul. ideo nimirũ, si hoc casu propter vnitatẽ personarum à lege ciuili fictam, quæritur patri non solùm ciuilis, sed etiã naturalis, quæ facilius quàm ciuilis acquiritur, ut §. diximus, & latius in l. in personam. ff. de reg. iur.

Tertię responsum est suprà. Ad quartam respõdetur, quòd licèt ita concludenter non probaretur dicta conclusio in prælleg. l. fina. C. de impub. probatur in d. §. ei qui. † vbi dicitur, quòd ille qui per filios suos stipulatur, acquirit sibi, quia vox patris vox filij. & econtrariò in his, quæ acquiri possunt, & sic in actionibus & obligationibus, quod solùm contingit propter fictionem legis ratione patriæ potestatis, quę est causa acquisitionis dict. l. placet. propter quod (vt dixi) censentur vnum, quamuis etiam natura penè id sit, vt in. d. l. fin. dicitur. & volunt communiter scribentes.

Postremò notandum est, † ꝙ. d. conclusio, ꝙ pater filiusq; censeantur eadem persona intelligitur considerato patre tanquàm priuato, nõ tanquàm persona publica officialis puta, aut magistratus: & sic cum qualitate ista extrinseca. Eapropter pœna imposita per statutum dandi alapam potestati, seu illum offendenti, non habet locum in offendente filium potestatis, qui considerato officio publico, & ea qualitate extrinseca gerit aliam personam à filio, ut per Aul. Gell. in noctibus atticis. & ita in terminis post Bal. tradit Are. in. l. 4. in. §. Cato. col. fin. in principio, infrà de verb. oblig.

Posset etiam defendi tertia ratio Bar. §. relata, quę communis est, vt hîc per Socin. col. 2. Iaso. 10. primę lectu. Io. Crotum. 8. & Deci. in l. j. col. 3. de iurisd. om. iud. & in. l. Imperium col. 5. eo. titu. quę ratio, quicquid §. dictum fuerit, † probari videtur in d. l. serui, ibi, necesse non habet litigare & ibi, nec actio ei à veteribus prodita est. eò quia videlicet habet manum regiam. Et sic loquitur vbi ageretur ciuiliter ad repetitionem rei furto subtractę, & etiã est tex. ibi in assignatione rationis, loquitur enim generaliter, & sic etiam in ciuilibus.

Nec obstat ratio scandali & tumultus, de quibus suprà dixi. † quia pater exercendo manum regiam posset id facere cum interuentu & auxilio magistratus, & cessaret prædicta ratio scandali. Ad quod vide, optimè enim faciunt, quę scribit hîc Seuerin. in vlt. col.

Hodie verò † in aduentitijs, quum filius non quærat patri, sed sibi excepto vsufructo. l. cum oportet. C. de bonis quę liber. & instit. per quas personas nobis acqui. inter patrem & filium in potestate existentem † orietur etiam ciuilis obligatio. l. pactum, cum glo. fin. C. de pact. conuen. l. iubemus. vbi Bal. Paul. & Corn. notant. C. ad Trebell. Paul. in d. l. lis nulla. & Ias. ff. in. 13. colum. primæ lect. declarat plenè Bar. ff. in 6. colum. in vers. pro huius declaratione, vbi dicam. Quare autem inter duos fratres in ciusdem patris potestate manentes non contrahatur neque oriatur ciuilis obligatio, †declarat hîc ipse Bar. ad fin. quartę col. & Socin. in 3. col.

Iuxta prædicta † probabiliter dubitatur: pater filio existenti in potestate aliquid promisit, quo casu oritur sola naturalis obligatio, quæ non est ad agendum potens: inde filius emancipatur, vtrum nascatur etiam ciuilis obligatio, ita quòd pater possit efficaciter conueniri? Io. Crot. hîc in. 2. col. mouens dubitationem, vult quòd sic duabus rationibus per eum adductis. Sed contrarium verius est, & tenendum per primò adducta per eum, quibus non respondet, & per regulam. l. quod ab initio, de reg. iur. Tertiò, quia actus nullus ex defectu personę illegitimæ superueniente legitimatione non confirmatur, vt plenè per Alex. in consi. 171. lib. 2. ex quo ergo promissio filio per patrem facta non subsistit, quum persona filij non esset habilis & legitima propter patriam potestatem, ea cessante non debet reconualescere. Quartò & vlrimò per. l. nostrã in vers. quæsitum. ibi, is quæ emancipatus soluat.

Et ad primum argumẽtum Ioan. Croti de promissione de donando, quæ donationi æquiparatur, iuxta. l. fin. C. ad. l. fal. sed donatio facta filio existenti in potestate, sicq; inefficax, conualidatur subsecuta emancipatione. l. donationes. §. pater infrà de donat. ergo & promissio prædicta effectum sortietur. Respond. quòd donatio non confirmatur per simpliciter cessationem patriæ potestatis emancipatione subsecuta, nisi præcessisset rei traditio, aut filius fuisset in possessione dictæ rei. l. 2. cũ ibi not. per Bald. & alios. C. si quis alteri vel sibi. & consequenter sola promissio non confirmatur per emancipationem, sed per traditionem rei interuenientis sublata potestate patria, inducitur.

Ad secundum argumentum Croti patet respõsio ex dictis Alex. in d. cons. 171. & huic opinioni tanquàm saniori adhæsit postmodum ipse Ioan. Crot. infrà in vltimo not. & ante eum Seuerinus hîc in 4. col.

Aduertendum est etiam circa prædicta, quòd licèt naturalis obligatio non sit potens ad agendũ, † tamen per viam denunciationis euangelicæ, de qua in. c. nouit. de iudi. aut per implorationem manus regiæ, executio dictæ promissionis, & naturalis obligationis poterit peti, vt per Iaso. l. iurisgentium. in. §. sed cum nulla. col. 3. §. de pact. & Ioan. Crot. §. in v. col. quo casu petenda prius est uenia vocandi patrem ad iudicium, ut per Ias. & alios in l. fi. C. de ius uocand.

Tertiò, quia hæc lex tractat de peculio filijsa. & de obligatione contracta per eundem filium habẽ
42 tem peculium. †quæ quidem materia peculii non est in frequenti usu, & difficilis valde, ut hîc per Seueri. in principio. Videndum esset, quid sit peculiũ, & quotuplex, & plura alia de materia peculii, de quibus per Bar. & Salice. in rubr. §. de pecul. & Barb. in rub. de pecul. Cleric. ubi transcribit & simpliciter sequitur dicta Bar. prælleg. & latiùs Ang. Are. insti. de actio. in §. actiones autem. quędam etiam scribit Lauren. Valla cap. 460. & diffinitiones peculii datæ per Bar. & prædictos potius sunt descriptiones: diffinitiones. n. nõ dantur per tot alternatiuas, quibus præfati utuntur locis prędallegatis, ut aliàs plenè dixi in l. omnis diffinitio. de reg. iur.

43 Quartò sciẽdum est, †ꝙ creditor in exigẽdis debitis peculiaribus prosequitur peculium non habita ratione partis hęreditariæ, licèt exactus repetat pro parte hæreditaria, nec ultra grauari debeat per tex. In l. is consequenter. in §. si filius. §. fam. ercisc. prout notat Zasi. Germa. in suis scholiis siue annotationibus super glo. potuisset. Sed labitur errore, quum hęres pro portione hęreditaria tantùm conueniendus sit. l. j. C. si cer. pe. l. j. & 2. C. de hęred. actio. & l. ea quę. C. fam. ercisc. vbi dicitur ipso iure facta esse eorum diuisionem ex lege 12. tabularũ & in terminis materiæ peculii, ꝙ hęres conueniẽdus sit solùm pro portione hęreditaria, & quatenus vires peculij patiuntur, est tex. in l. quęsitum, in §. j. ff. de pecul. & in d. l. certum. C. fam. ercisc. ubi per scriben. tradunt Soc. ff. in ix. & x. no. & Ias. col. ix. & sequenti in repetitione, & ante omnes ipsos Bar. eleganter hunc articulum sic declarans. ff. col. 12. uersf.

44 Quæro vtrum creditor. † & tex. §. si filius, per Zasium allegatus, loquitur in filio hærede, qui cõtraxerat, quamuis sit hęres pro parte, põt tamen in to tũ cõueniri, actione scilicet qua primò tenebatur. d. l. quæsitum. §. j. cum glo. & d. §. si filius, cum no. per Doct. in locis prælleg. secus esset in alio hęrede, qui non contraxisset iuribus prędalle. † & si Zasius uidisset hanc theoricam Bar. in talem errorem
45 non incidisset. & vbi in casu prędicto filius conueniretur, vt hæres, non posset pro omni & toto debito conueniri, sed solùm pro parte pro qua esset hæres per regulas, de quibus suprà, nisi conueniretur actione ex contractu celebrato cum extraneo, ex quo & si hęres non esset, insolidum conueniri posset, ut per Soc. & Ias. hîc in notabilibus, & dixi. §. & dicã etiã. ff. in uerf. Posteà Bar. super gl. Nõ minus.

46 Quintò pro intelligentia legis & materiæ †scien dum est, quòd lex nostra quæ loquitur de fratre & de filio, non procederet in seruo cui dominus non obligaretur naturaliter sumẽdo mutuum ab ipso. l. in personam, & l. quod attinet. §. de reg. iur. notat Ias. hîc in j. lectura col. 8. & in repetitione col. 10. latiusq; explicat Bar. ff. col. 14. uerf. & hęc procedũt. & Ias. in l. si id quod. ff. eo. quia non solum quò ad ius ciuile, sed etiam quò ad ius gentium, quo iure inducta est dicta naturalis obligatio ex contractu, de qua hîc agitur, serui pro nihilo reputantur, eorumq; status annihilatus est, iuribus prælleg. & l. ex hoc iure, cũ ibi no. §. de iust. & iu. quamuis do
47 minus posset obligari seruo per aliquam promissionem ex æquitate iurisgentium dictante fidẽ te promissa seruari debere, secundum Bar. & Doct. in locis. §. allegatis. † & similiter serui obligantur naturaliter aliis quàm domino ex contractu. tex. est in l. serui cum glo. j. ff. de actio. & oblig. & notant Doc. in locis prælleg.

48 Sextò sciendum, † quòd licèt filiusfam. obligetur regulariter ex omni contractu præterquàm in voto, & Macedoniano. l. filiusfam. §. de action. & oblig. l. tàm ex contractibus. cum utrobiq; no. §. de
49 iudic. condemnariq; possit † & fieri executio in eius bonis si quę habeat castrensia puta, vel quasi, aliàs in personam, eum videlicet incarcerando, nisi cedat bonis. l. pe. C. de qui bonis cedere poss. notant Doctor. in locis prælleg. & Bar. in l. filiusfam. C. de fideiuss. Pau. de Cast. in l. 2. in §. prætor. §. qui satisdare cogan. Iaso. & Deci in l. j. fol. j. C. qui admit. Pater autem licèt eadem persona censetur cũ filio, ex tali tamen contractu non obligatur, nec conueniri potest, quia esset iniquum, ut in titu. C.
50 ne fil. pro patre. † etiam respectu legitimã, vt per Pau. Castr. in dict. l. tàm ex contractibus. & Ange. Are. loco infrà allegando: pater tamen & filius
51 †conueniri possunt de peculio vsque ad quantitatem peculii seu peculio tenus. §. actione autẽ. Inst. de action. l. prima cum sequentibus de pecul. infrà, etiam æquitate suadente propter consensum
52 in genere prestitum personis prędictis † tempore concessionis peculii, vt declarat Bar. in d. l. j. infrà de peculio. & Angelus ad practicam reducendo in d. §. actiones autem. & similiter obligatur hodie pater de vsufructu aduentitii, si filio administratio nem concesserit, aliàs secus, ut per Alexan. in cons. 106. in 7. volu.

53 Septimò præmittatis, † quòd licèt pater teneatur (vt dictum est) de peculio filii, tamen post mortem aut emancipationem pater post annum non obligatur licèt filius teneatur actione perpetua, vt infrà Quando de pecul. actio est annal. nisi occuparet bona filii tanquàm hęres prout hodie occupat: quia tunc actione perpetua tenetur, quemadmodum & alius hęres, vt hîc per Socin. in xiiii.
54 no. † quod notate ad limitationem tituli. Quando actio de pecul. est annal. quem secundo loco etiam declarate restringendo, vt per Iason. hîc ad finem 4. col. repetitionis.

55 Octauò præmitto, †ꝙ debitũ contractum per filium aut seruum habentes peculiũ, dicitur onus peculii: ideo transit cũ peculio, & de eodẽ soluendũ est, vt hac lege probatur: declarando, vt. ff. per Bar. col. 11. vers. venio ad secundam gl. & Pau. Cast. hîc in 2. col. & dicam. ff. cum Bar.

56 Nono præmitto, †quòd hęc conditio repetitionis indebiti ex bono & æquo introducta est, quia quòd alterius apud alterum sine causa deprehenditur, reuocare consueuit, vt dicit tex. no. in l. penul. infrà eod. subsistente verò naturali obligatione cessat consideratio illa boni & æqui: ideo nimirum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mirum,si impeditur repetitio.

57 Decimò & ultimò præmitto,†quòd omnis dubitatio tàm in prima parte,quàm in secunda.l. nostræ erat circa repetitionem indebiti: ideo hæc lex sub hoc titu. ponitur, vbi tractatur de repetitione indebitè soluti.

Summari potest hæc lex, vt hîc per Barto. & alios. Sed ex positione casus melius clariusque cognoscetis, quæ & qualis intentio fuerit Aphricani & mens legis.

Diuiditur,& subdiuiditur diuersimodè per Docto.in quo pũcto Bar.bene loquitur, vt clarius hîc explicat Iaſ.in 4.col.ſuę repetitionis.

Facti ſpecies talis eſt ſeu caſus ſic poteſt figurari.

58 †Quum Titius & Meuius fratres habentes ſecundũ antiquã conſuetudinẽ peculia denariorũ,puta, centũ pro quolibet, Titius Meuio fratri quinquaginta denarios mutuo dedit,quos ei poſt mortẽ patris de proprio reſtituit;poſteà volebat illos tanquã indebitè ſolutos repetere,quęſitum fuit an poſſet? Aphricanus noſtræ legis auctor præſuppoſito dictos fratres patri eorũ æquis portionibus ſucceſsiſſe,& peculia cũ alijs bonis paternis diuiſiſſe,prout ſequẽtia indicant? Reſpondit pro ea parte,pro qua patri ſucceſsit repetere proculdubio poſſe.Ratio in promptu eſt,quia pro ea parte debitor ſucceſsit creditori, quum p filiũ qui mutuum dedit, obligatio illa patri quęſita fuiſſet.iuxta.l.placet. ℸ. de acq.her. & inde adita hæreditate pro ea parte confuſa,extincta & ſublata eſt l.debitori.C.de pact.l.Stichum.§. aditio. ℸ. de ſolu. propterea ſublata obligatione ex mutuo cauſata pro utili,ſolutum pro ipſa medietate indebitè prorſus ſolutum reperitur:iccirco quocunque errore id cõtigerit, repeti põt.l.ſed & ſi meputẽ.ſ.eo.ti.notat Bar.in l.j.col.pe.ſ.eo.& hoc clarũ eſt.Ideo Aphricanus hunc primum caſum tanquã indubitatum primò ponit, dicens utique pro ea quidem parte qua patri hæres extitiſſet repetiturum.dubitatio tota erat circa partem ſpectantẽ Titio fratri, qui mutuauerat, ideo ſubijcit Aphricanus:Pro alia uerò parte pro qua Titius, qui mutuũ dederat,patri hæres extitit,ita demum poſſe ſolutũ repeti,reſpondi,ſi non minus ex peculio ſuo ad fratrẽ peruenisſet,ideſt, ſi ex dicto peculio Meuij relicto ſeu demiſſo per eum in hæreditate patris inter ipſos Titium & Meuium fratres diuiſa non minus ad Titium mutuantẽ peruenerit,quàm ſit id quod ex cauſa obligationis prędicti mutui pro parte,pro qua patri ſucceſsit eidem tanquàm creditori debebatur. & conſequenter in caſu prædicto, ſi uigintiquinq; denarios ex peculio Meuii Titius habuerit,qñ pro dimidia patri ſucceſsit,quum dictum ęs alienum peculii onus eſſet ex peculioq; ſoluendũ, vt.ſ.diximus:ideo ipſius peculii peruentione Titio fratri ſatisfactum,& ſublatam naturalem obligationem ex eo mutuo contractã,prout dicitur hic cenſeri: quum ſolutione eius quod debetur, tollatur omnis obligatio.inſt.quib.mod.toll.obl.in principio cum vulg.propterea, quum ſolutum omni iure indebitè reperiatur ſolutum, repeti omnino ſimiliter põt.Sed ſi minus ex dicto peculio Meuii ad Titio mutuantem peruenisſet, quàm eſſet ſumma ei debita pro parte,pro qua ſucceſsit patri, cui obligatio illa ex mutuo orta quæſita fuerat,eatenus repetitio ceſſaret.quamuis enim debita non pro modo emolumenti, ſed pro hæreditatis portionibus extingui ſoleant.l.ſi ab eo.C.de neg.geſt.& l.j.C. ſi cer.pe.cum aliis præallega.obligatio tamen peculii non reſpicit quotam hęreditatem,ſed in peculio reſidet,& pro parte hæreditaria ipſum peculiũ ſequitur,vt lepra leproſum,eatenusque extinguitur quatenus ad cohæredem creditorem peruenerit: & ſic pro modo & menſura partis dicti peculij, & nõ ultra.ita notanter vult hîc Aphricanus dum ait,ita repetiturum,ſi non minus ex peculio ſuo ad fratrem peruenisſet; vt poſt gl.ſuper verbo non minus. & Bar.declarant Alex.Soc.laſo.& alij hîc in notabilibus.inſtat Iuuenis in uerſi.adeò,quia exempla magis mouent,& rem declarant, declararetis & probetis domine Iuriſconſulte per alia exempla cõcluſionem ueſtram, quòd obligatio prædicta ex mutuo facto per Titium Meuio fratri onus ſit peculii Meuiani,ut comiterur eius peculiũ, extinguaturq; propterea peruentione ipſius peculij. & reſpondet Aphricanus tribus exẽplis & mediis probo: adeò enim id verum eſt, vt ſi peculium ipſum Meuii eidem à patre prælegatum fuiſſet,deductio ſeu detractio dicti debiti Meuii ex eo peculio fieri poſſet per Titium fratrem antequã Meuius diuiſa hereditate & ſubſtantia patris peculium ſibi prælegatum caperet;iuxta tex.in l.qui filiabus.§.fi.cũ l.ſeq. ℸ. de leg. j.& l.ſi qua.C.fam.ercis.Ex quo apparet tale debitum peculio infixum eſſe,ideo ſoluendum eſſe de peculio,& de eo deducendum, aliàs iure prælegati ſpectaret in totum ad fratrem legatarium;nec admitteretur aliqua deductio. Secundò id comprobat Aphricanus ex ſententia Iuliani Iuriſconſulti, quem ſublimiſsimum teſtem & hominem ſummę auctoritatis Imperator appellat in l.pe.C.de cond. inde. Si extraneo dicebat Iulianus aliquid, quinque puta,Meuius debuiſſet,& poſt mortem patris ab eo p dictum extraneum exacta fuiſſent familię erciſcundæ iudicio à cohęredibus ſuis tantum recuperare poterit, quantum dictus extraneus debitor ab eiſdem actione de peculio conſequi potuiſſet: id autẽ eſt quatenus ad illos peculium peruenerit, pro portionibus tĩ hęreditatis. nam cohæredes in peculio nõ grauabuntur ultra portiones hæreditarias,quia licèt creditor partem debiti & omne debitum ab ipſo contrahente obligato, & pro parte hæredepatris conſequi poſsit,is tamen qui exactus fuerit iudicio fam.erciſ.quod plus ſua parte hæreditaria creditori ſoluerit à cohęredibus pro portionibus hęreditariis iudicio fam.erciſc.ut hîc dicitur,recuperabit,vel etiam actionibus à creditore ſibi ceſſis.l. is conſequenter.in §.ſi filiusfam.ſuprà famil. erciſc.l. quęſitum.§.j. ℸ. de pecu. & ſuprà in euidentialibus viſum fuit.

Ex quo apparet debitum contractum per habentem peculium onus peculij eſſe, & ipſum peculiũ concomitari,quia creditor haber actionem de peculio contra fratrem cohæredem pro parte hæreditaria vſque ad quantitatem peculij, vt in exemplo ſequenti dicitur, & clarius in §. j. prælegatalege

lege quæſitum.Quia igitur prędicta obligatio cõtracta per habentem peculium,onus eſt peculii, & de peculio ſoluendum eſt, ſequitur, ſubiungitur Aphricanus tertio loco, quòd ſi extraneus ipſum Meuium obligatum habens, nondum ab ipſo exegiſſet debitum,ſicque re integra, ſeu ſolutione nõ dum facta, familiæ erciſc. iudicio ad diuidendum hæreditatem inter prædictos fratres agatur:& cum bonis patris ita conueniens, & æquum eſt, peculium Meuij diuidi, ſi Titius Meuio fratri cautionem pręſtet de conſeruando ipſum indemnem ad quantitatem uſque peculij, ſi à creditoribus eum onueniri contingat. ex quo clarè apparet,obligationem peculiarem eſſe onus peculio infixũ,& cõcomitari ſemper ipſum peculiũ. Inſtat iuuenis in uerſ.porrò.Domine iuriſc.rupiſtis mihi caput, & cerebrum cũ tot ſubtilitatibus, concludatis ergo quod intenditis in prædicta qõne. porrò ſubdit Aphricanus certum eum quidẽ,ſcilicet fratrem de peculio obligatum aduerſus extraneũ à cohærede ſuo defendi oportere præſtita uidelicet cautione indemnitatis,ſi nondũ ſoluerit, iudicio uerò recepta tiuo,ſi exactus fuerit, & conſequenter ſoluerit ultra ratã partem ipſum tangentẽ pro portione hęreditaria,multo magis eũ eſſe indemnẽ pręſtandum & cõſeruandũ in eo quod fratri cohęrediq; ſuo debuiſſet:ideo,nimirũ ſi Meuius frater indebitè ſolutum repetere hîc põtur p Pau.de Ca.col.2.Iaſ.7.in repeti.& mod.Germ.in ti.commenti.

59 Inſtat iuuenis, ſi mutuum fuerit contractum, † non inter fratres, ſed inter patrem, & filium in patris poteſtate conſtitutum; & primo ubi pater credidit filio, & deinde filius emãcipatus ſoluerit, an repetere poſsit? Et reſpondet, quòd non,ſi nihil peculio filii penès patrem remanſerit, propter naturalem obligationem inter eos cõtractam, quæ ſoluti repetitionem impedit: quum non fuerit omni iure indebitum.quod tali argumento rationeq; probatur: quia extraneo agente de peculio contra patrem poſt emancipationem filii intra annum,iuxta.l.j. ℸ.qñ de pec.act. eſt ann.pater in primis deducere pt,quod filius ſibi debuiſſet: quia ut elegãter Pædius ait,hoc ideo minus in peculio eſt,quod

60 dominio,uel patri debetur: † quoniã non eſt uerisimile conceſſum id habere in peculio,quod ſibi debebatur.l.peculium.§.j. ℸ.de pec. Ex quo apparet inter patrem, & filium obligationem naturalẽ contractã fuiſſe.Quod ſi penès patrem remanſiſſet peculium, filius ab obligatione naturali liberatus fuiſſet,ſicuti ſi ſoluiſſet; quum obligatio prædicta ſit onus peculii,illiq; infixa, ut.ſ.dictum fuit, & ſentit hîc Aphricanus à contrario ſenſu,declarantque hîc pau.Ca.in uerſi.Quæſitum.& Iaſ.in 8.col. repetitionis.

Secundò quæſiuit iuuenis, Quid iuris quando filius credidit patri, qui eidem poſteà emancipato

61 perſoluit,utrum pater repetere poſsit tanquàm indebitè ſolutum? † & reſpondet, quòd non, per eandem rationem, uidelicet propter naturalem obligationem, quæ ſoluti repetitionem impedit. quòd ſubeſſet prædicta naturalis obligatio, patet, quia ſi creditor extraneus intra annum poſt emancipationem de peculio contra patrem agat, computatur in peculio ad augendum ipſum peculiũ, quod debuiſſet pater filio: ex quo, manifeſto euincitur argumento,cauſatam eo caſu fuiſſe naturalẽ obligationem. & idem(ſubiungit tandem Aphricanus,ampliando deciſionem prędictam)erit, quũ hæres patris extraneus ſoluerit filio exhęredato,qđ pater debebat, ut ſolutũ uidelicet repetere nequeat, quia naturalis obligatio, qua tenebatur pater, tranſit in hæredem etiam extraneum: ideo nimirũ ſi ſolutum repetere non poteſt. & per conſequens naturalis obligatio impedit repetitionẽ ſoluti, ſecus quando obligatio nulla erat, uel aditione hęreditatis ſublata & confuſa, uel etiam peruentione ipſius peculii,ut ex prędictis apparet. hic eſt caſus ſubtiliſsimę.l.frater à fratre.

Rationes dubitandi & decidendi ſtatim aſsignabimus. †Nam in prima parte principali legis, dubitandi ratio eſſe poterat,quia ex mutuo inter fratres in eiuſdem patris poteſtate manentes celebrato acquiritur naturalis obligatio,quæ patri queritur, vt dicitur in l.noſtra.quia quicquid quęrit filius &c. qua ſubſiſtente per errorẽ iuris facti'ue minus probabilẽ, ſolutum propter naturalem obligationem præbentem iuſtã cauſam retentioni repeti nequit. l.j.& l.naturaliter.cum l.ſeq.cum ibi no.ſ.eo. & l. error.C.ad l.falc.ideo uidebatur dicendum debere ceſſare repetitionem ſoluti.

63 Oppoſitum tamen,ut uidiſtis,deciditur. †ratio decidendi eſt, quia prædicta obligatio naturalis, fuit ſublata partim confuſione per aditionem hæreditatis, partim iure cuiuſdam ſolutionis ex peruentione peculij,non minus cõtinentis, quàm eſſet debitum:ideo quum ſublata eſſet naturalis obligatio,ſolutum reperitur omni iure indebitè ſolutum:propterea,ut dictum eſt,repeti poteſt.

64 Circa ſecundã partem principalem,†quæ eſt in uerſi.quæſitum, poteſt aſsignari ratio dubitandi,

65 †quia pater & filius cenſentur unum & idem.l. fi. in fi.C.de impuber.& aliis ſubſtitu.§.ei qui. Inſti. de inutil.ſtipul.ut per Ancha.in conſi.244. incip. Quia quęſtio.col.fi.& Dec. pulchrè in conſi. 262. col.2.ideo videbatur nullam poſſe inter eos cõtrahi obligationem, nequis ſit ſibi ipſi obligatus, repugnantia enim & contraria nõ poſſunt ſimul ſtare.l.j.C.de fur.l.ubi repugnantia, ℸ.de regu.iur.& propterea ſolutum his caſibus tanquàm indebitè ſolutum omni iure poſſe repeti.

Contrarium tamen deciditur. ratio decidendi eſt, quia pater & filius ueritate inſpecta, & terminis iuriſgentium cõſideratis, diuerſæ perſonæ ſunt inter quas (ut hîc dicitur,) oritur naturalis obligatio, quę eſt de iure gentium: quę (ut dictum eſt) impedit repetitionem ſoluti, nec reperitur modo aliquo ſublata: ideo nimirum, ſi ſoluti repetitio impeditur.

Et allegata ad oppoſitum, pro ratione dubitandi procedunt attenta fictione iuris Ciuilis,non attenta ueritate & terminis iuriſgentium, quo iure introducta fuit dicta naturalis obligatio, ut latè in ſuperioribus viſum fuit.

66 Noto primò ex Tex. ibi Frater à fratre. † ponderando

Universidad de Deusto
Biblioteca

derando sermonē singularis numeri, ꝙ ista lex sum pto argumento à ĉontrario sensu non procederet in tribus, vel pluribus fratribus, sicuti latius declarat Bar. ĵ. col. 12. versic. Quæro quid si iste frater. eò quòd reperiatur vna pars naturalis obligationis non sublata, quæ videlicèt remanserat penès fratrē mutuantem, quę repetitionem soluti impedit.

Sed contrariū est verius, & tenendum. & lapsus est grauiter Bar. ęquiuocādo in fundamentis suis, tùm quia penès filium nihil remānsit, quum omnis obligatio naturalis penitus acquisita fuerit patri, per regulam.l.placet.3̄.alleg.& obligatio naturalis, quæ ad tertium fratrem peruenerat, qui succesſerat patri vnà cum eum ipsis duobus fratribus erat similiter extincta peruentione peculij, quod protertia parte ad illum deuenerat. quandoquidem (vt suprà dictum est) obligatio contracta per habētem peculium, onus sit peculij, & transeat cum pecu-
68 lio. & cum illo extinguatur, vt hac lege nostra cum alij.3̄. alleg. & de hoc errōre Bartholi animaduertit primùm Fulgos. hic in vltima.col. & clarius explicat Ias.in 9. & 10. suę Rep. Et hęc opin. indubitata mihi videtur, quicquid somniando dixerit Bar. salua eius pace. Quod ergo ibi dicitur de duobus fratribus, facti contingentiam refert, & in prędictā sententiam inclinat hic Seuerin. in vlt.col.

67 Dictus est autē frater † quasi ferè aliter. soror verò quasi seorsum nascatur, separaturq; ab ea domo, in qua nata est, & in alienā familiam trāsgrediatur: ut per Gell. lib. 13.c.10. ad finem quamuis appella
68 tione fratris, iuris interpretatione† soror contineatur. l. tres fratres. ĵ. de pact. facit l. maximū uitium. C. de lib. præterit. limitando tamen, ut per Ias. in d. l. tres fratres. Bologni. in cōsi. 60. Dec. in consi. 15. col. fi. & in consi. 71. col. 1. & 230. col. ult. ac Brunum in tract. exclus. fœminarum stantibus agna. masculo. articulo 12. quæstione 18.

69 Qui uerò dicantur fratres, † tradunt Doct. in c. nouit, in principio de iudi. Barb. in c. mandatum, col. 4. de rescript. & Dec. in c. causam quę, col. 1. de
70 iudi. † An autem appellatione fratrum ueniant fratres illegitimi, tradit Paul. de Cast. in consi. 183. in antiquis. scriben. in l. ex facto, in §. si quis rogatus, ĵ. ad Trebell. & an ueniat uterinus tantum, notat Soci. in cōsi. 1. uol. j. an uerò cōsanguineus tantùm,
71 Benedic. de Perusio dictus Capra in cons. 8. † & de quibus fratribus intelligatur dictus sermo: Alex. in consi. 204. lib. 2. & in materia fratrum & fraternitatis plura etiam alia tradunt Ruinus, & Socinus in suis consilijs.

Secundò noto ex tex. ibi, utiq; pro ea parte, pro
72 qua hęres existit patri repetiturum. † quòd in claris nō est opus argumētis, quia enim hic primus casus clarus erat, ut in figuratione casus dixi, Aphrica. multa effundere noluit, sed breuiter respondit pro ea parte eum repetiturum. facit tex. in l. continuus, in §. cū ita. ĵ. de uerb. oblig. in c euidentia, de accusat. cū utrobiq; per gl. & Doct. notatis, & per Ias. in cons. 5. col. penu. lib. 3. & Dec. in c. intimasti, de appellat. & Soc. Iunio. in consi. 2. & 128. lib. 1.

73 Tertiò notandū est ex tex. ibi, † pro ea parte, pro qua patri hæres extitit. quòd quando debitor succedit creditori, confunditur obligatio pro ea parte tantùm, pro qua succedit. Iura concordantia allegauimus suprà in figuratione casus.

74 Ratio † autē quare cōfundantur actiones & obligationes, assignatur in locis 3̄. alle. quia hæres & defunctus cēsentur una & eadem persona. unus non potest sibi debere, esseq; sibi obligatus, ut dictū est suprà. ideo, &c. Confusio autem obligationis fit solùm pro parte, pro qua quis succedit, ut hic dicitur, † quia repręsentatio defuncti & eiusdē personæ
75 fit tantū pro parte, pro qua quis succedit. l. cū à matre. C. de rei uend. ut dixi in l hęredē. ĵ. de reg. iur.

76 Quartò notandum est, † quòd ex mutuo & contractu inter fratres in eiusdem patris potestate manētes celebrato oritur tantùm naturalis obligatio, quę patri acquiritur, ciuilis uerò non nascitur, ut hic per Alex. Soc. & Ias. in 3. col primę lect. Rationes autem prędictæ conclusionis posui & excussi. suprà in euidentialibus.

77 Ex prędictis infertur, † quòd sicuti non subsistit nec ualet donatio facta per patrem filio existenti in potestate. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter uirum & uxo. l. 2. cum ibi not. C. de inoff. testamento. ita nec donatio facta per fratrem fratri de bonis profectitijs, etiam consentiente patre; quicquid dixerint Io. Andr. & Soc. hic, secundum Ias. in 3. col. primę lect. quia non potest actum facienti consentire, qui ipsum actum facere nequit; & quia fieret fraus de persona ad personam, ut per eum. Prętereà, uideretur in effectu donatio facta à patre, ex quo fit de bonis ipsius, quod est prohibitum, ut diximus. Rursus, quum sit de bonis profectitijs acquireretur ipsi patri etiam hodie. l. cum oportet. C. de bonis quę lib. & sic censeretur sibi met donare, & inutiliter; per regulam. l. liber. homo. la 2. de uerb. oblig. ut hic per Io. Crot. in 16. col. nec per prædictum consensum patris pręstitum fratri donanti tolleretur prædicta ratio. pro qua opi. uidetur mihi esse tex. in hac l. nostra. dū ęquiparat contractum factum inter duos fratres in eiusdem patris potestate manentes, & contractum factum inter patrem & filium. Insuper donatio à patre in filium non ualet, ut dixi, ergo nec ista. Et hanc opi. contra Io. Andr. tenuit etiam subtilitatū princeps Are. in d. l. placet, col. 2.

Videns tamen Io. And. prędictas rationes obstare, intelligebat per talem consensum filium emancipari in illo actu. argumento. l. si permittente. C. ad Macedon. & per consequēs uolebat non acquiri eo casu patri, ut hic refert Soc. facit regula. l. secundæ. 3̄. de iurisd. omn. iudi. cum similibus.

Sed concluſ. prædictam multis rationibus improbat subtilis Are. in d. l. placet. quia sicuti pater directò id facere nequit, ita nec per indirectum. Secundò, quia emancipatio absque iudice facta non
78 tenet. l. 1. & fina. C. de emancip. liber. Tertiò, quia emancipatio† actus est uniuersalitatem respiciens, ideo non potest ad unum actū fieri. puta, ut possit quis testari, uel sibi acquirere, quia esset hominem scindere. & est receptuor scriben. sententia, in l. fenium. C. qui testa. fa. poss. in l. prima, in §. in filij, ad Treb. ubi Alex. Ripa, & alij, Ias. ĵ. in lect. in pe. col.

Nec

79 Nec obstat d. l. si permittente, quia validitas mu
ui à consensu paterno ibi dependebat. † refragaba-
tur enim solū Macedonianū odio fęneratorum, &
in fauorē patrum introductum: ideo nimirum, si
cū patre consentiēte, fauoriq; suo renunciāte con-
tractus mutui cōualidatur. Et similiter regula præ-
alleg. l. secundę procedit in his, quæ depēdent à po
testate patris, sed emancipatio fieri non potest ad
unum actum, nec sine prędentia & auctoritate ludi
cis, vt dictum est, ergo &c. Materiam uerò dona-
tionis factæ inter patrē & filium, cum Bar. in quę-
stionibus examinabimus.

80 Quintò noto ex eo. tex. † ꝙ filius mutuādo fratri
suo pecuniā patris, vel profectitij peculij, cuius do-
minium est penès patrem, illud in fratrē transfert,
aliàs mutuū non consteret. l. 2. in principio, & in §.
appellata. 3̄. si cer. pet. vt hic per Soc. not. 4. Ias. 2.

81 Sed contra prædicta, † altam difficultatē mouet
hic Pau. Cast. quia si dominiū in fratrē transfertur,
statim patri acquiritur, ita ut nec momento penès
fratrē remaneat. d. l. placet. & l. prima. ĵ. si quis à pa
ren. fue. manumiss. & Instit. per quas perso. nobis
82 acqui. ī principio. ita ꝙ effectualiter dominiū prę-
dictum in patrē transfertur, non in fratrē: † quum
acquisitio momentanea in persona fratris non sit
habenda in consideratione. l. qui sic. ĵ. de sol. l. fin.
in fi. C. de bo. quæ liber. cū not per Roma. in consi.
499. Aret. in consi. 161. incip. In præsenti, ad finem
quartę col. & in d. l. placet, col. 3. immo nec momē
to videtur penès filium, cui mutuatur remanere. d.
l. placet, quod quomodo intelligatur, declaraui in
l. prima. C. qui admit. videtur ergo impossibile, ꝙ
hoc casu inter duos fratres in eiusdē patris potesta-
te consistentes mutuum contrahatur. Pau. de Cast.
ipsam difficultatem per eum motam malè soluit.
Alij nituntur multipliciter soluere & respondere,
vt hic per Soc. in 4. not. & Ias. 2. referentes sex solu-
tiones: primam quæ fuit ex intētione Bar. ipsi met
improbant, & reijciunt tanquàm penitus diuinati-
uam, & restrictiuam tex. nostri.

Secunda solutio est, ꝙ termini sint multum di-
uersi, quia hic translatio dominij fit ex dispositio-
ne legis citra consensum partium, in l. qui sic, ex
conuentione ipsarum partium; nimirum, si actus
redditur frustatorius & inutilis. hæc sol. licèt vi-
deatur approbata per Soc. & Ias. nihil tamen valet;
quia momētanea acquisitio quomodocunque fiat,
non est in consideratione. l. nō uidetur quisquàm,
de reg. iur. & d. l. fina. in fi. C. de bon. quæ lib. Præ-
tereà, ut dixi, nec momento remanet dominium pe
nès fratrē. Tertia solutio ex mente Bar. de commo-
do administrationis, quamuis probetur per Soc. &
Ias. nō procedit. quærimus enim de dominio, quo-
modo transferatur, & de meo tuum fiat, ad hoc ut
contrahatur & subsistat mutuum; quum prædicta
acquisitio sit momētanea, non autē de cōmodo ad-
ministrationis, in qua filius est, vt nudus minister.

Quarta solutio relata per Ias. est contra prædi-
ctam rationem acquisitionis momentaneę, quę in
consideratione non habetur, & est contra d. l. qui
sic. in uerbo dat, quod est dominium transferre,
vt instit. de actio. in §. qui sit.

Quinta solutio, quòd ex quod dominiū rei mu-
tuatæ à patre proficiscitur, non acquiratur ipsi pa-
tri, confunditur per d. l. donationes quas parentes,
& l. secundam. C. de inoff. dot. ubi donatio facta
per patrem filio in potestate, non ualet, nec subsi-
stit, quia reacquireretur sibi, esseq; perinde, ac si
sibi ipsi donasset, ut etiam per Bar. ĵ. in ult. col. &
contra rationē tex. d. l. placet. & §. sancitum. instit.
per quas personas nob. acq.

Nec refragatur, quòd dominium sit de iuregen-
tium, cuius acquisitio uidetur residere in persona
filij: quia respondetur, quòd est de iuregentium
secundario, non autem primęuo: quo iure filij &
83 serui non sunt capaces illius; † ut per Aquens. in
l. ex hoc iure. col. 7. 3̄. de iust. & iur. est etiam contra
iura alleg. dū uniuersaliter disponunt, quòd quic-
quid acquirebat filius &c.

Sexta solutio Paul. de Cast. & Io. de Monte Sper-
el. de mutuo consumptione pecuniæ inutiliter fa-
cta reconciliato, reprobatur hic per Soc. col. 4. licèt
in fine commenti eam nitatur defendere, & eam
sequatur etiam Ias. hic in prima lect. col. 2. & 4. ue-
runtamen, ut dicebat Soc. primo loco penitus diui
nat; ideo reijcienda. Et huic rationi ipsi non respon
dent. Prętereà aliena est à uerisimili, quòd pecunia
fuerit inutiliter consumpta, per regulam. l. cum de
indebito, de proba. ergo reijcienda. l. non est ueri-
simile. 3̄. quod metus causa. c. afferte, & c. quia ue-
risimile, de pręsumpt.

84 Et per consequens † nulla ratio Doct. cur mu-
tuum inter hos fratres contractum ualuerit, in fra-
tremq; translatū fuerit dominiū pecunię mutuatę,
potest defendi. Et hæc conclusio disputando facili-
ter (ut prædictis apparet) sustineri posset.

85 Minus mala uidetur tertia solutio, † quia pro ue
ritate, ut uult lex nostra dominium pecuniæ mu-
tuatę transit in fratrem, aliàs non esset mutuum. &
licèt acquiratur incontinenti patri d. l. placet. cum
alijs latè per me adductis in l. inuito. & in l. filium,
ĵ. de reg. iur. sicq; remoram (ut ait Plautus) non
faciat penès filium, tamen prædicta translatio do-
minij in fratrem facta, non est absque utilitate filij
propter usum & administrationem, & potestatem
de ipsa pecunia disponēdi (ut de alijs bonis peculia
86 ribus) penès ipsum filium remanentem, † iuxta l.
libera. ĵ. de pecul. & §. actiones autē, instit. de actio.
ubi propterea dicitur illud esse quasi proprium pa
trimonium filiorum, quod suprà dicebatur de mo
87 mentanea acquisitione, quia intelligitur † quando
futilis est, & sine commodo, aliàs secus. l. si tibi pe-
cuniam. 3̄. si cer. pet. ita oportet dicere quamuis in
puncto iuris non sit multùm cōcludens, quia quę-
stio & difficultas est respectu dominij rei mutuatę,
non respectu administrationis.

88 Sextò noto ibi, † si non minus. quòd licèt onera
hæreditaria transeant pro rata & uirili portione,
puta, si quis sit hæres pro dimidia, & obligatio hæ-
reditaria esset in quinquaginta, ad eum transit pro
dimidia parte, & sic pro uigintiquinq; l. j. C. si cer.
pet. & l. 2. C. de hære. actio. onus tamen debitorum
89 peculij † non transit ad hæredes pro rata peculij, pu
ta in casu prædicto pro dimidia, sicque in uiginti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quinq;, licèt dimidia pars peculij ad eũ peruenerit pro portione hæreditaria, ſed tranſit pro parte hæreditaria peculio tenus, ſiue uſq; ad uires & quantitatem peculij, ut hic, & in §. actiones autem. inſtit. de actio. & in §. 1. l. quęſitum. ff. de pecul. & poſt Bar. declarãt hic Soc. & Iaſ. in quinto & ſexto not. & dixi in euidentialibus. Nam, quum id ſit onus peculij, non debet ipſum peculium excedere, quia limitata cauſa &c. vt per Soc. Quomodo autẽ obligatio peculiaris concomitetur peculium, declarant hîc Alex. & Iaſ. ego ff. dicam vnà cũm Bar.

Septimò noto vnum effectum naturalis obligationis, † vt naturaliter debitũ poſsit deduci in diuiſione, quę ſit de bonis communibus inter fratres, quàmuis peti nõ potuiſſet deficiente ciuili obligatione & actione, ſine qua nemo experitur, iuribus vulg. notãtq; hîc Soc. & Iaſ. in ſexto & ſeptimo no. poſt Bar. in col. 14. ad fi. primæ queſtionis, & etiam poſt Ang. intelligẽdo vbi tale debitũ peculio eſt annexũ, & peculiũ pro patre ad alterũ prędictis fratribus attinet, ſecundum terminos legis noſtræ, aliàs ſecus eſſet, ſecundũ Bar. & præfatos per tex. in l. ſi quid poſſeſſor. ibi, hoc deducere nõ debebit, ſi fuit debitum, quod natura debebatur. ff. de pet. hæred.

Sed ad oppoſitum videtur ibidem eſſe tex. † in verſi. Iuſtus autẽ poſſeſſor. vbi dicitur, iuſtũ poſſeſſorẽ ſine dubio deducere, quod ei debetur naturaliter videlicèt ſecundũ gl. Bar. & Paul. Caſtr. ibi. & patet, quia loquitur aduerſatiuè ad caſum præcedẽtem, vbi eſt quęſtio de debito naturaliter tantùm. † Nã §. ſed & ſi ipſi, alleg. per præfatos loquitur in prædone, ac iniuſto poſſeſſore, ſecus in iuſto & bonæ fidei poſſeſſore, ut ibi aduerſatiuè loquẽdo Iuriſc. ſubiungit. niſi reſpõdeas, q̃ ille tex. loquitur in iniuſto poſſeſſore, qui naturale debitũ retinere poteſt, ſed in quæſtione noſtra peculiũ alteri ex fratribus penès quem erat, prælegatũ fuerat. & ſic poſſeſſio non erat apud uolentẽ deducere, uti apud iuſtũ poſſeſſorẽ. nec poſſeſsio rerum hereditariarũ erat inſolidum penès hunc fratrẽ deducere volentem, ſed penès ambos fratres. Inducitur tamen ſpecialiter, quòd in diuiſione bonorũ naturale debitũ deduci poſſet, quando peculij debitũ erat, aliàs ergo ſecus eſſet. nec probatur iure quòd naturale debitũ in diuiſione rerũ hæreditariarum poſsit aliàs deduci. adeoq; huiuſce debiti peculiaris habetur conſideratio, quòd ſi frater creditor non deduceret illud in diuiſione hæreditatis, poſteà incerti condictione poſſet tanquã plus indebitè ſolutum repetere: ita poſt Bar. & alios declarant. Soc. & Iaſ. in locis. ff. all.

Alios effectus † naturalis obligationis ponit hîc Io. Crot. in 3. not. ſed latius Iaſ. & Aquenſ. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. dum cumulant effectus naturalis obligationis ad antidota.

Tria alia notabilia colligi poſſunt ex iſto tex. ut hîc per Soc. & Iaſ. ad quos me remitto.

Vndecimò noto ibi, idẽnis à cohęrede pręſtetur. quòd quando unus ex pluribus hæredibus tãtùm obligatus eſt ſoluere, † nõ poteſt tẽpore diuiſionis de corpore hæreditatis deducere partẽ debiti ſpectantẽ cohęredi, ſed ſatis eſſe eidẽ pręſtari cautionẽ indẽnitatis: ita poſt Bal. & Ang. notãt hîc Alex. Soc. Iaſ. & Io. Crot. inferentes notabiliter in practica, ſi fuerint plures mercatores ſocij. & unus, qui artẽ mercaturæ exercebat obligatus ſit diuerſis creditoribus in certa quãtitate pecunię ex cauſa prędictæ ſocietatis, non põt in diuiſione ſocietatis deducere, & penès ſe retinere pecuniã per eũ alijs debitã, detrahendo, puta tantũ de mercimonijs prędictis q̃ poſsit creditoribus ſuis ſatisfacere; ſed ſufficit dari cautionẽ idẽnitatis à ſocijs, ſeu ꝓmitti de ipſũ defendẽdo caſu, quo à creditoribus cõtigat eũ moleſtari.

Ad oppoſ. tamen uidetur eſſe tex. in l. omne æs. cum l. ſequenti. ff. pro ſocio. qui dicit, omne es alienum ex cauſa ſocietatem contractu, de communi ſoluendum eſſe: ſed ſi ſit debitum ſub conditione, aut in diem, præſtandam eſſe cautionem indemnitatis, & de defendendo. Quando ergo debitum eſt præſens, ſeu purum. poterit in diuiſionem deduci.

Non eſt tamen recedendum à cõmuni, † quam etiã tenent & ſequuntur Sali. & Pau. Caſt. in d. l. certũ. C. fam. ercis. per tex. noſtrũ. & tex. in §. fi. l. peculiũ autẽ deducto. ff. de pecul. & eſt ratio ſecundum Iuriſc. ibi, propter interuſurium medij temporis, & ſic propter utilitatẽ, quę ad ſociũ poteſt ſpectare & pertinere, non facta executione prędicti debiti, niſi uidelicèt dictus ſocius eſſet condẽnatus ſecundum Iuriſc. ibi, uel de proximo condemnandus ſecundũ Salic. in d. l. certũ, arg. l. pen. cũ gl. ff. de teſt. milit. & ſic quando eſſet obligatus per ſcripturã habentem executionem paratam, tunc pręſtanda eſſet indẽnitas per ſolutionẽ, ut hic per Alex. & omnes præall. & ad tex. in d. l. ęs alienũ, cum ſequ. poteſt reſponderi, q̃ licèt dictũ debitũ ſit de cõmuni ſoluẽdũ, ut ibi dicitur, inſtantibus creditoribus uidelicèt, obligatus tamẽ erga illos nõ põt id totũ deducere, & retinere penès ſe: uerũ ſatis debet ei eſſe. ſi iterpoſitis cautionibus ſeruetur indẽnis pro partibus aliorũ.

Duodecimò noto † ex uerſ. porrò. q̃ obligatus quẽ indemnẽ ſeruare ab extraneo, multò magis id debet facere ex ſe ipſo. ad idẽ eſt tex. in l. ſi negotia. ff. mand. Hinc dicimus q̃ obligatus ad defenſionẽ, multò magis cauere debet ab offenſione. l. altius. ff. ſi ſerui. uend. l. ff. de admi. tutor. ut hîc per Alex. Seuer. Soc. Iaſ. & alios, qui rem ad practicam reducentes, prædictam inducunt ad tres not. quæſt.

In primis, an ille, qui promiſit alicui accõmodare turrim contra omnes homines mundi, id facere teneatur contra ſe ipſum, † uidebatur, quòd ſic, per hunc tex. ut ff. inductum. Secundò propter generalitatẽ obligationis, imputet. n. ſibi promiſſor., ſi ex ſuo generali ſermone incidat in periculũ, prout dicit tex. in l. fi. ad finẽ. C. de dot. promiſſ. Tertiò, quia ab uniuerſali ſermone, ac promiſsione nihil excipitur. l. Iulianus, de leg. 3. c. Romanorũ, 19. diſtin. l. omnia. ff. ſi cer. pet. cũ not. per Deci. ibi. & in conſi. 30. & Ruin. in conſ. 145. col. 3. lib. 1. ubi probat generalitatẽ cõprehẽdere ét incogitata in ſpecie. l. qui iure milit. ff. de teſta. mil. ſi tamẽ eiuſmodi poſſunt ex natura generalis ſermonis, aliter nõ, ut ibi p eũ.

Contraria opin. † receptior eſt. & uerior, ſecundum Bald. Alexan. Soc. Iaſo. Io. Crot. & alios hîc. Barto. Bald. & alios in l. j. ſuprà de Senato. & in l. Paulus, infrà de pigno. Cano. in cap. petitio, de iureiur. Salic. in l. inquiſitio. C. de ſolu. Iac. de Sant. Georg. in trac. feudo. in verbo, Qui quidẽ inueſtiti. col. 4. dicentem in quæſtione facti ſe ita conſuluiſſe pro dominis Caſtri Truffarelli contra cõmunitatem Cherij. Idem volunt Zaſius in libello feud. in 7. parte. fol. 3. Ruin. in conſil. 89. lib. primo. 137. col. 5. lib. 2. & in conſil. 43. col. penul. lib. 4.

99 Ratio fundamẽtalis prædictæ concluſ. eſt, † quia in generali ſermone nõ includitur perſona loquentis. d. l. inquiſitio. vbi glo. & Doct. notant, & in auctẽ. ſi quando. C. de conſtit. pecu. & in l. qui inſulam, in fine. ff. loca. & in l. prima, in fi. vbi tex. optimus. ff. de Senato. vbi omnes ſcriben. notant, glo. & Cano. in d.c. petitio. Alex. in d. l. Paulus, & alij in locis proximè alleg. tum etiam, quia prima & ordinata charitas incipit à ſe ipſo. l. præſes, cum gl. C. de ſeruit. & aqua. iccirco ex tacita mente partium, quę attenditur etiam in contractibus. l. ſi in venditione, cum glo. fina. ff. communia prædio. † tradunt Alex. in conſil. 124. ad fi. lib. 2. Deci. in conſi. 251. col. fina. 555. & 697. prædictæ perſonæ in generali, ſeu vniuerſali ſermone, aut promiſsione non cenſentur incluſę.

101 Hinc vulgiter infertur in practica, † quòd licèt error in expreſsione valoris beneficij noceat, tamen ſi in litteris dicatur, aliquem expoſuiſſe ſubiungendo, vt aſſeritur, videtur, ac cenſetur impetrantem dixiſſe ab alijs ita aſſeri, non autem ipſum ita aſſeruiſſe, quia in generali ſermone &c. ſufficit probare quòd ira aſſeratur.

102 Similiter quamuis procurator cum libera † poſſit nouare. l. fi. ff. de noua. cum gl. hoc tamen intelligitur reſpectu alterius perſonę, puta obligationẽ Titij transfundere in Seium, non autem in ſe, per regulam prędictam ſecundum Are. in conſil. 4. ad finem. & Soc. in l. fin. §. fin. col. vlt. ff. ſi cer. pet.

Et ideo dans alicui ius & poteſtatem imponendi
103 gabellã ad portas loci, † non tenetur ipſe ad earum ſolutionem; quia ipſe loquens & poteſtatem prędictam tribuens, non cenſetur incluſus, vt per Angel. ff. in ſubſcriptione ad conſilium Socini 302. col. penul. lib. 2. & Barb. in conſi. 32. col. 2. lib. 4.

Item conſtitutio, aut ſtatutum principis, vel ali-
104 cuius domini † non comprehendit ipſum. Rom. in conſi. 440. circa finem. Deci. & Curt. latius in l. prima. ff. quod quiſque iuris.

Non obſt. l. noſtra, quia reſpondetur, vt hîc per Bal. Alex. & præfatos, & Deci. in conſ. 104. col. 2.

Ad alias rationes reſponde, quòd immo in promiſsione generali, vel vniuerſali nõ includitur perſona loquentis, nec aliæ, quę ex veriſimili mente partium non comprehenduntur, maximè vbi reſultare abſurdum; veluti quòd quis agat contra ſe, aut
105 alios ſuos, quos non eſt veriſimile voluiſſe comprehẽdi. † quibus caſibus limitatur regula. l. Iulianus, & l. omnia, prælleqatarum, vt per ſcriben. in l. prima, in §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. Deci. & alios
106 in locis prælleg. † Quemadmodũ enim non tenetur dictus promiſſor. contra ſe turrim accommodare, aut aperire, ita nec contra deſcendentes, fratres, aut alios conſanguineos, quos non eſt veriſimile ſub prędicta generalitate comprehenſos. arg. l. iſti quidem, in fi. ff. quod metus cauſa, & l. cum auus, cũ ſimil. de cond. & demonſ. vt hîc per Alex. Iaſ. & Io. Crot. in 6. col. Salic. in d. l. inquiſitio. Iacobi. in tract. feud. in verbo De caſtro. col. fina. & in verbo Et promiſerunt, col. 7. Barb. in l. cum acutiſsimi, fol. 4. C. de fideicom. Ruin. in d. conſi. 43. col. penul. & Zaſium loco prælleg. vbi etiam inuenietis † quid iuris ſit in vaſallo. faciunt plura accumulata per Barb. in c. in præſentia, fol. 12. de proba. Felin. in c. afferte, col. prima de præſumpt. Iaſ. & Deci. in l. pactum, col. fi. C. de colla. & Neuiza. in ſylua nuptiali ſol. 9. & ſequen.

107 Ex prędictis habetis † ampliationem ad regulam d. l. inquiſitio, cum alijs prælleqatis, vt procedat etiã in ſermone vniuerſali, id quod optimè probatur in d. l. prima in fine. de ſenat. faciunt quę plenè ſcripſi de differentia inter ſermonem generalem & vniuerſalẽ, an ſubſiſtat veraq; ſit, in l. fi. C. de pact. in materia donationis omniũ bonorum, nu. 253.

Limitate nunc prædictam regulam. l. inquiſitio,
109 cum prælle. † primò ut procedat in obligatione generali deſcendente à facto hominis, ſecus quando quis eſſet obligatus ex diſpoſitione legis, quæ efficacior eſt, & cõtra omnes dirigitur; vt hac lege ſecundum Alex. & Soc. hîc, & Deci. in conſi. 104. col. 2. ſed etſi hoc verum ſit, tamen non eſt propriè limitatio de ſermone generali ab aliquo prolato, vt nõ
110 includatur perſona ipſius loquentis. † Quinimo quod etiam in diſpoſitione legis, non includatur perſona loquentis, probatur in d. l. 1. de ſenat. & in l. princeps, ff. de ll. & in quarto ſimili. ff. adducto de conſtitutione, & ſtatuto principis, aut domini, in quibus ipſi non comprehenduntur. Hinc etiã dicimus, quòd licèt ſermo vniuerſalis ab homine pro
111 latus † nullam recipiat reſtrictionem, ſecus tamen ex ꝓlato à lege, ne ſequatur eius correctio, aut abſurdũ, ut per Deci. in d. l. omnia. Ruin. in conſi. 20. lib. 1. & 188. lib. 2. & 59. lib. 4. niſi ſecundũ eoſdẽ ita uoluiſſet diſponens. Similiter dicitur quòd mitius agitur cum lege, quàm cum homine, uulg. l. Celſus. ff. de arbitr. non eſt ergo mirum, ſi propter generalem diſpoſitionem legis tenetur quis aliquẽ defendere, etiam contra ſeipſum.

112 Secundò limitate, † quando in generali ſermone nõ poſſet comprehendi alia perſona, quàm perſona loquentis, quia tunc comprehenderetur. Bar. in l. ſi quis legauerit. ff. de leg. 1. Hippoly. in l. 1. in §. ſi ſeruus. ff. de queſt. facit tex. not. in l. fundus, qui locatus, la picola. ff. de fundo inſtruct. cum multis. quæ ad illum tex. accumulaui in rub. ff. ſiquis ius dicen. non obtemp.

113 Tertiò limitate, † niſi ſubiecta materia aliud ſuaderet. Corn. in conſi. 14. in ſecundo dubio lib. 3. facit. l. ſi uno. ff. loca. & d. l. fundus qui.

114 Quartò limitate, † quando eadem ratio eſſet in perſona loquentis, quæ eſt in alia. Sali. in d. l. inquiſitio. Bar. in l. Paulus. in fi. infrà de pigno. per illum tex. ubi aſsignat rationem.

115 Quintò & ultimò limitate, † ubicunq; conſtaret aliud eſſe de mente loquentis, ut per Sali. in d. l. inquiſitio. facit uulga. regula. l. continuus. §. cum ita. de uerb. obl. & l. cum aliter, de leg. 3. cum alle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gatis in præcedentibus limitationibus,& quemad modum in generali sermone non includitur regulariter persona loquẽtis, similiter nec iniusta causa includitur,siue alię res iniustę, quæ in tali generalitate exceptæ censetur.gl.in l.quid seruus. ff. de acquir.poss. vbi Roma. Alex. & alij plura congerunt, inducentes ad varias quæstiones,tradit etiam Ripa in rep.l. in quartam, fol.8.nu.161. ff.ad l. Falci.& Deci.in l.illud,circa fi.C.de colla. Nam in generali sermone non uenit, nec includitur quod in specie quis nó esset facturus.l.obligatione generali, infrà de pigno.Ruin.in consil.6.col.3.lib.3. Similiter in
116 dispositione generali non comprehenditur casus specificatus, nec dispositio generalis † refertur ad casum specificatum.Bar.in l.quæsitum.in §. si quis fundum,infra de fundo instruc. per l. doli clausula,de uerb.oblig.Ruin.latius in consil.208.col.pe. & fin.lib.1.& consil.7.col.3.lib.2. pariter in concessione generali non ueniunt quę ex priuilegio competunt.l.si filius, cum ibi not.per Bal.& alios. C.de bon.prescrip.& per Rui.in consil.107.col.4. lib.3.& consil.109.col.5.in eodem. & in quolibet iuramento, ac promissione intelligitur semper excepta auctoritas superioris.l.fi.in principio ad municip.c.uenientes, de iureiur.Alex.et alij in l.fin.ff. qui satisda. Ruin.in consil. 115.col.3.lib.5.

An autem casus specialis & priuilegiatus com-
117 prehendatur in generali dispositione,† tradunt.Iaſ. & scriben. in l.j.fol.matr. ego latius in l.j. infrà de regul.iur.

Inducuntur etiam prędicta ad not.quęstionem.
118 †Vtrum ille, qui agit contra fideiussorem, vel tertios eorum possessores, quibus tenetur actiones & iura sua cedere. l.mulier. ff. qui potio. in pigno.habea. qua cessione mediante ius cedentis in cessionarium transfertur, qui propterea videtur in omnibus in locum creditoris cedentis subintrare, vt per Deci.consi.104.col.1.an censeatur & teneatur etiam contra se ipsum id facere ? Tex.noster,vt suprà notatus,probat quòd sic,& ita post multa fuisse determinatum Florentiæ attestatur hîc Soc.in 6. col.cui sententiæ mirum in modum obstare videtur.l.2.C. de fideiuss. vbi creditor, qui fideiussorẽ & pignora accepit, si contra fideiussorem agat,ius pignorum tenetur illi cedere, soluto tamen prius omni debito, etiam exalia causa super prædictis pignoribus eidem constituto: & per consequens cessio actionum fieri non debet contra ipsum cedentem. Respond. quòd loquitur in creditore,qui pi-
123 casu quum creditor ipse in eodem pignore prior esset tempore, ratione prioris obligationis ratio-nabiliter debet esse potior in iure,& habere ius retentionis,iuribus vulg.ideo nimirum, si non tenetur creditori ex posteriori causa contra eum agenti pignora cedere,ac tradere, nisi soluto omni debito anteriori,vt per Bal.in d.l.2.Soc.in consi.73.lib.2. Deci.in consil.104.& 446.& latè Moder.de Fano in tracta. de pigno. fol.42. vbi plura congerunt de hac exceptione cedẽdarum actionum,& de renunciatione ipsius exceptionis.

119 Tertiò inducitur hic tex. † vt suprà notatus ad vtilẽ quæstionem, vtrũ filius institutus hæres à patre,aut à matre pro patre. posit pro alia parte,pro qua non est hæres rem ab illis alienatam vẽdicare? videbatur quòd nõ, quum defensio sit indiuidua, insolidumq; præstanda.l.antepe. ff. de verb.oblig. l.si cum vno, suprà si ex noxa.cau.aga,hæres ergo, qui repræsentat personam defuncti, & tenetur insolidum emptorem defendere,multò magis cauere debet ab illius offensione per ipsum tex. & sic à vendicatione ipsius rei. & ita bis iudicatum fuisse Senis testatur Soc.hîc.& in l.4.§.fi.col.vlt. de verb. oblig. quę opi. confunditur manifestè per d.l.cum à matre, secundum Soc.in locis prælleg.& Ruin. in repetitione patauina.d.§.Cato.col.28.in secunda quæstione Bar. & miror de asserto iudicato per bonos & æquos (vt mihi videtur) prolato, propter d.l.cum à matre. Quomodo autẽ intelligatur prædicta conclusio, ꝙ defensio sit indiuidua,declarat Ruin. & alij scrib. super prædicta quæstione Bar.

Vltimò omissis quibusdã alijs notabilibus hîc 120 collectis per Socin. & Iaſ. tanquàm claris,† noto ex versic. contra si pater. ꝙ pater ex mutuo recepto à filio obligatur illi naturaliter, quæ naturalis obligatio remanet penès ipsum filium, vt post Bar. hic Soc.in 2.not. & Iaſ. in 18. reputans notandum ad limitationẽ d.l. placet. Id quod videtur indubitati iuris esse, quia si reacquireretur patri, non diceretur ipse uaturaliter obligatus, vt tradit hîc Iurisconsul. verùm potius ab obligatione contracta solueretur. nec est mirum quòd talis obligatio naturalis remaneat penès filium, quia aliàs actus inanis esset 121 & frustatorius.† & idem est in obligatione naturali acquisita per seruũ à domino suo, vt per illũ tex. declarat Paul.Castr.in l.si id quod,infrà eod.

Hîc dilectissimi Auditores duæ notabiles difficultates,& ferè inextricabiles,† vt loquar cum Im- 122 peratore in l. fin.in fi. C. de præscrip.longi temp. cadunt. Prima de regula Iuliani relata in §.j.incipiente,Et regulariter.l.si seruo,suprà de usufr. & l. liber homo.la 2.de uerb.obli.eò, quòd id implicet quandam contrarietatẽ & repugnantiam.Respondeti potest huic, ut hîc p Bar.in fi.4.col.& col.10. in uersi. Sed contra hoc oppono.quem sequuntur Soc.in 3.col.& Iaſ.7.primę lec.quòd regula Iuliani est de iure ciuili,ideo de tali iure ciuili intelligitur, non autem de iure naturali,ex quo descendit naturalis obligatio, de qua hîc. & probatur pariter in domino obligato uersus seruũ in l. si id quod.iunctis ibi not. per Paul.de Castr.infrà eo. Nec potest 123 melius dici, & est not. declaratio. † & limitatio ad regulam Iuliani,& regulam. l.placet,prælleg. Tamen in puncto iuris non uidetur posse procedere, quia ratio d.l.regulę Iuliani est respectu obligationis ciuilis, uidetur etiam subesse & militare respectu naturalis; nisi respondeas, quòd immo ratio naturalis abhorret illud idem, quod tu mihi promisisti reacquiratur filio: ideo &c.

Secunda difficultas, † quum pater dominus sit 134 pecuniæ, non potest amplius effici dominus.l. sequitur.§.lana,cum ibi not. per gl.& Doct.infrà de usucap. ergo nec mutuum contrahi, per l.2. in princi.& in §.appellata, suprà si cer. pet. Et consequenter

quenter impossibile videtur,ꝙ mutuum consistat, & oriatur obligatio aliqua etiam naturalis ex tali
125 mutuo, † quum sit imperfectio in materia, prout inquit Bal.in l.fi.col.3.C.quod cum eo. Bar. ff. in j. quæst. uidens difficultatem ualde urgere,respond. hunc tex. loqui. de mutuo pecuniæ acquisitæ per filium ab extraneo, de peculio sibi concesso per patrem, quæ secundum iusgentium fuerat sibi quæsita: ideo nimirum, si illo iure considerato, naturalis obligatio inter eos oritur. quæ responsio penitus est diuinatiua & restrictiua tex. nostri, ideo cõmuniter reprobatur,ut hîc post Ang.& Marti.Lauden.scribunt Socin.& Iaſ.in 7.& 8.col.qui Laudensis & Sener.aliter soluebant; sed eorum solutiones improbantur per Soc.& Iaſ.ideo Soc. patrem obligari dicit habita potius consideratione ad factum, quàm ad ius,ut dicit tex.in d.l.nec seruus. ff. de peculio. refert Iaſ. ad aliam solutionem transeundo, ea aliter non improbata.

Et pro ueritate illi non est adhęrendum, quum uerba hic ad factum non referantur,sed ad ius. Patet ex tex. ibi,manere naturalem obligationẽ. quæ verba sonãt in ius,nõ ad factum,ut instit.de oblig. in princ.& d.l.nec seruus. loquitur in seruo, nõ in filio,inter quos magna est differẽtia; quum seruus non petat,non exigatur,non deferat iuramentũ,& denique nihil sit quãtùm ad ius ciuile spectat. d.l. nec seruus. & l.depositi, eo. tit.cum l.quod attinet
126 ff.de reg.iur.& notant omnes in d.l.si id quod.

Iaſ.aliter soluit, † & adhuc peius,quòd pecunia mutuata non erat filij nec patris, sed aliena, & per consumptionem mutuum reconciliatũ, ut hic per eum,& prius per Bal.licèt ipse taceat, in l.fina.col. pen.C.quod cum eo. quæ solutio ex omni parte diuinatiua est, quòd pecunia fuit aliena, & quòd p consumptionem recõciliatum mutuum.item aliena à uerisimili,quòd filius mutuasset alienam pecuniam, in furti crimen incidendo .l. si an leni. ff.de solu.quod non præsumitur l. merito. ff.pro socio. Refragatur etiam l. nostra. nolens expresè fuisse mutuatam pecuniam peculiarem,ergo non aliena. patet, quia dicit quod agentes extranei de peculio contra patrem intra annum computari in peculio filij, quod pater illi debuisset, ergo pecunia peculiaris erat.

Alij dicunt filiumfam. de iure Digestorum potuisse habere omnia bona pleno iure sibi spectantia & pertinentia ut in casu.l.Imperator, infrà ad Trebell. & l.cum hæres. ff.de acq.hęred.quibus casibus inter patrem & filium cõtrahetur mutuum, & nascetur obligatio.l.2. ff.ad macedo. & latiùs uidebimus infrà. Sed oriretur tunc ciuilis & naturalis obligatio.l.Iulianus, cum ibi no. per Corne. in pen.not.C.ad Trebell. & lex nostra loquitur quando solùm oritur naturalis, ut hic etiam per Bal. in 2.col.prętereà lex ista expresè facit mentionem de peculio profectitio, iuuenes mutũ de tali pecunia
127 profectitij peculij factum fuisse,vt suprà dixi.

Postquàm igitur oportet diuinare, † tenete solutionem Bar.pro minus mala,& magis uerisimili. postquàm.n.filius habebat peculium profectitiũ, vt hic dicitur, uerisimile est ex illo pecuniam fuisse lucratum, iuxta tex. in l. si defunctus.C.arbitr.tutel. & eam mutuasse patri. nec uidetur diuinatio, quum necesse sit ita intelligere. facit uulga. text.l. qui. ff.de testi.

Nec obstat quòd arguatur hic de extraneo ad patrem, respectu autem extranei non est differentia, de qua pecunia factum fuerit mutuum, ergo nec respectu patris differentia facienda erit: secundum Marti.Lauden. prout hic referunt Socin. & Iason.
128 † quia responderi potest, non argui absolutè respectu pecunię mutuatę, & respectu naturalis obligationis, quę hoc casu consistit inter patrem & filiũ; vt apparet extraneo agente de peculio intra annũ, vbi computatur in peculio,quod filio debuit,naturaliter scilicet intelligendo.

129 Absolutis notabilibus † iuxta pollicita descendẽdum est ad theoricam Bar. omissis dictis eius in j. char.dum formauit oppositiones usque ad uersi.& primò circa primam partem col.4.in quibus leuiter procedendo,& superficialiter apparatum glossarum pro iuuenibus absoluendo,reassumpta post modũ materia difficultates per quęstiones examinauit,vt ipse metait in j.col. ibi,declarabo litteram pro iuuenibus, postmodum reassumam per quæstiones examinando difficultates:& etiam in 4.col. ibi,apparatu sic aliqualiter ad litteram examinato, veniamus ad quæstiones. quum enim omnia in oppositionibus dicta postmodũ repetat,plenius subtiliusque articulos examinando, ut quid incassum tẽ-
130 pus conteram referendo oppositiones? † superfluis .n.non est utendum.l.hæc stipulatio. §.diuus. ff.vt lega.nom.cauea.§.quibus,in prima constitutione. C.Roma. pulchrè in consi.67. & 107. cũ alijs quæ accumulaui in proœmio Digestorum in princ.col. vlt.& in l.quę dubitationis. & in l. omnia quę iure. infrà de reg.iur. & in l. si emancipati. char.2. .C.de colla. quibus addite Ruin.in consil.144.lib. 2.59. & 136. volum.3.& 89. lib.4. & Maria. Soc. Iunio. consil.120. in prima parte. & maximè in hoc loco, quum ex præmissis, & per prædicta iam satis (ut puto) aperti sint oculi ad difficultates infrà tangendas.

131 Capio igitur primam quæstionem Bar. † quę sit ratio quòd inter patrem & filium, vel inter duos fratres in eiusdem patris potestate manentes, non oriatur ciuilis obligatio,sed naturalis tantum? Bar. duas rationes antiquorum refert, posteà suam, & sic tertiam assignat. de quibus satis dictum fuit.ff. in euidentialibus,ideo non repeto, ne eandem cantilenam canendo, idemq; toties repetendo, vos,vt in prouerbio dicitur,occidam.

132 Examinat posteà Bar. † quare filius non obliget sibi patrem ciuiliter,quum non habeat regiam potestatem in eo,vt habet pater in filiũ, propter quod concluſum fuit.ff.filium patri ciuiliter non obligari? & respondet id esse propter regulam Iuliani, quòd ex qua causa stipulando ab alio acquiris mihi,ex eadem stipulando non obligor tibi, ut per eũ hic, & infrà col.10. uersi. Sed contra hoc oppono. ubi concludit, aliud esse in naturali obligatione, quum illa regula Iuliani sit de iure ciuili, ideo debet solùm intelligi de ciuili obligatione, nõ autem

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de naturali. & approbatur communiter Bar. à scriben. vt suprà per Soc. col. 3. in 2. no. & Ias. col. 7. in 1. lect. diximusq; suprà in vlt. no.

Ex quibus rationibus colligitur, subijcit Bart.
133 † quare inter duos fratres in eiusdem patris potestate manentes, nõ contrahatur ciuilis obligatio. & respon. vt per eũ, qui approbatur cõmuniter, vt dixi in 3. not. vbi materiam ad practicam reducẽdo, nonnullas quæstiones mouimus. & idẽ quod Bar. suprà relatus, concludit hîc Socin. in 3. col.

134 Successiuè Bar. † in 5. col. in uersic. Nunc intro glo. quærit, si filius alteri pecuniam mutuauerit nomine patris, vtrum contrahatur mutuum, & acquiratur patri obligatio? in qua quæstione allegat l. si absentis. C. si cer. pet. solam & ad balistam, quia loquitur in mutuante pecuniam illius cuius nomine factum fuit mutuum: & tamen Bar. l. illam allegat, non ad istud membrum, sed ad aliud, quãdo filius mutuauit pecuniam suã peculij castrensi uel quasi: melius allegasset. §. si nummos, cum glo. l. certi conditio. si cert. peta. Prætereà Bar. fuit verbosus & superfluus, quum tertium casum debuisset coniungere cum primo, quando mutuaret peculium castrensis vel quasi, aut aduentitium hodie, vbi patri non quæritur vsusfructus: quia in omnibus est eadem determinatio, & iuris dispositio.

135 Ex dictis ipsius Bar. † colliguntur tres conclusiones: prima est, ꝙ si pecunia sit peculij castrensis uel quasi, aut hodie aduentitij, vbi non quæritur vsusfructus, actio & obligatio acquiritur patri, secuta ratificatione, antea non: & quicquid dicant Fulg. & Pau. Bar. bene loquitur, intelligendo de effectuali & irreuocabili acquisitione, iuxta l. si absentis. C. si cer. pet. per Bar. alleg. secus in acquisitione reuocabili & commutabili. d. §. si nummos, secundum Ias. hîc in 12. col. primę lect. & ita declarat ipse Paul. Cast. hîc in 4. col. & Deci. in d. §. si nummos, circa fin. quia hęc secunda acquisitio est directa, & à lege causata; ideo inducitur absque alia ratificatione. d. §. si nummos, secundum Dec. ibi.

136 Quòd si pater non ratificat, †competit vtilis mutuanti in eo quod ad contrahentem peruenit. d. l. si absentis, ut ibi in fi. not. Bar.

137 Nec obst. †ꝙ actus agentium non debeant operari vltra & contra eorum intentionem. l. non omnis, suprà si cer. pet. ergo acquisitio non debet fieri ipsi mutuanti, qui hoc non intendebat. quia prędicta regula intelligitur de intentione primitiua uel secundaria, sed secundaria fuit, vt sibi acquireretur patre non ratificante, ergo &c. ita declarat Bal. in d. l. si absentis, in princ. quod est notandum ad declarationem illius vulgatæ regulæ d. l. non omnis. ꝙ actus agentium, &c. ꝙ non dicuntur operari vltra intentionem agentiũ, quando intẽtio erat talis saltem secundaria intentione. item pro declaratione & intelligentia d. l. si absentis. cum ibi not. uidete Bar. Paul. Cast. in l. fundum. ff. de actio. empt. Alex. in l. si mihi & Titio, col. 4. ff. de verb. oblig.

138 Secunda conclusio Bar. † quando filius mutuauit pecuniam patris, non contrahitur mutuum, nisi voluntas patris intercedat, uel sequatur consumptio, est etiam bona; quia si mutuo tibi pecuniam alienam, vel meam, casu quo non possum illius dominium transferre, vt quia non habeo administrationem in ea, non contrahitur obligatio mutui, nisi secuta consumptione d. l. non omnis. §. si pupillus. vt hîc etiam per Paul. Castr. in 4. col.

139 Tertia conclusio Bar. est, † ꝙ in prædictis casibus, quando mutuum factum est nomine patris de pecunia peculij castrensis uel quasi, aut aduentitij, eo casu quo patri non quæritur ususfructus, non procederet hęc lex, quum filius haberet patrem actione negotiorum gestorum obligatum, ideo frater nõ posset repetere solutum tanquàm indebitè
140 solutum, quia posset obiici compensatio, † quę de liquido ad liquidum, de quantitate ad quãtitatem admitteretur l. 4. & fi. C. de compens. nisi animo donandi patri id fuisset factum, aut actum ꝙ opponeretur compensatio, ita eleganter & subtiliter dicebat hîc Bar. & communiter approbatur, vt hîc per Paul. de Castr. col. 3. Socin. 10. Ias. 12. & sequen
141 ti in repetitione, & Io. Crot. 9. † inferentes, ꝙ in dubio mutuans pecuniam suam alieno nomine, licèt actio ei quæratur, cuius nomine mutuat, non tamen censetur ei donare, etiam ꝙ intercedat stricta coniunctio, vt est inter patrem & filium. quod reputant multùm notandum, vt per eos. de quo ego non dubito per tex. not. in l. si filius. C. de neg. gest. cum ibi not. per Bar. Item quia quælibet alia coniectura potius quàm coniectura donationis acci-
142 pienda est. † l. Campanus, infrà de oper. liber. ad quod plura cumulaui in l. donaui. & in l. cui ius, ff. de reg. iur.

Quærit deinde Bar. quando filius mutuauit pecuniam nomine proprio, an cõtrahatur mutuum,
143 & procedat hæc lex? † Et respond. quadrupliciter distinguendo vt hîc per eum. Ex cuius dictis quatuor propterea conclusiones colligo: prima, si mutuum fuerit factum de pecunia castrensis vel quasi castrensis peculij vtroque fratre habente castrense peculium vel quasi, aut in casibus in quibus cessat Macedonianũ, non procedit hæc lex, quia cõtrahitur mutuũ & filio quęritur ciuilis & naturalis obligatio, non autem patri, vt in terminis legis nostræ.

Cum ista concluſ. Bar. transit hîc Paul. Castr. in 4. col. immo quicquid restringendo sermonem dicat Bar. glo. indistinctè uoluit, quòd non tantùm
144 in dictis duobus casibus per Bar. expressis, † sed indistinctè cesset Senatusconsultum Macedonianũ, ubi frater mutuat fratri, quum non sit uerisimile, quòd frater alteri fratri mortem communis parentis persuadeat aut procuret: quod fuit motiuum Macedoniani Senatusconsulti, ut post Salice. concludunt hîc Seuerin. & Socin. col. 8. & Ias. 12. cum sequen. reputantes glo. ad hoc not. & si prima facie refragari videbatur Ouidianum illud. Filius ante diem patrios inquirit in annos. præsumendum tamen non est. argumento l. merito, infrà pro socio. & c. estote, cum similibus de regul. iur. in 6. ta à præfatis scribentibus: ideo Senatusconsultum Macedonianum, hoc casu nihil faciet. Prætereà in terminis nostræ legis, & ubi agitur de repetitione soluti tutus exceptione odiosa, ut Macedoniani,

145 niani, † si soluat, repetere nõ potest. l. qui exceptionem. ff. eo. vt per Soci. & Ias. prælleg. & sensit ipse met Bar. ff. paulò post. ad idem l. quia naturalis, cũ fine præcedentis. ff. ad Macedon.

146 Et per prędicta † infert hîc Soc. ꝙ statutum prohibens minorem contrahere sine consensu duorũ consanguineorum, non vendicaret sibi locũ quando contraheret cum patre. quę illatio aliquantulũ est à remotis, sed volunt præfati inferendo dicere, sicuti lex confidit de filijs, & cessat tunc Macedonianum, ita etiam confidit de patre. pro quo melius facit. l. quidam cum filium, cum gl. 1. ff. de hęr. instit. ꝙ filius non habet meliorem amicum patre suo. facit l. isti quidem in fi. ff. quod metus caus. De hac quæstione videte plenè Dec. in l. pactum, col. fi. C. de collat. vbi defendit prædictam concluſ. dupliciter limitando, vt per eum. & de hac quæstione scripsi quædam in rubri. C. de pact. circa finem, & tradunt etiam Mod. de Ripa in l. 1. §. fuit quæsitũ, col. 1. ff. de Trebell.

Secunda conclusio Bar. est, ꝙ l. 2. ff. ad Macedo.
147 † loquitur in accipiente mutuum in causam castrẽsis, vel quasi castrensis peculij; & non procederet secundum Bar. quando dans mutuum tantùm haberet peculium castrense. quum. n. illa lex dicat cessare Macedonianum vsque ad quantitatem castrensis peculij, apparet ꝙ loquitur in accipiẽte mutuũ, non autem in dante. & motiuum ac ratio fundamentalis Macedoniani, de qua proximè dixi, id apertè ostendit; tamen vt dixi suprà quando mutuãs esset frater, non haberet locum Macedonianum, etiam quòd accipiens non haberet castrense peculium: quicquid dixerit Bar. quod not. ad ampliationem d. l. secundæ.

148 Tertia conclusio, † quando filius nomine suo pecuniam patris mutuat, secuta consumptione contrahitur mutuum, & patri acquiritur naturalis obligatio, & procedit hæc lex. Ratio vtriusq; dicti est, quia, vbi pecunia est patris sine voluntate sua dominium ipsius pecuniæ non poterit transferri in alium. l. id quod nostrum, infrà de reg. iur. ideo necessaria est consumptio, per quam recõciliatur mu
155 tuum l. si à furioso, cum l. seq. ff. si cer. peta. & l. non omnis. §. si pupillus, eo. titu. vbi verò pecunia fuit profectitij peculij incontinenti mutuum contrahitur, & procedit. l. ista, quæ loquitur hoc casu. nam
149 vt inquit Bar. † habuit tunc filius potestatem dominium transferendi. l. pen. ff. si cer. pet. §. actiones autem, instit. de actio. l. 1. & toto tit. ff. de pecul. &
150 cum Bar. transeunt alij, vt hîc per Paul. col. 3. Soc. 8. & Ias. 12. in repetitione, declarantes † quomodo differat pecunia profectitij peculij à pecunia paterna. prima. n. est pecunia patris separata à suis rationibus filio specialiter concessa, vt cum illa separatim se exerceat; in qua pater habet dominium, & filius administrationem & potestatem transferẽdi ipsum dominium, vt hîc inquit Bar. & est tex. in l. peculium, cum seq. quę incipit Depositi. ff. de pecul. ideo dicitur quasi proprium patrimonium filij. prælleg. to. §. actiones autem. & in illa pecunia filius obligat patrem quatenus est in peculio, vt ibi, & diximus. ff. in 6. euidentiali: nisi pater minuisset peculium uel reuocasset. d. l. peculium. pecunia autem paterna propriè est in qua filius habet solã detentationem in casu aliquo, nec eam habet in peculium: ideo non obligat in ea patrem, ut hîc per præfatos: id. n. esset penitus irrationabile.

151 Nunquid aũt † bonis publicatis paternis cẽseatur publicatũ peculiũ profectitiũ filij, & publicatis bonis filij censeatur publicatum peculium profectitium, ponit hîc Io. Crot. col. 7. latius Alex. in l. si finita. in §. si de vectigalibus, char. 4. de dam. infec. & dicam etiam. ff. & quid de legitima filij Soc. Iun. consi. l. 9 col. 2. vol. 1.

152 Quarta conclusio Bar. † in bonis aduentitijs peculij distinguitur, an pater sit vsufructuarius uel
153 non. si in eis usumfructum habeat, † prout regulariter contingit. l. cũ oportet. C. de bon. quę lib. & l. 1. C. de bo. ma. Maria. Soc. Iun. in cons. 20. li. 2. filius non potest mutuare, & requireretur consumptio pecuniæ, vt contrahatur mutuum, & locum habeat hæc lex, aliàs secus. filius. n. non potest mutuare pecuniam aduentitiã sine voluntate patris sicuti nec paternam, vt in præcedenti conclusione diximus. quia quum pater habeat vsumfructum in ea à proprietate minimè separabilem l. 2. cum sequen. ff. de vsufr. harũ rerum quæ vsu consum. eam nõ potest alienare. Prętereà, etiam ꝙ vsusfructus à proprieta
154 te separabilis esset, † alienari tamen non posset sine consensu paterno. l. fi. §. filijs autem, C. de bon. quę lib. vbi Paul. Cast. notat. addẽs quòd nec pater sine filio, sed ambo debent interuenire, vt ibi per eum. Idem est ergo bodie, quod olim in pecunia aduentitia quò ad prohibitionem alienationis factã ipsi filio: sed vbi pater non haberet vsumfructũ, nec esset legitimus administrator bonorum filij, posset filius inter viuos de ipsis bonis disponere. d. §. filijs aũt, cũ ibi not. quũ pater de illis non possit tunc se impedire; ut per Bar. met. in sequẽti quæst. & quęreret tunc sibi ciuilem & naturalem, ideo nõ procederet hęc lex. Ita voluit dicere Bar. & clarius aperit & docet in seq. q. dum citat. §. primũ. l. si quis vxori. ff. de furt. & videntur sequi simpliciter alij vt hîc
155 per Paul. col. 4. & Ias. 13. † Ad materiam verò d. §. filijs, vltra notata ibi per Doct. uidete Paul. de Cast. in consi. 127. in antiquis. Petr. de Anch. in consil. 106. & Alex. in consi. 106. lib. 7.

156 Ad declarationem verò & intelligentiam † d. l. secundæ, & tit. de vsufr. earum rerum quæ vsu cõsum. sciendum est, quòd si tales res fuerint legatæ, æstimandæ sunt, & præstanda cautio de eis restituẽdis in eadem qualitate, aut de reddenda æstimatione; nec sufficeret eas restituere tales quales inueniuntur. l. si tibi uini, illo eod. tit. §. confitiuitur, instit. de usufr. Bal. lib. 2. consi. 263. Anch. consi. 368. Barb. in c. fi. ad finem de pign. Alex. consi. 58. col. 2. lib. 3. & 120. vol. 7. Corn. consil. 119. col. fin. lib. 2. Soc. lib. 4. consi. 9. & Ruin. consi. 51. lib. 2.

157 Quærit postea Bar. † pro declaratione prædicti ultimi casus. Nunquid hodie inter patrem & filiũ contrahatur consistatq; ciuilis obligatio? & cõcludit quòd pater obligatur filio ciuiliter, filium verò non obligari patri ciuiliter, nisi quãdo esset usufructuarius bonorum filij, neque legitimus administrator,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtrator, quo caſu non poteſt de prædictis bonis ſe impedire, nec patriam poteſtatem exercere, quemadmodum nec in caſtrenſibus. Sed quãdo eſt vſufructuarius, & legitimus adminiſtrator poteſtatem ipſam patriam exercere poteſt, ita quòd ſuperflua eſſet ciuilis obligatio. & eum Bar. tranſit hic ſimpliciter Paul.de Caſt.in 4.col.& in l.lis nulla, ſuprà de iudicijs.

Sed pro clariori intelligentia & declaratione, di
158 ſtinguendi ſunt prædicti caſus, † quòd.n.pater(vt in primo caſu dicitur)obligetur filio naturaliter, de plano procedit. primò per rationem Bar. quia ceſſat tunc regula Iuliani, & militat ratio.§.primi.l.ſi quis vxori, & d.l.ſerui & filij, de furt. & approbatur communiter, vt hîc per Paul.de Caſt.col.4.Seuer.9. & 12. Iaſ.13.in j.lect. & Io.Crot. in col.10. & per Bal.Paul. & Corn.l.iubemus.C.ad Trebell. per illum tex.Ad quem tamen diſputando reſponderi poſſet, vt per Seuer.& Iaſ.prealleg. reſpondentes ſimiliter ad alium tex.pro hac concluſ. adductũ in l.pactum.C.de pact.conuen. tenendo alios intellectus, ille tamen eſt communis, & ratio prædicta concludens pro concluſ. prædicta: ideo &c.

159 Quò ad ſecundum caſum † Iaſ.hic reprobat Bar. vt per eum.& fuit Seuerini hîc in 2.q.col.12.quod clarius oſtendo, quia reſpectu proprietati, quę filio acquiritur, ceſſat ratio Bar. de manu regia & poteſtate patria, quam ipſe pater circa proprietatem bonorum aduentitiorum prohibitus eſt à lege exercere.l.1. in fi.C.de bon. mater.§.& ita clara, in auct. de nupt.circa medium ipſius auct. & per cõſequés ſiue pater ſit vſufructuarius bonorum aduentitiorum filij, ſiue non, filius obligabitur patri; & ſic cõtrariorum eadem erit iuris diſpoſitio, vt quemadmodum pater obligatur filio in aduentitijs, ita filius patri.

160 Aduertendum eſt etiam circa prædicta, † dum Bar.dicit primum caſum procedere, quando pater non eſt vſufructuarius bonorum aduentitiorum filij nec legitimus adminiſtrator. ſecundum quando eſt vſufructuarius, & adminiſtrator legitimus, quia videtur uelle quòd pater ratione vſusfructus ſit legitimus adminiſtrator, aliàs non, vt hîc etiam per Io.Crot.in 10.col.Bald.Paul. & Corn.in d.l.1. per illum tex.cõcludentes quòd pater ratione vſusfructus & patriæ poteſtatis ſit legitimus adminiſtrator bonorum filij, quam poteſtatem adminiſtrationis non haberet, niſi eſſet vſufructuarius, ut cõcludit etiam gl.in aucten.excipitur.C.de bon. quæ libe. per illum tex. & in corpore vnde ſumitur in princ.& in §.1. vbi ſi patri relictum fuerit ſub conditione, ne ipſi patri vſusfructus acquiratur, poteſt filius de prædictis bonis ad libitum diſponere. ergo pater non eſt legitimus adminiſtrator, quia filio non competeret talis facultas liberè adminiſtrandi dicta bona d.§.filijs autem.

161 Ad oppoſ. uidetur tex. † in l.non ſolùm.in §. ſin autem in ſecunda.C.de bon.quæ lib. ibi, patre nolente res filii gubernare. quando ergo vult, & ſi nõ ſit vſufructuarius, eſt tamen legitimus adminiſtrator. Pro ſolutione, Corn.in d.auct.excipitur, uidetur concludere, quòd pater in bonis filij in quibus habet uſumfructum ſit legitimus adminiſtrator, quamuis filius ſit maior & ſanæ mẽtis.d.l.de bon. mater. & l.fi.in princ. & in §.filiis autem.C.de bo. quę lib.ſi uerò non ſit uſufructuarius, & filius maior ſit & ſanę mentis, patrem non eſſe legitimũ adminiſtratorem, ſed ipſum filium, d.§.ſin autem in ſecunda.& d.aucten.excipitur.ubi gl.& Paul.Caſt. notant; meliusq; probatur in corpore unde ſumitur, uidelicet in aucten. vt liceat matri & auiæ in princ.Si minor ſit vel mentis non ſanæ, pater erit ſe gitimus adminiſtrator, ſi voluerit, aliàs dabitur cu-
162 rator bonis. d.§.ſin autem patre recuſante, & l.ſi. in princ.C.de curato. furio. † Fallit in caſu d.auct. excipitur. vbi relictis bonis filio ea lege, ne ad patrem uſusfructus perueniat, pater ob talem prohibitionem ſuſpectus cenſetur: ita quòd ab adminiſtratione legitima indiſtinctè repellitur, vt per Sali. & ipſum Corn.in d.aucten. excipitur. vbi ponuntur caſus in quibus patri non quęritur uſusfructus dictorum bonorum filij, quoſdam alios addit hic Seuerin.in 26.q.

Sed quòd pater ſit legitimus adminiſtrator bonorum filii, etiam quòd ad eum vſusfructus non pertineat, videtur expreſſus tex.in d.§.ſin autem patre recuſante.& ad tex.in auct.excipitur. & in corpore vnde ſumitur, reſponderi poteſt, quòd loquitur, quando vltra prohibitam acquiſitionem vſusfructus dictum fuit, neq; in dictis bonis quodlibet habeat pater participium. quo caſu clarè conſtat de mente relinquentis bona, qui non vult de illis curam ad patrem modo aliquo ſpectare. Nimirum ſi tunc legitimus non ſit adminiſtrator; quia, vt ibi dicitur, potuiſſet relinquere bona extraneis, & parentibus nulla vtilitas naſceretur: ideo tunc ęquũ eſt, patrem ab adminiſtratione prędictorũ bonorũ repelli. Nec eſt vetum quòd cenſeatur pater ſuſpectus, eò quòd relinquens eidem vſumfructum noluerit acquiri: id enim potuit feciſſe volens totum filio quęri, non autem patri.

A receptiori tamen & communi ſcribentiũ ſen-
163 tẽtia, † quòd primi legitimus ſit adminiſtrator bonorum filij, quando eſt vſufructuarius, aliter non, diſcedendum non eſt, per tex.d.l.1.C.de bon.matcũ not. ibi per Doct. & hîc per Seueri. & Io.Crot. col.6.& 4 Iaſ.in l.non ſolùm.ff.ſol.matr. Iacob.in tract.feud.in verbo Princeps, col.fi. Dec.in l.pactũ, col.fi.C.de colla. Pariſium in conſil.157. lib.4. & Ruin.in conſi.102.& 162.lib.5. Ad tex.d.verſicu. patre nolente res filii gubernare. reſpond. quòd vſusfructus ibi acquirebatur patri eo volente, ideo nimirum, ſi non priuatur adminiſtratione, ſi nolit, quia lex adhuc voluit eidem reſeruare legitimam adminiſtrationem, quando filius eſt minor viginti quinque annis ad vtilitatem filii: qui non poteſt habere meliorem defenſorem & amicum, quàm ſit pater, vt ſuprà diximus. Ideo ſpecialiter diſpoſitum eſt, vt pater ſit legitimus adminiſtrator, etiã quòd non ſit vſufructuarius. Sed in contrarium eſt ius commune & regula, ſecus ergo quando non poteſt ipſi patri vſusfructus acquiri, iuribus prealleg atis, vt per Iaſo. & Pariſ. in locis.ſ. allegatis.

164 Deſcendendo ad practicã, quæro, † Quando pater

ter eſt uſufructuarius, & legitimus adminiſtrator bonorum filii, an ſibi competit exercitium actionum, in agendo, & etiam defendendo liberè, uel id teneatur, & debeat facere cum conſenſu filij? Di cta lex j. de bonis maternis uidetur plenam poteſtatem patri concedere. maximè dum inquit, & omnia agere, tanquàm inſolidum domini eſſent. & non requirit aliquem conſenſum filij. & ita per illum tex.ibi uolunt Paul. Corn. & alii, & Pariſ. in conſi.109.lib.

Sed in contrarium eſt tex.apertus, qui cauillari non poteſt.d.l.fi.§.ubi autem.C. de bon. quæ lib. qui uult, ꝙ patri legitimo adminiſtratori pp uſumfructum, quem habet in bonis filii competat exercitium dictarum actionum cum conſenſu filii, & non aliter; dummodo nõ ſit infans, aut abſens. & eſt uera receptiorq; ſententia per illum text. prout tenuerunt. Inno. in c. accedens, de procu. Bal. Paul. & Corne. ſibi contrarii in d.§.ubi autem. Rom. in conſi.241.col.fi. Ruin.in conſ.202.lib.5. quod eſt notandũ in actu practico ſecundum Corn. in d.§.
165 ubi autem. quia annullari poſſunt multi proceſſus, quando non interueniſſet conſenſus filii. † & d.l.j. de bon.ma. declaratur, & ita reſtringitur per tex.in d.§.ubi autem, poſteriorem, interueniente uidelicet hodie conſenſu filii, & hoc fuit nouiter cautum
166 & additum ad d.l.primam per Iuſtinianum in d.§. ubi autem. † & ideo Roma.in d.conſi.241. colum. fi. tenebat, quòd conſtitutio procuratoris facta per patrem ſine conſenſu filii nullius ſit roboris. per tex.in d.§.ubi autem. Sed Bal. Paul. & Corn. ibi uolunt contrarium, modò filius poſteà in iudicio cõ
167 ſentiat. & rectius per illum text. † Poſſent etiam ipſi filii agere conſentiente patre, ut latè per Ruin. in d.conſi.242.

168 Vltimò notate, † quòd ſi filiofam. fuerit factum legatum, ut ipſi filio tradatur, cenſetur prohibita acquiſitio uſusfructus patri tex.eſt nota. in l.uſufructus.in §.fin. prout notat Bar. ff.quando dies lega.ced.& Io.Crot.infrà columna. 15. undecima quæſtione.

Succeſsiue Bar.in uerſ.uenio ad ſecundam par-
169 tem glo.pro expeditione ipſius ſecundæ partis gl. ſeptem quæſtiones formauit. † Prima eſt, utrum obligatio naturalis quęratur patri per filium? & concludit poſt glo. ꝙ ſic, per hunc tex.in principio uolentem pro patre pro qua frater debitor hæres extitit patri, & ſic creditori ſolutum repeti poſſe ſublata naturali obligatione; ergo patri per filium quæritur naturalis obligatio. probatur ſimiliter ex
174 generalitate regulæ traditæ in l.j.ff.ſi quis à paten. fuer.manumiſ.in l.placet.de acq.hæ. & inſt.p quas perſo.nobis acquir.quod quicquid acquirebat filius, acquirebat patri. & idem uoluit ipſe Bart.ff.in x.col.in uerſ.quęro ultimò. & approbatur à ſcrib. cõiter, ut hîc p Pau.de ca.Seuer.& Soci.col. 8.& 9. & per Iaſ.col.14.in j.lec.& 17.in repeti.

Non obſtat duo quæ uidebãtur refragari. & primò regula Iuliani, quòd ex qua cauſa ſtipulando
175 ab alio tibi acquiro, ex eadem cauſa ſtipulando à te non obligaris mihi, pluribus hic per Barto. allega. quod ratione probari etiam poteſt, quia ſi obligareris, idem reperiretur debitor & creditor ſui ipſius, quod eſſe non poteſt.l.2.ff.de ſtip. ſeruo.& l. ſi quis pro eo.§.j.ff.de fideiuſ. Si igitur naturalis obligatio ab alio acquiſita patri per filium quęreretur, non poſſet pater filio naturaliter obligari, quod eſt contra hunc tex.

Huic primo motiuo reſp.Bar.hic,& ff.in x.col. uerſ.quæro ultimò,& in l.ſi id quod circa fi.ff.eo.
170 † ꝙ regula Iuliani eſt de iure ciuili, ideo debet ſolũ intelligi de ciuili obligatione, in qua regula ipſa Iuliani iuris ciuilis ſuam exercet poteſtatem, non autem in naturali obligatione, de qua loquimur, quæ non poteſt impediri per ius ciuile.& ſic non habet locum ſecundum regulam prędicta in acquiſitionibus de iure naturali primęuo, quo omnes erant liberi & ſui iuris.& ſequuntur hic Fulg.col.6.Seue. 9.Soc.8.Iaſ.14.in 1.lec.& 17.in repe.pau.de Caſt. in l.ſi quis pro eo.in §.j.ff.de fideiu. Aret.Iaſ.& alii in d.l.liber homo. quaſi uelit Bar.dicere, quòd ciuilis ratio naturalem non potuit tollere, aut corrũpere.l.2.ff.de uſufr.earum rerum, quæ uſu cõſum. & §.finitur.inſt de uſufr.

Et aduerte quòd Soc.melius loquitur in 2.repeti.quàm in prima. nam in prima uult, ꝙ lex ciuilis poſsit, ſi uult, reſiſtere obligationi naturali, eamq; impedire, cuius contrarium dicit expreſsè Bart. hic de iure naturali primæuo loquens, & ſic prout in fine declarat ipſe Soci.

Ad ſecundam oppo. ꝙ naturalia iura ſint immutabilia.§.ſed naturalia.inſti.de iure nat.ergo obligatio naturalis non uidetur, ꝙ tolli poſsit à filio, &
171 transferri in patrem. † reſpon. Bart. ꝙ non tollitur, ſed transfertur de uno ad aliũ, quod non eſt prohibitũ, ut hic per eũ.ſequitur,& reputat no.hic Fulg. in 6.col. facit quod dicimus de ſabbato, quod eſt de iure diuino quo ſanctificandum eſt ſabbatum,
172 quod quidem ius diuinum immutabile eſt; † & tamen ſublatum fuit & mutatum in diem dominicam.c.peruenit.de conſecr.diſt.2.& conſequenter magis eſt licita mutatio, quàm abolitio, & deſtructio, ut etiam per Roch.Cur.in repeti.c.fi.col.9.de
173 cõſue. † Et ſi dicatur uideri refragari tex.in d.§.ſed naturalia.in uerbo immutabile. ergo nec de perſona ad perſonam, aut de loco ad locum. reſponderi poteſt, id intelligi, ut uoluit hic Barto. & ex prædictis liquet de totali mutatione ac annulatione, ſecus in tranſmutatione. aut etiam dici poteſt, & clarius loquendo, quòd immutabilia ſunt in ſui generalitate, prout ibi loquitur tex. in ſpecie uerò
174 † & in certis caſibus particularibus, ſuadentibus rationibus mutari poſſunt, ut per glo.Ang. & alios. in d.§.ſed naturalia. Aquenſ.in l. manumiſsiones. & in l.ius ciuile.ſ. de iuſt.& iure.& Cur.loco proximo alleg.

Et prędicta concluſio intelligitur, & procedit, quando naturalis obligatio filio quęritur ab extraneo, uel alio fratre, ut hic. tunc enim quęritur pa-
175 tri per prædicta, † ſecus quando directò quæreretur filio ab ipſo patre; quia tunc non tranſit ad patrem, ut hac lege in uerſ.contra ſi pater. tradit ipſe Bar.ff.in x.col.uerſ.quęro ultimo. ubi dicam.

176 Secundò quærit Bar. † & hanc quæſtionem dicit

eſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse magis subtilem. utrum prædicta naturalis obligatio quęratur patri directò, & immediatè, aut mediate, id est media persona filii tanquàm per quoddam organum, ita quòd primò acquiratur filio, inde patri per ipsum filium; & sic acquisitio causetur primò in persona filii, aut in persona patris? & resoluendo respō. quòd in obligationibus, quę contrahuntur per actum naturalem, puta numerationem, aut traditionem, si fiant nomine patris acquiritur directò ipsi patri; & acquisitio causatur in persona ipsius patris. secus si nomine filii, quia tunc acquisitio primò causatur in persona filii, inde transit ad patrem cui acquiritur. & idē est in obligationibus, quę per actus ciuiles acquiruntur. l.ea. quę ciuiliter. de acqui. rer. do. & cum Bar. transit hîc Ias. in repe. col. 17. & bene, ac eleganter loquitur per alleg. per eū. ut per Mod. Senē. Iun. in repeti. l. cum filio. fol. 16. de leg. j. & latius declarau. in l. filiusfam. ff. de reg. iu.

Tertiò principaliter iuxta prędictam conclusionem, quòd naturalis obligatio acquiratur patri p
177 filium, † quęrit Bar. post glo. an apud ipsum filium aliquid remaneat? cuius quidem quęstionis utilitatem ponit ipse Bar. ff. in uers. Et ideo dico. Cōcludebat Glossator unam naturalē obligationē apud filium remanere. & sic uolebat oriri duas naturales obligationes, quarum una remaneret penès filium, altera acquireretur patri in acquisitionibus, quę fierent per actum naturalem. Bart. hîc improbat glo. concludens primò contra ipsam, ꝙ ea, quę sunt iuris ciuilis difficilius separantur à nobis, quā ea, quę sunt iuris naturalis; ut probatur p l. si eius, ff. ad Treb. iuncto. §. fublata. l. j. co. ut. Naturalis. n.
obligatio, ut dicitur in d. l. si eius, trāsit penitus in fideicommissarium restituta hæreditate per hæredem institutum, & grauatum: aliud in ciuilibus actionibus, & obligationibus, quia utiles trāseūt, non autem directę. d. §. fublata. Sed in acquisitionibus, quę fiunt per actum ciuilem, stipulationē puta, uel additionem hæreditatis penès filium nihil remanet. l. j. in principio infrà si quis à paten. fue. ma
numis. l. placet, cum glo. ff. de acquiren. hęredit. & insti. per quas perso. nob. acqui. in princ. & in §. ei qui, de inutil. stipul. ergo nec in illis, quę fiunt per actus naturales, immo minus. quamuis enim ciui
les obligationes difficilius à nobis separentur, quā
178 naturales, ut per Bar. † fortiores tamen sunt actus naturales ad acquirendum nobis, & actiones, & obligationes, quàm ciuiles. l. ea quę ciuiliter. ff. de acquiren. rerum domi. iuncto. §. si nummos. l. certi conditio. ff. si cer. peta. prout uoluit Barto. ff. in 2. quæstione. & Cur. in l. singularia, column. 5. suprà si cer. peta.

179 Secundò principaliter concludit Bart. † contra glo. oriri tantùm unam naturalem obligationem ab initio, quę cum effectu patri acquiritur, remanente penès filiū nudo nomine obligationis: quia si filius à patre stipuletur, fideiussor acceptus non tenetur. §. j. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. ergo apparet, nihil apud filium remansisse. si enim naturalis remansisset, fideiussor acceptus tenetur, ut in
stit. de fideiusso. in principio, notant glo. & Docto.
in d. §. j. Secundò, quia quòd oriantur duę obligationes lege non cauetur, ergo, &c. l. illā. C. de coll. Tertio, quia sequeretur unum ualde absurdum, ꝙ mortuo patre naturalis obligatio ei quęsita consolidaretur cum alia naturali, quæ erat penès filium, quemadmodum dicimus in dote. l. 2. §. quod si in patris. ff. sol. ma. l. unica. §. uideamus. C. de rei uxo. actio. & tamen hoc est falsum, & contra hanc legē uolentem, ꝙ obligatio illa diuidatur inter fratres, & hęredes patris mortuo ipso patre, ergo, &c. & ita etiam tenet ipse Bart. ff. col. 8. in uers. fi. n. haberet. & sequuntur communiter alii, ut per Paul. de Ca. Fulg. & Seuer. hîc in 5. & 6. col. Soci. & Ias. col. 17. in repeti. & Are. in d. l. placet. col. j. licèt Fulgo. disputando nixus fuerit respondere nonnullis ex rationibus prędictis.

Pro qua communi conclusione adduci potest clarissima ratio, de qua hîc p Paul. Cast. col. 7. uers. Item ꝙ nulla. & ultimo loco ego adduco tex. expressum hîc circa principium, ibi, naturalem obligationem, quæ fuisset sublatam uideri. ergo, &c.
ergo est una tantùm naturalis. & miror ꝙ Barto. &
180 alii ad hoc non ponderauerint hunc tex. † qui per prędicta cōdonatus erit hoc nouo intellectu. ꝙ in in istis acquisitionibus, quæ fiunt per filiū, una tàtùm oritur obligatio, quæ patri acquiritur in totū.

181 Non obst. quòd peculium † ad patrem, & filii pertineat. dic. l. j. §. si cum impuberem. & l. peculium. infrà de peculio. cum. l. peculium non id, eo titu. & l. 3. §. sed utrum, suprà de minor. & §. actiones autem, instit. de actio. & per consequens etiam naturalis obligatio ad utrunque spectare p
182 tinereque deberet. † quia respondent Bar. Pau. & prędicti ad filium peculium spectare ratione administrationis. l. quinta in principio. l. qui peculii ad
ministrationem. & l. libera peculii. ff. de pecul. ad patrem uerò quo ad dominium: ideo illud adimere, augere, & minuere potest, prout uult, iuribus prędallegatis: & mortuo patre diuiditur inter hæredes patris quemadmodum alia bona paterna, ut hîc, & l. certum. C. fam. ercis.

Et si ad oppos. adduceres tex. in d. §. actiones autem, ibi, quod ueluti patrimonium est filiorum. respond. intelligi respectu administrationis per su
183 prà allegata. † Quemadmodum igitur dicunt Bar. Paul. Fulgo. Soc. & alii peculium in ueritate, & in effectu est patris; nudo autem nomine, & abusiuè ac quo ad factum est filiorum. Neque etiam refragantur iura dicentia deduci quod filio seruoq; debetur in obligationibus peculiaribus. l. sed si damnum. §. peculium. ff. de pecul. cum aliis per glo. citatis. & sic actio aliqua penès filium remansisse uidetur, aliàs falsum esset illis deberi; quia respon. cōclusionem prædictorum Doct. intelligi quantùm ad unum nomen respectu administrationis, non quo ad effectum.

184 Ex prædictis infert Bar. hîc notabiliter, † quòd si in casu legis nostrę Titius frater, qui mutuū dedit, non fuisset hæres patris sui pro parte aliqua, solutum illi tanquā indebitum protinus, & indistinctè repetere tur: quia quum naturalis obligatio translata fuisset in patrem, solutum omnino quò
ad

ad ipsum fuisset indebitè solutum: ergo repetibile.
sequuntur prefati, & Fulgo. reputat multùm nota-
185 bile. † & hic est effectus & utilitas non speranda resultans ex prædicta quęstione, ac disputatione, an aliquid remaneat penès filium, uel non.

Tertiò uoluit hîc Bar. aliam not. conclusionem,
186 † quum peculium profectitium ad filium pertineat quò ad quid, ut ex prędictis apparet, quòd publicatis & confiscatis bonis patris, nō publicabitur, nec confiscabitur peculium profectitium, per tex. ualde not. & singularem. in l. 3. in §. sed utrum, in fi. ff. de minor. quod tamen considerabile non est, quia casus & aduersa fortuna non habentur in consideratione. §. sacram. alleg. hîc per Bar. & prius per gl. in
d. §. sed utrum. quem tex. Bar. ibi, & alij Doct. in locis suprà allegatis singularem reputant. & hanc cōclus. Bar. sequuntur communiter Doct. ut hîc per Fulgos. & Io. Cror. in 6. & 7 col. Paul. de Castr. in l. si finita, in §. si de uectigalibus, circa finem, infrà de
dam. infec. Aret. instit. de actio. d. §. actiones autem col. 5. in fine. Maria. Soci. Iunior. em in cons. 69. col. 2. lib. 1. quia delictū patris non debet nocere filio, ut ibi per eos, & plenius per Alex. in d. §. si de uecti
187 galibus, char. 5. plura scribentem de intellect. tex. d. §. sed utrum. † qui secundum scriptam rationem iuris malè posset sustineri, quia cum peculium uerè & cum effectu sit patris, cui ipse pater post prædiu
care minuendo, & etiam illud tollendo, quū suum fit, includi deberet in confiscatione facta de bonis paternis, cuius contrarium ibi dicitur: ideo nimirum, si Alex. & alij id pro dubio habuerunt, & tex.
188 illum singularissimum reputarunt.

Ego autem arbitror † ex benignitate Imperatoris, potius quàm ex stricta ratione iuris, ac disputādi, intuitu uidelicèt pietatis illud emanasse, ut publicatis bonis patris aliquid de eisdem bonis filio remaneret. maximè, quum iam in illis administrationem haberet & magis uoluit ibi Imperator habere rationem filij, quàm fisci sui. propterea tex. ibi cum mysterio dicit ex constitutione diui Claudij fieri dictam separationem: quasi dicat Iurisc. ibi ex æquitate & benignitate Cæsaris, magis quàm iure stricto id esse: eò quòd Imperator eo casu magis filij, quàm fisci sui ex benignitate & liberalitate sua rationem habere uoluerit. ista est, ut puto, uera in-
189 telligentia, & meus nouus intellectus ad illū tex.

Quarto loco quærit Bar. † Utrum in dicta obligatione naturali pater & filius habeantur tanquam duo rei credendi? & concludit contra glos. quòd non: quia in duobus reis credendi duæ sunt obligationes. l. 3. in fine. l. eandem. in fine. & l. si reus. etiam ad finem cum suis glo. ff. de duobus reis. hîc autem non est, nisi naturalis obligatio, ut suprà dictum est: ideo &c. Preterea dato (sed non concesso) quòd essent duæ obligationes, diuersi generis essent, una ex dispositione hominis, altera ex dispo
sitione legis; ergo non possunt esse duo rei credendi: quia diuersitas obligationum impedit constitutionem duorum reorum. l. qui seruum, cum gl. suprà de interrog. actio. Rursus peculium non pertinet ad filium, nisi ratione nudę administrationis, ut dictum est: quomodo ergo ipse in iure principa
li potest dici correus credendi? quiā tamen contractus per eum celebratus fuit, & ipse administrator legitimus peculij, rectè eidem soluitur. l. si unus in principio suprà de pact. & hoc respectu habent quandam similitudinem cum correis credendi; ut
190 quemadmodum solutio facta uni ex correis † liberat debitorem ab omnibus. l. qui hominem. §. j. ff. de sol. & l. 3. in fine. de duob. re. ita facta patri, aut filio liberat penitus debitorē. d. l. si unus. & in hoc cum Bar. transeunt communiter scriben. ut hîc per Ang. col. 4. Fulgos. Paul. & Seuer. col. 6. & Ias. 17. in repetitione. Quia tamen unum est debitum, & unica solutio sufficit, ut dictum est; hoc respectu dici potest una obligatio. tex. est cum glo. in uerbo una. in d. l. 3. & ibi etiam per Doct.

191 In quinta concluſ. † Bar. bene loquitur, & cum eo transeunt simpliciter hîc Doct. & uidetur conclusio indubitata, quòd potentior sit obligatio patris, quàm filij; quum in ueritate in effectu & quantùm ad dominium peculium spectet ad patrem, ad filium autem impropriè & nudo nomine tantùm, ut dixi: quare ergo non erit potentior obligatio patris? & tamen quęstio est uana, nec in huiusce modi quæstionibus sunt conterenda uerba, quum secundum ueras & communes concluſ. Doct. ut in superioribus ostensum fuit, tantùm naturalis obligatio oritur, quę patri acquiritur, non autem filio, nisi quantùm ad nomen nudum & umbram.

192 In sequenti quæstione, quę est sexta: † utrū exactum per unum ex reis credēdi sit alteri reo cōmunicandum? Bar. se remittit ad dicta per eum suprà in 2. col. ubi quantùm ad propositum nostræ legis & materiæ concludit, ꝙ non: quia negotium in ueritate ad utrunq; pariter non pertinebat, sed ad patrem principaliter cuius erat pecunia. quādo uerò debitum ad utrunq; pariter pertinebat, se etiam ibi remittit, & transeunt alij, ut hîc per Ias. in 3. col. repetitionis. dic melius, quòd in proposito nostro isti nō sunt propriè duo rei, licèt in aliquo habeant similitudinem. quum enim patris obligatio potentior sit, & penès filium nulla remanserit obligatio, sed nudum nomen tantum: cui dubium, quòd illi nō sit cōmunicandum quod à patre exactum fuit?

193 † In correis uerò credēdi propriè distinguēdum est inter reos ex causa onerosa, & reos ex causa lucrativa, ut per Bar. Paul. Cast. & alios in l. qui hominē, in §. j. ff. de solut. & in l. reos. in 8. quæstione, infrà de duob. reis, ubi Aret. col. penult. Alex. & alij in l. Falcidia hoc obseruandum. infrà ad l. Falcid.

194 Septima & ultima † quæstio Bar. an peculium profectitium conferatur & qualiter? & concludit, quòd confertur de facto, tradendo: de iure enim est cōmune, ut hîc per eum. alij nihil scribunt. uos uidebitis Paul. de Castr. eleganter in l. certum. C. fam. ercisc. per illum rex. dicentem diuidi una cum alijs bonis patris, non autem conferri, quia illa conferuntur quæ propria sunt, quæ uerò communia diuiduntur, ut ibi dicit tex. sed peculium profectitium non est filij cui datum fuit, nisi quantùm ad administrationem, ut suprà dictum est: ideo
195 &c. † Dicitur autem profectitium quod à patre, proueuit. l. profectitia, infrà de iure dot. uel illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod acquisitum fuit contemplatione patris, ut per Bar. & Salic. in rub. ff. de pecul. Deci. in l. ut liberis, col. 3. C. de colla. & Io Crot. ff. in 37. quæstione, cum similibus.

196 Nunquid autem, † lucrum acquisitum ex pecunia profectitia hodie conferendũ sit, declarat Paul. Cast. in d.l. certũ. & latius Io. Crot. ff. in quæstione 31. & Ripa in rep. l. in quartam. char. 8. ff. ad l. Falcid. Dec. in l. illud, col. fi. C. de colla. An uerò emancipati conferant tàm inter se, quàm suis hodie profectitia; quia materia hic est impertinés, me remitto ad dicta per Deci. in l. si emancipati. col. fi. C. de colla. ubi scripsi in tertia quæstione Bar.

Succesiuè Bar. in 8. col. in versic. Veniamus ad tertiam partem gl. formauit plures not. quæstiones.

197 † Prima est, an actio de peculio sit in rẽ, aut in personam? & concludit personalem esse, licèt obligatus liberetur cedendo peculio, vt hîc per eum, & per eundem in l. prima, col. 3. ff. de pecul. & si in aliquibus habeat naturã realium: ut hîc per Fulgos. col. 8. & Bar. sequuntur cõmuniter scribent. ut per Aret. in §. actiones autem. col. 3. instit. de actio. uos uidebitis Salic. pulchrè in l. prima, col. 2. ff. de peculio, & Paul. de Castr. in l. summa. ad fi. illo eod. tit.

198 Secunda quæstio, † vtrum prædicta actio de peculio sit natiua, vel datiua? & concludit Bar. esse natiuam, & ex obligatione tanquàm ex matre descendere. l. 3. §. si filiusfam, & l. depositi, in principio, ibi, de peculio obligatur. ff. de pecul. ita concludit Bar. in d.l. prima. col. 3. Pau. de Cast. hîc, col. 7. propterea dicens, q̃ præsupponit obligationem. Idẽ volunt Sali. in d.l. prima. col. j. Paul. de Cast. in d.l. depositi, in principio. & Ang. Aret. loco suprà alleg.

Fulgos. tamen hîc in 8. col. defendendo Cynum

199 & antiquos, quorum honori & auctoritati † deferendum esse dicit, tenet esse datiuam respectu iuris ciuilis, natiuam respectu iuris prætorij, prout dicitur in simili in §. nõ autem instit. de perper. & tempo. actio. quæ consideratio non probatur iure, immo est contra leges prælegatas. quod maximè patet, quia ius prætorium est quasi uiua uox iuris ciuilis. l. nam & ipsum. ff. de iust. & iure.

200 Sed vtrum prædicta actio de peculio † oriatur ex ciuili & naturali obligatione, aut ex ciuili tantùm, vel ex naturali tantum? Bar. hîc cõcludit cum Azone ex sola ciuili habente effectum naturalis, quum pater obligetur sine consensu suo, etiam inuitus, propterea, quum deficiat consensus non est naturalis propriè: quę de iure gentium propter consensum nascitur. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. cum ibi not. licèt possit dici naturalis ficta, vt hîc per eum, & per eũdem in d.l. prima, col.

201 4. ff. de pecul. † sed uidetur adesse consensus in genere præstitus tempore concessionis peculij, & datæ administrationis. tacitè enim videtur consentire peculio tenus, seu vsque ad vires peculij obligari: vt hîc per Paul. de Cast. in 7. col. Soci. in vltimo not. & Ias. in 19. col. prout latiùs dicam. ff. in prima

202 quæstione Bar. post glo. in 3. conclusione. † facit tex. not. in l. si duo. ibi, ea conditione adire uidetur. ff. de acquir. hered. cum his, quę tradunt Pet. de Anchar. in consil. 8. col. fina. Alex. in consil. 103. col. 2. uol. 2. Soc. in consil. 97. col. pen. & fina. lib. 1. & Dec. in l. unica in 2. no. C. quand. nó peten. part.

Seriatim & cõtinuatiuè procedendo † quęsiuit

203 Bar. utrum in casu. l. nostræ ex persona filij naturaliter obligati, obligetur etiã ipse pater naturaliter? & concludit quòd non respectu ipsius filij, sed bene respectu extraneorum. Idem uult post glo. ipse Bar. in sequenti col. uersi. Quęro circa casum. & in col. antepen. in uersi. Sed si commodat. quia aliàs idẽ esset debitor, & sui ipsius creditor, contra hunc tex. sed respectu extraneorum uolentium de peculio agere obligatur ciuiliter, quæ obligatio habet etiã effectum naturalis obligationis, immo & naturaliter, ut suprà dixi. & licèt Paul. Cast. hic in 7. & 8. col. & Ias. 19. cum sequenti in repetitione in hac quæstione latè uagentur sequentes in effectu Bar. quæstio tamen inepta uidetur. Nam procedit secundum opin. glossatoris suprà reprobatam, quòd ex tali cõtractu mutui orirentur duę obligationes, quarum altera remaneret penès filium: quòd falsum est, ut suprà diximus.

Sed retẽta contraria opinione receptiori, atque ueriori, quòd apud filium nulla remanserit principalis obligatio contra fratrem recipientẽ mutuum, pater non potest ei teneri accessoriè, ac naturaliter de peculio, ut hic per Paul. Castr. in 6. col. uersic. Circa tertiam particulam. & col. 8. in uersic. Postea gl. & Ias. col. 19. uersic. omissis uerbis, in repetitione. licèt Fulgos. hic in 7. col. tenuerit quòd etsi de iure ciuili naturalis obligatio sit penès patrem, tamen de iure gentium illa, quę fuit penès fratrem mutuantem permaneat, & sic pater naturaliter obligari posset.

Sed hæc sua opinio aliena est à ueritate, & contra iura in superioribus allegata, quòd quicquid acquirit filius acquirit patri: & per consequens etiam naturalem obligatione, ut hac lege nostra, & dictum fuit suprà.

204 Sequens quæstio Bar. † in duobus seruis eiusdem domini habentibus in peculio, exempli gratia centum pro quolibet, quorum alter quinquaginta puta à conseruo accepit mutuo, utrum dominus teneatur ex persona serui, qui mutuũ sumpsit? Bar. hic post glo. primam in uersic. Sed Azo. concludit, quòd tenetur ciuiliter & cum effectu, & sic dicitur debitor & creditor. debitor quidem respectu peculij serui, qui mutuum accepit, creditor respectu peculij alterius serui, qui mutuum dedit. & cõsequenter respectu diuersorum patrimoniorum. Et sic in peculio mutuantis censebitur tanto plus esse respectu extraneorum agentium de peculio, quantum capit obligatio prędicta. & si opponeretur de superfluitate & confusione propter compensationem, respon. Bar. ut per eum, cum quo simpliciter hic transit Ias. o. in 15. col. primæ lect. & in 19. repetitionis in tertia conclusione. Paul. de Cast. infrà in penul. col. paruipendens dictum Bar. ipsum reprehendit, dicens se nescire quo spiritu motus fuerit. nam ex dicto Bar. sequeretur unum quod est absurdum & falsum; quòd si seruus, qui mutuum dedit ad specié tenebatur, dominus eisdem creditoribus ad aliud tenebitur, uidelicèt ad

pecuniam

pecuniam ad quam mutuum recipiens tenebatur; quod absurdum est dicere. Sed Paul. de Cast. nimiũ subtilizauit chimerizando contra Bar. qui habuit bonum sensum. nolens quòd dominus teneatur in pecunia numerata ex persona serui mutuum accipiẽtis creditoribus ipsius serui, qui mutuum dedit respectu speciei debitę. & sic ad aliud, vt considerat Paul. de Cast. reducendo argumentatione tali rem ad absurdum. sed vult clareq; dicit, quòd dominus id imputare in peculio debet, quod seruus ei debet, quũ ad illud ciuiliter & cum effectu teneatur, & quòd peculium serui, qui mutuum dedit, tanto plus ęstimetur, quantum valet & capit obligatio prædicta, aliàs extranei creditores, qui cõtraxerunt cum seruo mutuante deciperentur legis, ac prætoris auctoritate; contra l. primã cum sequentibus. ff. de pecul. & l. primam. C. de his, qui veniã æra. impetr. Paulus de Castro hic in pen. col. id forsitã sentiens, dicit verum esse, quòd debitum naturale non habens effectum exactionis, non computatur in patrimonio; sed in casu isto pater de peculio filij debitoris recipere potest, & in peculio filij creditoris ponere ex mutuo prędicto auctoritate propria. Sed ponamus quòd nolit id facere, nóne hoc tenderet ad dãnum & præiudicium extraneorũ creditorum serui, qui mutuum ex peculio suo dedit? certè sic, contra prædicta. Non est igitur à Bar. recedendum, quicquid etiam contra eũ scripserit hîc Fulgo. in 9. col. quũ dominus teneatur ex contractu serui mu-

205 tuum sumentis de peculio, quicquid dicat Fulgos.

Alia sequens quęstio Bar. est † Nunquid ex persona serui delinquentis in res alterius dominus teneatur? & respon. Bar. distinguendo, ut per eum. cum quo alij transeunt, vt hic per Fulgos. col. 9. &

206 Ias. 19. in 4. conclus. in repetitione.

Sed nunquid † in obligationibus ex delictis sit naturalis obligatio? Bar. videtur concludere quòd non; quum id repugnet iuri naturali, se tamen remittit. Fulgos. in 9. col. tenet oppos. quòd ex delictis oriatur naturalis obligatio, per l. rerum quidem. ff. rerum amot. & instit. de perpet. & temp. actio. in principio. & hęc est vera & receptior scribentium sentẽtia, ut per Paul. de Cast. in l. omnem obligationem. ff. de iudi. & plenius Aquens. in l. ex hoc iure, col. fina. ff. de instit. & iure allegantes præcipuè tex. not. in l. Imperatores, ibi, te huic pœnæ subdidisti. ff. de iure fisci.

Duæ sequentes quęstiones Bar. sunt expeditę in superioribus in uersiculo continuatiuè procedendo. & in uersi. succesiuè Bar. ibi, uenio ad primam partem glo. vbi nonnulla diximus de regula Iuliani, de qua Bar. hic meminit.

207 Nunc rem ad practicam reducendo, quæri posset † de forma libelli & sentẽtiæ in actione de peculio. ad cuius rei declarationem videte Ang. Aret. in §. actiones autem, col. 3. instit. de actio.

Succesiuè Bar. assumpta glos. secunda, quę tra-

208 ctat qualiter dicta naturalis obligatio extinguatur, † quętit in casu nostrę legis, quid si debitũ fuisset solutũ à fratre debitore post mortẽ patris ante aditam hæreditatẽ, utrum posset repeti? & cõcludit q̃ sic tanquàm indebitè solutũ, contra Azonẽ, quum

209 obligatio contracta esset penès patrem non penès filium ante aditionem hæreditatis. Fulg. hic in antepen. col. voluit sustinere opinionem Azonis, sed malè explicat. Paul. Cast. in penul. col. distinguendo quatuor casus clarè optimeq; declarat.

Quantùm ad propositum quæstionis gl. & Bar. † concludit eũ ipso Bar. q̃ ubi neuter horũ fratrum patris hæreditatẽ adiuit, solutum potest in totũ repeti; quia totũ esset indebitũ respectu filij mutuantis & recipientis solutionẽ: cum frater, qui mutuũ sumpsit, hæreditatis non autẽ fratris debitor esset de tota summa, ex quo obligatio (ut dictum est) patri quæsita fuit. Sed post aditam hæreditatẽ ab ipso fratre mutuante solutum pro parte hęreditaria, ut hic dicit Bar. est sibi debitum: ideo nó posset repeti tanquàm indebitũ, nisi tantum de peculio ad eum peruenerit, quod sufficiat: ut hic secundum Bart. Pau. de Cast. in penul. col. & Ias. 20. in repetitione.

210 Et ex dictis Bar. hic in fine post gl. colligitur, † q̃ per solam existentiam suitatis obligationes non confunduntur, nisi sequatur actualis immixtio, ut per Ias. 3. alleg. quicquid dicat Socin. in ultima col. propter beneficium abstinẽdi à prętore indultum, per quod filij redacti sunt ad instar extraneorum. §. sed his. instit. de rerum qualit. & diff. & l. necessariis, cum ibi not. ff. de acquir. hæred. plenius tradit Soci. in l. si filius, qui patri, ad finem. ff. de uulg. soluens argumentum, quod hic in contrarium facit.

211 † & ideo, quia sola existentia suitatis non facit filios hæredes, nisi secuta immixtione; utiliter infertur, quòd creditores patris eo mortuo cõtra filios agentes non possunt obtinere, nisi probauerint immixtionem in hęreditate factam per ipsos filios, secundùm scriben. in d.l. necessarijs, id quod plenius declaraui in l. qui se patris. C. unde. lib.

Secundò ex dictis Bar. utiliter colligitur, quòd licèt filius, uel hæres soluendo id quod defunctus debebat, dicatur se immiscuisse, uel adiuisse hereditatem, quum sit actus, qui citra ius & nomẽ hæredis fieri nó potest. l. 2. C. de iure delib. l. pro hęreditarijs, circa finem. ff. de acquir. hæred. cum no.

212 & per Soci. hic, col. fina. & Ias. 21. in repetitione † à fortiori quando filius, uel hęres exigit, aut recipit id, quod patri debebatur, secundum Bar. quod sequuntur communiter alij, ut hic per Socin. & Ias. in locis suprà allegatis, & Socin. in consil. 89. col. 3. in fine. lib. primo, concludentem quòd exactio debiti hæreditarij probat aditionem hæreditatis.

213 Posset quispiam hic tãgere, † per quos actus inducatur prędicta aditio hęreditatis, quomodo probetur, an per testes singulares, & utrum protestatio facta per possidentẽ bona hęreditaria, q̃ propterea nó intendebat adire hæreditatẽ, tollat præsumptionẽ quę erat, q̃ facta fuisset aditio. quia tamẽ hoc incidit, si uolueritis, uidete plenè in casibus occurrentibus ultra præallegata, Bar. & alios in l. gerit. de acquir. hæred. Bal. in consi. 90. lib. 1. Anchar. in cons. 324. Alexan. consil. 32. lib. 3. & lib. 7. consi. 20. & 126. Barb. consil. 5. lib. 3. & in 4. uol. consil. 41. col. fin. & consi. 52. in 3. dubitatione. Corne. consi. 37. colum. fina. uolum. primo. 91. in eodem. 299. & 310. in 3. uolum. Cæpol. in cautela 128. Socin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſ.144.lib.2.Iaſo.in cõſ.154.col.fin.lib.2.Deci. in.l.non hoc, col.3.C.vnde legitimi. Ru. in conſ. 113.& 157. lib.3.& 168.in 4.vol.

Posteà Bar.expediendo glo.in verbo Nõ minus,
214 concludit† quòd obligatio naturalis,quæ extingui tur peruentione peculij,non perimitur ad instar & similitudinẽ hæreditariæ actionis & obligationis, quę extingnitur pro quota ac portione hęreditaria .l.j.C.ſi cer.pet. cum aliis hîc per Bar. allegatis , ſed extinguitur pro quota reſpectu quantitatis , quæ peruenit; quia hæreditas repræſentat perſonã defuncti pro parte pro qua quis eſt hæres . ideo quẽadmodum defunctus inſolidum tenebatur nõ inſpecta quantitate hæreditatis rerũ,ita hęres. ſed peculium nõ repreſentat perſonam filij aut ſerui , ſed eſt vniuerſitas quędam rerum vel iurium , per quã non fit repræſentatio prędicta , ideo non tollitur, niſi eatenus quatenus peruenit peculium ; vt poſt Bar. hîc tradunt Pau. Caſ. hîc in vlt.col. & Iaſ.9.in repetitione.& ſimiliter hęres ad quẽ peruenit peculium poteſt ſolùm conueniri pro parte hæredita
220 ria,quatenus vires peculij ſuppetũt; niſi talis hęres ſit ille,qui cõtraxit,vt in quarto euidẽtiali diximus.

215 Fulgoſ. tamen hîc aliter ſenſit † eò quòd ratio prædicta differentię generalis nõ ſit.Nam & ſi perſona filij vel ſerui non ſuperſit, adhuc tamen patrimonij vires ſpectãtur l.antepen. infrà ad macedo. & hæres quandoque pro viribus hęreditarijs tantùm tenetur, & obligatur.l. fin. C. de iure delib. ideò dicebat Fulgoſ. rationem differentiæ eſſe,quia patrem vel dominum vltra vires peculij inuitum obligari , iniquum eſſet, propterea peculiotenus tenentur.§.actiones autẽ.Inſtit.de actio.quod non eſt in hęrede , qui contractu ſuo additione, voluntate , & conſenſu obligatur.

Quę ratio & conſideratio nõ eſt bona , peccatq;
216 in qualibet parte. † nam in obligatione de peculio adeſt conſenſus patris vel domini in genere,pręſtitus tempore conceſsionis peculij , vt hîc per Paul. de Caſ.in 7.col.cũ alijs , quæ adduxi ſuprà in verſ. Sed vtrum prędicta actio de peculio. Prætereà ante beneficium abſtinendi à prætore datum , ſerui etiam inuiti oneribus hæreditarijs obligabantur, iuribus ſuprà allegatis, ergo nõ eſt ratio quæ (quia ex conſenſu obligetur hæres.l.fin. de iure deliber.) caſum continet ſpecialem propter beneficium inuentarij, vt ibi traditur . Non eſt ergo recedendũ à ratione Bar. & communi.

Nec obſt. quòd licèt perſona filij aut ſerui non ſuperſit,ſpectentur tamen adhuc patrimonij vires, quia ſatis eſt fuiſſe tempore contractæ obligationis, & initij ipſius obligationis iniectę; & ſi poſtmodũ extincta fuerit , quum attendatur initiũ l.j. ſuprà de orig.iur.cum ibi not.Nec eſſet prędicta ratio de peculio nõ repræſentate perſonã filij aut ſerui , verùm ſit vniuerſitas quędã rerũ propter quã dicta obligatio cauſatur,vltra quam quantitatẽ patrem vel dominum obligari, æquum non eſt.

Sequens quæſtio Bar. ſi ex peculio fratris debitoris nihil ad fratrem creditorem peruenerit, an
217 poſsit agere contra fratrem ad id quod naturaliter debebat ? † concludit, certi conditione non poſſe agere,ſed cõditione indebiti,dic, vt hîc per eum: cum quo tranſeunt in effectu Paul. & Fulgoſ.in penul.col.Primum dictum abſoluti iuris eſt , quòd non poſsit agi certi conditione, quum orta ſit naturalis tantùm obligatio , vt dicitur hac lege noſtra,
218 †ex qua nõ producitur actio , ſed exceptio apta ad retinendum.l.legem.C.de pact.l.iuſgentium.§.igitur nuda , ſuprà de pact. glo. hîc , & in.l.donari, vbi etiam notatur infrà de regul.iur.

Secundum dictum de cõditione indebiti optimè procedit,rectè intelligẽdo, vt ibi declarat Paul.
219 de Caſt. † quando peculium fratris debitoris illi videlicèt fuiſſet prælegarum, & frater creditor partem ſuam ex cauſa prælegati dediſſet , non facta deductione debiti vti potuiſſet, vt hac lege in verſic. adeò &c. tunc conditione indebiti repetere poſſet, iuribus hîc allegatis per eos. & idẽ etiam vult Fulgoſ. licèt primò quædam in oppoſ. citauerit.

Succesiuè Bar. aſſumpſit ſecundam gloſ. magnam,quę eſt ſuper verbo confecutus. quęrens primò: † An debitum contractum à filio aut ſeruo ha
220 bentibus peculium , onus ſit peculij , & ſequatur ipſum peculiũ ad quemcunq; deuoluatur,& quomodo hoc intelligi debeat ? Cõcludit primò quòd debitum conractum per habentem peculiũ,onus eſſe peculiare infixum peculio, & ſequi peculiũ ad quemcunq; deuoluatur , per tex. hîc, & dixi latius in figuratione caſus . vt.n.dicit Iuriſc.in.l.ſi ex duo
221 bus, in.§.j.infrà de pecul. † qui cum ſeruo cõtrahit,vniuerſum peculium eius, quod vbiq; eſt veluti patrimonium intuetur : ideo nimirum , ſi onus eſt peculij , & concomitetur ipſum peculium. & ſequuntur hîc omnes ſcriben. & indubitãter id procedit , quando peculium ad alium tranſit cum ſeruo ipſo;quia hoc caſu indiſtinctè obligatio peculiaris ſingularem ſucceſſorem ſerui & peculij ſequitur.l. & ancillarum. §.ſi ſeruus, &.l.ſi ex duobus.§. fin.cum.l.ſequen. infrà de pecul. & infrà quan.actio de pecu. eſt anna. §.j.l.prima.ſequuntur communiter ſcribentes , vt hîc per Sali. & Fulgoſ. col. penul. & fin. ſi tamẽ vendiderit quis ſeruum cum peculio & pretium pro peculio acceperit penès eũ videtur eſſe peculium,non apud illum apud quem res peculiares ſunt : ideo intra annum ipſe de peculio tenetur.d.§.fina.cum.l.ſequ.Notat Paul.Caſtr. in §. ſi ſeruus , præalleg.Sed ſi vendiderit ſeruum & peculium , quia peculium non eſt nominatim appretiatum , onus peculij erit emptoris , ſecun-
222 dum Sali.in d.§.fin. per hunc tex. † Sed ſi peculiũ tranſeat ad alium ſine ſeruo, aut id contingit titulo ſingulari aut vniuerſali : titulo ſingulari , vt puta legati , donationis , aut venditionis; tunc onus peculiaris obligationis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem peculij. l. j. §. item hæres infrà quan. actio. de pecu . eſt anna. ſic onus non ſequitur ſingularem ſucceſſorem peculij . Sanè tamen intelligendo , vt hîc declarat Bar. quem communiter ſequuntur alij , vt per Salice. & Fulgoſ. in penul. & vltima col. & Paul. de Caſtro in dict.§. item hæres . Sinautem peculium eat ad alium vniuerſali tit. hæreditatis puta, aut ex cauſa fideicõmiſſi. vniuerſalis, onus ſequitur ſucceſſorẽ proportione

portione hęreditaria,& vſque ad vires & quantitatem peculij.l.quæſitum.§.primo.ff.de pecul.l. prima,§.ſi præceptor.ff.quan.actio.de pecul.eſt anna. & cum Bartholo tranſeunt communiter alij;vt hîc
223 per Salic. & Fulgoſ.in penul. & penul.col.

Secundò principaliter concludit Bar. † quòd in caſu noſtrę legis obligatio iſta peculij pro parte fratris debitoris ſuccedentis communi patri tollitur, non ſolùm confuſione , ſed etiam iure ſolutionis, pro parte verò fratris creditoris tollitur peruentione peculij,iure cuiuſdam ſolutionis ; quia alteram dimidiam compenſat ſibi pro hoc debito. & cum Bar. tranſeunt alij , vt hîc per Salic. & Paul.in vltima col. & Iaſ.in vltima char.repetitionis, cuius dicta fuerunt Pauli .

Quęrit iuxta prędicta Bar. Filius meus,qui in peculio decem habebat , decem ſibi debebat,ex qui-
224 bus ego pater quinque donaui ; vtrum liberer in quinque? † & tandem poſt glo.concludit quòd ſic: quia videtur actum, vt ſibi compenſet in debitum: & ideo ſi conuenitur,poſſet de hoc excipere. Et ſequuntur communiter Doct.vt hîc per Sali.Paul.&
225 Soci.in vltimis col. & Iaſ. col.17. in prima lectura. Ex quo infertur notanter in actu practico , † ϕ ſi debeo tibi ſaccos decem frumenti naſcituri ex tali fundo , pone ex frumento ibi orto me tibi quinque ſaccos frumenti donaſſe,quod vertentur inſolutionem debiti & extinguent debitum in quinq; ſaccis frumenti.quod limitat Fulgo. procedere,ubi donatio fieret ſub nomine quotæ , ſecus ſi ſub nomine quantitatis,per l.ſi debitor.C.de ſent.paſſ.ſequitur Iaſ.ſed hoc eſt expreſsè cõtra uerba Bar.hîc, dum dicit quinque.nam loquitur de donatione facta per nomen quantitatis , & uult cenſeri actum, ut ſibi compenſat. bene crederẽ, ut uult etiam Iaſ. in 27.col.repetitionis,quòd Bar.malè loquatur, & uerba expreſsè repugnare , ideo &c.l.non aliter.ff. de leg.3. puto etiam Fulgoſ. & Iaſo. bene ſentire, quando id actum fuiſſet per nomen quotę,per tex.
226 alleg. à Fulgoſ. in d.l.ſi debitor.

In ſequenti quæſtione Bar. † quæro utrum debitor peculiaris , &c. Bar. bene & eleganter loquitur, & approbatur à ſcriben. ut dixi in euidentialibus , non repeto .
227 In alia quęſtione Bar.† ſi frater debitor creditoribus peculiaribus de ſuo ſoluerit, quòd poſsit repetere à fratre pro portione hæreditaria,& quatenus uires peculij patiuntur ; per hunc tex.& §.primum.d.l. quęſitum . approbatur communiter , ut
228 hîc per Fulgoſ. & Paul. de Caſtr.col. ultima & Iaſ. 17.primę lecturę.

Sed dum poſteà Bar. infert, † quòd lex iſta non procederet in tribus,uel quatuor fratribus malè & inconſideratè locutus eſt,ut dixi ff.in primo not.

Concludit poſteà Bar. contra Io.cum Vgolino, quòd adempto peculio filius obligatus remaneat,
229 per tex. in l. ſi quis cum filio, & l. ſequen.infrà de pecul. † quod eſt uerum quantùm ad extraneos, quibus filius naturaliter & ciuiliter obligabatur, ſeruus uerò naturaliter tantùm. l. ſerui ex delictis. de actio. & oblig. & tunc adempto peculio creditori, penès quem non eſt peculium , non tollitur obligatio.d.l.ſiquis , & l.nec ſeruus,eod.tit.cum l. naturaliter,ff.eod. quantùm uerò ad patrem & dominum adempto peculio per eos , & illo penès eos remanente , ſublata eſt illa naturalis eiſdem acquiſita , ex quo peculium , de quo ſoluere poterant, eſt penès illos,ut hîc per Sali.Fulgoſ. & Paul. in ultim. col.

230 Quęrit poſteà Bar. † quid ſit dicere, obligationem eſſe onus peculij, quum adempto peculio adhuc remaneat ? & cum reſponſione ſua tranſeunt alij : & eſt ſubtilis reſponſio & ſolutio ſecundum Fulgoſ. in ult. col.

Poſteà Bar. aſſumendo glo. in uerbo Fam.erciſ.
231 † quærit, ſi frater debitor peculiaris totum ſoluerit, qua actione à fratre partem repetere poſsit ? concludens,quòd ſi ex obligatione propria & paſſiua, quæ non tranſit in patrem, conuentus totum ſolueret , & ſic ex neceſsitate , repeteret iudicio fam.erciſ.ut hac lege. & l. hæres,§.ſi unus,in principio ſuprà fam. erciſ. Si uerò conuentus fuerit ex obligatione hęreditaria de peculio , quum non teneretur , niſi pro ſua parte , ſoluendo totum, repeteret per actionem negociorum geſtorum. d. §. ſi unus. qui tamen loquitur de iudicio famil. erciſc.
232 † Sed hęc diſtinctio probatur optimè in l.3. C. de neg. geſt. ubi omnes notant : utroque igitur caſu, etſi diuerſimodè,ſeu diuerſo genere actionum, repetitio competit.& hęc doctrina Bar. probatur hîc per Ang.in ultima col. & Salic.etiam in ultima col. ſequitur concluſionem Bar. quando creditor extraneus fuiſſet, ſed in caſu iſtius legis quando alter eſt filius , uult aliud eſſe, quia ex iſto contractu pater non tenetur ciuiliter, neque naturaliter ſecundum opinionem Azonis , de qua in ſuperioribus. Quæ reprehenſio modici ſaporis uidetur , quum Bar. ut ex forma quęſtionis colligitur , ibi, ſoluens alijs creditoribus . & ex quæſtionibus præcedentibus apparet, loquatur quando frater de ſuo ſoluiſſet extraneis creditoribus peculiaribus. Quando uerò ſoluiſſet alteri fratri, ad quem eius peculium pro parte peruenit , repeteret conditione indebiti uſq; ad uires peculij per hunc tex. ut hic per Paul. Caſt.in pen.col. & uidimus ſępe in ſuperioribus.

233 In duobus uerò ſeruis † qui poſtmodum eſſent à domino hæredes inſtituti,non procederet,inquit Barto. quod hic dicitur in duobus fratribus , quia quum non poſſent conueniri ex propria obligatione , ſed ex hæreditaria tantùm , non tenerentur totum ſoluere, ideo ſoluendo actione negotiorum geſtorum , non iudicio fami. erciſ. repeterent. ſequitur ſimpliciter Sali.ff. ad fi.commenti.

234 Quod autem ſerui † ex obligatione propria conueniri nequeant , clarum eſt,quia non obligantur, niſi naturaliter. l. ſerui ex delictis. ff. de actio. & obliga. l. quod attinet. & l. in perſonam , cum ibi not. ff. de reg.iur.uoluit Soci. hic in 9.col. & etiam Fulgoſ. quem in ſuperioribus retuli .

235 In calce iſtius lectionis,ac quęſtionis Bar.† uolo uobis referre pulchram quæſtionem, quæ heri fuit inter quoſdam ex uobis , & mihi propoſita . Ponamus , quòd eſſent duo fratres , quorum alter habens uiginti in peculio , decem à fratre mutuo ac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceperit.cui posteà dimidia pars dicti peculij à patre prælegata extitit: mortuo patre frater qui in mutuo sumpserat illa decem, fratri persoluit, posteà volebat tanquàm indebitè soluta repetere.

Quærebatur nunquid posset, & an insolidum, vel pro parte: & si pro parte, pro qua parte repeti posset?

Quidam dicebant insolidum repetitionē habere locū, quia dimidia pars obligationis sublata fuerat per aditionem hæreditatis iure confusionis; alia pars, quia non minus ex dicto peculio ad fratrē creditorem peruenerat, cū iure hæreditario cōsequutus fuerit suam partem alterius dimidiæ dicti peculij, in qua (vt suprà dictum est) erant quinque: & sic non minus quàm pro dimidia prædictę obligationis debebatur. unde videbatur peruentione peculij, vt in hac lege dicitur, sublata dicta obligatio: & pro illa parte ipsius obligationis ei satisfactū, quū non minus sit in ipsa parte peculij, quàm esset debitum contractum, & per consequens solutum tanquàm indebitè solutum posse repeti.

Respondi, repetitionem soluti tanquàm indebitè soluti locum tantùm habere pro tribus partibus ex quatuor, Nam pro dimidia dictæ obligationis, & sic pro quinq; obligatio patri quæsita, fuit sublata iure confusionis peraditionem hæreditatis, vt suprà dixi. Pro medietate uerò alterius dimidię, & sic pro quarta parte, pro qua portione peculiū ad fratrem creditorem iure hęreditario peruenit, fuit pariter sublata obligatio peruentione peculij pro rata illa. & sic pro tribus partibus ex quatuor obligatio naturalis extincta fuit: remanet solùm quarta pars obligationis prædictę, quę non reperitur sublata; quum quarta pars peculij cui infixa erat obligatio prædicta, deuenerit iure hæreditario ad fratrē debitorem: ideo nimirum, si locum habet repetitio soluti tanquàm indebitè soluti, vt pro tribus partibus tantùm ex quatuor, pro quibus partibus obligatio sublata reperitur partim per aditionem hæreditatis iure confusionis, partim peruentione peculij. pro alia uerò quarta parte non, quia obligatio patri quęsita, non reperitur sublata, nec pro ea parte satisfactum neque confusione prædicta, quę non cadit nec inducitur vltra dimidiam totius obligationis, neque peruentione peculij, quod pro quarta parte ad fratrem ipsum debitorem peruenit: iccirco solutum non potest repeti tanquàm solutū indebitè pro illa quarta parte, pro qua obligatio nō reperitur sublata.

Nec obst. quòd ad fratrem creditorē non minus peruenerit ex dicto peculio, quàm esset debitū pro dimidia obligationis prędictę, quum quinque præsupponantur peruenisse. quia respond. quòd actio & obligatio non tollitur pro modo & substantia peculij, seu quantum est in peculio ad cohæredem peruenientę, sed solùm pro parte hæreditaria, quatenus tamen est in peculio. ita procedit & intelligitur tex. noster, ut declarat glo. in uerbo nō minus. & in verbo consecutus. & tex. in l. quæsitum. in §. 1. ff. de pecul. ibi, pro parte duntaxat. & Bar. hic in pluribus locis. Si ergo plus sit in illa parte peculij pro hæreditaria portione ad cohæredem peruenientis, quàm esset debitum ex peculio, id remanet penès ipsum cohæredem. onus ergo prædictæ obligationis reperitur sublatum & extinctum pro medietate per confusionem aditione hæreditatis inducta pro quarta parte peruētione peculij, quod ad fratrem creditorem hæreditario iure pro illa parte peruenit: igitur pro istis tribus partibus solutum debet posse repeti, quum reperiatur indebitè solutum, sublata prius obligatione, quantùm ad illas tres partes, ut suprà dictum est. pro alia uerò quarta parte non, quum obligatio pro illa quarta parte nō reperiatur sublata, pro qua parte ipse frater debitor reperitur habere peculium, de quo solutio dictæ partis obligationis fieri debebat.

Et si aliter diceremus pars illa peculij frātris debitoris quæ ad eundem post mortem patris deuoluta fuit, transiisset sine onere, quod totum remansisset cum alia parte, quæ ad fratrem creditorē peruenit. quod absonum est, ut idem peculium, cademq; res diuerso iure censeantur. cōtra l. eum qui ædes. ff. de vsucapio.

Posteà Bar. qui fuit homo practicæ inhęrens, ex qua procedit utilitas ac vera intelligentia legum, vt sæpe vobis dixi; reducendo rem ad practicam formauit sex not. quæstiones. † qualiter posit cōtractus celebrari inter patrem & filiū in potestate existentem. super quibus Ang. Sali. Fulg. & Paul. nihil scripserunt, tædio (vt reor) affecti longitudinis & altitudinis prędentis materiæ: Seueri. Soci. Iaso. & Io. Crot. pauca quædam, & magis plenè circa vlt. quæst. Bar. de efficacia & ualiditate donationis inter patrem & filium. Prima quæstio est de contractu mutui. Secunda de contractu depositi & commodati. Tertia de contractu emptionis & uenditionis. Quarta de contractu locationis & conductionis. Quinta de mandato. Sexta & ultima de donatione.

Circa primā quæstionem. † Bar. eleuauit ingenium altè & subtiliter loquendo secundū Ias. in l. ect. ad fin. 7. col. mihi aūt uidetur in multis chimeras fecisse & somniasse, & adeò inuolutè obscurèq; locutum fuisse, vt seipsum non intellexerit, prout infrà loco suo dicam. Hæc sunt quæ alta & subtilia credidit Ias. iccirco, quia apparēt rari nantes in gurgite vasto, erigite aures, & aperite panniculos cerebri, si hæc vultis intelligere. Ego ita distinctè loquēdo procedam, clareq; omnia declarabo, quòd nisi per vos steterit, omnia dilucidè intelligentur.

Diuisit Bar. eius theoricam hîc in duo membra principalia, uidelicet quando filius mutuat pecuniā patri, & econtrariò quando pater mutuat filio. Ex cuius dictis collego octo conclusiones. Quarū prima erit, quòd in pecunia castrensis, uel quasi castrensis peculij, aut aduentitii, casu quo ususfructus non quæritur patri per filium, prout in pecunia malè acquisita, inter patrem & filium mutuum procul dubio consistit, produciturque dictis castrensibus actio & obligatio, conclusio ista communiter à scribentibus est approbata, vt per Ias. loco prælleg. Et ratio est, quia in pecunia castrensis uel quasi castrensis peculii filiifam. uice patrumfam. fungitur. l. 2. cum glo. ff. ad Macedon. ideo nimirum, si ex

si ex tali mutuo nascitur actio, & obligatio, prout nasceretur ex contractu facto cum patrefa. quàmuis d. l. 2. loquatur in filio accipiente mutuum, nō autem in dante, ut per Bar. ī. in 5. col. uersi. Secundò quæro. ubi dixi in secunda conclusione Bar. ratio tamen d. l. 2. generalis est, & locum habet etiam
238 in filiosa. mutuum dante.

Scias tamen † ꝙ filiusfam. habens peculium castrense, uel quasi non censetur sui iuris re uera quo ad prædictū peculiū, sed iuris fictione quātū ad peculium ipsum, ut in d. l. 2. declarat Pau de Ca.
239 † In pecunia uerò aduentitii peculii malè, uel ex maleficiis acquisita, cuius ususfr. patri non quæritur, iuxta tex. in l. quod seruus, in fi. ff. de acquiren. pos. cum ibi plenè not. per Doct. inducentes ad diuersas quęstiones, & per Socin. in l. i. in §. ueteres, col. 4. illo eod. titu. esset idem, quod in castrensi, uel
240 quasi secundum Bar. hic.

† Et à paritate rationis posset etiam exemplificari in aliis casibus, in quibus hodie non quæritur patri ususfructus, de quibus per glo. & doct. in aucten. excipitur. C. de bon. quę libe. & per Iacob. de Sanct. Georg. in tract. feud. in uerbo Princeps Pedementium, circa fi. & Deci. in aucten. ex testamento col. i. C. de colla. Item uidete Pe. de Anch. in consi. 176. loquentem de usufructu bonorum, quæ perueniunt ad filiā nuptam, an usufructus patri spectet. Ias. in auc. quod locū, col. pe. C. de coll. Deci. in consi. 670. Item uidete. l. j. & l. si uiua. C. de bo. ma. & Bar. in §. fi. l. litis. ff. de neg. gest.
241 Secunda conclusio ex dictis Bar. † in propria pecunia patris eidem per filium mutuata, non contrahitur mutuum, nec obligatio aliqua; iuribus hîc per Bar. alleg. hæc conclusio non habet etiam dubium. cessant enim hoc casu substantialia mutui, quum non possit fieri de meo tuum, & quod suū est non potest amplius fieri suum, etiam consumptione secuta, ut hic per Ias. in i. lect. colum. 7. ideo nimirum, si mutuum non potest contrahi, nec nasci obligatio aliqua; immo ridiculum est nec cadet in caput sensati hominis, quòd filius mutuet pater propriam pecuniam ipsius patris, ut hic per Iaso. in 7. col. j. lectu.
242 Quomodo autem pecunia paterna † & pecunia profectitij peculij, quę pecunia est similiter patris inter se differant, declarant Ang. hic in 2. col. in fin. Soci. in gl. i. in fi. & Ias. in repe. col. 6. & 12. de quo uidenda sunt, quæ scripsi. ī. in 3. conclusione secundæ quæst. Bar. post no.
243 Tertia conclusio, † si filius mutuet patri pecuniam profectitii peculii, quę uerè patris sit, non contrahitur mutuum, nec pater filio naturaliter obligatur quo ad ipsius commodum, sed bene respectu creditorum peculii. Primum membrum cō clusionis uerissimum est, & ratione clarissima probatur, quia si pecunia est ipsius met patris, desunt requisita mutui, ex quo non potest fieri de meo tuum. & similiter æquitas productiua naturalis obligationis, quum æquum non sit, patrem filio teneri restituere id, quod ipsius patris erat. nimirū ergo, si naturalis obligatio, quæ producitur ab æquitate naturali, sine fundamento æquitatis inter patrem & filium non consistit. ca. cum Paulus, &
244 c. principatus. j. q. † Et pro hac conclusione, Bart. allegat tex. no. in l. si uenditor, in §. pe. in uersi. aliter atque. ff. de in diem addic. secundum inductionem quam de illo text. dicit se facturum. ī. in 3. q. de emp. & uend. in pe. col. in uer. dicitur: ubi ait, ꝙ per emptionem factam à pupillo receditur à priori emptione fundi in diem addicti, quia pupillus saltem naturaliter obligatur, secus si filius aut seruus proprius emant, quia emptio illa nulla est. Et sic patet nec obligationem naturalem tenere, nec contractum aliquem fieri. Idem uoluit ipse Bar. in d. uer. aliter atque. ubi dicit illum tex. uelle uideri inter patrem, & filium non consistere naturalem obligationem, ut contendunt uerba ibi præcedentia, facientia mentionem de pupillo, qui non obligatur, nisi naturaliter, ut ibi ꝓ glo. & aliud esse uuli in seruo, & filio cum domino, patreque respectiuè loquendo contrahentibus: ergo inter ipsos negat contrahi naturalem obligationem; quod uerum est in terminis prædictis, aliàs secus, ut in sequenti conclusione dicam.

Respectu uero creditorē peculii, † & sic quò ad
245 secundum membrum prędictæ concluſ. Bart. (ut retuli) dicit ꝙ obligatur naturaliter. sequitur Seueri. hic in 12. col. Sed ipse met Bart. suprà colum. 8. & sequenti in 3. q. sequutus Azonem concludebat, ꝙ immo prędicta actio de peculio respectu creditorum peculii oritur ex ciuili obligatione habente effectum naturalis. sequitur Ange. hic in 5. colu.
246 † Sed Pau. in 7. & Ias. 19. tenent ꝙ immo sit dare ciuilem, & naturalem quo ad creditores peculii propter consensum in genere præstitum filio tempore concessionis peculii. & hanc opi. tanquàm ueriorem sequutus sum suprà in prędctia 3. q. Bart. in uersi. Sed utrum quibus addatis Angel. ff. in ult. col. & Soci. ī. in vlt. no. vbi dicunt quantū ad extraneos creditores patrem indubitanter obligari, licèt filio non obligetur, quia super peculio filius tanquam liber homo habetur cum suo patrimonio. l. si ex duobus, circa princ. infrà de pecul. prout uoluit etiam hic Bar.

Quarta conclusio Bar. si filius mutuauerit patri pecuniam per eum acquisitā ex pecunia patris
247 contrahitur mutuum, & naturalis obligatio, † quia secundum rei veritatem, & regulas iurisgentium acquisitum ex dicta pecunia patris, non est patris, sed filii acquirentis, quum pecunia ex re mea redacta, mea non sit. l. qui vas, in fin. infrà de furt. vbi nummus redactus ex re furtiua, non est furtiuus. probatur similiter in l. si vt proponis, sumpto arg. à speciali. C. de rei ven. & tradit Alex. in consil. 21. col. 2. vol. 6. ideo consistet mutuum, & inspectis regulis iurisgentium naturalis contrahitur obligatio. quia illo iure gentium considerato, filius non est in potestate, quæ est iuris ciuilis. institu. de pat. pot. in princip. & in istis terminis secundum Bart. intelligitur lex nostra in uersi. contra si pater. Quæ dicta secundum Ang. & Doct. sunt multùm subtilia, & speculatiua; sed absque dubio non transeunt. † Quia lex nostra in uersi. contra si pater, ꝙ
248 intelligatur, ut ait Bar. in pecunia per filium ex peculio

Universidad de Deusto
Biblioteca

culio profectitio quæsita, id continet manifestâ diuinationẽ restrictionẽq; ad hanc l.ideo Bart.in hoc cõiter à scrib.reprobatur, ut hîc per Ang.col.fi.Soci.4.Ias.2.& 8.in j.lec.& dixi latius.ẽ.in ulti.nota. vbi tamen secutus sum Bar.

In alio d.Bar. si filius mutuauerit patri pecuniâ per eum acquisitam ex profectitio peculio, ꝙ contrahatur inter eos naturalis obligatio consideratis
249 terminis iurisgentium, †contrariũ tenuerunt Ang. Soci.& Ias.præalleg.In quo articulo latiùs,& subtiliter loquutus est Ang.j.in ult.col. damnans Bart. eò, ꝙ non sit dare rationem diuersitatis quare in pecunia paterna ex dispositione iuris ciuilis præter regulas iurisgentium magis consistat mutuũ, & naturalis oriatur obligatio, quam vbi pecunia est patris ex regulis iurisgentium. posito.n. pro constãti ꝙ pecunia immediatè sit patris, uidetur cessare æquitas naturalem obligationem inducens, quia filius illam tenetur restituere. & dicere, patrem non teneri filio respectu sui, ut facit Barto. nescio, dicit Ang.quid sit hoc dicere, quum habito respectu ad iusgentium quo naturalis obligatio inducta est, filius pro homine libero, & sui iuris habeatur: & omnes leges loquentes de materia uolunt secundũ
250 ipsum Angel. patrem obligari naturaliter filio.†Et ad tex.in d.l.si uenditor.in uer fic.aliter atq;.ẽ. per Bart.adductum, respõdet Ang.ꝙ quemadmodum ibi dicitur, si seruo suo, uel filio in potestate existenti, aut domino rei per errorem rem quis addixerit, aliud est, quàm suprà dictum fuit, quia his casibus non est emptio nec venditio, quia perfecta nõ erat, iccirco non resolui primam. sed non negat nasci naturalem obligationem, quę ex cõsensu, & de iuregentium oritur: bene inquit, Dominus nõ obligatur seruo naturaliter, nisi considerato iuregentium primæuo antequàm essent introducta bella. Sed post dictam introductionem bellorum, & sic de iuregentium secundario nequaquam, quum eo iure status seruorũ annihilatus sit. l.si id quod.j. eo.& l.ex hoc iure.ẽ. de iu.& iur. cum ibidem not. per Bar.& alios. uult ergo Ang. ꝙ considerato iure gentium inter patrem, & filium oriatur semper naturalis obligatio, quum eo iure pro libero, & homine sui iuris filius habeatur.

251 Ego non recederem à Bar.† qui fuit dux, & auriga noster, & lucerna iuris ciuilis. nam obligatio naturalis oritur de iure gentium attenta mera ueritate, & æquitate, sed si pecunia uerè sit patris, non autem filii, nulla ratio dictat nec iurisgentium æquitas suadet, patrem ex mutuo talis pecuniæ filio (ut inquit Bar.) obligari. ideo bene dicit Bart. inter patrem, & filium non nasci tunc naturalem obligationem; sed quando iuregentium considerato pecunia est filij, ut quia per eum acquisita ex profectitio peculio æquitas iurisgentium dictat, naturalem obligationem tunc ex datione pecuniæ ipsius filii oriri considerato iure gentium, quo attento pecunia erat filii. quicquid ergo dicunt Ange. & præfati, tex. in d. uersicu. aliter atque. probat conclusionem Bar. quòd inter patrem, & filium non oriatur naturalis obligatio. Et uenditio non erat perfecta, quicquid voluerit Ang. eò quòd subiecta materia non pateretur ibi oriri naturalem obligationem. intelligendo illum text. in pari nullitate
252 prędictorum casuũ, ut hîc p Seue.col.2. † qui text. non procederet, qñ filius solueret, pecuniâ profecticii peculii, quæ considerato iure gentiũ patri nõ quęrereturtunc.n. nasceretur naturalis obligatio, ut p Bar.j. in pe.col. in vers. si verò filius. & hic in vers. aut illud peculiũ. & Seue. hic col. 15. & seq.

Ad materiam verò tex. cum glo. in l.cũ oportet,
253 in prin.C.de bo.quæ lib.alleg.p Bar. & Doc.†ꝙ ac quisita per filium etiã hodie ex pecunia patris, uel contemplatione patris acquiratur patri, aliàs secus quò ad proprietatem, uidete Rom. in cons.405. in j.dubio. Anc. cons.176. declarantẽ quid de usufructu bonorum, quę ad filiam nuptam peruenerunt. Ang. consi.81.inci. Patri, vbi latè tractat, nunquid filii ex pecunia paterna lucrãtes, sibi aut patri quærant.† De quo articulo videbitis ẽt Pau. Cast. in d.l.Certum.C.fa.ercis.lo.Cro.j.char.pe.& vl.Corn. in consi.247.lib.3.Alex.consil.13.col.fin.vol.3.& 76.lib.2.in consi.91. & sequenti lib.j. & Deci.consilio.670.

255 Quinta conclusio Bar.†licèt Dominus seruo naturaliter obligetur ex promissione aliqua generali æquitatis, quæ dictat fidem seruari debere, tamen ex contractu mutui seruo naturaliter non obligatur, sed bona obligatur respectu creditorum peculii. Quæ conclusio probatur, quia æquitas iurisgentium, quæ fuit ante introductam seruitutem id exigit, ut promissa seruentur.l.j. suprà de pact. & l.j. infrà de constitu. pec. sed contractus sunt de iure gentium secũdario, quo introducta est seruitus, & annihilatus status seruorum.l.si id quod, infrà eo. l.ex hoc iure, suprà de iusti.& iure. vbi Paul.Castr. col.10.optimè declarat. ideo nimirum, si ex prędicto contractu mutui dominus seruo obligari non potest. Idem uoluit Bar.in d.l.si id quod.j.eo. vbi Pau.Cast.& Ias.sequuntur.

Contra quam cõcl. videtur tex. in d.l.si id quod vbi dicitur, Dominum id quod seruo manumiss. soluit, non posse repetere, quia naturale debitum agnouit: & sic dominum obligari seruo naturaliter. Et intelligere illum tex. de obligatione causata à simplici promissione domini, & de iure gentium primæuo, non autem de obligatione proueniente ex aliquo contractu celebrata inter dominum, & seruum, diuinatio est, & destructo illius tex. prout etiam aduertit ibi Iaso. circa fin. Volens similiter, quòd de iure gentium primæuo esset acquisitio dominiorum per occupationem, & consequenter na
256 turalis obligatio.† Sed nõ bene resoluit, quia si cõtractus, ut hic ait Bar. sunt de iure gentium secundario, quo status seruorum (vt dictum fuit) annihilatus est, quomodo dominus ex contractu potest seruo suo naturaliter obligari?

257 Dicebam aliàs † non esse verum, omnes contractus esse de iure gentium secundario, quum restitutio rei commodatæ, depositę, & consequenter etiam rei mutuatę sit de iure naturali iure gentiũ primæuo, vt videtur velle tex. in ca. ius naturale.j. distinct.decr. & tradit Pau.Cast. in d.l.ex hoc iure. col.10.& sequenti. ideo nimirum, si dominus obligatur

ligatur seruo naturaliter, sed subtilis D. Aquens. ibi col.3.& 14.versic. sed ista doctr. considerationem Paul.de Cast. subtiliter improbat, dicens eum errare & decipi per tex.d.c.ius naturale. quia iusgẽ tium primęuum nihil aliud inquit est quàm naturalis ratio hominibus insita, & sic est passio animę: ex quo iure nascitur æquitas suggerens fidem seruari debere ne dum in depositо & commodato, vt docebat Paul. Cast. sed in omnibus contractibus & conuentionibus.l.1.de pact.& de consti.pecu.ẽ.alleg. sed formalitas contractuum siue loquamur in depositо, siue in alijs, introducta post modum fuit de iure gentium secundario, quod nihil aliud est, quàm constitutiones quædam ab hominibus introductæ, & tex. d.c. ius naturale. loquitur de iure gentium secundario, quod naturale nuncupare nõ
258 est inconueniens.§. singulorum.Institut.de rerum diuis.

Propterea † videtur posse melius responderi, ꝙ licèt contractus formaliter sint de iure gentium secundario, quo status seruorum ad nihilum fuit redactus d.l.si id quod.& l.quod attinet infrà de reg. iur. tamen naturalis illa æquitas quę dictat fidem & promissa seruari debere, in eis remanet; ideo nimirum si dominus ea inspecta non considerato cõtractu obligatur seruo naturaliter ex mutuo, non propter contractum mutui, sed propter generalem æquitatem obseruandæ fidei, quę est etiam in contractu mutui, quæ naturalis impedit repetitionem soluti, vt ibi dicitur: quod est not. Et videtur mihi quòd hanc declarationem velit Bar. infrà in hac quæstione in versic. Item quod dixi. vbi vult quòd in actione de peculio insit naturalis ex illa æquitate iurisgentium. vult ergo quòd etiam in contractibus considerari possit æquitas illa naturalis seruandæ fidei. quamuis ergo seruus ab alio acquirendo, domino quærat etiam quò ad naturalẽ obligationem, naturalis tamen obligatio qua dominus seruo astringitur, quęritur ipsi seruo, & penès eum
259 remanet.d.l.si id quod. vbi Paul.de Castr. not. & idem etiam erat in obligatione quam filius à patre recipiebat, vt hîc in versic. contra si pater. & dixi suprà in vlt.not.

Respectu verò creditorum peculij, † Bar. vult dominum & patrem naturaliter obligari per hunc tex.circa fi. ibi, eodem argumento: secundum eundem suprà in principio quæstionis versic. puto sic dicendum. Ipse tamen suprà in 8. col. in versicu. Tertiò quæro. Azonem secutus, voluit, quòd immo sit obligatio ciuilis habens effectum naturalis obligationis, quia super peculio filius contrahit & obligatur tãquàm liber homo & sui iuris, propriũ habens patrimonium, vt diximus suprà in 3. conclus. proximè præcedente. Et si dicas, ꝙ in actione de peculio non sit naturalis obligatio, quum sit actio datiua à iure ciuili non natiua, vt latiùs per eundem in 3.q.j.alleg. Respondet hîc Bar. chimerizando (salua pace) ꝙ non obligatur ipsis creditoribus agentibus de peculio, sed propter ipsos creditores filius, vt dictum fuit, habetur tanquàm homo sui iuris habens proprium patrimonium: iccirco pater filio naturaliter obligatur, vt tale debitum in peculio computetur ad commodum creditorum,
260 prout hîc dicitur in versi. contra si pater. †Quæ cõsideratio (vt dixi) aërea est, nec iure probatur. Ea propter clarius resoluendo dicendum est, quòd in actione de peculio est etiam naturalis obligatio, vt suprà propriè concluſum fuit: ideo nimirum, si respectu creditorum peculij, pater & dominus etiã naturaliter obligantur.

261 Subiungit hîc Bar. † declarando & limitando quæ suprà dixerat, ꝙ tamen in actione de peculio inest naturalis ex æquitate iurisgentium, quę dictat maioribus parendum esse, vt per eum. Sed videtur quòd melius dixisset fidem & promissa seruari debere, vt in prędecentibus dixit. & videte ponderationẽ, quàm suprà proximè feci de isto dicto Bar.

262 Sexta conclusio, † ex mutuo facto per patrẽ filio habenti peculium castrense, vel quasi aut aduentitium, cuius usufr. patri non quæritur, mutuũ cõtrahitur producens actionem & obligationẽ. hanc conclusionem pluribus iuribus cõprobauit Bar.ẽ. in princ. quæstionis, & approbatur communiter à scribentibus, vt dixi suprà in j. concluſ. Bar.

263 Septima conclusio, † filius habens peculiũ profectitium tantùm, ex mutuo per patrem sibi facto ei naturaliter obligatur secuta consumptione. nec obstat, quòd dominium nõ transeat nec remaneat penès eum d.l. placet, suprà alleg. quia satis est secundum Bar. quòd transeat in peculium, & quantùm ad administrationem penès eum sit. hæc conclusio Bar. probatur per hunc tex. in versi. quæsitũ. & cũ Bar. transeunt Doct. vt dicunt Soc. in 13. not. & Ias.15. vbi hæc dicta Bar. referunt & sequuntur. & idem Soci.j. in vlt. col. respondet quibusdã suis motiuis factis in contrarium suprà in 4. col.

264 Sed in veritate, † Bar. hîc somniauit chimerizando de transitu pecuniæ mutuatę in peculium, non in dominium, & de consumptione subsecuta: ideo melius dicendum est, vt scripsi suprà in 5.not.

265 Octaua & vltima conclusio Bar. † quòd differt naturalis obligatio filij qua tenetur patri, quando habet peculium profectitium ab alia, qua tenetur, quando est sine peculio ratione deductionis, quæ de peculio fit primo casu, sed in secundo casu non fit deductio debiti naturalis. Hæc conclusio deductionis de peculio expressè per hanc l. probatur altera pars conclusionis probatur per alia iura allegata per Bar. Soci.& Ias. suprà in 6.& 7. not. hanc cõclusionem Bar. simpliciter referunt & sequuntur, de quo latius ibi scripsi.

Et sic fauente Altissimo declarata & expedita est
266 prima principalis quæstio Bar. extra gl. †Et quemadmodum uidistis, Bar. nimis altè uoluit sine pennis, ideò sine lege, ideo nimirum, si veluti Icarus cecidit. pluraque in hac prima quæstione scripsit, quæ non dixisset, si in cathedra hæc legisset, ac absoluisset.

267 Secundò principaliter quærit Bar. † An contractus commodati, & depositi consistat inter patrem & filium, oriaturque actio & obligatio? Ex cuius dictis colligo quatuor conclusiones. Prima est, quòd in re peculij castrensis uel quasi, aut aduentitij, vbi patri non quæritur vsusfructus consistit

prædi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædictus contractus, & oritur actio & obligatio, & bene locutus est Bar. ut apparet ex his, quæ diximus suprà in hac materia in j. & 6. cõclus. quæstionis prędictæ, approbaturq; simpliciter per Seueri.

268 hîc in 10.q.† Et idem subiicit Bar. est in rebus profectitii peculii respectu creditorum peculii, vt contractus iste consistat, & naturalis oriatur obligatio; immo oritur etiam ciuilis respectu creditorũ pecu lij, quia filius eo respectu habetur tanquàm homo sui iuris: ideo obligatio quò ad eos orta ciuilis est, & naturalis, vt dixi in 5. concl. præcedentis quæst.

269 Secunda conclusio, † quando filius deponit, vel commodat patri rem ipsius patris, non subsistit cõtractus, nec pater obligatur ciuiliter nec naturaliter, est communiter recepta, & à scriben. approbata, per rationes & iura per ipsum Bar. allegata; vt hîc per Seuer. in 10.q. & Maria. Soci. Iun. in consi. 43. col. 1. lib. 1. ampliantes id procedere etiam in depósito rei aduẽtitiæ, cuius vsusfructus sit patris, vt per eos. signandusq; diligenter est tex. allegatus per Bar. in l. siquis conductionis. C. locati. ℘ conductor debet primò possessionem restituere, posteà de proprietate contendere ac litigare: nec auditur volẽs aliter facere. de quo tex. & materia plura scripsi & cumulaui in l. neque pignus. j. de reg. iur.

270 Tertia cõclusio in obligatione secundaria, † quæ contrahitur ratione moræ vel culpæ commissæ in rebus commodatis & depositis eo modo, quo quis obligatur in actione primęua, obligatur similiter in secundaria: & sic eatenus quatenus obligatur in primæua, obligatur etiam in secundaria. quatenus autem obligetur in primæua, patet ex duabus præcedentibus conclusionis Bar. per quas hæc tertia declaratur. Quum. n. sit eadem ratio in secundaria respectu ipsius secundarię, quę est in primęua respectu primæuę, eadem debet esse iuris dispositio l.

271 à Titio, cum similib. j. de uerb. oblig. † De intentione verò primitiua & secundaria hominis, videte pulchrè notata per Bar. in l. si absentis. C. si cer. pet.

272 Quarta & vltima conclusio, † si pater rem commodet filio, aut penès eum deponat, filius naturaliter tenetur; & mortuo patre deducitur de peculio, si habet, aliàs secus. hanc concluſ. sequitur simpliciter Seuer. in 10.q. alii nihil scribunt.

Primum membrum conclusionis probatur per hunc tex. in vers. contra si pater. ℘ ex contractu inter patrem & filiũ celebrato oriatur naturalis obligatio, & quòd fiat deductio de peculio huiusce debiti naturalis, probatur in l. Stichus, alleg. per Bar. & melius per l. nostram in uersi. adeò &c. Si verò filius non habeat peculium in diuisione hereditatis naturaliter debitum deduci ac retineri non potest, vt per eundem Bar. s. ad finẽ prędcentis quæstionis, & ibi videndum est, quod dixi in 8.q.

273 Tertia quæstio principalis Bar. est † de contractu emptionis & uenditionis. ex cuius dictis colligo octo conclusiones. Prima est, quòd in rebus peculii castrensis uel quasi aut aduentitii, ubi patri non quæritur ususfructus, inter patrem & filium consistit dictus contractus, & oritur actio & obligatio, quemadmodum ualeret contractus cum extraneo: & filius ex eadem causa censetur habere pretium, ex qua habebat rem uenditam. l. 2. infrà de contrahen. empt. & glo. in l. 1. in uerbo acquiritur, infrà de aucto. tuto. hanc concluſ. probant, simpliciter Seuerin. hîc in 10. quæst. & Fabia. de Monte Sancti Sauini in tract. de emptio. & uenditio. col. 9. Paul. de Cast. in l. lis nulla. s. de iudic. Nam in prędictis casibus filius familias uice patris familias fungitur. l. 2. ff. ad Macedon. cum aliis quæ adduxi suprà in prima conclusione primæ principalis quæstionis Bar.

274 Secunda conclusio, † pater non potest emere ré peculii aduentitii filii sui, cuius est usufructuarius, & legitimus administrator, nisi palàm & bona fide emat. quam concluſ. approbant simpliciter Seuer.

275 & Fabia. s. relati. quando enim pater † est usufructuarius, & legitimus administrator bonorum aduentitiorum filii, prout regulariter cõtingit. l. 1. C. de bon. mate. cum aliis quæ adduxi. s. in uersic. à communi tamen opin. non est discedendum. non potest rem filii emere, quemadmodum nec tutor, quia se auctore acquireret: quod nec iustum nec honestum est, ut in re propria quis sit auctor, aduocatus, & iudex. l. 1. j. de aucto. tuto. & §. fi. institu. eo. tit. adeò, vt nec obligatio naturalis hoc casu cõtrahatur, secũdum Bar. sub dubio tamen. Sed probari potest, quia quum iura prælegata dicant, nullam esse auctoritatem, & non posse quem esse auctorem in causa propria, impeditur etiam naturalis obligationis ortus. l. si non sortem. in princ. s. eod. Bar. pulchrè in l. cum lex, col. 3. j. de fideiuss. & j. in pen. col.

Quando autem palàm & bona fide. i. iudice præsente, uel consanguineis aut amicis, secus esset, quia ualeret contractus; & sic oriretur ciuilis & naturalis obligatio. l. cùm ipse. C. de contrahen. emp. l. si quis per impressionem. C. quod metus causa. Sequuntur simpliciter Seuer. & Fabia. prędallegati. & latiùs Ruin. in consi. 142. col. fi. lib. 1.

276 Sicque uult hîc notanter Bar. † illud dici fieri palàm & bona fide, quod fit præsentibus personis prædictis: inducendo ad notabilem & quotidianã quæstionem, ut hîc per eum, de quo dicto faciunt festum scribentes reputantes decisionem Bart. ignandam & utilem in actu practico, ut hîc per Seuer. in 11. quæst, & allegatur quotidie per aduocatos in palatiis decisio ista Bar. qui communiter approbatur, ut per Fabia. loco prædalleg. Alex. & Modern. in l. 1. in §. fuit quæsitum. circa finem. j. ad Trebell. Dec. in l. singularia, col. 3. s. si cer. pet. Curt. Iun. in consil. 29. Paris. in consil. 96. col. 5. lib. 1. & Ruin. loco prędalleg.

In rebus aduentitiis peculii quando pater non est usufructuarius nec legitimus administrator, subsistit contractus, † oriturq; ciuilis & naturalis

277 obligatio. Bal. & Paul. de Cast. in l. iubemus. §. 1. C. ad Trebel. Pau. de Cast. in d. l. lis nulla. Fabia. loco prædalleg. cum aliis quę allegaui suprà in secundo euidentiali circa finem, & in quæst. prędcedenti.

278 Tertia conclusio, † si pater emat à filio rem profectitii peculii uel propriam, non ualet contractus, nec ulla oritur obligatio respectu filij; sed respectu creditorum peculij oritur naturalis, & similiter respectu

respectu ipsius filii, quando inspectis principiis iurisgentium ex tali peculio non acquireretur patri.

Quãdo res esset patris vel profectitii peculii propriè, res est sine dubio, quòd contractus non valet, nec vlla oriatur obligatio respectu filii. l. rei suæ. j. de contrah. emp. l. neque pignus, vbi latè scripsi. j. de reg. iur. & voluit latiùs Bar. s. in j. q. in j. col.

279 Quantùm autem ad creditores peculii, † ipse Bar. s. in 8. col. in versi. Tertiò quæro. secutus Azonem tenuit oriri ciuilem obligationem habentem effectum naturalis. sed veritas est, vtranque oriri, ciuilem & naturalem, vt dixi. s. in 5. concluſ. primę quæstionis Bar.

Quando aũt esset peculium profectitium, quod inspectis terminis iurisgentium non acquiritur pa

280 tri, sed filio, contraheretur naturalis obligatio. † id quod plenius tradidit ipse Bar. in d. q. 1. & ibi in quarta conclusione defendi ipsum Bar. à morsu Socini & Iaso.

281 Quarta conclusio, † si filius rem patris emat ab ipso patre, validitas & inualiditas actus, ac totus cõtractus est in pendenti, quia si soluit de pecunia peculii castrensis vel quasi, aut aduẽtitii, in qua pater nullum habet vsumfructum, emptio valet: si verò soluat de pecunia patris, aut profectitij peculij ad ipsum patrem etiam de iuregentium spectantis, nó valet emptio, nec contrahitur aliqua obligatio. Sed si pater habeat vsumfructum dictæ pecunię aduentitię aut sit pecunia profectitia: quę non quæreretur patri inspecto iuregentium, vt quia acquisita ex pecunia uel re patris, sola naturalis obligatio contrahitur.

Cum hac conclusione Bar. videntur transire cõmuniter Doct. vt hîc per Seuer. in 11.q.

Aduertatis primò, nam principaliter vult Bar. ℘ validitas & inualiditas contractus emptionis & uẽditionis pendent à futuro euentu, solutionis uidelicèt fiendæ per filium. per tex. not. in l. sed & si quis. in §. 1. s. de usufru. ibi, intendenti esse dominium

282 eius, & numerationem pretii declaraturam cuius sit, † nec est inconueniens, in actibus viuentiũ maximè, actum stare impendenti, seu à futuro euentu pendere. d. §. 1. & l. fi. s. commu. prædio. de qua materia plura cumulaui in l. is damnum, in §. quod pẽder. j. de reg. iur. & in l. fi. nu. 36. & 251. C. de pact. uidere etiam tex. not. in l. siquis ita hæres instituatur. cum ibi not. per Doct. j. de hæred. instituen. Lancel. Politum in tract. substit. fol. 40. col. 2. versi. attamen hæc solutio. Curt. in l. precibus, col. 5. C. de impub. & aliis subst. & in l. posthumo. C. de cõtratabul. & Lancel. Galiaul. in repetitione. l. Centurio. col. 34. j. de vulgari.

283 Martinus tamen Laudensis in repetitione istius legis, vt hîc refert Seuer. in quæst. 11. † improbat concluſ. Bar. primò per tex. in d. l. 2. ubi clarè dicitur, exceptis castrensibus inter patrem & filium non posse contrahi emptionis contractum. Secundò, quia inaliditas & inualiditas contractus ex arbitrio alterius ex contrahentibus pendere nõ potest, l. in uendentis. & ementis. C. de contrah. empt. sed hîc penderet ex arbitrio & potestate filii soluentis hanc uel illam pecuniam, ideo uidetur ℘ non ualeat uenditio, nec inspici debeat; quam pecuniam soluat filius. Et in allegatis ad oppos. non agitur de ualiditate aut inualiditate contractus, sed de acquisitione fienda ex ipso contractu: ut latiùs per ipsum Seuer. ualde se inuoluentem.

Non est recedendum à Bar. & communi per suprà allegata, ℘ non sit inconueniens ualiditatẽ aut inualiditatem actus in pendenti stare, præcipuè in dispositione inter uiuos.

Ad primum argumentum factum in cõtrarium respondeo: illud quod ibi dicitur de castrensibus, hodie locum habere, uel quasi castrensibus. l. fin. C. de inoff. testam. & similiter in aduentitiis, quando patri non quæritur ususfructus, quo casu pater nullum habet in eis participium, nec communionem, quemadmodum nec in castrensibus, utsuprà visum est sæpe.

284 Ad secundum argumentum respon. † ℘ in uelatam uoluntatem contrahentis, prout in casu nostro bene potest conferri dispositio & contractus l. nonnunquam. j. de cond. & demonst. notat Paul. de Cast. in d. l. in uendentis, circa fin. Sinautem dictus contractus iuratus esset. Seuer. in fine prædictæ undecimæ quæstionis post Io. And. & Bald. tenet, fortè contractum valere. Ego sine fortè id affir

285 mo per prędicta, † & quia ubi iuramentum adest, obligatio redditur efficax ad agendum, & est obseruãda promissio, ut in terminis per illum tex. uult. Io. de Anania in c. iuramento, de homicid.

286 Videamus nunc † nunquid Bar. in trimembri distinctione sua bene loquatur uel ne. primus casus quando soluitur pecunia castrensis uel quasi castrensis peculii uel aduentitii, ubi patri non quæritur ususfructus, sine dubio procedit: quia tunc & eo casu filius fungitur uice patris familias. d. l. 2. & auct. excipitur. cum aliis. s. allegatis in j. concl. & in j. q. Bar. circa principium.

Secundus casus quando filius soluit de pecunia patris aut profectitii peculii ad patrem pertinente, etiam attentis terminis iurisgentium, quòd non ualeat emptio, nec contrahatur ulla obligatio, procedit indubitanter respectu filii. Sed respectu creditorum peculii quando soluit de pecunia ipsius peculii ualet contractus, & nascitur obligatio etiam ciuilis, ut hîc per Seuerin. in 12. colum. & dixi in prædcedenti concluſ. & in 3. concluſ. primæ quæstionis Bar.

Tertium membrum doctrinæ Bar. quando solutio facta fuit per filium de pecunia aduentitia, cuius ususfructus erat patris, uel de profectitia, quæ illi non quærebatur secundum terminos iurisgentium, quòd oriatur naturalis obligatio, probandum est ac tenendum, quicquid uoluerint Ange. Socin. & Ias. in superioribus, à quorum morsu defendi ipsum Bar. s. in quarta concluſ. primæ quæstionis Bar.

287 Quinta conclusio, † quòd tex. in l. si uenditor, in §. si pupillus, in uersi. aliter atque. j. de in diem addict. probat contractum emptionis & uenditionis non subsistere inter patrem & filium respectu filij, nec ex illo oriri naturalem obligationem, quando solutio fieret de propria pecunia patris, seu profectitii

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctitii peculii, quod ad patrem spectaret etiam de iu
regentium, secus si de iure ciuili, quia tunc nasce-
retur obligatio naturalis: ita uult notanter Bar.hîc
de quo plenius dixit.ẽ.in quarta conclusione pri-
mæ quæstionis Bar.

288 Sexta conclusio † quamuis in homine posito in
alterius potestate contractus emptionis & uendi-
tionis possit stare in pendenti,& solutio futura de-
claret quid iudicari debeat de tali contractu, iuri-
bus per Bar. allegatis, secus tamẽ est in homine sui
iuris, ubi obligatio censetur ab ipso initio contra-
cta, & esse nulla, cùm emptor soluerit pecuniã ip-
sius accipientis. hanc distinctionem approbat hîc
Seuer.in 15.col. Bar. tamen nihil quod sapiat alle-
gat; ideo dicendum est melius,vt in quarta conclu
sione.ẽ.declaraui.

289 Septima conclusio, † quando vnus fratrum ab
alio emit,an valeat contractus,& quæ nascatur ob-
ligatio, considerandа est res uendita & pecunia so-
luta,vt hîc per eũ: quẽ sequitur simpliciter Seuer.
in 17.col. faciunt quæ scripsi.ẽ.in quarto notabili.

290 Octaua & vltima conclusio Bar. † in re peculij
aduentitij pater potest auctorari filio uendenti aut
donãti alteri fratri respectu proprietatis, secus quò
ad vsumfructum, qui patri quæreretur; ne sit sibi
auctor in causa propria, contra l.primam.J.de auc-
to.tut.cum similibus.ubi Bar.idem uult; conclu-
dens tamen vsumfructum ad filium protinere.ad-
dite quæ scribit Dec.in l.fenium, col.fi.C.qui test.
fac.poss. & Ripa in §. quæsitum.l.primæ.ff.ad Tre-
291 bel. † Si tamen palàm & bona fide id faceret, vale-
ret contractus, etiam in fauorem ipsius patris per
ea quæ in fortioribus terminis scripsi.ẽ.in secunda
conclusione.

292 Quarta principalis quæstio Bar. † est de contra-
ctu locationis & cõductionis, an possit fieri inter
patrẽ & filium: distinguit inter res & operas: quò
ad res respond. idem dicendum quod conclusum
fuit.ẽ.de emptione & uenditione cum eisdem re-
gulis procedant.l.ij.J.locati. ubi Paul.de Cast.simi
litudines inter prædictos cõtractus existentes de-
clarat.Seue.hic in 17.q.intelligit contractũ efficiẽ-
ter ualere in peculio castrensi uel quasi,aut aduen-
titio,qũ patri non cõpetit ususfructus, aliàs secus.
& hoc satis uoluit ipse Bar.remittẽdo se ad ea, quæ
dicta fuerunt. ẽ. de contractu emptionis & uendi-
tionis,ubi uidete quæ in secunda conclu.scripsi.

293 In secundo principali membro de operis, † Bar.
distinguit,ut hic per eum. Alii nihil scribunt excep-
to Seuerino hic in 17.quæstione,ubi tamen in ef-
fectu sequitur distinctionem Bar.qui contradicto-
rem secundum eum non habet.solum dicit Seuer.
quòd licèt uxor teneatur erga uirum ad operas in-
dustriales.l.sicuti,cum gl. J. de oper.liberto. filius
patri solùm ad obsequiales tenetur,ut per Bald. in
aucten.ex testamento.in 10.col.C. de colla. Mate-
ria ista operarum difficilis est & extranea, secundũ
Bar.laso. & alios in l.si non fortem.in §.libertas. J.
co.ubi Iaſ.plura scribit.pulchrũ tractatum de ope-
ris edidit Iacobi.de Santo Georgio post eius tract.
294 de feudis. † Quomodo autem & qualiter uxor te-
neatur operari uiro,& hæredibus uiri tradunt Be-
nedictus Capra de Perusio in consi.72.colum.pe-
nultim.Barb.in consi.63.colum.penul.lib.2. An-
tonius de Prato inter consilia Alex.4.uolu.in cons.
133.Feli.in c.illud,col.fi.de præsnmp. & Corse.in
singularibus in uerbo Vxor.& Dec.in consi. 202.
colum.penul.

295 Quinta principalis quæstio Bar. † est de manda-
to.Seuerin.hic in 14. quæstione simpliciter transit
cum Bar. & etiam Ioann.Cro.in quæstion.39. alii
nihil scribunt.

Ego ex dictis Bar.colligo tres conclusiones: pri-
ma est,quando mandatum non egreditur personã
patris & filii,inspiciendum est circa quã rem consi
stat mandatum, prout.ẽ. dictum est de aliis cõtra-
ctibus:& consequenter concludendũ hîc est, pro-
ut in præcedentibus conclusum fuit. Est.n.eadem
ratio,ergo & eadem iuris dispositio.l.à Titio, cum
similibus. J. de uerb. oblig.

296 Secunda conclusio, † si filius ad mãdatum patris
Titio creditori patris decem promiserit,filius dicto
creditori obligatur, & pater filio ex causa mandati
ita compelli potest ad faciendum se liberari ab obli
gatione in casu, in quo extraneus posset. In qua
quidem conclusione Barto.bene loquitur.filius e-
nim quí ex omni contractu præterquam in uxo-
& Macedoniano,ut suprà diximus,obligatur,effica
citer fuit extraneo obligatus:iccirco ab obligatione
ipsa personæ suæ affixa,etiam ex bono & æquo,nõ
solum de iure potest liberationem petere, ut hîc
297 per Bar.intelligendo petita uenia uocandi patrem
in ius.l.fin.cum ibi no.C.de in ius uocan. † Casus
autem in quibus extraneus potest petere se libera-
ri ab obligatione in qua est constitutus alterius mã
dato,sunt, quando condemnatus est: quando diu
stetit in obligatione:quando consignauit & depo-
suit: quando actum fuit ut usque ad certum tem-
pus teneretur:& quando principalis bona sua dis-
siparet.l.Quintus,in fine.ff.mandati. & l. indebi-
tam. & l. si pro ea.C. cod. titu. manda. ubi glossæ
& docto.tradunt.& Matthęus de Afflic. in decisio-
ne Regni 241.

Addo idem esse qñ filius de proximo condem-
nandus esset,aut obligatus per scripturã habentem
executionem paratam,ut dixi.ẽ.in 11.notab.

298 Tertia conclusio, † quando filius uiuo patre so-
luit quod ipso mandante promiserat, aut soluit de
pecunia castrensis uel quasi castrẽsis peculii uel ad-
uentitii,quando pater non habebat usumfructum
seu quasi: & tunc potest repetere, nisi scilicèt ani-
mo donandi id fecisset. de quo est tex. expressus cũ
gl. ubi Bar.Pau.& alii notant in l.si filius.C. de ne-
go. gest. secus si de pecunia paterna aut profectitij
peculii,ut ibi per eosdem.

Si uerò soluit post mortem patris; iudicio fam.
ercis.à cohærede recuperare potest, secundũ Bar.
iura sunt clara hîc per Bar. allegata, & etiam in l.is
consequenter,in §.si filius.ẽ. fam. ercis. immo est
299 tex.hîc in simili de sententia Iuliani. † sinauté pater
soluat pro filio ad eius mandatum, an possit repete
re,uel computetur in portione filii, ponit Bar. in l.
Stichus,col.2.J.de pecul.leg. faciunt quæ dicemus
J.circa finem commenti doctrinæ Bar.

Sextò

300 Sextò magis utiliter quæsiuit Bar. † de contra-
ctu donationis inter patrem & filium, an & quan-
do ualeat; & est quęstio in practica quotidie con-
tingẽs: ideo diligenter examinanda & enucleanda.

Diuidit Bar. eius quęstionem in duo membra
principalia: primum est de donatione facta per pa
trem filio existenti in potestate.Secũdum de dona-
301 tione facta per filium patri,in uersic.si uerò filius.

In primo mẽbro uult,& cõcludit Bar. † cõtractũ
donationis inter patrẽ & filiũ nõ subsistere,nec va-
lere. In primis põderate Bar.hîc uelle appellatione
cõtractus uenire donationẽ, quod uidetur falsum,
quum contractus sint vltro citroq; obligatarij.l.La
beo.de verb. sign. quod nõ uerificatur in donatio-
ne.ideo Bal.in consi.3.col.fi.lib.j.dicit,quòd dona
tio non uenit appellatione contractus, nisi fortè ex
cõmuni vsu loquendi: & ita posset saluari Bar.hîc.
302 ad quod uidete quę scripsi in l.prima.ff.si cer.pet.

Sed an donator † teneatur de euictione,& quo-
modo, uide tex. cum not. in l. Aristo.in fine.ff.de
303 donat. glo. & Docto. institeo.in §.alię.

Secunda colligitur regula,seu conclusio, † quòd
donatio facta per patrem filio existenti in potestate
non ualet,nec tenet.quæ conclusio probatur aper-
tissimè in pluribus locis, ubi sunt iura clara de hoc
in l.prima,in §.primo.J.pro dona.in l.donationes
quas parentes.C.de dona.inter virum & vxo.& in
l.2.C.de inoffi. don.quem tex.dicit Paul.ibi sem-
per ad hoc propositum allegari solere.& tenent o-
mnes scriben.hîc, & in consilijs infrà allegandis.

304 Ratio huius cõclusionis est, † quia illud,quod pa
ter donat filio est profectitiũ, ideo actus esset frusta
torius, propter refluxũ. dominiũ enim acquireret-
ur filio, inde propter patriã potestatẽ reuerteretur
incontinenti ad patrẽ, adeò ut nec momento rema
neret penès filiũ. l.placet. J.de acq.hęre.l.prima in
prin.J.si quis à par.fue.manumis. ut hîc per Bar.&
alios glos. & Paul.Cast.in l.2. præall. & Deci. plenè
in consi. 432. col.j. & sic pater censeretur sibimet
305 donare, fluxusq; & refluxus infructuosus, ac sine
utilitate daretur; quod absonum,est,† legiq; odio-
sum:iccirco damnatũ.l.qui sic.J.de sol.l.fi.in fi.C.
de bon.quæ lib. & J.de actio. & obl.l.nõ solũ, in fi.

Sed prædictam rationem improbat Iaſ. hîc,col.
19.in prima lect. & col.pen.in reper.quia ubi obli-
gatio descendit immediatè à patre in filiũ, illa non
306 acquiritur patri, ut hac lege.in uersi. cõtra si filius.
† Idẽ in seruo,& sic in fortioribus terminis,quam-
uis Iaſ.nõ alleget.J.de cond.indeb.in l.si id quod,
iũctis dictis ibi per Paul.Castr.propterea Iaso.assi-
gnabat aliam rationem sumptam ex regula Iuliani,
de qua latè in superioribus.sed regula Iuliani inde
capta est,considerato etiam absurdo quod sequere-
tur.Ideo alij scriben.eas rationes simul iungunt,ut
hîc per Seuer.in quęstione 15.Soc. char.ultima, &
Io.Crot.iccirco non est recedendum à ratione glo.
& Bar. pulchra & recepta per prędicta.

Et ad arg. Iaſ. responsio patet ex dictis Bar.hîc,
quòd non procedit in obligatione naturali,quæ nõ
potest impediri per regulam Iuliani, quæ (ut dixi-
mus)est de iure ciuili; uoluntq; Seueri.in locis prę-
alleg.& dicemus latiùs infrà.

307 Ampliatur dicta conclusio † ut procedat siue do
natio facta fuerit filio legitimè nato, siue legitima-
to,ut per Ruin.in consil.69.lib. 3.de donatione ue
rò facta filio naturali tantùm dicemus infrà.

Limitatur nunc prędicta conclusio multis mo-
308 dis † tàm per Bar.& alios hic, quàm per glo.& seri
ben.in locis infrà allegandis.

Et primò, ut intelligatur & procedat quantũ ad
ciuilẽ obligationẽ,quæ inter patrẽ & filium induci
309 nequit,† propter regulã Iuliani, & impedimẽtũ iu
ris ciuilis; secus quò ad naturalẽ obligationẽ, quę
non potuit impediri per ius ciuile, ut hic per Bar.
Seuer. Soci.& Iaſ. & Io. Crot.in quæstione 15.pro
qua conclus.Bar.dicit esse tex.in hac lege in uersic.
cõtra si filius. inducẽdo, ut clarius & latiùs per Iaſ.

Contra prædictã conclus. Bar. de ortu naturalis
310 obligationis cõmuniter approbatam † quatuor dif
ficultates obstare uidebantur secundum Seuer. &
Soci. in locis prælleg. & clariùs Iaſ.hic in lectura.
Prima reddidit ipsum Iasonẽ ualde dubium & per-
plexum,ut ipse ait: quia si oriretur naturalis obliga
tio,non posset pater talem donationẽ reuocare, ut
patet in obligatione naturali oriẽte ex pacto nudo.
l.in bonę fidei.C. de pact. l.iurisgentium. §.igitur
nuda. ẽ.de pact. cum ibi not.facit regula l.sicut.C.
de actio.& oblig. id tamen falsum est,quum possit
ad libitum reuocari per patrẽ, cõfirmeturq; per si-
lentiũ donatoris,& mortẽ subsecuta. l.prima,§.pri
mo,J.pro socio.& pręallegata. l.donatio quas. Se-
ueri. duas solutiones tradidit, quas Soci.reprobat,
aliam aſsignans. eas etiã reprobat Iaſ. cum respon.
Soci. licèt de Soci.non faciat mentionẽ; aſsignatq;
ipse aliã sumptam ex regula.l.eum,qui ẽ.de iureiu.
qui grauantur in uno &c. sed nihil est,quia stante
obligatione non deberet posse reuocari per regulã.
d.l.sicut.ideo uidetur tenenda prima solutio, quæ
fuit Seuerini ,ppter debilitatẽ ipsius obligationis.

311 Et ultra alleg. per Seuer. & Iaſ. † ꝙ hoc sit uerũ,
ꝙ ista naturalis sit magis debilis, quàm aliæ sint,
probatur; quia alię obligationes naturales execu-
tionẽ habẽt uia denuntiationis euãgelicę, aut manu
regia: ista non,ut per Iaſ.in l.iurisgentium,in §.sed
cum nulla. col.3. suprà de pact. ut dicam statim in
quinta dubitatione:ergo ista naturalis est debilior,
quàm sint aliæ naturales obligationes. Vel aliter
dicere possumus, ꝙ lex potuisset impedire ortum
312 istius naturalis obligationis, ut diximus; † sed no-
luit respiciẽs terminos iurisgentiũ, tamen cõfirma-
tionẽ & reuocationẽ remisit in manu & potestate
patris,sciẽs filiũ nõ habere meliorẽ amicum patre:
qui pro filio sępe solet consilium capere.l. quidam
cũ filiũ.cum gl.J.de hær.institit.l.isti quidam,in fin.
ẽ.quod metus cau.& l.patri,cũ l.seq.J.de adulter.

313 Secunda difficultas, † non uidebatur ex ordina-
tione nasci debere naturalem obligationẽ,quinim-
mo dissolui si nata esset: ut institu. quib. mod.sol.
obl.Seuer.& Iaſ. posteà respõ. diuersam esse ratio-
nẽ inter donationẽ factã extraneo, & factam filio;
quia in extraneum transit dominiũ, ideo non ori-
tur naturalis obligatio, quum statim fiat executio.
Sed in filium non potest transire, quum sit inca-
pax:ideo cõueniens fuit secundum terminos iuris

V gentium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentium: & obseruantiam fidei oriri naturalem obligationem. ad rationem Iaso. quæ fuit Seuerini hîc in 2.col.15.quæst.circa quam Ias.reliquit prouectos dubitantes,faciliter potest respõderi per ea, quæ diximus ℣.in 5.not.in uersic. Quinta solutio. lex.n.ratione patriæ potestatis etiam iuris,quod habet pater in filium,fecit illum incapacem dominij, uolens illud esse apud patrem,pręalleg.l.1.siquis à paren.fuc.manu.Eodem modo (vt dixi) potuisset impedire, si uoluisset, ortũ naturalis obligationis, sed noluit propter prędicta.

314 Tertia difficultas † quum lex uideatur resistere huic donationi, non uidetur quòd oriatur obligatio aliqua, etiam naturalis, ut per Bar.in l. cum lex .℣.de fideiuss.soluitur hîc per eundem, & etiã per Io.Crot.in 15.q.uidelicèt,quòd lex non resistit, licèt non assistat: ideo nimirum,si oritur naturalis. Dec.tamen in l.pacta quæ contra.col.1.C.de pact.

315 †Iubuliter probat,legem ciuilem non posse tollere nec impedire ortum naturalis,obligationis, quę in facto consistat,quod tolli non potest:sed bene effectus naturalis obligationis, quæ in iure consistit. quod in effectu idem est.

316 Quinta difficultas † fuit Bal. in l.2.in fine.C.de inoff.dona. dum arguit de donatione inter uirum & uxorem ad donationem inter patrem & filium, quę uidentur æquiparari. d.l.donationes. Sed ex donatione inter uirum & uxorem nulla oritur obligatio l.si uxor.§.1.℣.de don.inter uirum.& uxo. ubi dicitur, solutum per uirum repeti posse, ergo non erat orta naturalis obligatio, quę impedit repetitionem soluti,ut hac lege:similiter ergo ex donatione patris in filium nulla nasci debet obligatio.

317 †Respondeo melius quàm faciat Iaso. ut hîc per Io. Crot.in 12. quæstione. quòd lex resistit donationi inter uirum & uxorem: ideo nimirum, si impediatur ciuilis & naturalis,ut dixi suprà sed in donatione inter patrem & filium lex non resistit, licèt non assistat, ideo oritur naturalis .l.stipulatio ista. §.alteri. cum ibi not.ff.de uerborum oblig. æquiparantur ergo non indistinctè, nec per omnia, sed quantùm ad effectum, de quo. in d.l. donationes quas.

318 Quinta dubitatio, †quia dixi in secundo euidẽtiali, quòd executio naturalis obligationis peti pót per uiam denunciationis euangelicæ,uel manu regia: an etit idem in hac naturali obligatione? Et dico quòd non: quum.n.ut.℣.diximus ad libitũ reuocari possit, & silentium patris cum morte illam confirmet d.l.donationes quas, apparet contra uoluntatem patris illam non habere efficaciam. Est igitur hęc naturalis debilior, quàm alię obligationes sunt,ut,℣.diximus.

Secunda principalis limitatio Bar. est, quando donatio facta esset filio propter benemerita præcedentia, †ita dicens intelligi debere notata per gl.in

319 aucten.unde si parens.C.de inoff.testam. uoluit allegare glo. ibi in uersicu. hodie ualet donatio facta filio. intelligendo secundum Bar. quando donatio fit filio benemerito,ut clarius exprimit glo.in d.l.si donatione. & est notabilis limitatio quotidie in practica contingens, circa quam latè se extẽdit Ias. materia est trita & excussa per Alex. & alios in d.l. si donationes.C.de collat. & in multis aliis locis. glo. Bar. & alii scriben. ibidem. & in aucten.unde si parens. & in consiliis infrà allegandis indifferenter concludunt secũdum prędictam limitationem Bartol. hic, quòd donatio facta per patrem filio

320 propter præcedentia benemerita ualet, † ea ratione, quia facta censetur uti extraneo propter benemerita,propter quæ pater ad idem teneretur extraneo, si in huiuscemodi donatione filius & extraneus à pari procedunt: donatio facta extraneo sine dubio subsisteret, ergo similiter facta filio. & quũ sit acquisitum operis & laboribus filii, aduentitiũ dicitur: ideo quæritur ipsi filio. d.l. cum oportet.

321 † Et sic cessat refluxus & reuersio inutilis ad patrẽ, propter quod donatio inter patrem & filium nulla redditur.

Requiritur tamẽ primò,quòd merita sint æqui-

322 ualentia donationi,ut hic per Bar. & Ias. † & quatenus donatio excederet merita, non ualeret in excessu, quia in tali excessu non diceretur facta propter benemerita, quum non entis nullæ sint qualitates.l.penul. suprà si cert. peta. Addite notanter & plenè Deci. & in d.l. si donatione. col.3. & in consi.20.

Requiritur secundò quòd de meritis aliter constet, quàm ex assertione donantis, † ut hic per Bar.

323 & præfatos,& per glo.Bar.& alios in l.si fortè, per illum tex. ℣.de castren. pecul. Absit enim quòd in prohibitis certo casu permissis stetur uerbo dicentis casum permissum subesse, † ut est tex. nor. in l.

324 qui testamentum, infrà de probatio. Secundum Specul.in rebus Ecclesiæ non alienand.si Prælatus concesserit Titio ad uitam redditus certorum prędiorum Ecclesiæ propter benemerita interueniente consensu capituli, concludit donationem non ualere, nisi uerè de meritis constet. & sequuntur communiter Doct. ut plenè per Deci. in d.l. si donatione. col.4.& in consi.576.Ruin.in consi.175. lib.1.& 44.lib.5.& Paris.in consilio 88. uolum.1.

325 † & de illo pulchro & not.tex.l. qui testamentum, uidete Roman.in consilio 445.columna 3.Cumã. conclu.31.Paul.de Cast.in consilio 118.Alexan.in consilio 101.uolum 1.& 18.uolu.3.& 142.uolu. 5. & Aquens.in l.si diuortio. colum.2. infrà solu. matrim.

Et prędicta conclu. procedit in terminis nostris, quia pater non potest filio ualidè & legitimè donare, nisi propter benemerita: ideo requiritur proba-

326 tio meritorum,ne fiat fraus. † Secus ubi liberè posset quispiam donare,quia tunc licèt dixisset merito id facere, non requireretur probatio meritorum, sed staretur assertioni donantis; quum etiam absque dictis benemeritis actum & donationem facere potuisset; ut pulchrè post alios declarat Deci.in d.l.si donatione. col.4. & Paris.in consil. proximè alleg. facit uulga. regula.l. unicæ in princ.C.de rei uxo.actio.cum similib.

Dictum Bar. suprà relatum de probatione me-

327 ritorum † limitat tripliciter hic Ias. quando assertio meritorum facta per patrem esset iurata. & licèt uideatur sequi per decisionem Bal. relatam per eum,

eum, tamen nõ est recedendum ab Alex. etiam per eũ relato, qui melioribus rationibus tenuit oppos. in d.l.si donatione, & ibi Deci.in 5.col.respon.præ dictę decisioni Bal. per quam Ias. oppos. tenuit.

Secunda restrictio Iaso. quando merita per patrem essent specificata,non est bona, vt per Deci.loco prælleg. & Ruin.in d.consil.404.

328 Vbi tamen donatio facta esset propter benemerita in genere, diceretur pura & simplex, † vt per Ruin.in consil.173.lib.primo.

329 Tertia limit.Sali.quò ad prejudicium patris,qui non potest contrauenire eius confessioni, † licèt tandem improbetur per Ias. sequentem Alex. qui voluit oppos. in d.l. si donatione. tamen Deci. ibi col.6.in 4. limitatione sequitur Salic. vtcunque sit, quando pater iurasset super assertis meritis, vt fit communiter,non posset contrauenire,quum iramentum (ex quo potest seruari sine interitu salutis ęternæ) seruandum sit, ut per Deci.in d.l.si donatione, col.5.in 3.limitatione. Cætera de donatione ob benemerita,uidete ibi per Doctores.

330 Tertia principalis limitatio Bar. † de confirmatione per mortem patris, iuribus per eum allegatis: intelligitur, quando interuenit traditio,aliter non procederet. l. Papinianus,iuncta eius gl. ordinaria, & communiter approbata. ℣.de dona. inter virum & vxo.vt hîc per Ias.chart.ultima primę lectu. & etiam in Repetitione Io. Crot. post nonam limitationem duodecimę quæstionis.Bal. in l.2.C.

331 si quis alteri, vel sibi. † sufficeret tamen traditio ficta,per constitutum pura inducta, vt plenè de his omnibus traditur per Alexan. in consil.7.lib.6.in consil.54.lib.7.Socin.in l.prima,in §.si vir.col.penul.vbi Ias.3.℣.de acquir.poss. Zanetinum in quarta parte consiliorũ Socini in consil 6.Deci.in cons. 86.202.col. penult. & 239.col prima. & Aret.in

332 consil.128.incip.Eximie domine,col.2.†vbi dicit quòd confirmatio prædicta facit actum valere vt nunc,non vt retro.

333 Quarta limitatio ex causa dotis, † de qua est tex. not.in l.Pomponius Philadelphus.℣.famil.erciscu.

334 est enim causa dotis semper & vbique præcipua. l. prima.℣.fol.matr. † de qua limitatione videte pulchrè Bal. Nouellum in tract. de dote parte sexta in speciali 80.& Zanetinum in consilio ℣.alleg. Deci. in l.partum.col.j.C.de collat.extenditurq; hęc limi

335 tatio per Ang. & alios ad causam studij æquiparatam causę dotis,vt hîc per Ias.col.antepe.primæ lectu. Io. Crot.quæstione 12. in 8. limitatione cum sequ. de quibus tamen uidete etiam Deci. & alios in l. fil.ædotem, & in l.filiæ licèt.C.de collat. & Ripam in d.l. prima, col.fina.

Quinta limitatio Bar. † quando pater remittit, uel donat filio usumfructum bonorum aduẽtitiorum,quia donatio statim ualet;& ususfructus cum proprietate consolidatur. l.cum oportet. §.fin autem res.C. de bon. quæ lib. sequuntur cõmuniter scriben. ut hic per Ias. & Io. Crot.in 4.limitatione duodecimę quæstionis. Et quàmuis non esset ibi propriè donatio sumens statim robur,& effectum, sed quotidiana & diuturna dimissio utẽdi & fruendi dictis rebus aduẽtitijs, & sic quasi donatio propter dimissionem dictam factam penès filium & morte confirmatam: tamen limitatio,& conclusio Bar. uera est, quia acquiritur filio uti res aduentitia; in quibus quidem aduentitijs consistit obligatio inter patrem & filium. † immo licèt prędicta

336 donatio statim ualeat, non uenit inter fratres post mortem patris conferenda tanquàm de bonis aduentitijs, ut per Io. Crot. loco prælegato, & pulchrè Deci.in aucten.ex testamento col.prima.C.de collat.& de illo tex.§.sin autem res, uidete Paul. & Corn.ibi.Anchara.in consil.176.Abba consil.12. & Socin.consil.123. lib.2.

337 Sextò limitatur secundum Iaso. † in donatione facta per Regem filio suo in potestate existenti, per tex.nor.in l.penul.C.de dona. inter uirum & uxo. & Io.Crot. in septima limitatione dictę quæstionis 12. intelligentes tamen illum tex. procedere tantùm in non recognoscente superiorẽ, ut esset Rex in regno suo; ut per Deci. in rub.de constit.col.2. quod tamen à ueritate est alienum; quia dicta in Imperatore, & Rege locum habent etiam in Duce, Comite,& Marchione habentibus iura imperij, licèt recognoscant superiorem. quia in territorijs

338 suis quum habeant iura imperij,† sunt loco Imperatoris,ut per Felin.in c.quæ in Ecclesiarũ.col.11. de constit. cũ multis alijs,quæ adduxi in principio proœmij Digestorum in 2. charta.& propterea Iacobi.de Santo Georg.in tract.feudo. in uerbo Princeps Pedemontium, circa finem loquitur generaliter de donatione facta per Regem & Principem filio suo in potestate, ꝙ statim ualet, modò exprimat se id facere auctoritate regia: ut ibi per eum. de qua quidem.l.penul. uide etiam quę tradit Bal. in consil.303.col.2.lib.primo. & Rimin.in l.Imperium, col.14 in quęstione, quibus competat merum imperium.℣. de iurisd. omn.iud.& quę suprà eadem lege penul. scribit Io.Igneus ibi.

Omissis alijs limitationibus illa frequens & ge-

339 neralis est,ubi donatio esset iurata,† quia statim & irreuocabiliter ualet: quicquid nonnulli Doct.tenuerint, & etiam consuluerint,ut hîc per Seuer.Socin.Ias.& Io.Crot. & hęc est receptior & canonizata sententia, à qua temerarium esset in iudicando & consulendo recedere,secundum Ias. & alios hic,

340 & in locis infrà allegatis: præsertim,quia † iuramentum est de iure naturali & diuino. c. etsi Christus, de iureiu.de quo iure non curatur patria potestas, quæ est de iure ciuili: quia iuramentum ubi potest seruari sine interitu salutis ęternę seruandum est.c.cum contingat, de iureiur. ideo talis donatio firmatur iuramento, & propterea est seruanda. Hę sunt potissimę rationes & fundamenta conclusionis & limitationis prędictæ, quàmuis pluribus alijs rationibus moueantur tenentes hanc communem sententiam; ut hic per Seuer. in 15. quęstione. Ias.in ultima charta. Io Crot. in 12.quæstione, limitatione prima.Deci.in d.l.si donatione, col.7. & in consil. 239.414.430. & 688. ubi limitat,

341 † quando per talem donationem impediretur effectus reductionis filiorum ad æqualitatem. quæ restrictio uidetur contra rationes & auctoritates, de quibus suprà.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et vltra prędicta, videte etiam Paris. in consi. 53. & 63. volu. 1. Ruin. in consi. 179. lib. 1. & 96. lib. 3. & 96. lib. 5. Socin. Iunio. consi. 13. & 165. lib. 2. Ripam in repetitione. l. in quartam, char. 8. infrà ad l. Falcid. cum pluribus alijs quæ omitto.

Quando autem donatio esset facta filio naturali, qui non est in potestate patris valeret, † quum cessaret refluxus, de quo suprà, vt hîc per Ias. in vlt. col. repetitionis, & Io. Crot. in quinta lim. 12. quæstionis, nisi facta esset spurio, quia tûc nec iuramento firmaretur, quàmuis valeret vsque ad summam pro alimentis debitam; vt per Ruin. in consi. 124. lib. primo, & in consil. 179. col. fina. eod. 342

Sed quid si donatio facta fuerit per matrẽ filio, vtrum valebit? videtur† quòd sic, per tex. in l. fi. C. de dona. quę sub mod. in l. 2. cum seq. & l. his solis. C. de reuoc. dona. & uoluit hîc Ias. circa fin. repetitionis, & latiùs Paris. in consil. 73. lib. 1. Attamen Io. Crotus hîc in nona limitatione, 12. quęstionis ad balistam loquendo concludebat prædictam donationem non esse adeò efficacem, quin possit reuocari, per tex. in l. 3. in §. qui in potestate. ff. de dona. inter uirum & uxo. secutus Bal. in l. filiũ quem. C. fam. ercis. nisi mater ea lege filio donasset, ne patri usus fructus acquiratur, iuxta auctẽ. excipitur. C. de bonis, quæ lib. Sed iura suprà allegata, quibus non respondet, dicunt donationem subsistere, nec posse reuocari, nisi propter ingratitudinem donatarij, aut modum in donatione positum nó seruatum. Tex. uerò in d. l. 3. in uerſ. secundum hoc. de donat. inter uirum & uxo. oppo. uult, quia patri acquiritur: & sic in effectu esset donatio inter uirum & uxorem à iure prohibita. 343

Ideò pro ueritate aliter dicendum est, quòd si filius sui iuris esset, ualeret donatio facta per matrẽ filio: ita loquuntur & procedunt iura primo loco allegata. Si uerò filius in potestate patris esset, de iure antiquo nullius foret momenti. d. uersi. Secundum hoc. quia illo iure totũ quærebatur patri. Sed quia hodie huiusce modi aduentitia non acquirun tur patri, nisi quantùm ad usumfructum, talis donatio facta per matrem filio existenti in potestate patris ualebit quò ad proprietatem, quę acquiritur ipsi filio, & penès eum remanet: non autem quò ad usumfructum, qui patri quæreretur. ita conclu dunt Bal. & Salice. in d. l. si constante. C. solu. matr. Nam causa prohibitæ donationis militat solùm in usufructu, non in proprietate: ideo nimirum, si inter proprietatem & usumfructum est differentia, & diuersa iuris dispositio: iuxta l. iam hoc iure. cum ibi. not. ff. de uulg. & pupill.

Hinc etiam est, † quòd propter delictum patris, non publicatur, nec confiscatur peculium aduentium respectu proprietatis, quæ filij est: sed bene quò ad usumfructum, & cómoditatem ipsius, durãte uita patris, ut tradit Paul. de Castr. in l. si finita, in §. si de uectigalibus, in fin. ff. de dam. infec. quãuis aliter distinguat hîc Io. Crot. in 13. col. † Econtrariò tamen propter delictum filij proprietas aduentitij peculij, in quo pater habet usumfructum, non publicatur, licèt sit filij, eò quia non potest sine licentia & consensu patris alienari. l. fin. §. filijs. C. de bon. quę libe. & sic nec amitti propter delictum sine consensu patris commissum: ita Barto. Paul. Alex. & alij in d. §. si de uectigalibus. & Ruin. in consil. 24. lib. 5. quod est notandum. 344 345

Et ubi mater filio ea lege donasset, † ne usus fructus esset patris, ualet donatio, etiam quantùm ad usumfructum per prædicta, vt per Io. Crot. loco s̃. all. immò hoc expressè dixit Bal. in d. l. si constante. 346

Ex secũdo membro doctrinæ Bar. † quãdo filius donat patri, an ualeat donatio. Bar. distinguit notãter, ut hic per eum: cũ quo cõiter transeunt scribentes, ut dicunt hîc Soci. in princ. ult. col. & Io. Crot. in 9. limitatione, in 12. quæstionis. quę dicta satis declarata sunt, & aperta ex his. quæ scripsimus s̃. 347

Aduertite tamen in quantùm Bar. dixit, quòd si filius promitteret creditori patris, soluendo non repeteret, sed non obligatur ciuiliter per ea, quę suprà dixerat, quòd inter patrem & filium nõ nascitur ciuilis obligatio; non uidetur in hoc bene dicere. quia licèt inter patrem & filium non consistat ciuilis obligatio, filius tamen alteri obligatur ciuiliter & naturaliter ex omni causa, excepto mutuo, & uoto, ut in princ. diximus. Quantùm ergo ad creditorem patris, cui filius promisit, obligabitur. nisi saluando Bar. dicas uoluisse intelligere, filium ciuiliter non obligari, non autem hoc casu loquatur, quando promisit creditori ipsius patris.

Vltimò post Guliel. de Cuneo † quærit hic Bart. quando pater redemit filium captiuum, an expensa imputabitur in eius legitimam portionem? & se remittit ad dicta per eum in l. Stichus. ff. de pecul. lega. ubi plenè distinguit. Cum quo uidẽtur alij scribẽtes ibi transire, ut hic etiam per Io. Crot. in 21. & sequenti col. uos autem uidebitis pulchrè Alex. in l. in quartam, col. 11. ff. ad l. Falcid. & Ripam in 8. charta, ubi aliter concludunt; ut per eos. 348

Quasdã aliàs extrauagãtes quæstiones † congesserunt hîc Seuer. & Io. Crot. uidete eos, si uolueritis. 349

Ecce Fratres charissimi † annus quasi expletus est: gratias agamus Deo, à quo eruditi sumus, & cuius auxilio, ordine mirabili interpretationem huiusce difficillimæ legis ad compendium finemq; perduximus: quam in horreum omnipotentis Dei ad cómunem mortalium utilitatẽ, ut in Canone prędicitur, inferimus. si nęuus aliquis apparebit, aut error uobis occurret, humanæ fragilitati, meęq; imbecillitati imputabitis, ac Magnifico & Illust. Viro. D. Vitellotio Vitellio Romano, quo uolente hoc uastũ pelagus intrauimus. quemadmodum enim acutissimi ingenij est, & transcendẽtis intellectus omnia uidens, omnia speculãs, & subtiliter cuncta discernens, ita me ex quocunque loco cum laude euasurum egressurumq; putauit. Si quid autem boni hic erit, laudetur ille, à quo omnia bona procedunt, & qui eius benignitate etiam iniustis & peccatoribus doctrinam & gratiam largitur intellectus. 350

Paduæ Octauo Kalendas Iunias. M D L.

Expliciunt commentaria in primam & secundam partem. ff. Vet.

Laus Deo Opt. Max.

HIERO-

HIERONYMI CAGNOLI PATRICII VERCELLENSIS,

IVRISCONSVLTI PRAECLARISSIMI,

ET SERENISSIMI SABAVDIAE DVCIS SENATORIS,

IN PRIMAM CODICIS PARTEM ACCVRATI

ET REFERTI COMMENTARII.

Ad Auditores Præfatiuncula.

ANDIV à maioribus nostris constitutum est, in omnibusque Gymnasiis Italiæ in præsentiarum seruatur, Illustres, Magnifici, dilectissimiq; Auditores, ut in prima parte Codicis, quæ hoc anno publicè legitur, sacrarum legum interpretes à principio secundi libri, De edendo uidelicèt lectiones auspicentur suas. Nam inter partes quæ publicè legi, exponiq́ue solent, subtilitate, utilitate, ac frequentia, hæc profectò anteit, ac principatum obtinet. Adeò, ut si quis hac parte minus diligenter cognita ac intellecta ad praxim se conferret, aut in forum caussarum iudiciorumq; descenderet, se ipsum deciperet, ridendumq; præberet. Sunt tamen alia in ordine ipsius compositionis præcedentia æquè necessaria, nec minus utilia: ideo nullo modo omittenda, ut lex prima De Sacrosanctis Ecclesiis. oculus uerè dexter huiusce primæ partis Codicis, cum auctentica Cassa & irrita, & auctentica Qui rem, eiusdem tituli: à quibus propterea exordiri utile & saluberrimum mihi uisum fuit. præsertim, quòd constitutiones ipsas (Deo fauente) expediemus hoc tempore, quo Clarissimi Reformatores principium studij anticipare nos uoluerunt: hoc est citra tertiam Nouembris. qua die iuxta solitum & consuetum Rubricam ipsam De edendo, aggrediemur: ne eius solita lectione fraudentur, qui fortè tardius uenerint. Et quanquàm uos ardentes & erectos ad studium uideam, faciam tamen, ut imperatores instructa acie solent, qui licèt milites paratissimos ad præliandum uideant, eos tamen adhortantur. Omni igitur diligentia & cura Fratres & filii charissimi studia intermissa resumite: litteris, cunctis uiribus incumbite: & quæ hoc anno legenda occurrunt, diuturna nocturnaque manu uersate, spretaque terrenarum omnium rerum amara tandem dulcedine, inani falsaque letitia fœlicitatem alto ac firmissimo animo quæratis per asperumque & arduum illum callem, qui uos conducet; ubi maxima bona & sempiterna sunt gaudia. Non ignorati filij charissimi quid dixerit uobis Apostolus, Qui parcè seminat, parcè metit. & per contrarium qui larga manu seminat ac spargit, largè metit, abundeque colligit, & prout sementem fecit, ita messem planè facturus. scitis enim plerunque (ut aiunt) messem respondere sementi. alijs igitur omnibus contemptis quicquid laboris poterit impendi ad legalis philosophiæ studium conferatis; si uultis alta cacumina tangere, & in albo excellentium Iurisconsultorum describi. Ego autem abstrusa, nodosa, & difficilia uobis aperta, plana ac facilia (diuina suffragante gratia) reddam. nihil magis ex animo faciens, quàm quod uobis quàm gratissimum & utile esse sentiam: efficiamque ne operam & oleũ (ut aiunt) sub magistro pœnitendo amittatis. Gaudium enim magnum uobis annuncio, absit uerbo inuidia, facessat omnis adultatio & iactantia rumpatur; licèt, ut cum Satyrico loquar, Ilia Codro. uel, ut inquit Martialis, rumpatur alius inuidia. Dicam tamen, qui ab incœpto ad imum, ut ait Horatius, uelut à capite ad pedes, ideò a prima lectione ad ultimam, quam destinauimus hoc anno facere nos attentè audierit, benignè auscultauerit, diligenter notauerit, huic in fine anni posse ad apicem doctoratus dignè euehi ac promoueri pollicemur, promittimus, & dubio procul affirmamus. nonne magnum gaudium annuncio, in manu uestra esse hoc anno posse fieri Iurisconsultos. Iccirco Iesu Christo Redemptore nostro auspice, qui sua benignitate & clementia intellectus nostros illuminet, incipiam. Deum ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

deprecans, ut prospera incœpta prosperimi sequantur euenctus: mihiq; concedat, ut uigilijs & laboribus meis in portu legalis scientiæ uos constituere ualeam: & omnes tandem ad optata perducamur, ut cum ipso regnare possimus. ad ipsius summi Dei laudem uenio itaque ad legem ipsam primam, parata est filiæ dos, locanda igitur sine mora.

In legem primam. C. De Sacrosanctis Ecclesiis.

SVMMARIVM.

1 GLossator pueriliter, Bar. in repetitione mirabiliter, Bal. similiter, sed ad æmulationem Bar. Auctor resecatis pluribus eorum ambagibus, puram ueritatem ante oculos habens procedet.
2 Relicta inutiliter fiebant Ecclesijs & locis catholicis ante hanc legem.
3 Constantinus Imperator primus Christianus, excepto Philippo, propitius Christianis, & auctor l. nostræ fuit.
4 Lex ista plana est & facilis, si ad bonum sensum intelligatur.
5 Intellectus l. nostræ excutiuntur. & nu. seq.
6 Romanus senatus recusauit Christi consecrationem & approbationem.
8 Totum dicens, nihil excludit. & de uerbis uniuersalibus an restringantur ad habilia. & num. seq.
10 Bal. appellat hic Bar. Saturninum, ò quòd solus fuerit in intelligentia l. nostræ. Et ambages hic scripsisse, & eum fuisse bonum hominem, & nescisse uerbum ut hic. & nu. 16. & 39.
11 Restrictionem de habilitate patitur generalis dispositio. & nu. seq. ubi plenè.
12 Glo. l. 3. C. de fide instr. dum addit ad uerba quibuscunque probationibus, idoneis scilicèt, ornatur.
13 Frequentioris usus gratia expressa non excludunt casum minus frequentem.
14 Testator an sit sanus uel in periculo mortis quò ad dispositione nihil refert.
15 Argumentum de militibus testantibus in expeditione, ad pias causas non procedit.
17 Tex. l. generali. infrà eo. declaratur, & ornatur
18 Solemnitates testamentorum non sunt relaxatæ testantibus ad pias causas excepta solemnitate numeri testium. & nu. 41. & cum seq. 44. & 50.
19 Leges quæ sunt in tit. isto de sacrosanct. eccl. et de episcopis et cleric. sunt hodie correctæ, nisi sint merè priuilegiatiuæ.
20 Lex ista utilis fuit, & plurimùm nobis inseruiens. & nu. 29 34.
21 Collegium quid sit, quot faciant collegium, & plura de materia collegiorum & confraternitatum. & num. seq. & de relictis factis collegijs, & locis pijs.
22 Confraternitates phratriæ latinè nuncupantur.
23 Incertitudo an & quando uitiet relicta. & nu. seq.
24 Ecclesiæ relictum pro anima cui Ecclesiæ debeatur.
26 Hæres non potest grauari ultra uires hæreditarias, etiam in relictis ad pias causas.
28 Ecclesia est mater honestatis & pietatis.
30 Vltimis uoluntatibus lex fauet.
31 Generalitas legis restringitur ad habilia. & num. seq.
Dispositio restringitur ne intelligatur facta in casu non concesso. ibidem.
35 Relicta ad pias causas irritantur, quando est alius defectus, quam incertitudinis, & numeri testium.
36 Testamentum ad pias causas de iure Canonico ualet ubique cum duobus testibus. Si uerò non sit ad pias causas, de eodem iure ualet in terris Ecclesiæ cum duobus testibus, & presbytero parrochiali, aut cum quatuor testibus.
37 Defectus præteritionis uel exhæredationis uitiat testamentum ad pias causas, legata uerò non semper, sed cum distinctione. & nu. seq.
Legata ad pias causas an corruant defectu præteritionis uel exhæredationis filiorum. ibidem.
38 Filiorũ causa respectu successionis præfertur Ecclesiæ.
39 Ecclesiam uolens instituere, & filium exhæredare, aliâ pro consilio quærat, quam Augustinum.
40 Fauor piæ causæ nunquam derogat iuri liberorum.
41 Testamenta ad pias causas quo iure regulentur, Ciuili, Canonico, uel Diuino. & nu. seq. usque ad fi. & ibidem an in talibus dispositionibus censeantur sublatæ solemnitates iuris ciuilis positiui.
43 Additio hæreditatis an sit necessaria ad hoc, ut legata ad pias causas debeantur.
45 Titulus Institutionum de eo cui lib. caus. bona adjician. multò magis procedit in legatis ad pias causas.
Pia causa fauorabilior est libertate. ibidem.
46 Hæreditatem ab intestato possidens omissa causa testamenti, tenetur ad legatorum præstationem.
47 Relicta ad pias causas quænam dicantur.
Pia causa quæ dicatur. ibidem.
Dispositio imperfecta ratione uoluntatis nihil ualet, etiam ad pias causas. ibidem.
48 Stylus & arbitrium quid significent, & quomodo differant. & nu. seq.
Solemnitates iuris ciuilis positiui an censeantur sublatæ in testamentis, & relictis ad pias causas. ibid.

In legem primam. C. De Sacrosanctis Ecclesiis.

1 ET si glossator secundum Bal. pueriliter hîc processerit, †Bar. mirabili cõmento, l. hãc ornauit: ad cuius æmulationẽ Bal. vt inquit Iason, pulcherrimam repetitionem posteà composuit: totq; & tanta præfati hîc effuderunt, vt iudice Pau. Cas. hîc impossibile ferè sit ordinariè ea hodie in cathedra referre: verùm studio (vt aiunt) domestico & camerario voluenda esse, & considerandæ. Ex multis ergo quę necessaria & utilia videbuntur, colligam intellectum huiusce legis à quo plura per dictos scribentes hic inculcata dependent, aperire & breuiter enucleare conabor. quibus ferè omnia, quæ præfati legum interpretes cumularunt resoluentur,

nentur, & in effectu declarabuntur. Ostendamq; ipsos potius ad pompam, quàm ad necessitatẽ utilitatemq; scripsisse. Et repet. Bar. quam diuinam & mirabilem alij dicunt, à iuuene laudis cupido, potiusquàm à sene viroque absoluto grauius figente pedem processisse.

Præmittamus quædam præludia ac præfationes
2 †pro clariori intelligentia. l. & materię. Et in primis secundum Bar. Bal. Paul. & alios, q̃ ante hanc legẽ Ecclesiis & Collegijs Christianorum religiosorum, quę illicita superstitiosaq; censebãtur l. 3. ff. de colleg. illicit. non licebat quicquàm dimittere, aut titulo institutionis reliquere. l. collegium. cum aliis. ff. allegan. ff. de hęred. instituen. ubi collegijs, quę non sunt speciale priuilegio fulcita nõ licebat relinquere. Collegia Christianorum talia erant, quinimmo maximis persecutionibus erant supposita, etiã exordinatione Rom. senatus, vt p Paul. Orosiũ c. 2. l. 7.
3 Superuenit † Cõstantinus magnus quartus Romanorum Imperator, nostręq; legis auctor, qui post assumptum baptisma & fidem Christi correctis & sublatis prædictis prohibitionibus, contrarium (ut hac lege patet) statuit, tàm fauore Christianæ religionis, quàm ultimarum voluntatum. ut. n. dicitur in c. futuram 12. q 1. vbi est radix & fundamentũ huiusce nostræ farraginis, quum inter turbines & aduersa mundi succresceret Ecclesia eò peruenit, ut non solùm Gentes, sed etiam Romani principes, qui totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurrerent. ex quibus uir religiosissimus Constantinus primus fidem ueritatis adeptus p uniuersum orbem in imperio suo degẽtibus licentiã dedit non solùm fieri Christianos, sed fabricãdi Ecclesias & loca pia illis plurima dona tribuens: sedemq; imperialẽ beato Petro & successoribus suis relinquens. Hunc Constantinũ nostrũ fuisse primum Imperatorẽ Christianum (excepto Philippo) à quo Constãtino oẽs Imperatores (excepto Iuliano) Christiani posteà fuerũt. Pau. Orosi. ca. 13. 18. lib. 7 latè clareq; tradit.
4 Secundò principaliter † sciatis legem hanc planam facilemq; fuisse, rectè & realiter illam intelligendo, sed eam difficilem reddiderunt Bar. & Bal. cum suis repetitionib. Nixusque fuit ipse Bar. ostẽdere Constantinum uoluisse ac fauxisse, quod nunquàm (ut infrà docebo) cogitauit. capiturque Ecclesia de qua hic, & in rubr. mentio est, tribus modis, ut per Bal. in rubr. ff. eod. & Ioan. de Ana. ad finem tit. extra ne præla. uices suas.
5 Tertiò præmitte, † legem istam duobus modis legi & intelligi. & in hoc puncto consistit substantia & difficultas legis. primo modo legitur secundum Accursium, vt Constantinus hic decernat relicta facta Ecclesiasticis collegijs & Ecclesijs ualere, si alius non subsit defectus: & fauendum esse ultimis uoluntatibus. quem intellectum approbant & sequuntur Cyn. Guliel. de Cun. Bar. in lectura. Bal. Sali. Fulg. & Ias. & sic communiter scribentes, vt ẽt dicit & tenet Alex. in consi. 182. in fi. lib. 5. secundum quam lecturam lex ita non inducit priuilegium aliquod in relictis Ecclesiæ aut Ecclesiastico collegio; nec circa personam testantis, ut per glo. primam restringẽtem hanc legem ad testatores habiles. nec circa formam testamenti, vt per gl. in uerbo Cassa. quæ restringit ad ultimas uoluntates solemnes. uolens non ualere, nisi habeant solemnia, nec circa substantiam testamenti, vt infrà, dicetur. Sed solùm inducit, vt possit Ecclesię, ecclesiasticoq; collegio reliqui, quod anteà fieri non poterat: uerùm maximis persecutionibus (vt dixi) subiiciebã
6 tur & exponebantur Christum colentes. †Quinimmo, quum Tiberius imperator retulisset ad Senatum, ut Christus Deus haberetur & coleretur, cõsecrationem Christi recusauit Senatus, edictoq; cõstituit exterminandos esse ex urbe Christianos: ut scribit Paul. Orosius lib. 7. suæ historiæ.

Et licèt dicta lectura uerissima sit in se, tamẽ ad hanc legem non procedit secundum Bar. & Paul. Cast. ex tribus principaliter.

Primò, quia Imperator hic seruiisset nobis de uento, contra legem secundam in fine. ff. commu. de legat. esset quę lex ista de indubitabili, contra l. quod Labeo. ff. de Carbon. edict. & l. ancillæ. C. de fur. Nam recepta fide Christi per Constantinum approbatæ fuerunt congregationes Christianorũ, & Ecclesiasticarum personarum, & data eis licentia se congregandi. et canones. 15 distinct. & sic per alias leges poterat eis relinqui, ergo ista hoc solùm inducens superflua fuisset, secundum Bar. & Paul. de Cast.

Secundò quia à propria significatione uerborũ non est recedẽdum, nisi causa absurditatis aut contrarietatis euitandæ. l. quę non aliter. ff. de leg. 3. l. Labeo, circa finem. ff. de supellec. legat. cum accumulatis per Iaso. in l. 3. col. 2. ff. de lib. prętер, eum multis similibus. Sed verba legis nostræ in sui generalitate uidentur sonare in priuilegium in modo relinquendi tàm in persona testantis dum uniuersaliter dicitur: habeat unusquisque, idest quilibet, etiam aliàs ad testãdum inhabilis testari possit, relinquendo Ecclesijs & locis pijs, quàm etiam in forma testandi, dum dicitur: & liber sit stylus ac circa substantiam dispositionis, vt patet ex illis verbis liberum arbitrium. intelligendo liberum à solemnitate iuris ciuilis & ab aliis, quę in cęteris testamentis requiruntur ad ualiditatem ipsorum testamentorum, ergo non debet fieri restrictio ad habiles, vt faciunt glo. & Doct.

Tertiò, quia lex ista tribuit priuilegium Ecclesiæ & pijs locis in capiendo ex ultima uoluntate: & sic conuenit ultimę parti Rubr. ibi, & de priuilegijs earum. Sed secundum intellect. Accursij & Doct. nullum esset priuilegium: intelligenda ergo est ut afferat priuilegium, & sic conueniat vltimæ parti rubr. nostræ.

Ea propterea Bar. hic in repetitione recedendo à communi intellect. prædictæ glo. & Doct. alium subtilem & peregrinum intellectum huic legi tradidit, infrascripti teneris & sensus. quòd constitutus in extremis siue in articulo mortis ad pias causas potest de bonis suis pro libito uoluntatis relinquere ac testari, non obstante aliquo defectu iuris ciuilis, cuius solemnitates fuerunt per hanc legem relaxatę testantibus ad pias causas, & in fauorem

Eccle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E. clesiarum tàm circa personas testantium. quàm circa formam testamentorum, & substantiam dispositionis testamentariæ. Et secundum istum intellectum lex nostra redderetur singularissima in mundo, probabat aût Bar. ingeniosè eius intellectum, ponderando uerba legis nostræ †primò in il
8 la dictione uniuersali unusquisque, & sic quilibet ét inhabilis, quia qui totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. ca. si Romanorum. 9. dist. cum ibi not. per gl. maximè, quum agatur de fauore publico, quo casu verba quantuncunque vniuersalia non restringuntur ad habiles. l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Syllan. las. ℣. col. 5. & in §. nunciatio. ℣. alleg. nisi esset defectus naturalis infantiæ puta, vel dementiæ, contra quem nunquàm dispensatio intelligitur: ex quo similes personæ iudicis & intellectu carent l. 1. ℣. de fal. moneta. l. furiosi. ℣. de regu. iur. vt per Bar. ℣. in 3 col. repetitionis, & las. in d. §. nunciatio. Accedat uirtus geminationis dicti uerbi vnusquisq; quæ plurimùm operatur. l. pen. ℣. de pact. l. balista. cum ibi plenè notatis. ff. ad l. rebell.

Secundò Bar. ponderauit tex. nostrum in uerbo decedens, & in uersi. postquàm nihil aliud uelle. & per consequens loquitur de existente & constituto in articulo mortis aut in extremis. l. si libertas. l. qui duos. & l. Meuia decedens. ff. de manu. test.

Tertia ponderatio est de tex. ibi, & non sint cassa iudicia eius. nam postq; dixit quòd habeat quilibet licentiam relinquendi Ecclesiis & locis catholicis; quia dubitari poterat, quòd si testamentũ fuisset minus solemne, subiicit tex. remouendo talem dubitationem, & non sint cassa iudicia eius. quæ uerba nihil aliud operarentur.

Quartò ponderat tex. ibi, & liber sit stylus, & licitum quòd iterum nõ redit arbitrium. stylus enim refertur ad ordinem & solemnitatem iuris, arbitrium ad substantiam; secundum Bar. hic in utraque lectura, & Paul. Cast.

Postremò, si id concessum est militibus pro mũdo & republica corporaliter pugnantibus. l. 1. ff. de test. milit. l. milites. C. eod. & instit. de milit. testam. multò magis dicendum est id censeri concessum existentibus in extremis, & contra Diabolum pro salute animæ pugnantibus.

Prædictum intellectum Bar. sequutus est solus Paul. Cast. hîc de quo miror; alij communiter (vt
9 suprà retuli) damnant & reprobant. † ideo Bal. hîc ad finẽ primæ col. dixit ℘ omnes doctores sequun
10 tur intellectum gl. excepto Saturnino † de Bartholo intelligens & loquens, quem Saturninum nuncupauit, eò quòd solus in dicta sententia fuerit, sicuti cõtigit Saturnino relato per vlpianum in l. j. ff. de Senator. & pro veritate rationes & ponderationes Bar. parum stringunt.

Nam ad primum argumentum, quòd sermo vniuersalis vnusquisque, omnes includat, etiam in
11 habiles, † respon. quòd generalitas istius legis restringitur ad habilia, & sic ad personas habiles. vulg. l. vt gradatim. § primo. ibi, si idonei sint. ff. de mun. & hono. vt ℣. per Bar. in prima oppos. & licèt idem Bar. in repetitione in 3. col. hanc solutionem improbet dicens, ℘ ibi dispositio continet concessionem noui actus, ideo recipit restrictionẽ de habilitate; hîc autem concessum vniuersaliter, quòd possit relinqui, extenditur per hanc legem, vt latiùs per eundem Bar. & las. in d. §. nunciatio, rationes assignantes. Tamen consideratio Bar. futilis est, quia (vt supra dixi) Constantinus hic de nouo concedit hoc, quod antea, (vt dixi) erat prohibitum: & voluit ipse met Bar. in prima lectu. in
12 2. oppos. ergo debet re ipere restrictionem de habilitate. † facit l. 3. ibi, quibuscunque probationibus, quod ad idoneas restringitur, secundum gl. & Docto. ibi, & in aliis locis infrà allegan. Facit, quia verba generalia restringi & limitari debẽt ad id, quod est rationis l. quamuis. ff. de in ius vocan. cum not. per Dec. in auctẽ. ingressi, col. 2. ℣. eo. Rursus ratio contrarietatis his euitancę ad faciendum talem restrictionem nos inducit, secundum Fulgos. hic in 3. col.

Accedat quòd generalis dispositio restringitur, ne facta intelligatur in casu non concesso. l. 1. §. qui mandatam. versi. quare nemo. ff. de offi. eius. Decipleně in consi. 404. col 1. comprobantur prædicta per regulam. l. qui in testamento. ff. de testa. quòd quando in lege dubitatur de vno, præsupponitur habilitas omni alio respectu: ad quod plura cumulauit in l. vinum. ff. si cert. peta. In proposito quum hîc dubitaretur, an reliqui posset Ecclesiis & Collegiis piis & Catholicis intelligitur habilitate aliunde concurrente: & sic per personas aliàs habiles.

Et consequenter aliàs inhabilis, vt prodigus, nó potest testari etiam ad pias causas, prout latè consuluit Alex. in consi. 182 lib. 5. pubertati tamen proximus potest testari ad pias causas, vt per Barb. in consi. 58. volum. 1. & Dec. in l. fin. col. vlt. ℣. de testa. milit.

Materia verò prædicta, ℘ dispositio generalis recipit restrictionẽ de habilitate, latiùs & pulchrè examinatur per Bar. las. Aquen. & alios in d. §. nunciatio. l. primæ. ff. de noui oper. nunc. & ponunt etiam Barb. in consi. 1. col. 5. lib. 2. Aret. consil. 133. in fine. & 164. col. 4. Socin. inter consilia Bruni in consi. 10. col. 2. Felin. in c. in omni, de testi. Deci. in rubr. de probatio. col. 17. & in consil. 1. in fine. & 481. las. hîc col. 4. secundæ lectu. & in l. quodcunque. ff. de verb. oblig. Cur. Iunio. consi. 1. col. 2. & Rum. in consil. 108. lib. 4. vbi post Bart. ab eo citatum, vult quòd sermo generalis prolatus ab homine, non capiat restrictionem de habilitate regulariter. De quo etiam per scriben. prælegatos in d. §. nũciatio. vbi plenè de intellectu dicti §. vtrum. De quo etiam per Corn. in consi. 152. lib. 1. Barb. in c. cum sit generale, col. 38. de foro compet. & Dec. in l. si filiusfam. si cer. peta. & in l. fin. ff. de reg. iur. vbi plenè scripsi.

Sed nunquid per dictiones geminatas lex extra proprietatem vocabuli trahatur, ponunt succinctè hîc Moder. Mediol. in suis scholiis.

Ad secundam ponderationem Bart. de isto tex. in verbo decedens, multis modis respondeti potest; vt hic per Salice. colum. 8. in decima quæstio-
13 ne, & laso. col. vlt. secundæ lectu. † placet illa responsio quòd prædicta verba posita fuerint gratia frequentioris usus: ideo non excludunt casum minus frequentem, puta, quando sanus corpore testaretur. glo. l. unicæ. C. de rap. uirg. in uerbo sponsam, cum accumulatius per Barb. in consi. 6. col. 7. lib. j. Alex. consi. 44. uolu. 4. las. in l. 2. col. 3. ff. de uulga. Aquens. in l. j. col. 2. ff. de legib. Dec. in auctẽ. cassa, in j. no. ℣. cod. Hippo. de Marsi. in rub. C. de proba. col. 73. & in d. l. unica. super glo. prælleg. in verbo sponsam.

Et secundum Bald. hîc in 2. col. ridiculum est di-
14 stinguere, † an quis sit in articulo mortis uel non, quãdo testatur; licèt hoc cõsideretur in milite í acie decedente. quia impedimentum emergit ex causa priuilegiata; ut. ℣. de testa. mili. l. milites in expeditione. & quia testes tunc sic haberi nó possunt; quæ rationes hîc cessant, nec ex causa præambula emergit impedimentum, & consequenter non facit ad rumbum: secundum Bal. sequitur las. in penul. col. secundæ lecturæ.

Ad tertiam ponderationem illorum uerborũ, & nõ sint cassa iudicia eius. respon. faciliter, quia ante hanc legẽ iudicia sic relinquẽtium cassa erant & irrita; sed per hanc legẽ (ut. ℥. dixi, &. ℣. dicetur) cõtrarium dispositũ fuit: & data licentia relinquendi pro libito uoluntatis prædictis locis piis. unde benedicit lex nostra, irrita nó esse talia iudicia. & sic ea verba ostendunt prædicta relicta nó subiacere amplius nullitati, prout ante contingebat.

Ad quartam ponderationem tex. nostri in uerbo liber sit stylus, & licitum arbitrium. respon. ℘ intelligitur liber sit stylus, idest ordo & forma scribẽdi, & licitum arbitrium, idest uoluntas relinquendi quodcũq; libuerit de bonis suis prędictis locis piis absque timore irritationis & annullationis actus, prout ante hanc legem contingebat, ut hîc per Sali. & las. col. 6. & 7.

Nõ obstat ultimum motiuum de militibus, quibus solẽnitas iuris ciuilis relaxata fuit in ordinatio-
15 ne testamentorũ, multò magis uidebatur illã fuisse relaxatam testantibus ad pias causas. † quia (ut. ℥. proximè dixi) termini sunt multũ diuersi, & de vno proposito ad aliud malè arguitur & infertur: materiãq; legis nostræ non attingit materia militaris, quia in militibus quibus concessa fuit libera facultas testandi, declarè lex ultra processit declarando priuilegia militum, hic uerò lex strictius locuta ad alium finẽ & effectum remouens solùm obstaculum, quod erat contra testatores ad pias causas ante legem istã, nec ultra processit aut se extendit, ut in militibus. immo per dictã legem generali. ℣. eo. & alia. ℥. allega. hęc lex declaratur, ut de habilibus intelligatur, non autẽ de inhabilibus secundum Sal. ℣. in 6. col. ad finẽ. Nec est uerisimile legislatorẽ hîc per dicta uerba generalia uoluisse derogare solemnitati introductæ in materia testamentorum per tot alias leges, ut ℣. de inof. testa. l. si quando, in prin. cum no. hîc per
16 las. in 5. col.

Non est ergo recedendum † ab intellectu cõmuni plano & uerisimo, quicquid somniando & chimerizando dixerit Bar. cuius considerationẽ trussam, & ambages esse dicebat Bal. hic, nimis illã parui pendens, à communi tamen, ut dixi, non est discendendum. pręcipuè, ut euitetur legũ correctio, & iura iuribus concordentur: iuxta. l. unicam. ℣. de inoff. dot. & c. cum expediat, de elect. in sexto. sicq; non censeatur sublata nec correcta dispositio solẽnitatis testamentarię introducta per alias leges. & cõsequenter hęc lex nostra intelligatur de habilibus ad testandum i Secundò, quia tale testamentum ad pias causas omni alia ratione iuris munitum esse debet, ita dicit tex. in l. generali. ℣. eo. Cui tamẽ disputando responderi posset, ut ibi facit Pau. Castr. † de
17 quo tex. plura scribit Iaso. ℣. col 6. & 7. Tertiò, quia facultas testandi concessa alicui operatur relaxationem solemnitatum in testamentis requisitarũ ubi non potest aliquid aliud operari, aliàs secus. l. si quã do. cum no. ff. de leg. j. l. testandi. ℣. de testam. sed licentia per hanc legem concessa multum (prout suprà dixi, & infrà dicam) operatur, ergo &c. Quartò per tex. in d. c. futuram, uolentem hoc sancitum & dispositum fuisse per Constantinum ut Ecclesiis & locis catholicis ac piis relinqui possit, prout hãc lege disponitur, ergo anteà non erat statutum neque permissum, ut hîc per Bald. column. j. & Iason. 5. Quasdam alias rationes adducunt hic Fulgosi. & Sal. col 3. & 5.

18 Solemnitates tamen iuris ciuilis † respectu numeri testium sublatæ sunt per ius Canonicum in testamentis conditis ad pias causas, quæ etiam in terris Imperii non secundum leges, sed secundum Canones & decreta Sanctorũ patrum iudicanda sunt. c. cũ esses, & c. relatũ. el. j. de testa. ut hîc per Bar. in ult. col. suæ repetitionis, Fulg. 3. & Iaf. fi. primę lectu ræ. & 8. secundæ. De qua materia & intellectu capitulorum. ℥. allegatorum ultra dicta ibi per. Cano. poteritis uidere Capram Perusinum in cõsi. 43. Alex. consi. 70. & 219. lib. 2. & consi. 4. lib. 7. Barb. consi. 87. col. pen. uol. 4. Corn. consi. 68. 77. in primo uol. & Dec. in consi. 284. colum. 3. & 4. Sunt etiam piæ causæ plura alia specialiter de iure Canonico indulcta, ut post Are. scribunt Mod. Mediol. hîc in fine legis, & Alexand. in apostil. ad Bar. circa finem repetitionis.

19 Non obstant modò † per Bar. in contrarium adducta relata in superioribus, non quidem primũ, ℘ hæc lex secundum communem intellectum de uento nobis seruiret, indubitabilisq; esset: quia immo utilis & plurimũ seruiens. licèt enim Ecclesię & loca pia Christianorum à Constantino ipso auctore legis nostræ post fidem Christi per eũ assumptã approbata censerentur, nusquã tamen legitur id fuisse in specie alibi ante hanc legem dispositum: ideo hæc lex in specie, ut refertur euã in effectu in d. c. futuram, antiquam prohibitionem remouens ac tollens, id posse licitè fieri indicat, & introducit respectu omnium in Imperio Romano degentium. d. c. futuram. quamuis tunc adhuc omnes Sacrum baptisma & fidem Christi uerisimiliter non assumpsissent. Videtis igitur legem hãc non fuisse fatuam, nec indubitabilem, sed summa cum pietate & utilitate præcessisse.

Non obstat secundum motiuum, quòd non sit recedendum à proprietate uerborum, quibus Imperator hîc personas alias inhabiles uidetur includere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere,& relaxare ſolemnitatem iuris ciuilis:quia ratione contrarietatis euitandæ,& ne ſub iſta generalitate cenſeatur tot aliis legibus derogatum, utq; iura iuribus concordentur, lex noſtra ad habilia reſtringitur.quod clarius adhuc elicitur ex tex.d.c.futuram,ſimpliciter & generaliter dicentis abſque dictione uniuerſali aut geminata Conſtantinum aſſumpta fide Chriſti degentibus in ſuo imperio eam licentiam dediſſe.

Ad vltimum quòd lex iſta intelligi debeat,ut cõueniat ultimæ parti rubr. noſtræ ibi, & de priuilegiis.ficque ut concedat priuilegium Eccleſijs & locis piis Chriſtianorum,quod non fieret ſecundum intellec.glo.& communem. Reſpon.quòd ex quo anteà id facere non licebat,& nunc per l. hanc permittitur,conuenit non ſolùm primæ parti rub.noſtræ(quod ſatis eſſet)uerum etiam ultimę,ut hîc per Bal.col.j.& Iaſ.5.

20 Vltimò præmitto†q; leges quæ ſunt in hoc titulo De Sacroſan. Eccl. & in titulo ſequenti de Epiſc. & Cler. hodie ſunt correctæ & nullius momenti, quum deficiat auctoritas & poteſtas in legiſlatore requiſita.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ,de conſtit.c.futuram,prealleg.cum uulg.Abb.pulchrè in d.c.Eccleſi. col.2. & 5.vbi eleganter limitat, niſi lex ſit merè priuilegiatiua;quum etiam non ſubdito dari poſsit priuilegiſi.c.nouit, de iudi.ſequuntur & extollunt communiter ſcriben.ut per Geminian.in c.fin.col. 3.de elect.in 6.Fel.in d.c.Eccleſia,col.14.uerſi.recipit autem.ubi Dec.col.11.in uerſi.ſupereſt.& in c. in preſentia,col.20.ubi Pariſ.nu.170.de proba. Ex quibus infero, legem hanc noſtram non eſſe correctam,quum ſit merè priuilegiatiua,immo in canone incorporata,& ſic in ſpecie de iure Canonico approbata.d.c.futuram,quo caſu non procedit communis concluſ.de qua.ſ.

Quum intellectui Bar.ut probaui, non ſit adhærendũ, ſimiliter recedendum eſt à ſummario & figuratione caſus, de quibus per eundẽ in repetitione.hoc modo igitur ſummabitis ſecundum cõmunem intellec. de quo.ſ. Loco pio & Catholico licitum eſt de bonis ſuis ad libitum relinquere: fauendum quippe eſt ultimę hominis uoluntati, quę amplius non redit.

Diuidi poteſt in tres partes, ut hîc per Bar. Salice.& Fulgoſi.uel etiam diuidi poteſt in duas partes in prima ponit deciſionem.in ſecunda ibi,nihil,aſſignat unam rationem,quæ ſolùm concernit fauorem teſtantis.

Caſus uerò figuratio ſecũdum communem intelle.de quo.ſ.ponitur hîc per Salice.in j.col. & ſatis clarè ex ſuprà dictis patet cum rationibus dubitandi & decidendi.

Noto primò ex iſto tex.ſecundum Bar.& Doc. q; Collegiis piis & permiſsis licitum eſt de bonis ſuis pro libito uoluntatis relinquere.ad idẽ l. j. ff. quod cuiuſque uniuerſ.nom.& l.collegium cum ibi no.
21 per gl.& Doct.ĩ.de hære.inſti. †Quid autẽ ſit collegium,quot perſonæ faciant collegium, qui poſsint conſtituere collegium licitum, & plures quæſtiones in materia collegiorum;uidete per Abb. & Fel. in c.accedentes, de præſcrip. Docto. in d.l. collegium.Moder.in l.j. in §. ſinautem collegium. ff.ad trebel.Ripam lib.2. Reſponſorum decimo. & undecimo reſponſo.Alciatũ.in l.Neratius.ff.de uerb.
22 ſign.& tangit Fel.loco prealleg.†plura de confraternitatibus quas uidetis hodie paſsim fieri, quę phratrię latinè nuncupantur,ut per Budæum in annotationibus in l.primã.ff.de officio Quęſtoris. & qũo cognoſcatur q; ſit collegium, declarant Roman. in conſi.436.col.j.Alex.conſi.75.uolu.j.Barb.17.lib. j.& de actore ſeu ſyndico collegii,uidete tex.in d.l. j.ff.quod cuiuſque uniuer.nom.Alex.in l.ciuitas. col.j.ff.ſi cer.pe.& in l.præſes.ĩ.de tranſact. & Guidonem Papę in quæſt.87.107.& 631.& Ripam in rub.de conſti.c.19.

23 Secundò noto † ſecundum Bar. in lectura quòd relictum factum Collegio ſeu Eccleſiæ, non uitiatur ratione incertitudinis, licèt teſtator non ſpecificauerit locum.quod uerisimum eſt in ſe per tex. in l.id quod pauperibus,infrà tit.primo,ſed lex noſtra noluit ſecundum Iaſo.hoc dicere.non enim loquitur de relicto facto collegio catholico,ſed de licentia omnibus data relinquendi cuicunque loco pio & catholico.

De quo autem collegio pio, uel de qua Eccleſia cenſeatur intellexiſſe teſtator,qui legauit,puta cen-
24 tum Eccleſiæ pro eius anima: †Aliqui dicũt de Eccleſia Romana intelligi tanquàm de excellentiori, quum ſit caput aliarum Eccleſiarum. Nonnulli de Eccleſia Cathedrali & maiori loci teſtatoris: Alii de parochiali. Iaſ.hîc opiniones refert,& non determinat. Communis & uera Doctorum ſententia eſt, intelligi de parochiali. per tex.in l.quæ conditio. in §.fi.ff.de condi.& demonſtr.ubi,ſi teſtator iuſſerit aliquid in foro fieri, intelligitur in foro domicilii ipſius teſtatoris.eò q; maiorem affectionem cenſetur habuiſſe ad illum locum.& ita per illum tex.determinant poſt antiquos in d.§.fina.Bar.Bald.Paul.Caſt.& Soc.qui communem dicit,& Roma.in cõſi. 408.In propoſita.& Barb.poſt alios Cano.in c. indicante.col.4.de teſtam.ubi reſpon. argumento eorum,qui de Eccleſia maiori ſecundum aliam regulam iuris intelligebant, nõ procedere in propoſito noſtro;quia propter maiorẽ affectionem, quam teſtator habet ad eius Eccleſiam parochialẽ de ea cenſetur ſenſiſſe.& ſi factum fuerit legatum pauperibus,intelligitur de pauperibus loci domicilii relinquentis per dictum.§.fi.& l.ſi quis ad declinandã. ĩ.tit.j.ubi videte omnino Bar.& quę ſcribit Dec.in l.fi.col.fi.ĩ.de edic.diui.Adr.

Quaſdam alias quæſtiones incidentes ac connexas tangit hîc Iaſo.ſed latius Soci.Barb. & alii in locis.ſ.allega. Rapha. Comen.in conſi. 12. Deci. in conſil. 258. & Brunus in tracta.de reb.dub.fol. 27. ſub. rubr. Quando locus non fuit expreſſus.
25 †Et licèt ſola incertitudo perſonarum uel loci non uitiet relictum ad pias cauſas, quia res ad certitudinem reducitur ex diſpoſitione iuris. l. nulli. l. id quod pauperibus. & l. ſi quis ad declinandam,ſuprà alleg.tamen incertitudo rerum & perſonarum ſimul,uitiat relictum,puta, ſi relinquatur aliquid pauperibus, & non exprimatur quid, ut per Soc. in l. quidam relegatus.ff.de reb.dub. & Ruin.in conſi.

conſi.19.col.1.lib.2. de quo uidete etiam quę ſcribit Archidia.in c.ſunt nonnulli.j.q.j.

26 Tertiò noto ex iſto tex. † ibi, bonorum quod optauerit relinquere. ſecũdum Iaſ. quòd etiam ille qui teſtatur ad pias cauſas,non poteſt grauare hęredem ultra uires hęreditarias, quum bona dicantur deducto ære alieno.l.ſubſignatum.§. bona.ff. de verb.ſign. ut hîc per Iaſ. quod indubitatum eſt per
27 regulas uulgares, quòd nemo dat alteri, uel relinquit pluſquàm ipſe habet † .l. tradito.ff.de acquir. rerum dom.l.ſi uniuerſę.C.de lega.l.nemo plus iuris.ff.de reg. iur. & quia cum Eccleſia mitius agi-
28 tur,quàm cum aliis. iuribus uulga. eſt.n.eccleſia † mater honeſtatis & ęquitatis.c 1.de alien.feud.intelligendo prędicta, niſi hæres hodie non conficiſſet inuentarium, quia teneretur etiam ultra uires hæreditatias.l. fin.§. ſin uerò poſtquàm. ĩ.de iure deliber.ut hîc per Iaſ.in 3.colum. ſecundę lecturę. Sed iſtud contingit, quia lex ſuſpicatur contra hæredem eum ſubtraxiſſe, vel occultaſſe res hęreditarias,& in pœnam contemptus legis non conficiendo inuentarium, hoc ſtatuit lex. & ſic grauatur ibi hæres ultra uires hæreditatis,non ſecundum regulas iuris communis, ſed proprer culpam ipſius hæ-
29 redis non conficientis inuentarium ſecundum cõſilium legis. † Intentio tamen legis noſtræ alia eſt, videlicet quòd hodie Eccleſiis & locis uenerabilibus pro libito uoluntatis poſsit quis relinquere, licèt olim ſecus eſſet, vt dixi ſuprà.

30 Quartò noto †ex iſto tex. ibi,ut ſupremæ uoluntatis. q; lex fauet ultimis uoluntatibus: de quo plura ſcripſi in l. in teſtamentis, col.2.ff.de reg.iur.

Gloſſæ omnes expeditæ ſunt ex his,quę diximus
31 ſuprà, declarabo tamen dicta Bar. in lectura. † Et iterum plenius examinabo aliqua ex his, quæ tetigit gloſſator, & opponendo ac quærendo reaſſumpſit hîc Bar.

Propterea circa primam oppoſitionem. Bar. ſe
32 breuiter reſoluit,quòd generalitas legis noſtrę †reſtringitur ad habilia. ad quod plura adduxi ſuprà in tertio euidentiali,ideo de hac materia,& articu-
33 lo prædicto, † An & quando generalitas reſtringatur ad habilia, ſeu recipiat reſtrictionẽ de habilitate,me remitto ad ea quę ibi, ubi uidendum eſt.

Secunda oppoſ.Bar.eſt de ſuperfluitate & indu-
34 bitabili. † Quum ante hanc legem ciuitatibus,municipiis,uicis & congregationibus relinqui poſſet, iuribus hîc per glo. & Bar. allegatis. ſoluendo reſpondet Bar.quę dicuntur in contrariis intelligi de congregationibus approbatis, ſed tempore noſtræ legis dubium fuiſſe, an Eccleſiæ & Collegia Chriſtianorum approbata eſſent, propterea factam fuiſſe legem hanc per Conſtantinum ad tollendum tale dubium.Quę ſolut.& ſi per alios non improbetur,mihi non placet, quia tempore iſtius legis non erat amplius dubium approbatam eſſe fidem Chriſti & Eccleſiam per ipſum Conſtantinum Imperatorem aſſumpto per eum baptiſmate, ſed nondum facta erat lex, nec data licentia aliis in imperio degentibus relinquendi eccleſijs & collegijs piis Chriſtianorum. Ideo Conſtantinus per legem generalem ſublatis prohibitionibus antiquis iſtud hîc ſancinit & ordinauit, ut patet hac lege, & in ca. futuram.12.q.1.

Argumentum autem de ſuperfluitate & indubitabili debile eſt,& multis modis tolli poteſt, ut per Felinum in proœmio.Rex pacificus. col.fin.

Circa tertiam oppoſ.Bar.quòd immo iudicia minus ſolemnia caſſa irritaque ſint, iuribus alleg. per Bar.& §.pen.inſtit.quibus mod. teſta. infir.ac.l.1, cum glo.ff.de teſta. cum ſimilib. pro declaratione iſtius articuli ex dictis Bar.ſuper hanc oppoſ. colligo quatuor concluſiones.

Prima concluſ.quam Bar.notabilem reputat; q; relictum factum Eccleſiæ non irritatur ratione in-
35 certitudinis, † ſed bene ſi ſit alius defectus in tali uoluntate. Concluſio uera eſt, ſed non probatur per hanc legem,ut in ſecundo not.dixi: defectus tamen numeri teſtium non eſt talis, qui habeat ipſum teſtamentum irritare; ut ſtatim dicam.

36 Secunda concluſ. † Teſtamentum ad pias cauſas cum duobus teſtibus ualet de iure Canonico, quod ſeruatur ubique & ſic etiam in terris Imperii ſecundum Bar. & communiter ſcriben. ut hîc per Iaſ.in 8.col. ſecundæ lect. pro qua concluſione eſt tex.clarus in c.relatũ.el j.de teſta. vbi plenè per Abba.& Barb.Si uerò nõ ſit ad pias cauſas,de iure Canonico in terris Eccleſię ualet cũ duobus teſtibus idoneis & Presbytero parrochiali, aut duobus teſtibus loco ipſius Presbyteri curati. d.c.cum eſſes, & ibi ſcriben.prealleg.de teſta.In qua materia poſſem ſimbrias (ſi uellem) dilatare, ſed non curo. Si uultis,poteritis uidere Alex.in conſi.70.& 177. & 209.lib.2.& in conſi.4.lib.7.Benedict. de Peruſio dictum Capram in conſi.43.Corn. in conſil.68. & 77.lib.1.Barb.conſi.87.col.pen.lib.4.Decium. in conſi.284.col.3.Ruin.in conſi.9.lib.3. & Marian. Socin.Iun.in conſi.178.lib.2.in quibus locis ſcribentes prædicti atteſtantur dictas cõcluſiones eſſe cõmunes, plura in materia tradentes limitantes q; prędicta; ponit etiam Alex.ĩ.in apoſtil. ad Bar. in repet.in pen.col.

37 Tertia concluſ.†Defectus pręteritionis uel exhęredationis filii uitiat teſtamentum factum etiam ad pias cauſas,legata uerò non hęc concluſio reſpectu inſtitutionis uidetur probari per tex. in d. auct. ex cauſa,iuncto tex.in c.fin.17.q.4.dum ait,Qui vult Eccleſiam inſtituere,& filium negligere, aliũ quæ-
38 rat pro conſilio quàm Auguſtinum. Et ſic † reſpectu ſucceſsionis,cauſam filiorum uult debere pręferri cauſæ eccleſiæ: ergo quantùm ad intentionem irritabitur teſtamentum, etiam quòd cauſa pia fuerit inſtituta. Quò uerò ad legata aliis facta illa conſeruantur per diſpoſitionem prædictæ aucten. ſi generaliter omnibus facta conſeruantur, cur non cõſeruabuntur facta Eccleſiæ? hanc quæſtionem latiùs reaſſumpſit Bar.in repet.col.12.& ſeq. in ver-
39 ſic. ſecundò quærò an relicta ad pias cauſas. † ubi diſtinguendo concludit, quòd legata facta ad pias cauſas ab ignorante ſe habere filiũ aut poſthumũ, non uolent,quia uerisimiliter deficit uoluntas defuncti. Si uerò præteritio uel exhæredatio fuerit facta à ſciente ſe habere filium uel poſthumum, relicta per modum legati uel fideicommiſsi conſeruari

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri de iure communi per dictam auct.ex causa.institutionem autem factam filio præterito uel exhæredato uitiari tanquàm factam contra officium pietatis, cuius mater dicitur esse Ecclesia; nisi aliquid fuisset relictum filio ab existéte in articulo mortis, quàmuis non iure institutionis: ut hîc per eũ.quẽ Bal.reprehendit in antepen.col.in 4.q. dicens eum uehementer errare; quia fauore pię causę non derogatur iuri liberorum, aliter concludendo, ut hîc per eum in multis perperam loquentem, nec articulum bene resoluentem, ut ostẽdunt dicta doctorum communiter in d.auct.ex causa.

Ideo diligenter ad dicta Bar. aduertendum est. dum.n.primò concludit, q. legata facta ad pias causas ab ignorante se habere filium uel posthumum non ualent, nec conseruantur per dictam auct.ex causa; non procedit ita simpliciter hæc conclusio, sed restringitur & limitatur multipliciter per scribentes in d.auct.ex causa,ubi ordinaui octo notabiles limitationes, ad quas me remitto.

Secundò aduertendum,inquantum Bar.concludit, quòd legata & fideicommissa facta ad pias causas per scientem sed habere filium aut posthumum conseruantur iure communi per dispositionem dictæ auct. ex causa. articuli diffusi difficilesq; sunt, & de apicibus iuris: tamen in utroque communis est cum Bar.hîc,& in d.aucten.ex causa, ut ibi plenè scripsi, ad quæ dicta me remitto.

Tertiò dum Bar. uult quòd testamẽtum in quo est instituta pia causa præterito filio uitietur tanquàm factum cõtra officium pietatis, & institutio de pauperibus facta directò nulla sit.d.auct.ex causa.& c.fin.C.allegato:sequitur hîc Bal.loco præallegato plura alia iura adducens. Quę conclusio procedit, etiam quòd in præteritione paterna, inserta esset causa ingratitudinis,& per hæredem probata; quum non fuerit seruata forma legis, etiam quòd in eodem testamento filio fuisset aliquid relictum; ut post Bal.Alex.Corn. & alios declaraui in d.auct. ex causa. multifariam limitando.

Quartò aduertendum est dum Bar. concludit, quòd testamentum ad pias causas non irritatur ex defectu præteritionis uel exhęredationis, quando aliquid filio relictum fuit,quàmuis non iure institutionis,agiq; posse ad supplementum legitimæ, si
40 relictũ minus sit legitima. † Iste bonus homo dicit Bal.loco.C.alleg.errat,& nõ intelligit uerbũ,quum filius non habeat aliquid titulo institutionis, ut hodie requiritur,ut per eũ.quàmuis Alex.loco. J.allegando dicat eũ sequi Bar. contra quem tenet ẽt hîc Salic. & consuluit Barb.lib.3. consil.38. idẽ tenens in d.c.cũ esses, col.16. & 17. quia fauor pię causæ nunquàm derogat iuri liberorum,ut ibi per eum.

Sed non uidetur recedendum ab opin.Bar.quia dictum testamentum nõ est factum contra officiũ pietatis. quòd.n.legitima relinquatur iure institutionis, solẽnitas est iuris ciuilis & positiui. §.aliud quoque capitulum.in aucten.ut cum de appell. co
41 gnos. † & in testamentis ad pias causas non attenditur ius ciuile, sed diuinum & gentium.c.cum esses,& ca.relatũ.C.alleg.latè Bar. in repet. col.fi.quo quidem iure diuino & gentium solemnitas prædicta non curatur. Et cũ Bar.tenent Fulg.Floria. Anchar.Imola.& alii relati per Alex.in consi.105. Viso.col.fi.lib.4.& in l.inter cętera.ff.de lib.& posth. ubi dicit communem; & sequitur etiã ibi Aquens. & Ias.in auct.nouissima,col.5.& 6 C.de inoff.test.

42 † Considera tamen circa prædicta; quia tex. in cum esses,& in c.relatum,præalleg. ut in superioribns dixi, & adhuc latius dicam infrà, uidentur loqui in solemnitate iuris ciuilis respectu numeri testium, non in alia solemnitate, quę etiam in testamentis ad pias causas non censetur remissa secundum doct.uidenda sunt quæ.J.dicentur.

43 Quarta conclusio Bar. † quando testamentum corruit,quia hæreditas non fuit adita,corruunt legata,& alia in testamento contenta; quia omne ius testamenti soluitur l.si nemo subiit.ff.de reg.iur.cũ aliis allegatis per ipsum Bar. J.in repetit. col.14. & seq. ubi plenius tangit quęstionem, concludendo oppositum, prædicta legata ad pias causas ualere, nec requiri aditionem,quum in eis esset omnis solemnitas iuris ciuilis.c.cum esses.& c.relatum, suprà alleg. Articulus est difficilis & de apicibus iuris,in quo uellem potius discere,quàm docere.Doctores uario modo loquuntur.Barb.in rubr. extra de testam.fol.17.cum seq.& Corn.in l.eam quam. col.5. & 6. J.de fideicomm. hunc articulum plenè examinant: tangit etiam Dec.in d.l.si nemo. ubi tenet deberi legata ad pias causas non adita hæreditate; hoc ponens pro limitatione ad illam legem, citando plura consilia. Sed Barba. & Corne.in locis suprà alleg. tenent contrariam opinionem tanquã communẽ, quòd ubi hæreditas non fuit adita ex testamento nec ab intestato prędicta legata non debeantur. quam opinionem contra Bar. communẽ & tenendam in iudicando & consulendo dicit hîc Ias.in 6.col.primæ lecturæ,& in ultima secundæ lecturæ per regulam iuris communis suprà alleg. q. legata corruant hæreditate non adita. quæ regula secundum eum seruãda est,etiam in relictis Ecclesiæ ac piæ causæ. Et quia in libertate,quæ est fauorabilis idem iuris est,ut latiùs per Barb. & Corn.in locis præalleg.& ita etiam consuluit Alex.in consi. 209.col.fin.in 2.uolum.ubi attestatur magis communem opinionem esse contra Bar. in repetitione uidelicèt in fine; & sic opin.quam tenuit in lect.I. esse ueriorem & tenendam.

44 Ad fundamentum Bar. † de solemnitatibus legalibus,quæ cessant in dispositione ad pias causas. ca. cum esses. & c.relatum. cum aliis adductis per Bar. respondent prędicti, id procedere respectu solemnitatis numeri testium, prout loquuntur iura prędalleg. non autem respectu aditionis hęreditatis uel alterius solemnitatis,ut ibi per eos: id quod latiùs ostendunt contra Bar.in repet.Bald.& Salic.J. circa finem.

Rationes tamen Bar. in repetitione uideatur mihi multùm notabiles & bene fundatę: & ideo plures sequuntur opinionem Bar. ibi, ut per Barb. in consi.8.in 3.dubitatione. lib.1. ubi sequitur & testatur prędictam opinionem Bar. esse communẽ; quòd omnes solemnitates iuris ciuilis positiui remissæ sint in legatis & testamentis ad pias causas, ibiq;

ibiq; seruãda solùm sint iura Canonica & naturalia per rationes & fundamenta Bar. in dicta repetitione circa finẽ: sequitur post Anchar. & Imol.ibi relatos Ruin.in consil.71.col.7.lib.3. & Deci.in l. captatoris,col.penult.infrà de testam.milit.Confirmo, quia si prędictę solemnitates iuris ciuilis positiui relaxatæ sunt in testamentis ad pias causas respectu numeri testium,ubi imminet maximum periculũ falsitatis,quare non idem dicimus & intelligimus in alijs solemnitatibus iuris ciuilis & positiui, in quibus tantum periculum non versatur?

45 † Retenta tamen conclusione Bart. hîc in lectu. eam duobus modis restringite secundum ipsum Bart. primò, nisi bona testatoris alicui adijciantur causa conseruandorum ad pias causas factorum.argumento eius quod statuitur & disponitur fauore libertatum conseruandarũ. institu.de eo, cui lib. causa bona adijci. ut hîc per eum. & latiùs per Ias. in ultima col. secundæ lectu. Si enim fauore libertatis illud statuitur, multò magis id erit in pijs dispositionibus fauore animę,quum sit magis priuilegiata pia causa,quàm causa libertatis,ut per Ias.J. in ultima col. secundę lectu. Barb. in d.c.relatum. Deci.in d.l.captatorias,col.ultima,& Ruin.in consil. 3. numero 22. lib.2.

46 Limitat secundo loco Bar. prædictam eius concluſ. † quando omissa causa testamenti idem hæres ab intestato adijsset hęreditatẽ per tit. Siquis omissa causa testa.occurrendum enim fuit calliditati, ac fraudi eorum,qui malitiosè & fraudolenter omissa causa testamenti hæreditatem ab intestato possident, ut eos circumueniant, quibus ex iudicio defuncti aliquid deberi potuit; si nõ ab intestato possideretur hęreditas,ut dicit tex.in l.prima.ff.si quis omissa causa testa. & sequuntur cõmuniter Doct. prædallegati. Duas aliàs restrictiones ad conclusionem, prædictam videte hîc per Iasonem.

47 Sed pro declaratione prædictorum, quæritur, † quod nam relictum dicatur ad pias causas factũ? Respond. si factum fuerit pauperibus,uel pro anima testatoris,ut per Paul.Cast.hîc in fine. Socin.in l.2.col.penul.ff.de uulg.Ias.hîc in penul.col.primę lectu.& in consil.183.lib.2.de qua materia videte plenè Fulgos. consil.29. Paul.de Cast. consil. 139. in antiquis.Alex. consil.4.col.penul.& consi.105. & 114.in 7.uol.Barb.consi.9.col.9.lib.4. & consi. 58. in eodem Ias.in consi.196.lib.2.consi.8.lib.3. & consi.155.lib.4.Deci.in consi.72.col.3.& consi. 120.& consi.159.col. fina. & 148.& in regula septima regu.iur. & in l. captatoris.J.de testa.milit. Paris.in consi.24.lib.3.& Ruin.in consi.15.& 21. lib.2. dispositio tamen imperfecta ratione uoluntatis nihil ualet, etiam ad pias causas,l.si is. & l.ex ea. ff.de testa.Bald. hîc in penult.col. in sexta quæstione.similiter priuilegium piæ causæ non supplet defectum & inhabilitatem scribentis, ut per Deci.in consil. 612. col. 1.

Expeditis oppositionibus quærit Bar. cum glo. quid uelit hîc dicere legislator: liber sit stylus, & licitum,quod iterum non redit arbitrium. & reiecta
48 declaratione gl. respondet, † per stylum ordinem, per arbitrium dispositionem significari; & si dicet,posit decedens Ecclesijs relinquere quod uult, & eo ordine, quo uult.Ex quibus dicit uideri posse concludi in relictis ad pias causas nullã requiri solemnitatem,nec ex parte personæ relinquentis,nec ex parte ordinis,aut substantię ipsius dispositionis: & per consequens omnes illas subtilitates iuris ciuilis positiui per hanc legem remissas uideri; prout in simili in l.prima.ff.de test.milit. Ad l.generali. J. eo. ibi, quod tamen omni alia iuris ratione munitum sit. respond.quòd defectus, qui uitiaret testamẽta militum,uitiaret etiam dispositionem ad pias causas,non aliter,nec alio modo.ita respond.Ias.in prima lectu. col.fina. Ad tex.in aucten. si qua mulier. J.eod.respond.per legem illam non esse derogatum huic generalitati,quia legitima filiorum nõ debet minui, sicuti nec per testamentum militis.

49 Posteà tamen ipse Bar. in fine dicit nõ esse receden dum ab opin.gl.& communi.† quòd lex nostra uidelicet recipiat restrictionem de habilitate: & consequenter dictæ solemnitates non censeantur remissæ per hanc legem nostram testantibus ad pias causas. Et ad tex. nostrum in dictis uerbis liber sit stylus,& licitum arbitrium.respon. melius, ut per gl. & Bar. & per Salice. & Ias. hîc in septima col.secundę lecturę,& latiùs dixi in superioribus. Idem tamen Bar. latiùs disputando istum articulum in ultimis col.suæ Repetitionis tenet contrariam opinionem,& sic primam de iure Canonico uidelicèt, & per plures elegantes & not. rationes. quamuis Bal. & Sali.hîc latiùs demonstrare nixi sint, nec respectu personarum testantiũ,nec respectu solemnitatum testamẽtorum relaxatum aliquid esse,aut remissum testãtibus ad pias causas, excepta solemni-
50 tate numeri testium; † de qua solemnitate loquuntur iura Cano. suprà alleg. videlicèt c.cum esses.& c. relatũ. Dubitatio est ardua,an solemnitates iuris Ciuilis positiui sint relaxatæ in testamentis ad pias causas. Veritas puncti & præsentis articuli dependet plurimùm ab his, quę scripsimus suprà in quęstione,An legata ad pias causas debeantur non adita hæreditate, & sic censeantur sublatę omnes solemnitates iuris positiui in relictis ad pias causas. ubi tandem tenui quòd sic cum Bar.in repetitione ad finem: & eodem modo tenendum esset hic.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Federicus Imperator auctor istius constitutionis, & aliarum hic relaturum reprobatus fuit postea uti hæreticus, imperialiq; dignitate priuatus.*

2 *Constitutio ista & aliæ Federici hic relatæ,licèt loquantur de sacrosan.Eccles.& de Episcopis & Cler. non sunt nullæ, nec correctæ, quia fuerunt in specie ab Ecclesia approbatæ.*

Leges, quæ sunt in titulo de Sacrosan.Eccles.& in tit. de Episcopis & Cler.sunt hodie correctæ & nullius momenti, excepta ista constitutione, & quibusdam alijs.ibidem.

3 *Cassum & irritum significat ipso iure: cassamus & irritamus per sententiam. & de similibus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Constitutio ista non est allegabilis nec auctentica, nisi quatenus approbatur in corpore unde sumitur.*
5 *Verba quædam important et significant ipso iure, quædam per sententiam.*
6 *Verba cassentur & irritentur, geminata & simul iuncta non important nec significant ipso iure, sed per sententiam.*
7 *Verba significantia ipso iure ratione subiectæ materiæ intelliguntur per sententiam.*
8 *Cassatio, irritatio, & cancellatio quomodo differant.*
9 *Loci expressio non restringit dispositionē ad locum expressum, nisi de mente loquentis cōstaret aliud esse.*
10 *Statuta et consuetudines contra libertatē ecclesiæ et ecclesiasticas personas nō ualēt; et quādo dicatur id esse. et plenè de hac materia cū sē q. nu. usq; ad fi. cōmenti.*
11 *Capitularia barbarum est. & si de capitularibus & libris abolenda & tollenda sint statuta, non sufficit in fine apponere clausulam quòd talia statuta sint cassa & irrita. & nu. 12.*
12 *Instrumētum obligationis an possit peti restitui uel tolli de originali, uel sufficiat habere instrumentū quietationis & liberationis.*
13 *Consuetudines in scriptis redactæ non desinunt esse cōsuetudines.*
14 *Facientes puniuntur quando lex considerat factum.*
15 *Pœnarum, de quibus hic incursus, licèt fiat ipso iure, requiritur tamen sententia declaratoria.*
16 *Pœna augetur perseueranti in delicto.*
Perseuerantia in malo aggrauat delictum. ibidem.
17 *Bannum imperiale & de eius materia.*
18 *Abolito titulo Regis, an sit abolitus uigor suæ legis.*
19 *Statuta laicorū per quæ Clerici reddūtur timidiores, & laici audaciores, non ualent; & dicuntur contra libertatem Ecclesiæ, & ecclesiasticas personas.*

In Auctenticam Cassa & irrita. C. De Sacrosan. Eccles.

MATERIAM continet vtilē, notabilem & difficilem. & quàmuis Deci. hîc in fine cōmenti dicat eā nunc esse ab eo vestitā pulcherrimo vestimēto, quæ anteà nuda erat; attamen Salice. istius cōstitutionis materiā plenè iterpretatus est.

1 Hanc constitutionē,† & alterā incipiētem. Item nulla, sequentis tituli, quę extractę fuerunt ex titulo De statutis, & consuetudinibus contra libertatē Ecclesiæ. collatione 9. nec non Auctē. Sacramenta puberum, infrà Si aduersus venditionē, edidit Fredericus Imperator, nō ille eneobarbus, sed Fredericus secundus, priuatus posteà imperiali dignitate tanquàm hæreticus per Innocentiū quartum Pontificē Maximum: vt hîc per Bar. Paul. Castr. & Deci. de quo Frederico Eusebius Cæsariēsis & alii historici scribunt. & fuit hęc constitutio approbata in specie per Honorium tertium summum Pontificē; vt habetur in titulo suprà allegato De statu. & consue. contra liber. Eccles. in fine. colla. 9. & in c. noue
2 rit, de senten. excommuni. † Ex quo infero: ꝙ licèt dicatur, omnes leges quæ sunt in tit. nostro de Sacrosan. Eccles. & in titulo de Episco. & Cler. nihil valere, quum statuant circa Ecclesias, & ecclesiasticas personas, in quas Imperator nullā habet potestatē nec iurisdictionē. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. vt post Abba. ponit ibi Deci. col. 11. & in. c. in præsentia, col. 20. de proba. vbi Paris. ad nu. 107. tamen in terminis nostris dicta conclusio non procedit, quum cōstitutio ista fuerit in specie per summum Pontificem laudata & approbata, vt dixi.

Summatur, & diuiditur, vt hîc per Salice. Paul. & Deci.

Noto primò ex isto tex. ibi, Cassa & irrita denun
3 ciari. †ꝙ licèt hæc verba cassum & irritū, alterumue solùm importent & significent nullitatem ipso iure, quum sint verba præsentis temporis, iuxta glos. l. in criminali. in verbo habeatur, infrà de iurisd. omn. iud. & gl. pen. in Clemen. sæpe. de verbo. signifi. quæ pro hoc allegat tex. in. c. 2. circa finem, vt lite non contest. ibi, prædictas sententias cassauimus, immo cassas denunciauimus. nullitas tamen hîc non causatur de præsenti, sed iam causata & inducta nunciatur, inter quæ multùm interest; vt hîc plenè per Deci. concludentem ꝙ prædicta verba cassum & irritum, iuncta aut disiuncta important nullitatem ipso iure per prædicta. Sed verba cassamus vel irritamus, aut in irritum reuocamus, significant per sententiam per prædicta. nisi simul iungantur, quia propter geminationem significabunt ipso iure: secundum Bald. hîc ab eo relatum. quādoque tamen verba cessamus aut irritamus, referuntur ad actum aliàs nullum: & intelliguntur de cassatione & irritatione de facto; vt de facto processum fuit. l. j. cū glo. in verbo ifirmabitur. ff. de feriis.

4 Vos autem ad multa hîc habetis aduertere. †In primis, quòd in isto tex. nostro (quicquid dicant Deci. & alij) nullum potest fieri fundamentum, nisi quatenus comprobatur in corpore vnde sumitur. fuit enim hæc constitutio desumpta ex loco suprà allegato per Irnerium antiquum glossatorem, qui non habuit potestatem legis condendæ; ideo non potest nec debet in hoc tex. solo fieri aliquid fundamentum. & ponderate verbum præcepit, hîc positum. ex quo datur intelligi alium esse, qui hic refert constitutionem Frederici. & in corpore vnde sumitur dicit tex. irritamus, & irrita nunciamus, idest irritamus & infirmamus, quemadmodum de facto processerunt, & irrita idest nulla, & nullius momenti ipso iure esse nunciamus, & declaramus.

5 Secundò aduertēdum, †quòd in hac materia (vt diximus) datur regula, quòd verba præsentis temporis, vt cassum irritum & similia important ipso iure, futuri verò temporis, prout cassentur & irritentur, important per sententiam; vt suprà dixi. De quo videte Felin. in. c. 2. char. j. & in. c. Rhodulphus. fol. 5. de rescrip. vbi latè prosequitur, declarando, quæ verba important nullitatem ipso iure, & quæ sententiam requirant. de qua materia latè etiam scribun. Socin. las. & Deci. in. l. cum posteaquàm. j. de pactis.

6 Tertiò sciendum est, †quòd licèt Deci. hîc sequatur dictum Baldi in tit. de pace constan. quòd verba cassentur & irritentur, licèt sint futuri temporis, simul iuncta important actū nullū ipso iure propter

propter geminationem, tamen contrarium optima ratione tenet ipse Deci. in d. l. cum posteaquam. faciunt quę dicuntur per Doct. in l. penul. j. de pact. & quæ scripsi in l. 2. num. 71. j. de rescind. vend.

7 Quartò scitote, †quòd vbi ex sequentibus appareret de validitate actus, verba aliàs importantia ipso
8 iure, significant per sententiam, siue intelliguntur per sententiam, quum regulariter verba impropriē
9 tur, & secundum subiectam materiam intelliganter. l. si tibi, cū ibi not. ff. si cer. pet. & tradit in proposito nostro ipse Dec. in d. l. cum posteaquā. Quæ
11 verò differentia sit inter cassationem, irritationem,
8 & cancellationem, † declarat hîc notanter Paul. de Cast. Nec est necesse apponere illā clausulam cassantes & irritantes ōmnem alium contractum in con-
11 tractibus incompatibilibus; vt per Deci. in l. pacta nouiss. C. de pact.

9 Secundò noto ex tex. ibi, per totam Italiam †iuncta gl. dicēte idē iuris esse in alijs locis subditis Romano Imperio, & sic vbiq; ꝙ expressio loci nō restringit dispositionem ad locum expressum, quum eadem sit ratio vbiq;, & cōstitutio ista sit generalis in toto mundo; vt hîc per Bar. Bal. Sali. & Deci. censetur enim dicit ipse, facta expressio gratia frequentioris usus, seu maioris frequentię: ideo non excludit casum minus frequentem: vt hîc per eum. ad quod plura adduxi j. in l. prima, in 3. euidentiali. intelligendo tamen dictam conclusionē secundum Deci. nisi de mente loquentis constaret aliud esse, vt hic per eum. Ad quod faciunt accumulata per eundem in consil. 555. & licèt prædicta vera sint, ego autem miror, ꝙ Doctores circa ea hîc se torqueant, quum dicta verba per totam Italiam, non sint verba legislatoris. nā in corpore vnde sumitur, nō ponuntur: sed Federicus generaliter id statuit.

Tertiò nota, ꝙ statuta consuetudinis locorum
10 cōtra libertatē ecclesię, & ecclesiasticarū personarū, †quę sunt cōtra Canonicas, aut Imperiales sanctiones cassa sunt & irrita, nec valent. Idem dicitur in c. Ecclesia, & in c. quę in Ecclesiarum, de constit. & in corpore vnde hæc constitutio sumitur. & prędicta conclusio procedit quatenus agitur de præiudicio Ecclesiæ, uel Clericorum, secus si ageretur de interesse & præiudicio Laicorum, puta de vtili dominio acquisito Laico in re Ecclesiæ, aut de Ecclesiasticis personis; vt hîc per Deci. quæ dicta parū mihi videntur ad propositum notabilis prædicti, quod
21 est de libertate Ecclesiæ, vel ecclesiasticatum personarum, non autē de laicis & iuribus laicorum.

Quartò noto ibi, † de capitularibus penitus abo leri. simile verbum est in corpore vnde sumitur, & in c. nouerit. de sent. excomm. & in §. hoc si quis. vndecima quęstione prima. & est vocabulū barbarum per Federicum Imperatorem vsurpatum tempore, quo non vigebant bonæ litterę. & sic aboleri & cācellari debent de liberis statutorum, quæ sunt contra Ecclesię libertatem, & contra ecclesiasticas personas. Ex quo apparet, quòd prędicta statuta & consuetudines cancellanda, abolenda, & tollenda sunt de libris statutorum; vt post gl. hîc, & in d. c. nouerit, scribunt Bar. Bal. Deci. & alij, per quæ apparet secundum eosdē, quòd non satisfit huic constitutioni, dato quòd statuentes in fine uoluminis statutorū protestentur, ꝙ si aliqua statuta sint contra libertatē Ecclesiæ, uel contra ecclesiasticas personas, quòd sint nullus ualoris & momēti: sed requiritur factum, quòd aboleantur & cancellentur
12 penitus, ac tollantur de libris. † similiter dicunt hîc Bar. & Paul. Cast. circa finem comment., quòd debitor obligatus per instrumentum, cui factum fuit similiter instrumētum quitationis & liberationis potest nihilominus petere instrumentum illud cassari de originali, aut illud sibi restitui. l. dissolutæ. j. de condi. sine cau. cum alijs hîc allegatis per Deci. in 2. col. & prius per Alex. in l. fi. col. 2. C. de edend. restituta expensa facta per creditorem post moram debitoris uidelicèt, vt hic per Deci.

Sed quum hęc constitutio loquatur non solùm de statutis, sed etiā de consuetudinibus quomodo possibile est, ꝙ procedat, ut dictę cōsuetudines abo leantur. & cassentur de capitularibus libris; quandoquidē consuetudo constat ex iure nō scripto, ut instit. de iure natur. §. ex non scripto? Respond. potest ꝙ intelligatur de consuetudinibus redactis in scriptis, quæ per hoc non desinunt esse consuetudi
13 nes; † ut dicimus de testaméto nūcupatiuo in scriptis redacto, & de multis alijs similibus; ut post Bar. in l. de quibus, scribit Dec. in rub. extra de consuet.

Quintò noto ibi, Et de cętero similia attentata nulla esse decernit. ꝙ Federicus Imperator hic non solùm irritauit & annullauit statuta contra libertatē ecclesię edita, uerū etiā edenda, quę in futurū fie
14 rēt, ut clariùs dicitur in corpore unde sumitur. †& quū puniat attentata, cōsiderat merū factum: ideo facientes punirentur. l. si quis legatum. ff. de falsis. secundū Bal. hic in fine. Et licèt expresè non irritaret cōsuetudines futuras, id tamen intelligeretur, ut per Soc. in l. si mihi, in §. in legatis, de leg. primo.

Sextò noto ibi, & siquid contra fiant, quòd contrafacientes incurrunt pœnas statutas, quæ magnę sunt & seueræ, ut patet clarius ex corpore unde su-
15 mitur. † & licèt sola contrafactio sufficiat ad incurrendum has pœnas ipso iure impositas, requiritur tamen sententia declaratoria super facto & contrafactione. c. quū secundum, de hęret. in sexto, ut hic per Deci. in quarto not. de qua materia latiùs scripsi. in l. siquis maior. char. 3. in uers. Secundò infertur, quòd si emphyteota. C. de transact.

16 Septimò noto ex isto tex. †quòd perseueranti in delicto augetur pœna; ut hic per Sali. col. 1. & Dec. fina. Ad idem. l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis. & l. j. C. de superact. lib. 10. & ut inquit tex. in c. fi. de consue. tanto grauiora sunt peccata, quāto diutius infœlicē animam detinent alligatam. cum alijs quæ allegaui in l. qui sine dolo. ff. de reg. iur. Octa-
17 uò noto tex. † de banno imperiali, per quod datur licentia omnibus occupandi bona bannati; ut hic per Bal. in fine, per eundem, & Sali. in Auctent. Ité nulla. j. titul. j. de hoc banno imperiali facit etiam mentionem tex. unde hęc constitutio sumitur.

18 Vltimò noto ex isto tex. †quòd abolito titulo Regis, non aboletur uigor suæ legis: quia licèt Federicus Imperator (ut j. dixi) fuerit tanquàm hæreticus reprobatus. & priuatus imperiali dignitate, ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men hę ſuę conſtitutiones nó amiſerunt robur nec vim legis.ad idē tex.in l.2.§. exactis.ff.de orig. iur. in oppoſ.uidetur tex.in c.tranſlato. de conſtit. Sed reſpond.ut dixi in d.§.exactis. Et quantum ad has conſtitutiones Frederici non eſt mirum, ſi nó ſunt abolitæ, quia factæ fuerunt in utilitatem & fauoré Eccleſiæ: & per ipſam Eccleſiam (ut dixi) approbatæ, ideo &c.

19 Poſtremò examinant hic Bar.& Doct. †quę ſtatuta dicantur contra libertatem Eccleſiæ,& Eccleſiaſticarū perſonarū. & primò approbādo id quod dicebat Innocentius per eum relatus, ibi, iſtud ſatis placet: concludit ea ſtatuta dici contra libertatem Eccleſię,& Eccleſiaſticarū perſonarū,quę auferunt Eccleſię uel eccleſiaſticis perſonis ea quę fuerūt illis conceſſa per Papam uel Imperatorem.Quę concluſio apertè probatur in corpore unde ſumitur.& ſequitur hic Bal.Pau.Dec.& alii.& Dec.in d.c.Eccleſia,col.1.vt per eos.Ita ꝙ pœnę hic ſtatutę & impoſitę locum habent contra prędictos ſtatuentes.

20 Secundò concludit,†quòd ſtatuta laicorum per quę Clerici redduntur timidiores,dicuntur contra libertatem Eccleſiæ & Eccleſiaſticam libertatem.& ſic etiam ſi auferantur ea,quę ſunt de iure communi,vt in exemplo Bar. quādo ſtatutum diſponeret, quòd quicunque occiderit Clericum puniatur in decem libris.Nā de iure cōmuni eſt pœna mortis l. 3.ff.de Epiſc. audien. ſi ergo fieret ſtatutum,quòd occidens Clericum non puniatur pœna mortis,ſed pœna pecuniaria,iſtud eſſet auferre ius commune, non priuilegium: & tamen eſſet contra libertatem Eccleſię, & non ualeret, quia Clerici efficerentur propterea timidiores, & laici audaciores ad offendendum;propterea id contra libertatē prędictā eſſe videtur. arg.tex.in l.1.in §. quę honorādę.ff.quarū rerū actio non detur. & ſequuntur hic Pau.Dec.& cōmuniter alii,vt per eos. & eundē Dec. in d.c.Eccleſia.col.1.non tamen per hoc locū habent pœnæ hic impoſitę, quę ſolùm infliguntur, qñ ſtatuitur contra priuilegia cōceſſa Eccleſiæ aut Eccleſiaſticis perſonis,ut hic per Dec.in ult.col.& dixi ſuprà.

Reliqua in hac materia quando quid dicatur contra libertatem Eccleſiæ uel eccleſiaſticarū perſonarum, & quando ſtatuta laicorum id concedentia ualeant uel non, examinant Salic.hic, Bart.in l. reſcripto.§.fin.ff.de mun.& hon. Cano. in d.c.Eccleſia.& Archiepiſco.Floren.in tertia parte ſuę ſummę. tit.12. cap.3.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vel,iſta alternatiua propriè ponitur inter diuerſa, niſi quando ponitur inter genus & ſpecię,uel inter duo, quæ ſunt idem.*

2 *Emphyteoſis & locatio diuerſa ſunt: et dicitur emphyteoſis melioratio latinè.& nu.ſeq.*
Liuellus idem eſt quod emphyteoſis.ibidem.

4 *Locatio quomodo,qualiter, & quando differat ab emphyteoſi.& nu.ſeq.*

5 *Penſio quæ ſoluitur per emphyteotam ſi eſt modica, ſoluitur in recognitionē directi dominij, & propter ſterilitatem uel bellum non fit remiſſio penſionis; ſecus ſi ſit magna,& emphyteota, uel conductor non potuerit fructus percipere.& nu.ſeq.*

7 *Emphyteoſis datur in perpetuum,& ad tempus,et requirit ſcripturam,ſecus in locatione.*

8 *Argumentum de locatione ad emphyteoſim ualet,quando eſt eadem ratio,alias non.*

9 *Locatio ad modicum tempus non ſapit alienationē rei, & eſt permiſſa,etiá in rebus Eccleſiæ,ſecus in locatione ad longum tēpus,decennium puta.& nu.ſequ.*

11 *Res Eccleſiæ an et quādo poſſint alicui titulo locationis dari ultra triennium: & quid ſi dicatur in inſtrumento locationis,quòd tot ſint locationes, quot ſunt anni. & nu.ſeq.*

13 *Emphyteota rei Eccleſiæ, & cōductor propter deteriorationem rei expelli poſſunt: & patiuntur multas alias pœnas.& nu.ſeq.*
Deteriorans rem ab Eccleſia cōductam, uel in emphyteoſim acceptam, quam pœnam patiatur. ibidem.

17 *Culpa leuiſſima in faciendo conſiſtens,an æquiparetur leui culpæ in omittendo.*

18 *Emphyteota ceſſans per biennium ſoluere penſionem Eccleſiæ, uel priuato per triennium, an, quomodo & quando cadat à iure ſuo. & nu.ſeq.*

22 *Mora ad hoc ut cōmittatur quādo debitor & creditor ſunt diuerſi fori,quid habeat neceſſe facere creditor.*

23 *Emphyteota alienas rem emphyteotam irrequiſito domino cadit à iure ſuo,etiam quòd poſteà redimat ré, quando à principio non fuit factum pactum de retrouendendo.*

24 *Emphyteota alienas rē emphyteoticā de uolūtate domini, aut ex forma conuentionis, non cadit à iure ſuo.*

25 *Emphyteota per non ſolutionē canonis in debito tempore, uel per alienationē excuſatur à caducitate in multis caſibus. & nu. ſeq.*

26 *Iuramentum impedit purgationem moræ.*

30 *Pacta rumpunt leges,ut dicunt uulgares.*

34 *Emphyteota nō cadit à iure ſuo, niſi dominus declarauerit ita uelle.*

35 *Emphyteota uolens compenſare id, ad quod tenetur cū credito ſuo, an audiatur.*

37 *Emphyteota non cadit à iure ſuo,quando dominus recuſat recipere ſolutionem; nec quando dominus recepiſſet ſolutionem poſt caducitatem.*

38 *Priuatio iuris emphyteotici uel conductionis propter deteriorationem rei uel canonem non ſolutum,fit ipſo iure domino declarante uoluntatem ſuam ſic eſſe. & an ſit neceſſaria ad hoc citatio, & ſententia declaratoria. & nu. ſeq.*

40 *Emphyteota qui debitum ſuum fecit,non poteſt expelli, etiam quòd alius meliorem conditionem afferat.*

41 *Deterioratio rei emphyteoticæ, & omiſſio ſolutionis penſionis per tempora debita,an procedant à pari.*

42 *Emphyteota & conductor, qui expelluntur propter canonē non ſolutum, uel rem deterioratam, coguntur ſatisfacere pro præterito,& reſarcire damnum rei.*

43 *Melioramenta facta in re emphyteotica uel conducta, aliquando per deteriorationem rei,uel non ſolutionē canonis,aut extinctionem tituli amittantur. & plura de melioramentis. & nu.ſeq.*

47 *Eccleſia rem emphyteoticam ad ſe reuerſam poteſt pro ſe retinere, aut cui uoluerit dare.*

Tex.

48 *Tex.§.inter locatorem.l.quæro.ff.locat. quomodo intelligatur. & nu. ſeq.*

50 *Obſeruandum non eſt non obſeruanti.*
Pœnam petens propter iuobſeruantiam debet probare ſe perfectè adimpleuiſſe ex ſui parte. ibidem.

51 *Conductor rei, qui non ſoluit penſionem,& factum fuit pactum de eo non expellendo,an,qualiter,& quando poſſit expelli. & nu. ſeq.*

53 *Tex.l.cum domini.in fi.ff.locati.declaratur.& nu.ſeq.*

54 *Conductor ad longum tempus,qui habet ius in re,ut emphyteota,ſi ceſſauerit ſoluere per triennium,expelli poteſt à re priuati,niſi promiſſio de ſoluendo fuiſſet iurata,aut ſtatutū, uel pactum aliud diſponerēt.*

55 *Eccleſia quæ reperitur læſa in conceſſione emphyteoſis, an, & quomodo poſſit conceſſionem infringere.*
Emphyteota non ſoluens canonem etiam minimum, cadit à iure ſuo. ibidem.

56 *Eccleſia an, quomodo,& quando poſſit rem in emphyteoſim concedere.& nu.ſequentibus.& ibi quomodo,& quando poſſet læſa contractum reſcindere.*

57 *Quæ bona dicantur eſſe de menſa eccleſiæ,uel capituli.*

58 *Eccleſia dās in emphyteoſim rem pro minori penſione, quàm ſoleret, uel ſub alia forma,puta pro maſculis & fœminis, quum pro maſculis tantùm dare conſueuiſſet,aut ad maius tempus ſolito, an contractus teneat, reſcindi ue poſſit. & nu. ſequentibus.*

61 *Eccleſia ſi ab alia eccleſia acceperit rem in emphyt.an locum habeat hic tex. & ea, quæ hic dicuntur.*

62 *Priuilegiatus contra priuilegiatum an utatur priuilegio ſuo, & de concurſu priuilegiatorum, quod nam priuilegium præualeat. & nu. ſeq.*

64 *Emphyteota non cogitur reſpondere an teneat talē rem ut emphyteoticam, & de dominio tuo ſe mouētem, niſi prius interrogetur, an ſit tuus emphyteota.*

65 *Locator petens penſionem quomodo debeat libellare, & quid probare.*

66 *Locatorum bonorū parte occupata,uel deſtructa,quando unicum pretium conſtitutum fuit, licitum eſt reredere.*

In Auctent.qui rem.C.De Sacroſanct. Eccleſ.

DESVMPTA fuit ſub compendio ex §. ſi verò quis locato, in auctentico de alienatione & emphyteoſi.collat. 9. materiam habet vtilem, ac valde practicabilem, ideo diligenter aduertendum.

Hoc dicit in ſumma ſecundum verum intellect. omiſsis ſummarijs aliorū. Qui Eccleſię emphyteoticæ rei canonē per bienniū non ſoluerit, aut rem ipſam deteriorauerit, expelli poteſt: & cogi pēſionē ipſius rei pro præterito ſoluere,ac id in quo rem leſit:nec repetit melioramenta,quæ oīa clarius traduntur in corpore vnde ſumitur hæc noſtra auctē.

Diuiditur in duas partes: in prima ponitur factū. In ſecūda ,puiſio,ſeu deciſio.ſecūda ibi repelli.

1 Noto primò ex iſto tex.†ibi,conductā,vel in emphyteoſim acceptam.quòd dictio vel,ſit diſiunctiua, & ponatur inter diuerſa, vt in rub.ff.ſi ager vectigal.vel emphyteot.peta. & in rub.extra de homicid.uolun. vel cauſa. & in l. hæc verba ille.ff.de iuriſdict.omn.iudi. vbi dicitur inter diuerſa propriè eam poni. nec eſſe propriam locutionem, quando exponitur pro ideſt, vt etiam per Alex.in rub.ff.de vulg.col.2.Deci.in c.quoniā contra.col.7. de probatio. Ruinum in conſ.173.col.2.volu.2.vbi dicit ſui natura diſiungere, niſi quando ponitur inter duo, quæ idem ſunt; vt quum dicitur Alexander, ſiue Pariſ.diſiungit enim verba, ſenſum verò coniungit. vel quādo ponitur inter genus & ſpeciem, quia ſtat & ponitur pro ideſt, ſicuti copula.l.vbi pactum. cū ibi not. per Paul.Caſt.& alios. ff.de tranſactio.per Alex.& Dec.in locis ſ. proximè allegatis, & Ruin. in conſil.84.lib.primo,& conſi.91. lib.4. & in conſil.15.lib.3.& 90.vol.4.vbi limitat,vt per
2 eum. † Nota ergo quòd locatio & emphyteoſis diuerſa ſunt, vt hic per Iaſ. & Deci. in principio clarēque probatur. ff.de loca.& de iure emphyteo. Si enim idem eſſent,non fierent de eis diuerſi tituli.l. ſi idem. ff.de codicill.& §. quibus in prima conſti-
3 tutione.C.& in proœmio Decretalium.† Dicturque emphyteoſis melioratio latinè: quòd ab initio ſterilia tantùm per hunc contractum concederentur, vt is, qui rem accipiebat in meliorem ſtatum reduceret. idemq; eſt liuellus quòd emphyteoſis. Anchar.in conſi.249.incipien.In quæſtione,ad finem.Præpoſ.in titulo de alienatione feudi paterni. in principio in ſecunda col. Ruin.col.57. lib.5.& Pariſ. conſil.23. volu.4.

Inter locationem ad breue,vel modicum tēpus,
4 † & emphyteoſim manifeſta eſt differentia, vt hic per Iaſo. Maior eſt difficultas, quando locatio eſt ad longum tempus: & in effectu illa videtur eſſe differentia inter emphyteoſim perpetuam,& locationem ad longum tempus, quæ alienationem ſapiunt, vt per Deci. hic,& in conſi.142. quia penſio,quæ ſoluitur per conductorem,præſtatur,ac impenditur pro vſu rei & pro fructibus,non in recognitionem dominij: penſio uerò,quæ ſoluitur per emphyteotam, datur in recognitione directi domi-
5 nij. † ideo propter ſterilitatem, vel guerram fit remiſsio dictæ penſionis conductori,qui non potuit fructus percipere: emphyteotæ verò non, quum penſioné ipſam(ut dixi)nó ſoluat propter fructus; vt hic per Iaſ. & plenius per eundem poſt Bar. & alios in d. l. prima. ff. de iure emphyteo. in ultimis chartis,& Alex.conſi.12.lib.primo,Ruin.conſ.57. lib.primo.niſi penſio,quę ſoluitur per emphyteo-
6 tā eſſet magna,& correſponderet fructibus: † quia tunc eſt ſimilis locationi,& eadem æquitate regulatur: ſecundum ſcriben.præallegatos, & Ruin. in conſil. 171. lib. primo, & Gozadin. conſil.83.col. 2. cum alijs, quæ cumulaui in l. ſecunda. ff. de reſcind. uend. in queſtione 43. circa finem.† Rurſus emphyteoſis perpetua, uel ad tempus, iuxta §. emphyteoſim,in auctē.de alien.& amphyt.colla. 9. requirit ſcripturam.l.prima ibi, ſcriptura interueniente. infrà de iu. emphyt. locatio uerò non.l. pactū bona fide. infrà de pact. cum ibi notatis per Doct. & per Alex. in d. conſil.22.in fine. & Deci.
8 ubi limit.in conſil.325.† & quando eadem eſt ra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio in locatione,quę in emphyteosi,eadem est iuris dispositio,& de vno contractu licitum est arguere ad alium; vt hîc per Deci. col.j.facit uulgata regula illud, cum similibus.ff.da.l.aquil. ideo in terminis istius constitutionis propter identitatem rationis æquiparantur conductor & emphyteota.

Sed quum locatio ad modicum tempus non sapiat alienationem rei, & sit permissa, † etiam in rebus Ecclesię. c. vestra,de locatio.c.2. cum gl.de rebus Ecclesię non alienand.lib.6.Clem.j.in fine.eo. tit.Notat Anchara.in consi.116.& Paris.consil.98. lib.4.secus est in locatione ad longum tempus,quę alienatio censetur. & dicitur ad longum tempus, 9 10 † quando est ad decennium vel vltra. Quando verò infrà decennium ad modicum tempus, secundum glo.in d.Clem.j. & communem scribentium sententiam,vt per Deci.in cons.142.& 204.Felin. in c. quæ in Ecclesiarum.col.antepenul.de constit. Ias.consil.94. volu.j.Paris.in d.consil.98. & Ruin. in consil. 57.vol.j.

Quare bona Ecclesię non possunt titulo locationis alicui vltra triennium dari † sub pœna excommunicationis & nullitatis actus,vt statutum & firmatum legitur per Paulinam in extrauaganti unica de reb.Eccles.non alienan.Respon.quòd illa dispositio extrauagans est, & contra ius commune, ut suprà dixi, quàmuis facta pro utilitate Ecclesiarum,ne per tales locationes deueniretur ad alienationem rerum Ecclesiasticarum; ut ibidē habetur. Ideo quum sit ualde extrauagans,& contra dispositionem iuris communis, non seruatur de consuetudine secundum Rochum Curtium super. c.fina. col.82. uersi.Idem infero.de consu.cui non creditur: & contrarium uidi semper seruari. 11

12 Et si diceretur in instrumento locationis, † ꝙ essent tot locationes, quot sunt anni: ultra triennium locatio non ualeret,nec cautela tuta,unicaq; censeretur locatio, non obstante pacto prædicto, quod præsumitur appositum in fraudem; ut per Felin. in c. quę in Ecclesiarum. col. antepenult. de constit. & Ruin. in consil. 57. col. penult.lib.j.Senior & tutior esset practica impetrare à Summo Pontifice rescriptum, quo permitteretur locatio dictarum rerum Ecclesiasticarum usque ad annos sex, prout quandoque uidi fieri, & seruari.

13 Secundò noto, † ꝙ conductor & emphyteota rei Ecclesiæ propter deteriorationem ipsius rei expelli possunt, & cogi soluere pensionem pro tempore prętérito,& id in quo rē læserunt: amittuntq; melioramenta facta in ipsa re; ut per Salic. j.circa finem. clariusq; probatur in corpore unde sumitur.quem tex.si Salic.uidisset non dubitasset,ut fecit. Idē tradit Deci.in consil.518.dum ponit, quòd emphyteota, qui reperitur in culpa, perdit melio-
14 ramenta. †Ratio istius notabilis est; quia prædicti recipiunt rem ad meliorandum, & hæc est causa finalis: si illam deteriorem reddant, cessat ipsa causa finalis: qua cessante rescinditur concessio.arg.l. secundæ,in §.fina.ff.de donatio. & post Guliel. de Cuneo tradit hîc Paul.de Castr.

15 Intelligitur autem & procedit hîc tex. † pluribus concurrentibus, ut post Bal.declarant hîc Ias. & Deci. Et primò, si prędicta deterioratio fuerit magna, quia de modica non curatur. argumento tex. in l. scio.ff.de in integ.restit. ut hic per Paul.de Cast.& latiùs per Deci.& per Ias.in l.2.fol.9.quæstio.42. j.de iure emphyt.

Secundò intelligitur de deterioratione respectu rei, non respectu fructuum; ut per eos. Sed in re apertissima nō sunt effundenda tot uerba. Nā tex. in corpore unde hæc sumitur clarissimus est, ibi, deteriorem faciat rem.non dicit fructus,sed rem.

Tertiò intelligitur hic text. secundum Bald. & 16 præfatos,† de deterioratione,quæ fit dolo & culpa lata,aut leui,non autē leuissima; ut etiā per Ias.loco prędalleg. Circa quod Deci.hic latè insistit. & primò improbat quod dictum est de culpa leuissima: 17 quia ea leuissima in faciendo † æquiparatur leui in omittendo.iuxta notata per glo.& Doct. in l.si mora.ff.solu.matr.posteà se remittit ad ea, quę distinguendo scripsit in c.2. de constit.Ex cuius dictis in proposito nostro nulla bona resolutio capi potest.

Non recederē ab impugnatione suprà per eum facta,per allegata per eum.Item,quia tex.noster & in corpore unde sumitur,simpliciter & indistinctè loquitur de faciente rem deteriorem: ideo debet generaliter & indistinctè intelligi quomodocunq; id faciat.l.de pretio, de publiciana.l.j.§. & generaliter.ff.de lega. præstan. & hanc opi.sequitur idem Deci. etiam. j.in quarto not. & quàmuis hic tex. loquatur de conductore: & emphyteota Ecclesiæ, tamen procedit etiam in conductore& emphyteota priuati; ut post alios ponit hîc Deci. & Ruin.in consil.58.lib.j. loquens de emphyteota priuati cedente arbores uirides, quòd potest expelli.

Tertiò noto, quòd emphyteota Ecclesiæ cessans per bienniū soluere canonem emphyteoticum ex-18 pelli potest,† & priuatur iure suo: prout etiam dicitur in corpore unde sumitur,& in c.potuit, de loca.Et idē est in emphyteota priuati,quàmuis requiratur,quòd cessauerit soluere canonē per triennium. l.2.ubi latè per scriben. j. de iure emphyt. ut hîc p Paul. de Cast. & Deci.& sic durius hoc casu agitur cum Ecclesia,quàm cum priuato: quàmuis Ecclesia dicatur cultrix iustitiæ, mater pietatis & honestatis. Sed hoc est statutum fauore ipsius Ecclesiæ, vt per Ias.in d.l.2.col.11.Simplex tamen cōductor 19 priuati † non interueniente pacto de non expellendo, statim quòd non soluit pensionem, potest à re expelli.l. ędem. j.loca. vt hîc per Paul.Castr. & Ias. loco proximè allegato. & consequenter hoc casu magis fauetur priuato,quàm Ecclesię,quę non potest expellere emphyteotam, nisi lapso biennio, à tempore quo cessauit soluere,priuatus autē statim.

20 Quę † conclusio & si communis,uera nō uidetur. quia si priuatus potest expellere simplicé conductorem statim quòd cessauit soluere pensionem debitis temporibus, eodem modo Ecclesia, quæ non debet esse deterioris conditionis,sed melioris: quū summa sit ratio, quæ facit pro religione.l.sunt personę, cum similibus.ff.de religio. &c.

Nec obst.auct.nostra.& in corpore unde sumitur,quia ex quo non est in specie per Ecclesiam approbata, non ligat eam, nec est alicuius roboris, aut

aut momenti.c.Ecclesia, cum ibi notatis per Doct. de constit. & dixi in.l.j.suprà eod.sufficiat autem uel in minimo cessatum fuisse in solutione pensio-21 nis,ut. j. per Deci.in v.column.†Nec solum obcessationem pensationis emphyteota potest expelli, uerùm etiam cadit in alias pœnas, de quibus diximus in prędcedenti notabli,etiam quòd sint diuersi fori dominus & emphyteota. nisi ipse emphyteota fuerit protestatus, ꝙ solueret, si esset qui reciperet pro domino pecunias eo casu deponendo.l.fi.ff.de lege commiss.cum no.per Bar.in l.item illam.ff.de constitu.pecu. & in l.si reus paratus.ff. de procuar.
22 †quæ opiu.uera non est, quando prædicti diuersi sunt fori,ut dixi in l.uinum.in secundo no.in limitationibus.ff.si cer. pe. & consuluit Ruin.in cons. 151 uolu.j.& emphyteota uel conductor non soluens pensionem dicitur uitiosè possidere;& domi num turbatur: ideo cótra eū agi pót interdicto uti possidetis.Ruin.in consi.48.lib.2.adeoq; prædicta uera sunt,ut nec rescriptum Papę in contrarium sit attendendū;ut post Bal.& Iacobi.de Sancto Georg. tradit Maria.Soc.Iunior.in cósi.111.col.j.lib.2.& Dec. j.in 3.col ubi limitat. Et non solùm emphyteota priuatur,& cadit à iure suo, quando rem de-
23 teriorē facit,aut canonem non soluit,uerum etiam quando †alienauit rem irrequisito domino.l.fin. j. de iure emphy.c.potuit, ubi scriben. notant de locato.etiam quòd rem illam posteà redemerit pacto de retrouendendo à principio nō appositō, ut per Maria.Socin.Iuniorem in consi.20.lib.j.de quò latius scripsi in l.2.in quæst.48. j.de pact.inter emp. & uendito.

24 Quando tamen †alienatio facta esset de consensu & uoluntate domini,aut ex forma cōuentionis, emphyteota non priuaretur iure suo,ut per Dec.in consi 586.& 604.per donationem uerò etiam irrequisito domino factam emphyteota non cadit à iure suo,ut tradunt scriben.in d.l.fi.& in d.c. potuit. ac Ruin.cōsi.148.& 165.lib.j.& in consi.161. uol. 4.Gozadin.in consi.62.& Maria. Socin. Iunior. in consi. 124.lib.j.

Limitatur seu restringitur prædicta conclusio multis modis,ut hîc refert Dec.& primò, nisi em-25 phyteota celeri satisfactione sibi consulendo morā purgauerit.† d.c.potuit.Ratio,quia non uidetur ipso iure priuatus,sed domino uolente:ideo nimirū, si ante declarationē domini, mora purgari potest: ut per Deci.in consi.138.colum.2. & dictum tempus purgandi moram declaratur per consuetudinē esse unius diei secundum Pau.Castr.hic in j. colum. sed quum hoc non sit à iure determinatum, uidetur dicendum hoc relinqui arbitrio iudicis per regulam.l.primæ.ff.de iure deliber. prout concludit Dec.hic.in 3.col.& in consi.146.col.j.ubi etiam de duobus mensibus dicit iudicem posse rectè arbitrari, nisi uoluntas domini ad priuationem emphyteosis fuerit prius declarata & apparuerit. ut ibi per eum,& per Ripam in l.si insulam.col.8.ff.de uerb. obligation.

26 Et similiter iuramentum impedit purgationem moræ † secundum Dec. hic, nisi subsistente iusta causa,ut per eundem in consi.136.colum.fin.& latiùs per Ripam.in d.l. si insulam,in quinta quæstione. immo,quādo emphyteota iurauit soluere pensionem in tali termino,si non soluat, priuatur iure suo, etiam non expectato biennio uel triennio propter uinculum iuramenti; ut per Deci. j. in 8.limitatione. Corse. in singularibus suis. in uerbo Emphyteota el j.& Gozadin.in cōs.57.de quo plenius scripsi in l.si quis maior.char.3. j. de transac.declarando an requiratur sententia declaratoria priuationis iuris emphyteotici, ut ipse emphyteota possit expelli

27 Tertiò subiicit hîc Deci. † non habere locū regulam & concluſ.prædictam in contractu censuali,in quo penès concedentē nullum remanet dominū, & non priuatur quis iure suo per nō solutionem: quum iure cautum id nō reperiatur, ut per ipsum Deci.hîc,& in cons.164. & in consiliis per eum allegatis,& per Ias.in d.l.2.col.13.

28 Quartò nō procederet in feudo,† nisi pro eo solueretur annuus census. quia tunc cōtractus magis accederet ad naturā emphyteosis, ut per Deci.hîc, & in consiliis prędallegatis,& Ias.loco prędallegato, & in locis per eosdem ibidem adductis.

29 Quintò pœna priuationis † nō habet locū.quando emphyteota non possidet rē nec fructus rei percipit; ut hîc per Deci. & Paul.de Cast.in l.solemnibus,in fine. j.de rei uend.per tex. in l.forma, in §. si cū ego.ff.de censib.& consuluit etiā Ruin.in cōs. 71.lib.j.& Paris.in cons. 108.uolu.j.& 24.uolu.4.

30 Sextò fallit, † quando esset factum pactum in contrarium, per non solutionem non priuaretur quis iure suo; ut hîc per Deci. & latius per Ias. in d.l.2.fol.11.num.142.& pulchrè per Salice.in terminis in §.inter locatorem.l.quęro.ff.locati.Pacta enim (ut dicunt uulgares) rumpunt leges: & ex conuentione contractus accipiūt legem.l.j.§. cum ueniat.ff.depo. l.contractus.ff.de reg.iur.immo ex forma conuentionis emphyteota potest rem aliena re absque priuatione iuris sui, ut per Deci. in cons.586.

31 Septimò fallit,† quando emphyteota non soluisset pensionem per imporentiam,ut hîc per Deci.id quod præcipuè est uerum, quando dicta impotentia fuisset causata, eò quòd emphyteota detentus in carceribus id facere non potuisset, quia excusaretur, uel saltem ei consuleretur per restitutionem in integrum ex clausula etsi qua alia iusta causa esse uidebitur in integrum restituam: ut per Ias. in d.l.2. quæstione 21.nu.69.uel quando non potuisset accedere ad dominum propter locum non tutum.Paris.in d.l.con.118.col.6.lib.j. & generaliter ubi non soluisset propter aliam iustam causam, ut per Paul.Cast.in dict.§.inter locationem,in fine. Circa octauam limitationem Decii, quando interueniisset iuramentum,uidenda sunt quæ dixi in primis limitationibus.ne duabus aliis limitationibus Decii ad eum me remitto.

Vndecimò limito in herede uel successore em-32 phyteotæ, † qui propter iustam causam ignorantiæ,quum successerit in locum alterius, excusaretur à caducitate.l.q in alterius.ff. de reg.iur. tradit Gozadi.in cons.66.nu.10.&.89. & scripsi plenius

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in d.l.qui in alterius.

33 Duodecimò limita, † quando dominus & emphyteota essent diuersi fori: quia si dominus non comparuerit paratus recipere solutionem, excusaretur emphyteota nec caderet à iure suo: ut plenè per Ruin.in consi:151.uolu.j.& per Iaſ.in d.l.2.in quæstione. 37.

34 Decimotertiò limita,†quando dominus declarauit,emphyteotam esse priuatum per cessationem solutionis biennii & triennii, de quibus.ℨ. aliàs non caderet à iure suo.tex.est.in d.l.2.ibi, uolenti ei.vbi notant scribẽtes præcipuè Iaſo.in j. char.Paul.Caſt. in consi.135.in antiquis Alex.cons.103.col. fi.lib. j.& consi.6.col.ult,lib.3.& 113.uol.4.Corn. cons. 115.lib.j.Dec. in additionibus ad consilium suum 185.in consi.suo 206.col.fi.Cur.Iunio.consi.149. Ruin.consi.117.lib.j.& in §.Cato in 2. lect. num. 10.de uerb.obli.Pariſ.consi.108.lib.j. & consi.86. nu.14.& 15.lib.4.Maria.Soc.Iun.consi.111.lib.2.

35 Decimoquartò limita, † quando emphyteota uellet compensare tantundem, in quo dominus directus ei tenebatur: nam fit compensatio ipso iure ad euitandum pœnam.l.j. & l. si constat.cum glosſis & notati per scriben.ſſ.de compensa. ttadit plenè Iaſ.in d.l.2.col.20.nu.66.Pariſ.in d.consi.108. & Gozadi.in consi.69.

36 Decimòquintò limita, †quando dominus directus recusaſſet recipere ſolutionem,quia ſibi imputaretur.& excusaretur emphyteota.d.l.2.in fin.ubi latè Iaſ.& Pariſ.in consi.86.col.j.lib.4.

37 Decimoſextò limita, †quando dominus poſt caducitatem pensionem recepiſſet,quia censeretur renunciaſſe facultati expellendi, & iuri caducitatis.l. cõmiſſoriæ. ℨ. de pact.inter empto.& uendi. l. poſt diem.ff.de lege commiſſ.gl.in l.2.in uerbo repellere.C.de iur.emphy.ubi plenè per Iaſ.fol.12. num. 148.Alex.consi.106.col.4.lib.3.consi.14.lib.2.& consi.206.lib.7.Dec. in consi. 185. in ultimis col. in cons.325.Rui.consi.166.lib.3. Pariſ.cõſi. 108. col.6.lib.j.Maria.Soc.Iun.consi.145.col.3. & pen. uol.j.in quibus locis inuenietis nõnullas reſtrictiones.faciunt etiam quæ ſcripſi in l.2. ℨ.de pact.inter empto.& uendi.quæſt.43.

38 Tertiò noto ibi,repelli poteſt. †quòd domino directo datur facultas expellendi conductorẽ,& emphyteotam propter deteriorationem rei, uel propter canonem non ſolutum debitis temporibus. concordat tex.in corpore unde hæc ſumitur. & in c.potuit,prælleg. & ſic priuatio non fit ipſo iure, quum ſit neceſſaria declaratio uoluntatis Domini ſecundum Dec.hic.

Contraria tamen opinio uerior eſt & magis communis,ꝙ facta declaratione per dominum priuatio fiat ipſo iure,licèt ſit neceſſaria ſententia declaratotia ſuper priuatione & amiſsione iuris, ut plenè per Iaſo.in d.l.2.col.4.& ſeq.& Dec. in consi. 206.

39 col.fin.†& ſic ſine citatione & ſententia declaratoria priuationis iuris emphyteota & conductor nõ poſſent à re expelli, ne ſcandalis præſtetur occaſio; ut latiùs ſcripſi in d.l.ſi quis maior.char.3.in additionibus nouiſsimè factis,& tradunt Alex. in conſ. 106.col.5.lib.3.Iacobin. de Sancto Georg. in tract. feud.in uerbo. Et promiſerunt eidem domino,in ultima char.Iaſo. in d.l.2.column.32.cum ſequen. num.111.Deci.ℨ.in quinta col.& in conſi. 146. in 2.dubio. Cur. Iunior. in conſi.53.column.penul. Matth.de Afflic.in deciſione regni 97. & Iaſ.in cõſ. 136.aliàs. 138. lib.j. quando tamen in inſtrumento emphyteoſis eſſent conuentum, quòd emphyteota ceſſante per biennũ in ſolutione canonis emphyteota caderet à iure ſuo,non eſſet neceſſaria alia declaratio domini,per regulam.l.j.§.ſi conue.ff.de pol.& l.contractus de reg.iu.ac l.fi. de iure emph. ℨ. & ita conſului.

40 Quartò noto ex eodem tex.à cõtrario ſenſu, †ꝙ quando emphyteota facit debitũ ſuum ſoluẽdo canonem debitis temporibus rem no n deteriorãdo & pacta ſeruando,expelli non poteſt,etiam ꝙ aliuſi intellige,meliorem conditionem afferret,ut per Patiſi.in conſi.86.lib.4.

41 Quintò noto † æquiparari quantùm ad pœnam priuationis,deteriorationem rei emphyteoticæ,& omiſsionẽ ſolutionis penſionũ per biennĩ,ſecundum Dec.& licèt ſubiungat,æquiparationem non procedere ſimpliciter ratione per eũ aſsignata,tamẽ iudicio meo labitur,quia omiſsio ſolutionis canonis per biennium,& deterioratio rei æquiparantur ſimpliciter reſpectu iſtarum pœnarũ.& ſic omiſsio ſolutionis canonis per lapſum biennii,& cõſequenter cum tali tẽpore,& deterioratio rei reſpectu prędicto procedunt à pari.

Sextò noto,ꝙ emphyteota & conductor,qui expelluntur propter canonem nõ ſolutum,& rei deteriorationem,†coguntur tamen ſatisfacere pro penſionibus præteriti temporis,& reſarcire damnũ rei 42 lætę;ut hîc & clarius in corpore unde ſumitur. & iſtud eſt ſpeciale fauore Eccleſię,ſecus.n.eſt in emphyteota priuati,qui altero debet eſſe contentus:ut latè per Iaſ.in d.l.2.fol.12.num.51.& ſeq. & cſi hac opi.uideturtranſire Pau.Caſt.hîc.Sed non eſt recedendum à contraria,quæ communis eſt,ut per Sal. hîc & latius in d.l.2.& Pau.de Caſt.in l.pen.per illum rex.ff.locati.& hæc quando incœptum fuit ab expulſione,ut ibi per Sal.

Et quòd hæc opinio ſit uera,patet:quia expulſio rei uenit propter delictum rem deteriorantis, uel moram non ſoluendi canonem: ſolutio penſionis uenit propter fructus perceptos,ſecundum Sali. & prefatos,Si pro præterito fructus percepit emphyteota aut conductor,quare ad ſolutionẽ penſionis teneri non debeat?

43 Vltimò noto, †quòd conductor. & emphyteota Eccleſię, qui propter deteriorationem rei uel nõ ſolutionem penſionis à iure ſuo cadunt; etiam melioramenta in ea re facta amittunt. Quando id contingit propter canonem non ſolutum, res dubio caret, quia priuatio ſit generaliter, & indiſtinctè de omnibus melioramentis, ut hîc, & in corpore unde ſumitur,& in d.l.2.de iure emphy. Dubium eſt, quando priuato induceretur propter deteriorationem rei. Deci. hîc concludit, quòd ubi melioramenta excederent in æſtimatione deteriorationem rei, eatenus quatenus excederent, non fieret priuatio; & ſic compenſari meliorameta cum

cum deterioratione rei pro rata.& ita hunc tex. intelligit. Quæ opin.à vero aliena mihi videtur: primò per hunc tex.& in corpore vnde ſumitur in ſui generalitate: non.n.faciunt talem diſtinctionem, ſed generaliter dicunt,amitti melioramenta.Secundò,quia æquiparant hos caſus, quando ſit priuatio propter deteriorationem rei,vel propter non ſolutionem penſionis. Secundo caſu ſine dubio fit priuatio de omnibus melioramentis indiſtinctè, vt dictum eſt: ergo & ſimiliter in primo. Alia reſponſio Decij referentis finem iſtius tex. ad proximum dictum de ceſſatione ſolutionis penſionis,non autem ad caſum deterioationis rei, eſt contra hunc tex.& in corpore unde ſumitur: ideo peior prima.

44 Et dicta concluſio intelligitur prout loquitur hic tex. † quando prædicti cadunt à iure ſuo propter culpam, ſecus quando emphyteoſis finitur ſine culpa lapſu temporis, vel per extinctionem generationis: quia tunc non perduntur melioramenta,ut hic per Deci.& Iaſ.col.pen.& eundem Iaſ.in d.l.2.col.8.num.28. ubi limitat.

Et prædicta concluſio ꝙ conductor uel emphyteota propter non ſolutionem canonis priuetur ẽt melioramentis, procedit in cõductore, vel colono Eccleſię ſecũdum terminos iſtius auct.ſecus in co-
45 lono priuati, † qui per non ſolutionem melioramẽtis ſuis minimè priuatur l.colonus.ff.locati. vbi Pau.Caſt.poſt alios rationem aſsignat,& Iaſ.in vlt. not.& in d.l.2.in 7.not.col.8.verſic. Quid autẽ ſit
46 in melioramentis.& col.11.nu.39. † De qua quidem materia melioramentorum videte quę ſcribit Iaſ. loco prędalleg. & Gozadin. in conſil.86. & quæ ego latiùs ſcripſi in l.2. ℨ.de pact.inter empt.& vendito.in quæſt.49. & 75.

47 Glo.1.declarat tex.in verbo huiuſmodi, vt referatur ad præcedentia, vt hîc per Dec. † Sed miror, ꝙ faciat fundamentum aliquod in iſto tex. quia in corpore unde ſumiiur,non eſt tale uerbũ:ideo &c. Quæ uerò res Eccleſię poſsint dari in feudum, vel emphyteoſim,dicemus.ℨ. Poteſt autem Eccleſia rẽ emphyteoticam ad ſe reuerſam pro ſe retinere, uel dare cui placuerit,vt per Dec.in conſi.329.

Gloſ.in uerbo Biennium, ponit quid in emphyteota priuati, & quid in colono ſimplici. Ex qua colliguntur tres concluſiones, vt hîc per Iaſ. Duæ primæ de emphyteoſi Eccleſię & priuati clarę ſunt, & ſuprà expeditę.

Difficultas eſt circa tertiam concluſ. de priuato & inquilino,qui temporibus debitis non ſoluerũt
48 penſionem. An,quomodo,& quando poſsint expelli: † Et in primis videndum eſt ſecundum Dec. hîc, quomodo intelligatur tex. ſingularis carrotiũ in hac materia in §.inter l.quæro.ff.locati. Bar.hîc & ibi poſt glo. intelligit, ꝙ ſtante pacto de non expellendo colonum uel conductorem, intelligatur ſi ex ſui parte conuentionem ſeruauerit, & debitis temporibus penſiones perſoluerit; aliàs expelli poſsit, non ſtatim, ſed infrà biennium propter pactum prędictum. Qui intellec. ad illum tex. communis eſt,ut ibi etiam per Fulgo. & Paul. Caſtr.in uerſi.ſimplex autem colonus. Alex.in conſil.106. col.4.lib.3.Iaſ.hîc col.4.& in d.l.2.in 3. cĩar.

Deci.tamen hic in 5.col. in cõtrarium ſubtiliter ſurgit, volens conductorem poſſe ſtatim expelli, quum ceſſauerit ſoluere penſionem, etiam in primo anno,iuxta l. tertiam in fi. ℨ.locati. & non debeat expectari biennium per rationem illius tex.& regulam uulgatam, quòd non obſeruanti non eſt obſeruandum: factique contingentiam reſpicere, quod de biennio ibi dicitur.

Defendendo tamẽ commuuem intelligentiam gloſſarum & doctorũ ad illum tex. ponderate con-
49 tra Deci. † verba Iuriſconſulti ibi in plurali numero,ſi penſionibus paruerit. & ibi,penſionibus ſatis non fecit. ergo requirit ꝙ conductor defecerit,nõ ſolùm in ſolutione pẽſionis primi anni, ut ait Decius,verùm etiam ſecundi, & ſic per biennium: & iſtud eſt propter dictũ pactum de non expellendo.

Limita tamen vt per Alex.in d.conſi.106.col.4. quando contractus eſſet iuratus, & quando ſtatutum aliter diſponeret: quia tunc non expectaretur biennium,vt ibi per eum.

50 Et tex. in d.§.Inter locatorem, † allegatur ſemper ad iſtud propoſitum, quòd ille qui vult agere ad pœnam propter inobſeruantiam aut contrauentionẽ patris debet prius clarè probare, ſe perfectè adimpleuiſſe ex ſui parte; ut per Alex. in conſi.212. col.pen. & 222.col.fi.lib.2.Barb.in conſil.15. col. 4.lib.1.& conſi.12.col.pe.& conſi.74.col.10. uſque ad finem conſilii. lib.3. & ſufficit in minimo non fuiſſe obſeruatum ad repellendum petentem pœnam,ut per Aquenſ.& alios in l.& cum proponas.la 2.ℨ.de pact.& per Dec.ℨ.in 5.col.

Deueniendo modò ad principalem concluſ. de ſimplici colono priuati, vel inquilino, qui non ſoluerunt penſionem in tempore: an quomodo, & quando expelli poſsint?

Materia eſt notabilis & utilis,& opiniones Docto.uariæ,ut refert hic Iaſ.& in d.l.2.char.3.Bar.in d.§.inter locatorem.quem ipſe Iaſ. ſequitur diſtin-
51 guebat tres caſus, ut per eum. Primus caſus eſt, † quando factum ſuit pactum de non expellendo,& tunc non poſsit conductor uel colonus expelli,niſi ceſſauerit ſoluere per biennium d.§.inter locatorem. & iſtud communiter approbatur,limitando dupliciter, ut ſuprà dixi. & clariùs procederet hic caſus, quando expreſsè fuiſſet conuentum de non expellendo conductorem uel colonum, etiam quòd non ſolueret penſiones,ut in ſexta limitatione ſecundi not.dictum fuit.

52 Secundus caſus, † quando dicta promiſsio non fuit facta, & colonus uel inquilinus eſt prẽſens, & non ſoluit,ut poſsit ſtatim expelli. d.l.3. in fi.ℨ.locati. & l.pen.ff.eod. Si uerò ſit abſens, expectandum ſit per biennium.quę concluſ.non eſt uera ita ſimpliciter, vt ex.ℨ.dicendis apparebit.

Propterea Iacob.Butrig.& Bal.hic, Salic. & Pau. in d.§.inter locatorem, ſubtilius conſiderantes diſtinguunt; aut propter non factam ſolutionem pẽſionis locator vult conductorem expellere à præſenti uſu rei, & poteſt, quum non obſeruet contractum locationis & conductionis ex ſui parte: per iura prælleg.cum pluribus ſimilibus accumulatis hic per Iaſo. & Deci. expulſio tamen non erit

per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perpetua, quia re integra purgari potest mora, & conductor uolens eam purgare, & pensionem soluere, ad rem reintegrandus esset: ut per Paul.in d. §.inter locatorem. Aut uult illum expellere à tota conductione, & ab omni iure suo, & nō potest ante biennium. Salic.& Pau. in d.§.inter locatorem.

53 † per tex.l.cum domini, in fi.eod.tit.quem tex. singularem intelligatis, vt ibi per Bar.Paul.& alios, & per Petrum de Anchar.in consi.286.

Limitate prędicta non procedere in conductore ad longū tēpus, qui habet ius in re, ut emphyteota

54 † qui expelli non potest, nisi cessauerit soluere per triennium, & ut in emphyteota priuari habēte ius in re dictum est suprà, ut per Ias.hîc col.5.& in d. l.2.col.12. nisi promissio de soluendo esset iurata, uel statutum aliter disponeret, per pactum've conuentū fuisset: per ea quę diximus in superioribus.

Glo.in uerbo Repelli. diuiditur in duas partes, vt hîc per Ias. Circa primam quæstionem glo. Bar. hîc malè refert, & intellexit quęstionem glo.melius Salic.Paul.& alii & Paul.Castr.in auct. si quas ruinas.col.2.ℨ.eo.Quærit.n.glo. † si Ecclesia exceptis

55 quinquaginta rem parum plus ualētem dederit in emphyteosim annua pensione unius nummi, vtrū emphyteota non soluente illum nummum. per biēnium, locum habeat pœna istius auct. & arguit ad partes, ut in ea. Bar.Salic. Paul. Ias. Deci. & communiter Doct. tenent quòd emphyteota non soluens nummum debitum pro pensione cadit à iure suo propter generalitatem huius tex. & plures alias rationes, ut per eos: & per consequens curatur de minimis hoc casu. Materia est trita, & infinita possunt addi. uidete quæ scripsi in l.si quis maior. fol. antepen. num.195.ℨ.de transac. & in l.2.ℨ.de rescind.uend. in 14.q.

56 Sed dubitant Doct. † quomodo Ecclesia possit rem suam pro uno nummo in emphyteosim dare. Certè in terminis glo. quando ille qui accepit emphyteosim, soluit à principio quasi integrum pretium rei, & promisit modicam pensionem singulis annis, res de plano procedit; ut declarat Pau. in d. auct.si quas ruinas. col.2.

Maior dubitatio est, quando nihil fuisset à principio solutum per emphyteotam, quia Ecclesia uidetur enormissimè lęsa, ideo restituenda ad rescindendum cōtractum. iuribus hîc allegatis per Dec. in pen.col.Bar.hîc & cōmuniter doct.ℨ.alleg. concludunt quòd hodie propter consuetudinem prædicta tolerātur, ac permittuntur in rebus solitis ita in emphyteosim concedi, etiam sine alia solemnitate, aliàs non: ut hic per ipsum Bar.Salic.Ias.Dec. & alios prællegatos. de qua materia uidete Canonistas in c.2. per illum tex.de feudis.Calder.in consi. 11.sub rub.de feudis. Cuman.consi.99.Pau.Cast. consi.138.in antiquis.Alex.consi.9.lib.3.Dec.cōsi. 131.& 329.& Aquensi.in specu. feudorum in titu. Quæ res in feud.dari possi.& in titu. Qui feud.dare possi.in 6.char.

Et quia Bar.fecit mentionem de rebus, quę sunt

57 de mensa Ecclesiæ seu capituli, † Ias. hic in fine, & Dec.in pen.col.latiùs tradunt, quę dicantur de mēsa Ecclesiæ uel capituli.& post Cano.Barb. in ea.ut super, de rebus Ecclesię non alienan. In uno tamen uidetur hic labi Bar. dum concludit, quòd ecclesia possit dare in emphyteosim rem ita concedi solitā, quando est de mensa ecclesiæ. contradictionē hæc mihi implicare uidentur, quòd res sit de mensa ecclesiæ, & quòd sit solita concedi in emphyteosim: quia dicitur de mensa ecclesię uel capituli, quando dominium directum & utiles est ipsius ecclesiæ, & fructus ad eam pertinent; ut per glo.in Clem.j. in verbo mensam. de excess. prelato. & Cano. in d.c. ut super. Aquensi.in dicto titulo. Qui feudum dare possunt col.13. versi. Et ratio est quod non potest procedere, ubi res esset solita aliis in emphyteosim dari: quia tunc dominium utile & fructus spectarent ad emphyteotam.

58 Iuxta prædicta quærit Bar. † quid si ecclesia dederit in emphyteosim rem pro minori pensione, quàm dari consueuisset, an contractus ualeat? & concludit quòd non: quia alienarentur uel minuerentur redditus ecclesiæ, contra tex.in l.iubemus. ℨ.eo. cum similibus. sed Paul.Castr.hic in fin.post Bal. tenet quòd accipiens emphyteosim modo prędicto possit iustam pensionem offerre, aliàs cōtractum posse rescindi, per l. secundam infrà de rescinden.uend.conclusio non uidetur uera, quia d. l.2. loquitur ubi contractus tenet, sed propter lęsionem rescisibilis est per remedium d.l. secundę. Sed Bar.hic loquitur, quando contractus erat ipso iure nullus iuxta tex.in c.nulli. cum ibi not. de rebus eccle.non alienan.

Subiungit Bar. quòd si ecclesia secundum formam consuetam rem dedisset in emphyteosim pro minori quàm facta diligenti inquisitione ab alio inuenisset, quòd isto casu tanquàm læsa posset in integrum restitui.c.1.de in integ.restitut. sequitur Pau.Cast.hic in fi.& in aucten. si quas ruinas, circa fi.ℨ.eo.declarando & intelligendo post Bar. quando de pluri inuenisset ab initio facta diligenti inuestigatione: secus si ex post. de qua materia uidete etiam Corn.in consi.181.in 2.dubio. lib.2. Bal.in l.fi.ℨ.de tempo.in integ.restit.peti. & Ias.in consil. 54.uol.1.

Posteà quærit etiam utiliter Bar. si ecclesia fuerit consueta rem in emphyteosim dare vsq; ad tertiam generationem masculinā, & dederit pro ma-

59 sculis & fœminis in tertiam generationem, † uel si consueta sit dare in emphyteosim ad tēpus, & dederit in perpetuū, an iste contractus ualeat? Ias. & Dec.dicunt, Bartholum dubitasse, nec declarare an uitietur in totū, aut pro parte, quę est ultra licitū. tamen ut mihi uidetur, Bar. concludit in totum uitiari contractum. dum quęrit, an iste contractus ualeat, concludens quòd non: item non posse dari alio modo, quàm consuetum esset. loquitur ergo de toto contractu, non de parte, & inclinat in opinionem quòd uitietur in totum, prout intellexerunt Bal. & Pau. de Cast. per eosdem relati.

Sed omittamus scrupulosam hanc inquisitionē,

60 & uideamus quę opin. uerior sit, & tenēda. † quæstio est ardua & de apicibus iuris. Ias.hic tenet cōtractum emphyteoticum uitiari in totum. quam opin. sequitur etiam Matth. de Afflict. in decisione

ne Regni 107. Sed communis est in contrarium, quòd pars utilis non uitietur per partem iniustam & inutilem; ut idem Ias. fatetur. & eam defendit Deci. hîc in ult. col. & melius ac latius quàm alter qui scripserit super hoc articulo Aquensi. in opere feudorum in tit. Qui feud. dare possi.char.6. & seq. vbi respond. adductis in contrarium: multipliciter tamen limitando & declarando ipsam communē, vt ibi per eum. & pro ista opin. adduco tex. in tit. prælleg. de lege Corradi in versi. secundum alios, vbi scriben. volentes dari posse pro masculis tantum: quòd si datum fuerit pro masculis & fœminis, & hic contra formam permissam, tunc domino aperitur, quum masculi defecerint: ergo non vitiatur in parte licita & permissa.

61 Vltima quæstio gl.est, † quando una ecclesia accipit emphyteosim ab alia, an procedat dispositio istius tex. & gl. prędicta concludit ꝙ sic. & approbatur & communiter quicquid dixerit Salice. vt hîc per Ias. & Dec. qui tamen tenet oppositum.

62 Sed non est recedendum à communi per tex. in sui generalitate in dicto c. potuit. Non obstat † tex. alleg. per Dec. in §. sed & præsenti. versi. si tamen in redemptione. in aucten. de Sanctiss. Episco. ubi priuilegiatus non vtitur priuilegio suo contra priuilegiatum, esto quòd iste priuilegiatus nō habeat hoc casu priuilegium. quia illo casu de quo in versi. si tamen. uterque priuilegiatus erat in specie, secus ubi unus fuisset priuilegiatus in specie, & alius in genere, vt in proposito nostro: quia præfertur pri-

63 uilegiatus in specie. l. fin. ff. ex quib. cau. maio. † de qua materia priuilegiatorum quando concurrunt, quis nam præferri debeat, videte Bal. in aucten. habita. col.12. versi. quæro, infrà ne filius pro patre. Roman. consi.385. Paul.Castr. consi.315. colum. fin. in antiquis. Alex. consil.55. circa finem lib.5. Barb. consil.15. & 138. colum.8. lib.3. Corne. in consi.140. colum.2. lib.1. Socin. in l.1. in §. per seruum qui in fuga. colum. penul. de acquir. possess. in l. qui accusare, in fi. infrà de edend. Felin. in c. in præsentia, colum.12. de probat. in cap. dilecti, col. 4. de excep. & in ca. fin. col.1. de iudi. Dec. hîc col. penul. & in c. in præsentia. col.23. cum seq. de proba. & in consi.147. Paris. in d.c. in præsentia, num. 114. cum seq. & Ripam in l. priuilegia. ff. de priuileg. credito.

64 Postremò notate in practica, † quòd emphyteotæ, qui conuenitur ad solutionem canonis & relaxationem rei emphyteoticæ fieri debet interrogatorium, utrum sit emphyteota. & si respondeat ꝙ sic, cogitur rem & titulum ostendere, aliàs secus: vt per Iacobin. in tract. feudo. in verbo Dictiq; uasalli promiserunt, col.8. & Deci. in consi.61. & ideo si faceres interrogatoriū alicui quem prætendis emphyteotam tuum, an teneat talem rem vt emphyteoticam, & de directo dominio tuo se mouētem, non tenebitur respondere, nisi facto prius prędicto interrogatorio an sit tuus emphyteota: ut per scri-

65 ben. suprà allegatos, & ita vidi iudicatum.

Et quomodo locator agens ad pensionem † debeat libellare, & quid probare, uidebitis Specul. in tit. de loca. in §. postquàm. col.3. Angel. insti. in §. sequens. in fine de action. Cald. consi.5. sub titu. de locato. & Soci. consi.125. col.fi. lib.1. & 156. col.3. li.2. ubi ponunt, ꝙ si cōductor impediatur uti frui

66 rebus locatis, non tenebitur ad pensionem. † & qñ pars bonorū locatorū est occupata vel destructa, & pro omnibus simul constitutū est unum pretium, non tenetur quis stare locationi, uerùm potest ab ea discedere. Imo. consi.39. Ias. in l.1. nu.13. cū seq. & in pen. col. ℨ. de iure emphyt.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Hæc prima pars practicam sapit, sine qua nō est descendum in forum causarum.*
2 *Denominatio fieri debet à maiori & potentiori.*
3 *Diuisio debet esse bimembris, uel ad bimembrē reducibilis.*
4 *Præparatoria præmittenda sunt, præcedereq; debent ea, ad quæ fit præparatio. & plenè in nu. sequentib. ubi ponuntur multæ quæstiones. & num.27. & sequenti.*
Actio ad exhibendū an, quomodo, & qualiter sit præparatoria rei uendicationis. ibidem.
7 *Exemplar debet præcedere exemplatum.*
Tex. l. in testamento, la prima de condi. & demon. declaratur. ibidem.
9 *Tex. l. primæ infrà ad exhibēd. declaratur. & nu. sequentibus, & nu.40.*
10 *Tex. l. Gemma, ad exhibend. declaratur.*
11 *Editio libelli est præparatoria iudicij, sed editio instrumentorum & rationum dicitur instructoria causæ. & nu. seq.*
Possibile an inspiciatur. ibidem.
12 *Cessionis instrumentum edendum est ante litem cōtestatam, quando de illo facta est mentio in libello: secus si de cessione simpliciter. & nu. seq.*
14 *Libellus fundamentum est iudicij. & nu. seqenti. Et ibi propterea habetur, quòd sententia lata sine libello, non ualet, & tamen ualet sine probationibus.*
16 *Incidenter nō est inconueniens legislatorē dicere plus & ultra quàm principaliter tractare in aliquo titulo intendebat, ut materiæ simul & unitè tradantur.*
17 *Titulus iste de edendo, secundum intentionem legislatoris comprehēdit omnem speciem editionis, rationum, actionum, instrumentorum, & aliorum.*
18 *Productorum ad instructionem iudicis tantum, an & quando sit danda copia parti. & nu. sequenti. & ibi an iudex possit moueri ad iudicādum ex his, quæ non sunt in actis inserta.*
Allegationum iuris an sit danda copia parti. ibidem.
21 *Iudicium an incipiat à citatione uel à contestatione litis. & nu. seq.*
22 *Libelli copia an uidenda sit cum citatione, uel iudici sit ostendendus libellus ante citationem.*
23 *Citare an possit nuncius uirtute generalis commissionis absq; speciali commissione iudicis.*
24 *Cur in Codice non fuerit inchoatum à parte De in ius uocando, generaliter, prout in Pandectis.*
25 *Finis dignior est omnibus, quæ tendūt ad finem, etiam quòd illa per se considerata digniora essent.*
26 *Tex. §. perueniamus. l. & si non sint, de auro leg. declaratur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratur. & num. sequentibus.
Homo non potest cõsiderari ut accessorius alterius rei propter dignitatem suam. ibid.
27 *Præparatorijs præmissis deuenitur ad rem principalẽ & præparatam. & nu. seq.*
28 *Mulier sicuti priuatur dote propter adulteriũ, an eodem modo priuetur propter osculũ luxuriosum, uel per alium actum inhonestum. & nu. seq.*
29 *Adulterium an & quomodo inferatur ex preparatorijs uenereis.*
30 *Præsumptiones legũ cẽsentur liquidissimæ probationes.*
31 *Dos est proprium patrimoniũ. & substantia mulieris, ideo difficiliter ab ea tollitur. & nu. seq.*
33 *Vasallus magis tenetur ad obseruantiam honestatis domino, quàm uxor uiro.*
35 *Iudex præparatorij an sit iudex præparati, seu iudex causæ preparãtis sit etiam iudex causæ præparatæ. & nu. seq.*
Iudex Ecclesiasticus qui fuit aditus pro absolutione d iuramento an erit postmodum iudex in causa principali. ibidem.
36 *Iuramenti ratione iudex ecclesiasticus efficitur iudex competens. & nu 41.*
38 *Causarum contingentia siue instantia diuidi non debet. Tex. l. cũ nẽdente. C. ubi causæ fiscal. declaratur. ibidẽ.*
39 *Absolutio iuramenti ad finem agendi & excipiẽdi, cuius sit effectus & potentiæ.*
42 *Editionum multæ sunt speties & subdiuisiones, & aliquæ fiunt iudici, nonnullæ parti; quædam respiciunt præparationem, aliæ probationem. & istæ ultimæ fiũt plenè cum die & consule, aliæ non. & num. seq.*
46 *Edere quid sit, plenè traditur.*
47 *Editio de qua in hoc titulo nostro multùm differt ab ea de qua titulo ad exhibendum.*
48 *Glossæ Digesti ueteris, & Institutionum meliores sunt alijs, quas Accursius morte præuentus non potuit absoluere, prout compleuerat prædictas.*
49 *Rubr. ista quare potius concepta fuerit per gerundium de edendo, quàm per nomen uerbale de editione. & nu. seq.*
Gerundij natura quæ & qualis sit. ibidem cum sequ.
53 *Notarius si scribat in instrumẽto, Titiũ fuisse cõfessum habuisse centũ dando & numerãdo, censetur attesta ri de reali numeratione: ideo potest puniri de falso si nõ interuenerit. secus si dicat dante & numerãte, quia hæc participia non tantũ importãt. & nu. seq.*
54 *Gerundium qualitatem importat.*
55 *Gerundia uel participia in dum, quando important necessitatem, & quando non.*
56 *Cur legislator generaliter & indifinitè hic rubricauerit De edendo, non expressis speciebus editionũ? & cur non subiunxerit casus accusatiuos. & num. seq.*
58 *Iurisconsulti magistri fuerunt eloquentiæ.*

In Rubr. C. de eden.

QVEMADMODVM Auditores dilectissimi in præludijs nostrarum lectionum diximus, pars ista, quã nuper interpretaturi sumus, adeò subtilis. utilis & in frequẽti uersatur usu,
1 † ut si quispiam inconsideratè aduocandi, iudicandi munus subiret, hac parte minus diligẽter præuisa atque intellecta rota (ut aiunt) erraret uia: segnis & sua ridenda præberet. omni igitur diligentia, cura, & studio incumbite, quod si egeritis, uos summos uiros (Deo fauente) breui euasuros confido.

Quum à leuioribus inchoandum sit, ut dicitur in institutionibus de iustitia & iure. non uidetur hic rectè loqui legislator dicens, explicit liber pri-
2 mus, incipit secundus de edendo. † nam denominatio debet fieri à maiori & potẽtiori. l. si quis scies .ff. de rei uend. & l. quæritur. ff. de statu hom. In isto secundo lib. non tantùm de edendo, uerùm de pactis, transactionibus, & multis aliis tractatur; & exiguum locum tenet hic titulus de edẽdo in ipso secundo lib. ergo Iustinianus hunc secundum librũ à titulo de edendo malè appellat ac denominat.

Respond. uerba sic stare, & accipi debere: Explicit liber primus, incipit secundus. facto hic puncto. posteà uerba illa De edendo, ponuntur de per se ad nigrum immediatè subsequens. Et sic auctor non appellat librum secundum de edendo. nec uerba ipsa de edendo iunguntur cum præcedentibus, sed sequentia respiciunt, prout etiam in rubr. ff. de pact. & aliis sequentibus. Et per consequens prima rubr. istius secundi libri est de edendo. hoc est quod hic dicitur.

Et quia ordo docendi ac procedendi in doctore plurimùm laudatur: ex eo enim facilius disciplina percipitur & retinetur l. 2. in prin. ff. de orig. iur. §. sed cum nos, in proœm. fforum. notat Cardi. Alex. in princ. Decret. col. 2. operæpretium esse duxi, ordinem quem tenere & seruare intendo, uobis præscribere. Incipiam. n.à glo. rubr. vt Bar. & alii scriben. communiter fecere: quorum uestigia quantùm potero sequar. In primis circa continuationẽ glo. resoluam difficultates aliquas, posteà quæstiones circa eam cadentes, & per scribentes hic præcipuè tractas. Deinde absoluam secundam partem glo. cum dictis docto. super ea, circa quę non erit tanta difficultas, quę uos torqueat; vt in prima parte ipsius glo. Quæ quidem diuiditur per Rimin.
3 Ias. & alios pleroſque in quatuor partes. † Et si dicas bonam diuisionẽ debere esse bimembrem l. 1. ff. de rerum diuis. cum pluribus accumulatis per Pauinum Rotę Auditorem in tract. de potestate capituli sede vacante in fine prologi.

Respond. sufficere eam reducibilem ad bimembrem esse, secundum Philosophum. vt per Nicola. de Neapoli in §. 1. inst. de pupillari. Ias. in rub. ff. de vulgari. hęc est talis, quia potest ad bimembrem reduci, ergo &c. nam in prima parte ponit continuationem ad præcedentia, declarando de quibus speciebus editionis hic titulus tractet. In secunda, quę est ibi, & dic. quærit & respondet.

Circa primam partem de continuatione & subordinatione, uidenda sunt quæ scripsi in rubr. de reg. iur. vbi quicquid hic dicant Moder. Papien. & Taur. probaui quòd in principio libri necessaria est continuatio, non ad titulum, sed ad librum præcedentem; ut etiam liquet in continuatione facta per glo. & communiter doct. de rubr. nostra ad librum præcedentem, quę quidem clarius adhuc explicando

plicando sic fieri potest. Viso in præcedenti libro de magistratibus sine quibus status humanus cõsistere nequit. d. §. post originem. & in proœm. Decre. sequebatur videre de iudiciis ad conseruationẽ ipsius status humani necessariis, quæ per ipsos magistratus exercẽtur. d. §. post originẽ. ideo Iustinianus tractaturus in tertio li. subsequẽti de iudi. hũc secundũ librum præmisit, in quo tractat de præparatoriis ipsorũ: iudiciorũ quum præparatoria præmittẽda sint. Et quia libelli editio de qua in l. edita. ff. eo. in pric. litis fieri debet. l. j. ff. eo. ti. de ede. de ea tractaturus hic ĩperator ĩcipit librũ ipsũ præparatoriorũ iudicij ab ea: ideo rub. hãc de eden. præmisit.

Contra prędictam contin. & ea quę super illa dicunt communiter scribe. obstãt plures arduæ difficultates, vt hic per Rimi. Ias. Dec. Curt. & alios.

Ego quinque principales et magis necessarias ac vtiles difficultates hic per præfatos scribentes motas excutiam. Inde ad pulchras vtilesq; & practicabiles quęstiones inferã, easq; resoluã, & declarabo.

4 Prima igitur erit, si præparatoria præmitti præcederęq; debent † ea ad quę fit præparatio. l. ad rem mobilẽ. l. ad legatũ. ff. de procur. l. ordinarii. ff. de rei vend. & l. j. ff. de orig. iur. quare quum actio ad exhibendum sit præparatoria rei vendicationis, iũ ribus suprà alleg. titulus ad exhibendum nõ sit præpositus titulo de rei vendicatione?

Doct. in resolutione istius difficultatis se valde inuoluunt, impertinenter tamen iudicio meo. quũ verum sit secundum regulã, præparatoria esse præmittenda: non erat hic disputãdum, cur titulus ad exhibendum nõ fuerit positus ante titulum de rei vẽdic. sed loco suo, uel in rub. ad exhibendum, aut in rub. de rei vend. hęc dubitatio enucleanda erat.

Respon. tñ Ias. q̃ ordo actionis ad exhibendum nõ est necessarius ad rei vend. sed ab bene esse: ideo præposterationẽ non vitiare. l. præposteri. ff. de testa. sed bene necessariã esse libelli exhibitionẽ ante inchoationẽ iudicii: ideo hãc rub. prœmissam fuisse. Et licèt Ias. taceat, fuit resolutio Antonij de Alexandro, vt refert Dec. in rub. de iud. col. 2. lect. & hic in 2. col. sed ipse Deci. Cur. & Ripa hic in primis col. reprobant prædictã solutionẽ. dicentes ordinẽ necessariũ esse, vt agatur ad exhibẽdũ ante rei vẽd.
5 eo casu, quo sit præparatoria ipsius rei vend. prout loquuntur doct. † Idest in rebus mobilibus, ppter quas inuenta est, non pro immobilibus, quæ satis patent de se. l. 2. §. j. C. quãdo et quibus quarta pars deb. lib. 10. tradunt. Salic. & Paul. de Cas. in rub. C. ad exhibend. gl. et doct. in d. l. ad rẽ mobilẽ. & q̃ sit necessaria, quãdo est præparatoria, allegant tex. in l. j. ff. de exhibend. vbi iurisc. dicit, per q̃ necessariam esse pp rei vendicationẽ. & l. 3. §. si quis noxali. eo. ti. ibi, ad exhibendũ actio ei necessaria est. Itẽ & ter tiò quia ad hoc vt rei vẽdicatio posit intentari, necessarium videtur q̃ res prius exhibeatur; vt actori constare possit, an illa sit ea res de qua quæritur. iuribus ĩ. alleg. Præterea, si ordo prædictus est ad bene esse & laudabilis, ergo illũ nõ seruasse reprehensibile. arguendo ab oppositis iuxta l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. Hæc difficultas (Curtio iudice) malè põt resolui. sed Deci. hic & in d. rub. de iud. respon. primò non solũ pp rei vend. sed aliis pluribus ex causis introductã esse actionẽ ad exhibendũ. ideo nimirũ, si non fuit præposita, vt per eũ. & prius p Pau. de Cas. in rub. C. ad exhiben. & Are. in sti. de actio. in §. prętereà. declarantes quomodo illud procedat, actionem ad exhibendũ dari ex pluribus causis. Dec. hic & modern. de Ripa in d. rub. de iudi. col. 2. reprobant per prælleg. l. primam ad exhibendum. vbi propter rei uend. maximè introducta dicitur. † ergo illud considerari præcipuè de
6 bet. vul. l. si quis nec causam. Si cer. pera.

Tandem Deci. videns nodum difficultatis malè posse dissolui, subiicit dici posse, continuationem glo. fundatã esse in regula, quòd præparatoria sunt præmittenda, & attendi: quòd quãdoq; contrariũ reperiatur: quum bona videatur continuatio, quę secundum regulã adaptatur. l. 2. cum no. per Bar. ff. si quis in ius voc. non ier. l. j. ff. de reg. iur.

Quę solutio non satisfacit. quia licèt saluet continuationem gl. de qua non dubitant doct. quũ eã cõmuniter sequãtur, tñ nõ tollit difficultatẽ motã. quare attẽta ratione cõtinuationis gl. titulus ad exhibendũ nõ fuerit positus ante titulũ de rei vend.

Quidam alii in d. rub. de iudiciis, dicebant, ideo titulum ad exhibendum, nõ fuisse positum ante titulũ de rei vend. quia actio ad exhibendũ introducta fuit ad instar & exemplũ actionis realis. iuxta glo. rubr. si cer. peta. quo casu succedit, quod dici-
7 tur in l. in testamẽto, la j. de cond. & demo. † quòd exemplar præcedere debet exemplum.

Quæ solutio inanis est. &. l. in testamento, nihil facit. vult. n. q̃ ille qui iussus est sub pœna monumentũ ædificare ad instar monumẽti Sẽpronii qđ erat in tali loco, non incidat in pœnã non ædificando, si nõ apparet monumentũ Sẽpronii, ad cuius instar mandatũ fuit aliud ędificari quum nulla culpa possit ei impingi, si nõ ædificat ad exemplũ, qđ nõ reperitur; aliàs obligaretur quis ad impossibile: quod absonũ est dicere. hoc modo intelligẽdo exẽplar debet præcedere exẽplũ, quod fieri nõ põt, nisi præcedat exẽplar. Ita intelligitur ille no. tex. de quo faciunt festũ Alex. in cons. 35. & 38. lib. 5. & Barb. in cons. 37. col. 15. lib. 2. & in cons. 69. col. 2. li. 4. sed quãdo cõstat de exẽplo et exẽplari, dato q̃ actio ad exhibẽdũ formata esset ad instar rei vẽdicationis, nõ deberẽt inducta ad exẽplũ postponi, si præparatoria sunt; ne cõfundatur ordo & ratio de pparatoriis præmittẽdis. iuribus ĩ. alle. vt hic p Dec. col. j.

Præterea actio ad exhibendum dicitur dari ad exẽplũ similitudinẽ realiũ quia datur cõtra possidẽtes sicut realis, vt declarãt Ale. Ias. & alii in rub. si cer. pet. nõ autem q̃ fuerit formata ad instar realium vt præfati dicebant. Quorum consideratione stante sequeretur, q̃ actio ad exhibendum semper deberet sequi rei vendicationem, vt formata ad illius similitudinẽ: quod cõfunditur per iura. ĩ. alle.

Ripa hic col. 3. soluit, tractari hic de editione facienda officio iudicis, ibi de ea, quæ fit iure actionis propterea reseruatã fuisse ĩ trac. actionũ, quia etiam editio quæ fit per interdicta, posita & reseruata fuit in trac. interdictorũ, vt patet ex tit. De tabulis exhibendis, & de lib. hom. exluben.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ ſol.nihil ualet,quia ſubſiſtéte ratione continuationis gl. quòd prę paratoria prę mittẽda ſint, debuiſſet in eo tract.actionum prę mitti titu.De rei vendic.titul.de petitione hæreditatis: quod tamen factum non fuit.

Quid dicendum ? Videtur tenenda ſol.Anto.de Alexandro & Iaſ.ꝙ titulus ad exhibendũ non fuerit poſitus ante titulum de rei vendic.quia actio ad exhibendũ non eſt neceſſariò præparatoria rei vendicationis, etiã quòd ad res mobiles quicquid dicãt
8 Dec.& Curt.†propterea de neceſsitate prę mitti nõ debuit, ſed alijs reſpectibus poſita fuit poſt: ut per
9 gloſſas & Doctores ſuper dictis rubricis.†Et ꝙ ubi eſt præparatoria,vt quum datur pro rebus mobilibus, nõ ſit neceſſariò præparatoria, probatur in l.j. ſecundũ Sali.ibi.ℑ.ad exhibendũ.dum in ſummario dicit, ꝙ qui vult ancillã vendicare, prius debet actione ad exhibendũ expediri,vt tenet etiã Ange. Aret.in §.prętereà col.3.inſtit.de actionibus,& eſt melior tex.in l.penul.in prin.ℑ.ad exhibend.ubi,ſi alius depoſuit, aut cõmodauit res meas, aduerſus tenentẽ vti poſſum actione ad exhibendum,vel rei vendicatione. & ſic propter alternatiuam vult ibi Imperator loquens de rebus mobilibus depoſitis, aut cõmodatis omiſſa actione ad exhibẽdũ, agi poſſe rei uendicatione.ad idẽ.l.3.in §.eſt autẽ, ad exhibend.ibi,hęc actio competit ei, qui in rem acturus eſt. pondera verbũ competit.non enim dicit quòd illã prius deducere debeat,licèt poſsit, quia competit. Id quod adhuc clarius vult Iuriſconſul. in fine d.§.ibi, ad exhibendum me agere poſſe conſtat, vt exhibitis ſeruis poſsim vendicare. ad exhibendum me agere poſſe dicit;non ergo neceſſariò illa habeo facere.prout dicimus in ſimili de agente rei vendicatione,qui poteſt prius interrogare,an conuentus poſsideat,uel dolo poſsidere deſierit,ne fruſtra experiatur,conuento poſteà non poſsidente.l.qui petitorio. ff.de rei uendi. quod eſt conſilium legis ſecundũ gl. & ſcriben.ibi. Ita quòd omiſſo dicto interrogatorio poteſt rei uendicationẽ intentare ſpreto legis cõſilio: ſed reo non poſsidẽte,fruſtra experietur, ut ibi dicit text. Sic in propoſito,uolenti rei uẽdicatione agere,expedit ut res prius exhibeatur, ut poſsit actori conſtare,an ſit illa,ad quam intẽdit agere: ne poſteà cõperiatur fruſtra actionẽ rei uendicationis intentaſſe,reo rem illã nõ poſsidente.l.j. & §.eſt autẽ,ℑ.alleg. Sed ſi actor uellet agere rei uendicatione, nõ intẽtata prius actione ad exhibendũ, nil prohibet quin poſsit hoc facere: & ſibi imputet, ſi conuentus rẽ illam nõ teneat: ſicq; conſilio legis uſus non fuerit.d.l.qui petitorio. cum glo.

Non obſtant modò adducta per Decì.& alios & primò tex. d.l. primę.ff.ad exhibendum, in uerbo
10 neceſſaria. † quia gl.ibi reſpon.exponẽdo ideſt utilis, prout etiã fit in l.j. de iuſt.& iur. & de orig.iur. l.j.& 2.Eodem modo reſpon.ad §.ſi quis noxali.

Nec refragatur oppoſitio Decij de titu.de procurato.& de poſtuland.qui tituli continentes præparatoria ponuntur ante titulũ de iudicijs. & tamen in iudicijs non requiruntur neceſſariò procuratores, & aduocati, ſine quibus poteſt eſſe iudiciũ.& ſic nõ ſunt neceſſariò præparatoria iudiciorũ: quia hæc ratio infert,Imperatorẽ potuiſſe prę mittere titulũ ad exhibendum tit.de rei uendicatione,quod nõ nego. Sed ex quo actio ad exhibendũ non eſt neceſſariò prę paratoria rei vendicationis,ut dictũ eſt, nõ fuit neceſſarium illã prę mittere.Nec refragatur quod ſuprà contra ſolutionẽ Iaſ. confirmando reprobationẽ Decij dicebam; quòd licèt ordo non ſit neceſſarius, ſeruari debeat, quum ſit probabilis. Quia hoc eſt uerum regulariter, ſed alijs particularibus reſpectibus id factũ non fuit,†& ſeruatus ordo quẽ uidemus: ut p gl.& Doct.ſuper dictis.rub.

Neq; etiam obſtat. (& ſi contra prædicta adhuc inſtares) quòd actio ad exhibendum ſit neceſſariò prę paratoria rei uendicationis intentandæ. per.l. gemma.ff.ad exhibend.ubi gẽma alieno auro inclu ſa uendicari non poteſt, ſed agendum eſt prius ad exhibendum,ut excludatur: ergo actio ad exhibendum eſt neceſſariò præparatoria. Quia reſpon. exmẽte gl.in d.l.j.Bal.in d.l.gemma,& Paul.de Caſt. in rub.ℑ. ad exhibend. eſſe ibi caſum ſpecialẽ propter obicem medium: quum gemma incluſa eſſet in auro, quod non erat uendicantis: ideo Bal.ibi uult prius agi debere actione ad exhibendum.

Confirmo,quia gẽma auro incluſa,& ſi ſpicioſior ſit,auro cedit: aurumq; ſpectamus.l.& ſi non ſint. §.fin.de auro & argen.lega. ſed quum aurũ alienũ ſit. malè eo caſu rei uendicatio intẽtaretur. agendũ igitur prius eſt ad exhibendũ,ut excludatur gẽma: & conſequenter regulariter probat aliud eſſe, & & actionẽ ad exhibendũ non eſſe neceſſariã.Et hęc ſufficiant quantùm ad hanc difficultatẽ, quæ adeo nos uexauit,abſque neceſsitate tamen, ut ſ. dixi.

11 Secunda difficultas & prædicta † concluſ.quòd hic titulus de edendo præparatorius ſit ad titulum ℑ. de iudi. de plano procedit quantùm ad editionẽ libelli,qui à prin.requiritur.l.edita.ℑ.eo. & de litis conteſtatione.d.aucten.offeratur. Secus quantùm ad editionẽ rationum, actorũ, uel inſtrumentorũ, quæ probationem reſpicit poſt litem conteſtatam faciendam.c.quoniam frequenter.& etiam in rub. ut lite non conteſtat. Ideo editio inſtrumentorum & rationum non uidetur præparatoria, ſed inſtructoria cauſę.l.j.ff.de fide inſtr. l.2. l.nõ eſt nouum. cum l. ſeq.& l. procurator, cũ l. fi. ℑ.eo.l.ſi quis ex argentariis.§.1.l.quędam.§,nummularios. & l.argẽtarius.§.1.ff.eo.ſecundum Bal.Alex.& alios hic: propterea reſpectu inſtrumentorum, actorum, & rationum,de quibus etiam hîc tractatur, non uidetur poſſe præparatorium dici, aut ipſum titulum fuiſſe prę miſſum tanquàm prę paratorium.

Sol.Bal.Paul.Alex. & aliorũ,qui fatentur ſolam editionem actionis eſſe iudicij prę paratoriam,ideò reſtringunt dictum gl. ad editionem actionis, quę ſola eſt præparatoria,reprobatur hîc per Iaſ. Deci. & alios.& Iaſ.ſoluebat ꝙ omnis editio etiã rationũ & inſtrumentorũ potẽtia præparatoria eſſe poteſt: ideò rectè hic titulus præmittitur. facit tex.not.l.in
12 arg. cum glo. 2.de auro & argen. lega. ubi inſpicitur quod fieri poteſt. & declarat Ripa † quod dicebat Iaſ. de editione inſtrumenti facienda ante litis conteſtationẽ, quando in libello facta eſt mẽtio de illõ, ut procedat, ubi expreſsè & nominatim de inſtrumẽto facta eſt mentio: ſecus ſi ſimpliciter de ceſsione. videte uos Bal. hoc pulchrè declarantẽ in
13 l.prima.§.editiones. col.5.ff.eo.quia quũ nõ ſit facta mẽtio prę cisè de inſtrumẽto, † ſed de ceſsione, intelligi poteſt tàm de ceſsione probãda per teſtes, quàm per inſtrumentũ.Iccirco non eſt dicendum, actorẽ poſſe cogi edere inſtrumentũ,de quo non ſecit prę cisè mentionẽ. videte etiã Felin. plures alias limitationes ponentem in c.j.col.pen.de probatio.

Prædicta ſolutio nõ placuit Deci. Curt. & Ripæ, ut hîc per eos in primis columnis.quia res non eſt iudicanda ſecundũ potentiam & contingentiã accidentaliter, ſed ſecundũ propriam naturã,vt ℑ.etiã dicã: propterea ſol.Iaſ.eſt diuinatiua,ideo reijcienda. Rimin. Deci. & Curt. hic fol.j.dicunt ꝙ editio
14 actionis & libelli potentior eſt & dignior omnibus alijs editionibus, † quum libellus ſit fundamentũ iudicij,ut per Bal.in aucten.contra rogatus.in fine. ℑ.ad Trebell.dicentem propterea quòd licèt defectus in alijs prę paratorijs iudicij nõ uitiet iudiciũ, ſecus tamẽ eſt quãdo defectus eſt in libello, quàm-
15 uis ſit circa prę paratoria: quia in eo ſtat fundamentũ iudicij. Item † ſententia ſine libello nõ ualet,& tamẽ ſubſiſtit ſine probationibus. l.prolatam, cum gl.ℑ.de ſent.& interloc.om.iud. faciũt quæ ſcribit Soci.in c.ſignificantibus,col.3. de libel.obl.propterea dicunt, quòd habito reſpectu principaliter ad ipſam editionẽ hîc titulus tanquam prę paratorius prę miſſus fuit. & licèt etiã de alijs editionibus poſteà dixerit, ne ſecaretur & diuideretur materia, hoc nõ eſt attendẽdum, ſed quod fuit principaliter in intentione.uulg.l.ſi quis nec cauſam.ſi cer.peta.

Sed hęc ſolutio non ſatisfacit: quia principalis intentio legiſlatoris non fuit tractare de editione actionis, & poſteà de alijs: quum de ipſa editione actionis in hoc titulo ſit tantummodò lex edita, & reliquæ de alijs editionibus tractent; ueriſimile non eſt,quòd principaliter propter editionũ actiones hunc titulũ fecerit,& latiùs de incidenti,quàm de principali materia tractauerit. Eſt autem falſitatis imago quod ueriſimile non eſt, ſecundum Bal. & alios, in l.prima.ℑ. de ſer.fugit.

Corroboratur,quia ſi uerum eſſet,quòd præfati ſcrib.dicunt,Imperator de edendo actionem rubricaſſet; quum diſpoſitio denominetur ab eo, quod principaliter agitur.uulg.l.ſiquis nec cauſam. Sed ex quo ſimpliciter & ſine adiuncto dixit de edẽdo, datur intelligi id factum fuiſſe, quia etiam de alijs editionibus erat tractaturus: prout ſentit gl.noſtra hic.& ff.eo.in rub.Secundò,quia indiffinita gerundij,ut ℑ.dicam ęquipollet uniuerſali. Tertiò, quia uis iudicij & cauſę magis conſiſtit in ꝓbationibus quàm in libello.l.j.ℑ.eo.ubi dicã poſt Bal. Vltimò, quia ſi conſideratio prędictorum uera eſſet,Imperator incœpiſſet tractare de editione libelli in principio tituli, quũ etiã à dignioribus ſit inchoãdum. l.j. de albo ſcribend. cũ ſimil. quod cũ non fecerit, datur intelligi aliam fuiſſe intentionẽ legiſlatoris.

Alia fuit ſol. eiuſdẽ Decij hîc, ꝙ iudiciũ accipiatur incluſiuè uſq; ad ſententiam,& tunc omnia dicẽtur prę paratoria reſpectu ſententiæ, ut per eum. Cui ſolutioni refragantur quæ poſt Bal. Alex. &

alios ſuprà dixi, quòd rationum & inſtrumentorũ editiones non dicantur prę paratoriæ,ſed inſtructoriæ cauſę, ad cuius inſtructionem,ſeu deciſionem. l. tendunt prima.ff. de fide inſtrum. c. peruenit.el primo de teſtib. cogend.cum aliis prælleg.

Mod.Taur.hîc dicunt in hoc titulo fieri mentionẽ de editione,quæ præparat probationes antequã ad iudicẽ quouis modo eatur, ut patet ex.l.prima, ex.l.qui accuſare.& ex.l.procurator.ℑ.eod. iccirco tãquàm præparatoriũ fuiſſe prę miſſum, licèt postmodũ incidenter de aliis editionibus tractauerit:
16 †quod nõ fuit inconueniens.l. iã dubitari. circa fi. ff. de hæredib.inſtituen. Sed quũ leges prę ſentis tituli pro maiori parte tractent de editione rationũ, actorum, & inſtrumentorũ, vt patet ex.l.prima in ſecunda parte.ex.l.2.& l.qui accuſare,cũ aliis ſequ. quę editio fit poſtquam peruẽtum eſt ad iudicẽ, & conſequẽter tractet magis de editione inſtructoria, quàm de præparatoria: ergo dicto reſpectu tanquã præparatorius præmitti non debebat. Prętereà lex ſecunda tractat de editione actorũ, quã iudex fieri iubet.lex uerò edita,de editione libelli,quę corã iudice fit: ergo modici momenti eſt prędictorũ cõſideratio, ꝙ hîc tractetur de editione, quæ fit priuſquàm pueniatur ad iudicẽ, quinimo & de illa,quæ fit poſtquã inchoatũ ẽ iudiciũ,& ſic de inſtructoria.

Ripa hîc in 2. col. dicebat, Imperatorẽ loqui de editione inſtructoria, quæ fit patri,& quæ nõ probat,niſi iterũ fiat reproductio,ut per eũ: præparatoriaq; dici,ut ſciat cõuentus,an uelit cedere,uel contendere.Quæ ſolutio reincidit in conſidetationẽ & ſol.dictorũ mod.Taur.ideo ſimiliter parũ valet.qa hic tractatur de editione actorũ,quæ fit in qualibet parte iudicii,& generaliter de editione rationũ, & inſtrumentorũ, quæ etiã peti & fieri poteſt in quauis parte iudicii,poſtquã cœptũ ſit:ut ꝓbant oẽs.ll. tituli noſtri.& quę editio fit ad effectũ faciendę ꝓbationis, ut in l.nõ eſt nouum,in l.iuſtum.in l.qui accuſare. cum ſeq.ℑ.eo. ergo eo reſpectu nõ poteſt dici præparatoria iudiciis, & fuiſſe prę miſſam tanquàm prę paratoriam: iuxta continuationem gl.

17 Cõſiderabam poſſe dici,† quòd mẽs legiſlatoris in hoc titulo fuit tractare de omni ſpecie editionis rationum,actorum,actionum, & inſtrumẽtorum, & tàm de prę paratoria,quàm de inſtructoria:ut patet ex.ll.ipſius tituli.& gl.rub.ff.eo. dum uult propterea indiffinitè rubricatum fuiſſe de edendo.veruntamen in compilatione & ordinatione titulorum compilatores reſpectum habuiſſe ad editione libelli, ac ad aliàs, quæ præparatorię ſunt: iccirco poſuerunt hic titulum de edẽdo.quę tamen ſol.nõ
18 caret diuinatione.† Signandaq; diligẽter eſt deciſio Bal.in l.1.in §.editiones. col.4.ff.eo. & Io.Andrea relata hic per Rimin.in 1.col. quòd eorũ,quę producũtur iudici ad partẽ, ſeu ad inſtructionẽ ipſius iudicis tantum, non cogitur producens copiã aduerſario ſuo facere: quia nõ producuntur ad ꝓbationem faciendã, ſed ad inſtructionẽ ipſius iudicis, ut etiã per Felin.in c. fina.col.pen. de except.Alex. in d.§.editiones.col.fina. Guidonem Papæ in quæſtione 242. atteſtantem ita obſeruari in Curia Parlament. Delphinatus. Iaſon autem in §. edenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

d.l.primæ oppo. firmat,ne iudex à parte circumue niatur. sequitur simpliciter Zasius in d. §. editiones,circa finem,loquens de consiliis & allegationibus iuris quorum copia parti petenti danda est.

Aquens.in l.2.col.j.j.eo.sequitur primam opinionem attestan do ita seruari in practica.& respō. rationibus Ias.ut etiā ibi facit Dec. in 2.& 4.col.distinguens an talia inserta sint in actis uel nō primo casu danda sit copia parti,secus autem in secundo:
19 quia quando sunt redacta in actis,†& de actis effecta,de necessitate parti continuanda sunt.d.§.edenda. Quam opinionem sequuntur Cur.& Ripa.in d.l.2.col.3.& 4.

Sed quemadmodum dicit Guido Papæ in quæstione 241.cum sequenti, quum prędicta exhibita sint iudici ad partem & extra formam iudici, nec ad faciendum probationem, licèt fuerint inserta in actis,non possunt dici de actis.c. quoniam contra, de proba.propterea non uidetur ꝙ parti sit omnino danda copia:ut etiam per Paridē in tract. de syndicatu in uerbo allegationes.

Mod.Tau.in d.l.2.col.14.dicunt hoc esse iudici
20 arbitrarium,quia pōt dare copiā†& etiam non dare.& ita uolnit Inn.& etiā Roma. quos refert Dec. in d.l.2.col.4.in 2.limi.& ita seruari in practica vidi sæpissime per Senatū Illustrissimi Ducis nostri,
24 & dari copiam allegationū mearū parti. & nō malè,quia iudex positus est ad tuendā ueritatem,ideo cunctis uiribus niti debet, ut illa veniat in lucē,& ut fides veri cōstare possit.vt in l.j.2.5. & 6.tit.nostri apparet. ne igitur ipse iudex capiatur uel propter multitudinē negotiorū, uel alia de causa, non peccat in Spiritū Sanctū dādo parti copiā prędictā.

Nunquid autē iudex possit moueri ad iudicandum ex non scriptis in actis,uidete omnino Dec.in consi.445.col.11.& uidetur uerius ꝙ id facere nō debeat,quum non sit illud sibi cognitum, ut iudici,ut dicam. j.in l.2.in ult.not.

21 Tertia difficultas,†ꝙ editio libelli non sit prępa ratoria iudicii,quod incipit à citatione.§.fi.inst. de pœna temerè litigan.& quod primum est,aliud ante se habere nō pōt.§.nos uerò,in proœm.fforū. & c.Ioseph.cū gl.de uerb.sign.libelli ergo editio quę fit post citationē,& sic inchoationē iudicii non pōt dici præparatoria iudicii,sed potius de actis ipsius iudicii,iuxta tex.in d.c.quoniam contra. de proba.

Alex.Iaso.Aquen.& alii scriben.super hac difficultate ualde se inuoluunt:ueritas uidetur quā ponunt hīc Soc.& Rimi.in 2.col. ꝙ licèt largo modo iudiciū incipiat à citatione.d.§.h.tamen propriè & strictè incipit à litis contestatione.l.j.cum glo. j.de iudi.& l.amplius non peti.ff.rem rat.haberi.

Ideo dicebat Specu.quem sequuntur Ias. & alii in rub. j.de iudi.& Dec.in rub.extra eo. ꝙ litiscontestatio est lapis angularis & fundamentum iudicii ex quo infertur ad no.quęstiones,vt ibi per eos. In hac continuatione gl.nostræ ad iudicium accipitur strictè,prout incipit à litiscontestatione. Iccirco editio libelli & citatio sunt proœmia & pręparatoria iudicii,iuxta glo.in auct.in medio litium. in uerbo ex proœmiis,cum no.per Alex.& alios.in rubr. j. de in ius vocand. & sic capiendo iudicium nō pro inchoato,sed pro formato,prædicta omnia præparatoria iudicii optimè dici possunt:vt post Abba. scribit hīc Ripa in 2.col.

22 Nunquid aūt†libellus mitti debeat cū citatione prima respectu partis,cōis scriben.sententia est,copiā libelli non esse cū citatione reo mittendā,ut hīc p Alex.Rim.& Aquen.respectu autē iudicis,Alex. concludit ꝙ teneatur illam iudici ostendere: aliàs bonus iudex citationem committere non debeat: & hac ratione dicatur pręparatorium iudicii.

Ias.vero & Aquēl.hīc cōcludūt,istud nō esse de necessitate,sed ad bene esse.hoc subtilius tāgit Are.in c.j.char.2.de iudiciis,probans ꝙ libelli porrectio corā iudice nō debeat prēcedere de necessitate citationē seu cōmissionē citationis, quæ fieri pōt in ciuilibus sine causæ cognitione à iudice etiā procedente.l.diē proferre.& l.sed interpellatur.ff.
23 de arbitris,in uersi.arbiter.Cōprobatur,quia †nū cius generalis uirtute cōmissionis sibi generaliter à iudice datę potest in ciuilibus citare. §. quadrupli.insti.de actio.Alex. plenè in apostil. ad Bar. in l.fi.C.de exhiben.reis.ergo porrectio libelli coram iudice non requiritur ante commissionem citationis.& ita de consuetudine obseruatur.

Sed alia suboritur difficultas insolubilis secūdū
24 Cur.†nā primū præparatoriū iudicii est citatio. j. alle. §.fi.& d.c.quoniā contra, ab ordine litterę arguendo, ergo ab ea erat inchoandū in hacj. parte Codicis,prout factū fuit in Pandectis,ubi ponitur titulus de in ius uocando ante titulum de edendo.

Responsio Ias.q̄ sequuntur hīc Aquen.& Mod. in 3.col.nō satisfacit ipsi Curtio, quia nō redditur bona ratio,quare citatio sit primū pręparatoriū iudicii,& non fuerit hīc propositus titulus generalis de in ius uocando,quemadmodum in Pandectis.

Propterea contra cōem continuationē gl.& doctor. ineuitabile fundamentū asserit se adducere, quia retenta cōi conclusione,ꝙ ista continuatio salua uetur,considerata editione libelli,de qua in l.edita tanquā digniori & potentiori, id confunditur ex ordine seruato in Decretalibus,vbi positus fuit titulus de iudiciis,postea de libelli oblatione: qui tū attenta cōi continuatione præmitti debuisset:ideo tenet continuationem glo.non posse saluari.

Sed quū simus in prin. libri dē hoc parum esse curandū,tamen,ut dixi.j.& latius in rubr.de orgiur.& sic tunc non sit necessaria ad titulum immediatè præcedentem.est tamen necessaria ad librum prēcedentem.

Propterea respōdebitis melius ꝙ si in libro Codicis esset generalis titulus de in ius uocādo,sicuti in Pādectis, perperā fecisset cōpilatores non incipiendo ab illo,sed quia non est, ꝙ malefecerunt,id non seruasse,argui nō possunt:quū non entis nullæ sint qualitates nullæq; causę.l.pen.si cer.pet.

Quare aūt in Codice non sit factus tit. generalis de in ius vocando,dici pōt,visum fuisse legislatori circa illam partem generalem de in ius vocando,satis fuisse prouisum per iura antiqua fforum. ideo noluisse in Codice inculcare superflua.

Nō obstat modo ineuitabile illud fundamentū Curtii quia respon. libelli editionē non posse dici

prę-

præparatoriā iudicij capiendo iudicium largo modo,prout à citatione incipit: secus accipiendo propriè & strictè,prout incipit à litis contestatione: ut j. dixi. Vnde quum in decretalibus tractetur de libelli oblatione post titulum de iudicij, dicendum necessariò est, iudiciū ibi largè accipi prout incipit à citatione,& titulū de libelli oblatione,qui sequitur,non dici tunc præparatorium iudicij: vt Dec. & Canonistę cōmuniter dicūt in rub.extra de iudi.

Quarta difficultas, quia tex.in §. post originem in glo. allegatus, videtur confundere communem continuationem,dum ait, quòd post originē iuris,
25 & processum cognitum, consequens est de magistratibus videre,per quos reddūtur iura.†ergo fuisset prius videndum de iudicijs, quàm de magistratibus,per quos iura exercentur.maximè,quia finis dignior est omnibus his, quæ tendunt ad finem: etiam quòd illa considerata per se digniora essent. l.etsi non sint.in §.perueniamus.de auro.leg.l.gemma.ff.ad exibend. vnde quum magistratus ad finē iudiciorum exercēdorum ordinentur, etiam quòd per se considerati propter dignitatem personæ digniores censerentur,tamen in hac materia deberemus potius considerare finem, ad quem ordinantur: ideo de iudicijs priusquàm de magistratibus tractandum videbatur, secundum Curt. hīc.

Sed respond. iuris consultos & compilatores in pandectis prius tractasse de iure constituto, posteà de magistratibus: quum primò constituta fuerint iura & iudicia, postmodum magistratus; vt deduxi probaui in d.§.post originem. & iurisconsultus facturus uetustarū legum interpretationē, exordiri uoluit ab initijs urbis cōditæ.d.l.j. de orig.iur.ideo necesse fuit dicere primum de iure,quod ante magistratus constiturum fuit. hęc est ratio satis clara, quare aliter & diuersimodè seruatum ibi fuerit; quàm hīc in C. alia enim intentio legislatoris hic. alia iurisconsultorū & compilatorum in pādectis. nam in C.quia à dignioribus est inchoandū,& magistratus personæq; digniores sunt iuribus, iudicijs,& rebus. Inst.de rerum diuis.in prin.l.iustissimē, & §.fi.infrà alleg.ideo tractauit primò de magistratibus in ff.fuit primò uidendū de iure in urbe constituto, quia secundum ordinē ab urbe cōdita seruatum iurisconsul.promisit uetustiarum legum interpretationem.d.l.j.nimirum ergo si non tracta uit primò de magistratibus:& tamen etiā in pandectis tractauit primò de magistratib.in primo libro, posteà de iudic. in quinto. & sic diuersa ratio reformat pactum, iuxta l. interpositas.C. de transact.

Nec obst. quòd finis dignior sit his, quæ ordinantur ad finem. quia ultra responsionem Curtij hīc, ego clarius respond. quòd immo magistratus tanquàm digniores fuerunt præmittendi, quum homo sit dignissima & preciosissima creaturarū. l. iustissimē.ff.de edil. edic.cum glo.§.fin.instit.de iure natural. ubi expressè dicitur, quòd personæ sunt digniores iudicij & iuribus: & propterea tra-
26 ctandum esse primò de personis,quarum causa cętera sunt constituta.† nec quicquam facit §.perueniamus. j.allega. uult enim, quòd ubi unum est principale,aliud accessorium,consideretur & atten

datur principale, licèt accessoriū maioris esset æstimationis,quia cedit principali: ut declarat Soci. in consi.401.col.lib.4.sed homo non potest considerari ut accessorius alterius rei propter dignitatem ipsius.d.l.iustissimè. concludendum est ergo bene fecisse legislatorē prius de magistratibus tractare, quum à dignioribus sit inchoandum.Iuraq; & iudicia cōstituta sint propter personas,nō econtrariò. & in pādectis speciali alia ratione de iudicijs, postmodū de magistratibus fuisse tractatū; ut j. dixi.

Quinta difficultas contra continuationē glo. & Doct. quia iudicia nō exercentur per magistratus, ut dicit gl.sed coram magistratibus & etiā dixit hīc Bar.& probatur in c.tuæ,de procur.hinc est, quòd semper in practica dicimus Coram uobis &c.Ripa hic in prin. dicebat gl.se referre ad iudicium diffiniendū. Bar.uerò ad iudicium discutiendū. Quod nihil est, quia gl.non tantùm ad diffiniendum iudicium,sicq; ad sententiam se refert, sed etiā ad ea, quæ ante sententiam occurrunt & agitantur, quæ appellatione iudicij comprehēduntur. c.quoniam contra,de proba.Et similiter Bar. sententiam inclu dit per prędicta. iccirco dicas in effectu gl. Bar. & scribentes idē uelle & sentire, ꝙ dicti magistratus prędicta iudicijs,de quibus. j.quia per illos effectus rei accipitur d.§.post originē hæc est intentio sua.

27 Ex prædicta cōtinuatione,† quòd pręparatoria sint præmittēda,& soleant præcedere ea,ad quæ fit pręparatio. infertur, quòd præmissis pręparatorijs ad rem principalē deuenitur ad pręparati cognitionem. nō dico quòd pręparatoria trahant ad se principale,aut illud faciant ualere, sed illius aduentum indicare: ut in glo. & iuribus j. allega. ut hīc per Dec.col.j. & probatur etiam in d.§.perueniamus. & in d. regula accessorium.

Nec obst,quòd rub.j. ad exhibendum sequatur titulum de rei uendicatione, & sic pręparatorium sequitur principale.nec ex pręparatorio deuenitur ad principale,quia potest respond. prædictam solutionem procedere, quando pręparatorium est necessariò præparatorium,aliàs secus: ut in præcedentibus dictum fuit. Quando uerò pręparatoria non essent necessariò talia, sed accidentaliter, res iudicanda esset secundum propriam naturam, non secundum accidentia & facti contingentiam. l.item ueniunt. §.cum prędiximus.ff. de pet.her.§.pauonum. ubi gl. not. instit. de rerum diuisi.cum alijs, de quibus per Dec.j.13.col.

28 Ex quibus infertur† ad not.quæstionē fœminis terribilē secundum Deci. quamuis credam ipsum nunquàm uidisse illā in facto, nec in practica. Ego enim etsi multa in practica uiderim, eā nunquam uidi. Quòd sicut mulier priuatur dote ,ppter adulterium.l.fi.est de diuor.c.plerunque,de don. inter uirum & uxo.Rom.pulchrè consil.286.etiam post mortem mulieris instituto iudicio per eum, cui dos ueniebat applicanda. l.fi.j.de adult. ut ibi per
29 eum. ita † erit in osculo luxurioso, uel tactu mammillarum,seu partis inferioris: quū ex huiusce modi pręparatorijs arguitur præparatum, & infertur adulterium.Bal.in c.tuę.de procur. per tex.in titulo Quibus mod. feu.amitt.in §. primo. ubi si uasal

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius concurbitauerit dominum suum, idest fecerit becchum, secundum Prepos. ibi, uel turpiter cum uxore sua luserit, feudum amittit.

Deci. in rub. extra de iudi. & hic in prima col. contrarium tenet. maximè, quãdo de preparatorijs prędictis cõstaret: & similiter constaret ex eisdem non fuisse sequutum adulterium, ut per eum. Contra Bald. similiter tenent Ias. Hercula. Perusin. & Parpal. Taurin. in d.l.2 fol.matr.

Sed Curt. hic in 3.col. & latius Ripa in d. rubr. extra de iudicijs, col 3.& 4. sequuntur opin. Bald. cum aliquibus limitationibus.

Primo per tex. in l. quod ait lex, cum glo. ff. ad legẽ iuliam de adulter. vbi licèt patri filiam repertam in adulterio vel in præparatorijs occidere. si prędicta æquiparantur, vbi agitur de interesse personæ, fortiùs dicendum est equiparari respectu bonorum, seu vbi de bonis agitur.

30 † Secundò, quia prædicta est presumptio legis, quæ censetur liquidissima probatio. l. licèt Imperator. cum ibi not. de leg.j.

Tertiò per l.fin.C.de repud. ibi, cõmune lauacrũ cum uiris &c. multò magis ergo quãdo ipsa mulier patitur se luxuriosè osculari, aut turpiter tangi.

Quartò per l. consensu, etiam infrà de repudijs. dum loquitur de muliere attentante prohibita.

Quintò, quia magis tenetur mulier ad seruandum honestatem marito, quàm vasallus domino: sed vasallus ob prędicta feudum amittit, vt dixi, ergo multò magis vxor dotem.

Ergo non recederem ab opinione. Ias. Hercul.
31 Deci. & Parpaleæ contra Bal. quia† dos est propriũ patrimonium & substãtia mulieris. l. Pomponius Philadelphus. fl. famil. ercisc. l. 3. §. sed an hoc. ff. de minor casus not. in l. assiduis, infrà qui pot. in pignor. hab. ergo ea ita de leui priuari non debet. maximè, quum pœna priuationis non habeat locum, nisi in casibus à iure expressis. §. cũ igitur, in auct. de nõ elig. secund. nuben. cũ multis cumulatis per Ias. & posteriores in l.j. ĩ. de transf. sed hic casus plurimũ rigorosus, nõ est in iure expressus, ergo &c.

Secundò, quia in pœnalibus facienda est stricta interpretatio. l. si præses. in fin. & l. pen. ff. de pœn. cum vulg.

Non obst. modò adducta in contrarium. Et in primis d. l. quod ait. cum glo. nam loquitur in patre pœnam à filia adultera sumente, cui lex dedit largas habenas sic faciendi; quia solet pater filijs consilium capere. hinc est, quòd marito id facere noluit. l. nec in ea, cũ l. seq. ff. de adult. Vel resp. quòd illa glo. malè dicit. & diceretur vxor inuenta in rebus venereis, quando fuisset inuenta sola cum solo, & nuda cum nudo in eodem lecto. vt dicitur in c. litteris, de præsumpt. ita intelligo tex. in d. l. qui ait, & ex græco ibi posito clarius liquet.

Ad secundum motiuum resp. uerum esse, quòd præsumptiones legum sunt liquidissimę probationes. sed ista non est præsumptio legis, nisi in casu illo licentiæ patri concessæ de occidendo filiam in adulterio deprehensam, vt dixi. Et præcipuè cessat id motiuum, quando constaret, vt diximus, tunc non fuisse commissum adulterium: quum probatio tollat præsumptionem. l. Diuus. ff. de in integ. restitu. Et quicquid dicat hic Curt. talis negatiua quum sit coharctata loco & tempore sumpti osculi, vel tactus sequuti probabilis est, iuxta not. per Bar. & Doct. in l. actor, infrà de probat. in l. in illa de verb. oblig. & in c. præsentia. de proba.

Ad tertium de cõmuni lauacro patet sol. ex eodẽ tex. ibi, libidinis causa, & sic vbi coitus passim fiebat. † De quo tex. videte Alex. in consil. 109. lib. 6.
32

Ad quartum respon. quòd loquitur de interdictis & sub tali pœna prohibitis, vt hîc per Curt.

Ad vltimum † quòd vasallus honestatẽ tenetur
33 præstare domino feudi propter iuramẽtum, quod præstat de non offendendo eũ, & propter feudum, quod ab eodem tenet, propter quę si grauiter dominum offendat, priuatur feudo, quod ad dominum reuertitur de facili; quia quęlibet res de facili reuertitur ad eius naturam, & ad locum suum. l. si unus. § quod in specie. ff. de pact. quę rationes cessant in vxore, quæ non iurat, nec tenet dotem à viro: ideo nimirum si faciliùs priuatus vasallus feudo, quàm vxor dote sua.

Et hæc opinio procedit, etiam quòd vxor nihil probet, adulrerium scilicet tunc non commissum. si verò id probaret, multò magis, vt diximus.

Si quis tamen vellet omnino inhærere opinioni
34 Baldi, † sciat illam multifariam multisque modis limitari. In primis, vt ptędixi post Deci. quando probaretur tunc non fuisse sequutum adulterium; quia tollitur illa suspitio secuti adulterij: nec ex præparatoris potest inferri ad præparatum, & ad rem principalem: arguendo de minori ad maius.

Secundò, quando osculum esset causa honestę amicitiæ. Itẽ ubi consuetudo id admitteret: quamuis hæ duæ non sint propriæ limitationes ad conclusionem, quę de osculo luxurioso loquitur.

Tertiò ubi maritus concubinam teneret, & turpiter uiueret: quia nil ludæus ludeo, nil Catilina Cethego. & paria delicta mutua cõpensatione tollũtur. l. uiro, atq; uxore. ff. sol. matr. Curt. hîc & Ripa in rub. de iudi. col. 4. & in d. l. 2. to. mat. in 3. col.

Quartò limita cõclusionem procedere, quando ageretur ciuiliter ad priuationem dotis, secus si criminaliter. Hodie autem secundum Curt. mulier propter adulterium nõ perdit dotem applicãdam marito, sed alijs per tex. in auct. Sed hodie, infrà de adulterijs, quod non est admittendũ: quia sequetur esse correcta omnia iura, quæ contrarium docebant. & ad tex. in d. l. auct. sed hodie, respond. ut ibi per glos. & Bal. ad finem auct. suprà allegatę. Quod aut agitur contra mulierem criminaliter, & procedit locumque habet dispositio prædictę auct. aut criminaliter, & proceduntalia iura suprà alleg. imponentia pœnam priuationis dotis, quę non reperiuntur correcta per tex. in auct. prędicta, quæ loquitur, ubi agitur criminaliter.

35 Secundò ex prædictis utiliter infertur, † quòd iudex in præparatorijs erit etiam iudex in decisorijs; siue quòd iudex preparatorij erit iudex præparati: uel iudex causę preparantis, iudex erit causę præparatę. qua ratione iudex ecclesiasticus aditus pro absolutione à iuramento, iuxta text. in c.j. &

& in c. debitores, de iureiu. adeundus postmodum necessariò erit in iudicio præparato per absolutionem iuramenti in quo iudicio agendum erit de rescissione iurati contractus: & sic Ecclesiasticus ratione præparatorii præmissi acquiret iurisdictionẽ in præparato & causa principali inter laicos. quod est notandum. hæc fuit famosa decisio Baldi in l. ordinarii, per illum tex. ĩ. de rei uend. quam sequitur Pau. Cast. in cons. 71. col. fi. in antiquis. Alex. & Ias. in l. quotiens. ĩ. de iudi. Alex. in cons. 58. ad finem lib. j. & in consi. 63. lib. 3. Soc. in l. rogasti. §. j. in fi. si cer. pet. Fel. in c. parochianos, ad finem de sententia excom. & in c. j. col. 10. de iureiu. ubi quædam alia similia adducunt Dec. & Ripa attestantes communem in rub. extra de iudi. quamuis Dec. ibi, ut. ĩ. dicam, contrarium tenuerit. Bal. sequuntur etiam hîc Cur. & Mod. Taurin.

Sed prędictam decisionem Baldi reprobãt Paul. Cast. in d. l. ordinarii, & Dec. in d. rubr. de iud. moueritur primò, quia iudex. in d. l. ordinarii, non acquirit iurisdictionem super negotio principali, ex eo quòd de præparatorio cognouerit; immo ex eo quòd habebat iurisdictionem in principali, habebat etiam in præparatorio. Sed iudex Ecclesiasticus illam non habebat super principali, licèt haberet super præparatorio, quod est minus: unde non uidetur, quòd trahat ad se quod est maius. l. si quis sciens. ĩ. de rei uendic.

Secundò per tex. l. primæ. ĩ. ad exhiben. ubi præses cogit exhibere: posteà causa dominii tractatur coram iudice rei: ergo est alius iudex præparantis, alius præparati; quum actio ad exhibendum præparatoria sit rei uendicationis, ut. ĩ. dictum est.

Tertiò, quia ille qui petit absolutionem à iuramento à iudice Ecclesiastico necessitate cogente facit, quum iudex sęcularis habilitare nequeat. iuribus prælegatis, & cap. fina. de foro compet. Ideo per actum necessarium. non uidetur posse induci prorogationem iurisdictionis. auct. offeratur, cum ibi no. per Bald. in secundo no. ĩ. de litis contesta. l. j. & 2. ff. de iudi.

Quartò, quia licèt ratione iuramenti Ecclesiasti-
36 cus cõpetens sit in causa principali, † hoc procedit, si agatur ad obseruantiã cõtractus iurati. c. fi. de fo. compe. lib. 6. Sed quũ agatur de retractatione & rescissione contractus, nõ uidetur Ecclesiasticus cõpetens: quia ubi forũ quis sortitur ratione cõtractus in aliquo loco, si de resolutione agatur, locus ille non attenditur. tex. est nota. in l. ij. ĩ. ubi & apud quem cognitio resti. in integ. sit agend.

Quintò facit tex. in l. 2. in §. Sed si dubitetur, de
37 iud. ubi † iudex cognoscens de hoc articulo, an cõpetat ius reuocandi domum, compellit legatũ cauere iudicio sisti coram iudice sui domicilii: & tamen si præparatorium virtutem in principale influeret, cõpelleret illum cauere de iudicio sisti coram se ipso. & per consequens, licèt uiso de præparatoris, uidendum sit de præparatis; de necessitate tamen nõ infertur, quòd iudex unius, sit iudex alterius, quia ex separatis &c.

38 In iudicando & consulendo † non esset recedendum à decisione Bald. & communi. maximè infrà scriptis, ne contingentia seu connexitas causarum præparatorię & prępparatę diuidatur. iuxta. l. nulli. ĩ. de iudic.

Secundò, per tex. alleg. à Paulo, Alexand. & aliis in l. minori uigintiquinque annis fundum, in princip. ff. de euic. ubi, si minor fundum vendiderit Titio, & Titius Seio, qui conueniatur à minore in cõtractu uenditionis lęso, & petat Seius utilem stipulationem cõtra Titium dari, rem iustam petit. quia si fundus cognitione prætoria ablatus fuerit, ęquũ erit per eundem prætorem euictionem restitui. subiicit ibi tex. ergo similiter in quęstione nostra æquum esse debet, cum qui præoccupauit cognoscendo, de absolutione perseuerare, & de præparata iudicare.

Tertiò per tex. l. cum uendente. C. ubi causę fiscal. ubi procurator & iudex fisci compellens emptorem ad soluendum pretium, cognoscit posteà centra alium cuius nomine emptor fecisse dicit, & tamen non erat iudex inter istos priuatos. uerùm id facit, quia cœpit de una causa connexa cognoscere. pariter in proposito ratione connexitatis, & dependentiæ cognoscet ecclesiasticus, alias incompetens. faciunt plura per tex. in d. l. cum uendente accumulata per Felin. in c. cum oporteat, colum. fi. de accusa. Are. in consi. 48. col. 2. Socin. in cons. 93. col. 2. lib. 2. Pau. de Castr. & Lanc. Deci. in l. uenditor. ff. de iudic.

Quartò quia absolutus à iuramento ad finẽ agẽdi & excipiendi nõ est absolutus à contractu iurato, ut dixi: nimirum ergo si cognitio de contractu iurato spectat iudici ecclesiastico.

39 Non obstant adducta in oppo. † ad primũ ꝙ præparatorium rem principalem & prępparatam ad se trahere nõ debeat, respon. ꝙ iuramentum non est penitus sublatum per absolutionem concessam ad finem agendi & excipiendi, ut per Fel. in c. j. colum. penul. & fina. de iureiur. cum similibus propterea ecclesiasticus non est incompetens in causa principali, sed competens, & sic minus ad se nõ trahit maius, quum in utraq; causa esset competens, & sic ratione præparati ac dependentiæ non erit facienda separatio causarum, ut per Mode. de Ripa in d. rub. de iudi. col. 6. De qua quidem absolutione à iuramento ad finem agendi & excipiendi, plura tradũt Soc. in l. hæc scriptura, de cond. & demonst. Corn. consi. 288. col. 7. & sequentibus lib. 3. Deci. consil. 180. & sequenti Felin. in d. c. j. & Matthęus de Afflic. in decis. Regni. 322.

40 Ad secundum de l. j. ĩ. ad exhiben. † Respondebat hîc Cur. illum tex. intelligi de iudice dando ab ipso prędide, quo casu in effectu præses ipse cognoscere uidetur. l. sępe, cum sequen. ff. de offi. præsid. ubi, quando cognitio remittitur præsidi, intelligitur remissa, ut ipse cognoscat uel iudicem det. facit regula c. qui per alium facit, de reg. iu. in 6. Quę solutio diuinatiua est, ut tex. ille loquatur de iudice delegato, de quo ibi uerbum nullum licèt verũ sit, ꝙ ille cui cognitio remittitur, potest cognoscere per se uel dandum ab eo.

Deci. & Ripa in d. rubri. de iudi. respond. quòd iudex causæ præparatoriæ incompetẽs erat in causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa rei uendicationis, quia ibi agebatur ad rem mobilem: quo casu iudex domicilii competens dicitur l fi. cum glo. C. ubi in rem actio. Quæ solutio est cõtra prædicta, & est etiam diuinatiua, quòd ibi præses prouinciæ non esset iudex domicilii, licèt id sit possibile.

Eapropter respon. ibi nõ dici causam præparatã rei uendicationis uidelicet, coram alio quàm præside, qui de præparatoria cognouit esse agitandam. Ideo intelligerẽ illum tex. vt apud iudicẽ de uerita te rei quęratur, ideſt, uia iuris seu iudicialiter. id quod expediri debet apud ipsum met, qui de actione ad exhibendum, & de causa præparatoria cognouit. l. ordinarii. præalle. nisi alius esset iudex domicilii. d. l. fi. cum gl. hic uidetur mihi uerus sensus prædictæ. l. primæ. præterea termini sunt diuersi, quia in quæstione nostra iudex uirtute iuramenti habet iurisdictionem in utraq; causa, ut dixi.

Ad tertium de absolutione ex necessitate petita, & quattum subsequens, respond. hic Cur. in 2. col. duobus modis, ut per eum. Sed non bene respond. ad l. secundam ubi & apud quem. nec rationẽ assignat, cur aliud sit in hac materia ratione iuramẽti. neq; ad propositum facit tex. in c. de prudentia. de donationib. inter uirum & uxo. Nã vultꝙ ille qui iudex est in causa principali sit etiam iudex in incidenti: sed ecclesiasticus qui de iuramẽto cognouit, non erat iudex in causa principali, ergo &c.

Vnde melius dici potest ad tex. d. l. 2. ꝙ nõ habet locum in casu nostro, quando iudex Ecclesiasticus super iuramento cognouit; quia censetur præoccupata iurisdictio in principali iudicio: qui. n. præparatorium elegit, cẽsetur pariter illud eligere, ad quod fit præparatio: ut per Dec. in d. rubr. de iudi. col. 2. primæ lecturę. & ideo, ubi iudex secularis ante habilitationem petitam de causa principali cognoscere cœpisset, non procederet conclusio communis: quum fundamentum præoccupationis retorqueretur in contrarium, secundum Ripam in d. rubri. de iud. col 5. Quod non uidetur de iure posse procedere: quia tunc iudex secularis nulliter & de facto cognosceret propter iuramentum, & sic pro nõ facto id haberetur. l. si pater, cum gl. ℣. ne ex delic. defun. cum no. in proposito per Fel. in d. c. j. col. x. de iureiu. quinimmo propter periurium repellendus esset agens à iudicio, ut post Alex. & alios diximus in l. si quis maior. ℣. de transac. propterea respon. clarius, ꝙ in casu nostro uirtute iuramenti, ut dictum est, iudex ecclesiasticus etiam in causa principali habet iurisdictionem: ideo non agitur de prorogatione.

Eodem modo respon. ad alia duo motiua sequẽtia, & in casibus prædictis iudex cognoscens de causa præparatoria non habebat iurisdictionẽ in principali & præparata, ut in quęstione nostra in causa iurata. Ex quibus habemus limitationem ad decisionem Baldi & conclusionem prædictam, quando per secularem pręoccupata esset iurisdictio, qui de causa cœpisset cognoscere. hanc tamen limitationem damnaui. ℸ.

Secunda limitatio ad prędictam decisionem Bal
41 di, † ubi iuramentum esset relaxatum & remissum per partẽ secundũ Pau. Cast. in consi. ℸ. alle. Absolutio. n. à iuramento tunc potius esset facti, quàm iuris & superflua. & sequuntur communiter doctor. notab. reputantes, ut per Fel. loco prędalleg. Alex. & Iaſ. in d. l. quotiens. ꝙ autem pars posit iuramentũ remittere, indubitati iuris est, quum prędictum sit eius fauore, ut pulchrè per Fel. in d. c. i. col. j. & 3. de iureiur. & ita seruatur in actu practico: & est utilis cautela, ut sæpe cõperi in negotiis occurrentibus. Duas alias limitationes tradit Fel. loco prędalle. & aliqua reasumunt Mod. Tau. ℣. col. fi.

Quasdam alia difficultates tangunt Rim. & Ripa hîc ut per eos.

Circa secundam partem glo. ibi, & tripliciter dicit. Ruin. & Cur. post Bal. tenent, editiones instrumentorum & actorum separatas esse, ut patet ex. ll. nostri tituli, & glo. omisisse quartam speciem, saluantes tamen illam, ut suppleatur per glo. in rubri. ff. eo. nec sit istud inconueniens. & uidetur pro hoc facere, quia gloss. hîc in fine se remittit ad ea, quæ ibi dixit.

Quę consideratio non uidetur procedere: quia, si suppletur, ergo hic diminutè locuta est: remittitq; se in fine quòd ad solutionem duarum quæstionũ, quas in ultima parte formauit. Item, quia non omnis membrum de actis, quia expresse ad editionem instrumentorum allegauit. l. secundam de actis loquentem. Ex quo clarè apparet accepisse uerbũ instrumentorum eo modo, ut etiã acta comprehenderet; ut hîc per Alex. Dec. & per Aquens. Alio modo saluauit glo. Ripa in j. col. habito respectu ad cõmunem vsum loquendi, secundum quem continẽtur acta. quod non est verum tenete ergo sol. Alex. quã declarant & sequuntur Dec. hîc & Aquen. faciunt pulchrè no. per Fel. in d. rub. de fide instru. in fi. in art. utrum appellatione instrumentorum ueniant acta. Attamen pro ueritate uidete quę cõgerit Dec. in rub. extra de fide instr. & dicenti hoc, incũberet onus probandi. est ergo minus mala sol. Alex. quã sequuntur hic Dec. & Aquen. declarãdo ut per eos quibus addite Fel. in rub. de fide instr. in fi.

Sed licèt fortè ea fuerit mens glo. tamen non uidetur bona, quin in tit. nostro appellatio instrumẽtorum non capitur eo modo, ut patet ex ll. tit. Ideo pro ueritate gl. debebat respon. aliter, vel quòd hîc tractat de duplici editione, actionum uidelicet & instrumentorum, & comprehendisset omnia, rationes, acta, & instrumenta. vel si volebat loqui de specie specialissima instrumentorum, respond. quòd tractat de quadruplici specie editionis, vt dixit glo. clarius saniusq; loquendo in d. rub. ff. eo. Est etiam hîc loquutus glossator ineptè & more aratorũ ibi de edendo actionum, dicendum fuerat actiones. l. Plautius. ff. de auro lega.

42 Azo autem in summa tituli nostri † eleganter circa has editiones dixit, esse in primis circa præparatoria editionem actionis, secundo in processu post litem contestatam in meritis esse editionem probationum. Tertiò in conclusione, ut proferatur sententia, esse editionem omnium actorum, quę sunt scripturæ factæ de his, quę in iudicio confessata, testificata, uel quomodocunque acta continent; de

de quibus uidebimus. ℣. in l. 2. & de hac tertia specie editionis omnium actorum in decretis Illustrissimi Principis nostri extat decretum plenè disponens in secundo libro sub rubr. de terminis instantiarum.

Possent dari plures aliæ subdiuisiones editionũ: quædam. n. fiebat ab officiali de publico cõstituto, exemplo argentariorum, & nummulariorum: & de hac tractatur pro maiori parte in pandectis eod. tit. Alia est quæ fit, uel fieri petitur à parte contendente in iudicio: & de ista loquũtur ferè omnes. ll.
43 tituli nostri: & una fit parti, altera iudici: ut hic per Rimin. in 2. col. † Quæ fit iudici est duplex, quandoque fit ad instructionem ipsius tantùm; & tunc parti non datur copia, ut diximus suprà. Quandoque fit, quia producens est usurus, & sententiam super illis postulat ferri, iuxta l. petens. ℣. de pact. & l. primam. ff. de edend. & tunc ut acta paria sint, nẽve iudicium claudicet, & fides ueri constare possit, de omnibus facienda est copia parti. l. 1. §. eden da. ff. eo. facit l. fin. ℣. de fructibus & litis expens. & latius uidebimus. ℣. in l. 1. & 2.

Rursus quędam editio respicit actionem siue petitionem, de qua in l. edita. ℣. eo. &. ff. eo. in l. 1. & super hac tanquàm super lapide angulari fundatur torum iudicium, ut. ℸ. dixi. & fit, ut iudex sciat certam proferre sententiam, iuxta §. curare. Institu. de actio. libello. n. & actis debet esse conformis sententia. l. ut fundus. ff. communi diuidund. c. licèt Hely de simon. & pariter fit ad instructionem conuenti, vt sciat an cedere debeat uel contendere: & si contendendum putet, ueniat instructus ad iudicium l. 1. ff. eo. & de his plurimùm agitur ibi, & hic.

Alia respicit instructionem processus, & probationem facta litis contestatione: fitq; tàm ad iuuandum, quàm ad elidendum actionem propositam per exceptionem. & de ista agitur in toto hoc titu. & quando concernit exceptionem fundandam, dicitur etiã prępreparatoria iudicij, inchoati scilicet excludendi, ut hîc per Ripam in 2. col.

44 Alia fit ad conclusionem instructionemq; iudicis, ut posit proferre sententiam, † quam dare debet secundum alleg. & probata. l. licitas. §. ueritas. ff. de officio Præsidis. c. uigilantem. 30. q. ult.

Et inter prædictas species editionum in alio longa est differentia. quæ. n. prępreparationem respiciunt
45 † sine die & consule, quæ probationem, plenè eduntur. prælleg. §. editiones. & infrà uidebimus.

Est & alia species editionis siue exhibitionis separata à prædictis, quę est præparatoria actionis in rẽ, & est exhibitio reis & de ista agitur in titulo ad exhibendum. Et hæc utilia sunt ac necessaria pro uolẽtibus practicare. uidendaq; etiam sunt, quę in ipsa
46 materia scribit Paul. Castr. in l. quædam. ff. eod.

In tertia parte glo. ibi. i. demonstrando † ab edo edis. hinc est illud. Martialis. Carpere uel noli nostra, uel ede tua. uocabulum est æquiuocum & generale ad multa. Sed in proposito nostro declarat pulchrè Iurisconsultus in d. l. 1. in §. edere. & in l. si quis ex argentariis, in §. edere. ff. eo. Ex qua expositione infertur, ꝙ ille qui tenetur edere, potest cogi prius demonstrare; ut in pulchro casu tradunt Paul. & Alex. in l. 1. ℣. quemad. testam. aperi.

Item nota quòd glo. in uerbis prędictis non loquitur de etymologia, ut dicit Iaſ. sed potius de deriuatione uocabuli, ut dicunt Mod. Taur. & Ripa. de quà quidem terminorum differentia, uidenda sunt quæ scripsi in §. appellata. l. 2. suprà. ff. si cert. pet. tamen rectè considerando uidetur mihi quæstio de lana caprina. & nihilominus dici potest, ꝙ hîc glo. ponat etymologiam. idem est enim dicere edendo, quod extra dando, copiamque faciendo; & sic ostendendo & demonstrando, ergo ponit etymologiam.

Retenta prædicta expositione uidebatur, rubr. hanc de superfluitate argui posse. quia si nihil aliud est edere, quàm demonstrare, satis uidebatur prouisum per titulum Ad exhibendum, ideſt demonstrandum.

Alber. de Rosa. difficultatem hanc per eum motam malè resoluit. Curt. respond. per tex. l. 3. in §. pen. cum glo. ad exhibend. ubi prædicta actio non datur ad exhibendum instrumenta, nisi domino: sed remedium istud generale est, ut patet ex omnibus. ll. tit. &. ℣. uidebimus. tamen, ut ego in superioribus dixi, † manifesta est differentia inter edi-
47 tiones prędictas, & titulos prędalleg. hic. n. loquitur de editione libelli actionum, rationum, instrumentorum, & actorũ: & sic tàm de præparatoria, quàm de instructoria iudicii & causæ: ibi uerò de exhibitione rei, ut cognoscatur an sit illa de qua futurum est iudicium. Et sic ad diuersos effectus, unde non erat satisfactum in præsenti materia per titulum ad exhibendum.

In ultima parte glo. se remittit de duabus quæ-
48 stionibus per eam formatis. & hoc fecit Accurs. † quia glossas digesti ueteris absoluit & compleuit ac etiam institutionum, alias morte pręuentus nõ potuit: ideo Accursius sæpe ad illas tanquàm meliores se remittit.

49 † Circa primam quæstionem quare hęc rub. per gerundium De edendo, & non per nomen uerbale De editione, composita sit Doct. se ualde inuoluunt, & est quęstio difficillima.

Bart. post Cyn. Iacob. Buttrig. Rayner. Francisc. Tigrin. id factum fuisse dicit, quia legislator tractare intendit de actu edendi, qui significatur per gerundium; ut in rub. de postuland. & de in ius uocand. non de effectu aut substantia, quę per nomen significatur. & est receptior sententia, ut hic dicũt Alexan. Paul. Moder. Taur. & alii, & Paul. Castr. in rub. ff. eod.

Quæ solutio displicuit Rimin. Iasoni, Decio. Aquens. Curt. & Ripæ hic, quia etiam ubi de effectu & substantia tractatur, concepta reperitur rub. per gerundium, & per nomen uerbale, ubi tractatur de actu, prout est in facto seu fieri. probatur primum per titulum nostrum in l. 2. in l. edita. in l. non est nouum. cum sequ. coniuncta rub. & per titulum de in litem iurand. ubi de effectu iuramenti tractatur, & tamen p gerundium cõcepta fuit rub.

Secundum patet & probatur ex rubr. ℣. de executione rei iudic. iuncta. l. ordo, eiusdem tituli, ubi tractatur de actu executionis, prout est in facto, &

ta mẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen rubr.concipitur per nomen uerbale probatur similiter in.l.traditionibus.ff.de pact. &.ff.de satisdand.& tit.institutionum de satisdationibus, cum aliis adductis per Socin.& Aquens.

Melius est ergò dicere,ut præfati concludebant, hæc esse iuris positiui, & ita uno modo sicuti alio rubricari potuisse.tamẽ ut Are.Socin.& præfati dicũt,Imperator hîc tractaturus principaliter de ipso actu editionis, magis quàm de effectu, congruentius posuit rub.per gerundium, quod secundum propriam naturam eius significat actum,prout est in facto. Facit; quia debet aliquid fieri & iudicari potius secundum propriam eius naturam, quàm
50 secundum illud quod accidentaliter † quandoque reperitur factum.l.item ueniunt.§. cum prædiximus.ff.de petitione hæred.cum aliis de quibus per Deci.ff.& 3.col.& dixi suprà.

Sed contra prædictam resolutionem omnium modernorum uidetur esse tex.rubr.nostrę. cum nigro sequenti,ubi principaliter & ut plurimùm tractatur de effectu editionis; ut patet ex l.2. ex l.edita,cum sequentibus: & tamen rubr. est posita per gerundium, quæ per nomen uerbale secundũ opi.
51 prędictorum fuisset concipienda. † Tenendum est ergo hæc esse iuris positiui, & uoluntatem pro ratione sufficere.l.non omnium.ff.de.ll.l.1.§.sextũ. de postulând.cum similib.Et quia elegantius sonat dicere de edendo,quàm de editione,ideo posuit potius per gerundium,quàm per nomen.argumento .l.diem functo. ubi notaui de officio assessorum. tenendo tamen sol.Aret. Socin. & aliorum ad.ll.in oppos.alleg. respõde, quòd ille effectus sequitur ex actu facti,de quo principaliter tractare nolebat.

Ex his & aliis quæ circa prædicta scribunt doct.
52 nonnulla colliguntur & primò, quòd † natura gerũdii,de qua remissiuè per Alex.& Dec. est importare actum, prout est in fieri, secus in nomine uel participio. Ideo dixit notanter Bald. in l. si ex cautione.q.5.ff.de non num.pec.quòd si in instrumẽto dicatur. †Titium fuisse cõfessum habuisse à Meuio & recepisse centum dando & numerando, talia gerundia important & significant actum ueræ numerationis: ideo si de illa non constet, notariũ posse puniri de falso, quum ueritatem immutauerit. aliud si dicatur,dante & soluente; quia hęc participia non tantùm important. quum ergo gerundia significent actum prout est in fieri, & sonent in actum, qui oculo subiicitur.l.uim facit.ff.de ui.& ui arm. concludebat Bal. ut dictum est suprà. & est receptior scribentium sententia ut per Felin.in c.si cautio.col.17.de fide instrum. Mod.Taur. hîc col. 1.& Ripam ultima.

Contra quam tamen uidentur tenere præfati Moder.Taur.ubi ageretur de puniendo notarium de falso,quum tunc probatio debeat de necessitate concludere, vt per eos.

Mihi autem uidetur conclusionem Baldi cõfundi ex prædictis,quibus probatum fuit,quòd ita adaptatur natura gerundii substantię rei & effectui, sicuti facto aut actui, qui est in fieri: ut in rub. nostra cũ ll.sequentibus ac aliis suprà alleg. & licèt communiter & principaliter adaptaretur actui facti, quia tamen etiam aliquando adaptatur effectui & substantiæ excusandus esset notarius.

Circa famosam decisionem Salic.in l.1.ff.de his
54 qui latro.occulta. † quam hic reprobat Ias.cuius rationibus respondent Dec. Curt. & Modern.Taur. defendentes Salic.qui bene loquitur,& minus fideliter refertur per Ias. ut per præfatos. non.n.dixit Salic.gerundium nihil importare in libello, immo dicit quòd importat qualitatem delicti principalis, & sic ut non uideantur deducta in libello duo delicta,sed unum,insultus.s.cũ uulnere. iuxta.l.illud. in §.fin.ad l.aquil.& quòd natura gerundii sit modificare & qualificare dispositionem. tradit etiam Socin.in consi.91.& 93,col.2.lib.1. allegando prędictam doctrinam Salicet. facit quod notant Paul. Cast.in rubr.ff.eo.Bal.& Cur.hîc circa fin. resoluitur ergo gerundium in uerbum qualificatiuum. & ideo ut ad practicam inferam, utilitatemq; istius articuli & quæstionis,ostendam si pro uno delicto per statutum imponeretur pœna 25.pro duobus l. prędicto casu Saliceti non poterit imponi, nisi prima pœna 25. probato insultu cum uulnere; nisi statutum pro delicto isto qualificato maiorem pœnam imponeret. De materia quæstionis prędictæ de insultu, uidete quæ scribit Deci. in consil.676. cum seq.

55 Secundò colligitur ex prædictis † quòd gerundia uel participia in dum non important necessitatem,nisi ratione subiectæ materiæ, uel vbi appositum fuit uerbum est,aut sunt, vt hîc per Rimin. & Aquens.ac Mod.Taur.col.1. & Ripam vlt. ubi secus esse dicit de necessitate causatiua, ut per eum.

Circa aliam quęstionem glo. Accurs. optimè solu
56 it in rub.ff.eo. & sequuntur communiter scribentes. † quàmuis Mod.Taur. hîc in 2.col. discedant, eò quòd Imperator potuisset de multiplici illa editione in accusatiuo mentionẽ facere, putantes propterea hęc esse iuris positiui, & non esse faciendam in hoc uim. tamen defendendo glo. aduertendum est,quòd in prædicta rubr.ff.eod.ad quam hęc nostra se remittit, quęstionem aliter formauit. Quærit.n.cur non subiunxerit accusatiuum De edendo actionem? & respond. quia de multiplici editione, non de illa tantùm tractaturus erat legislator; ideo generaliter & indiffinitè rubricauit De edendo. & rectè, quia sicut indiffinita nominis æquipollet uniuersali, ita indiffinita uerbi.l. si is qui ducenta.§.utrum. de reb. dub. ut hic per Aquens. in fine. cum aliis quæ suprà allegaui.

57 † Sed alia sub oritur dubitatio, quare non subiunxerit legislator accusatiuos casus omnium specierum editionum, de quibus tractaturus erat? & tunc bene respondebitur hęc esse iuris positiui, & tamen loquendi hic modus & rubricandi elegan-
58 tior fuit. † Ideo iurisconsulti, qui eloquentiæ magistri fuerunt secundum Ias.in l.si filius hæres, col. 1.ff.de lib. & posthum. & Laurentium Vallam in suis elegantiis, illisq; ingens labor & summa cura fuit circa proprietatem uerborum teste Fabio,modo prędicto,& sub compendio potius loquuti fuerunt,quàm effundendo tot uerba sine utilitate.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 Antoninus Imperator auctor istius legis primæ,qualis fuerit.
2 Specialia non sunt multiplicanda.
3 Rationum appellatione an ueniant instrumenta.
4 Facti quæstioni nõ respondet legislator, sed quæstioni iuris.& quare hoc fit.Et quæ dicatur quæstio facti,& quæ iuris. & nu.11.cum seq.
5 Sermones nostri adaptandi sunt rebus uerisimilibus,& intellectu fruentibus.
6 Nam,dictio cuius naturæ sit.
7 Leges primùm factæ in ordine cõpositionis debẽt in eo dem titulo primò poni.
8 Litigare uolentes debent primùm bene cõsiderare quomodo possint probare intentionem suam, quia facile est petere; sed uis est in probando.& seq.
10 Imperator ex benignitate sæpe cõsuluit parti supplicãti Imperiale propriũ est inuestigare, et procurare commoda subditorum. ibidem.
11 Quæstio facti,& quæstio iuris, quæ dicatur. & num. sequenti.
12 Ius oritur ex facto.
16 Depositum licèt sit priuilegiatũ, prius tamẽ debet cõstare depositum esse.
17 Opponi contra instrumentum si ex forma statuti nihil possit.opponi tamẽ poterit,& constare debebit quòd sit instrumentum.
18 Liber proprius scribentis cõtra eũ fidẽ facit.& nu. seq.
Liberi priuatorũ,puta tutoris,speciarij,massarij cõmunis & similiũ,an quomodo,& quãdo detur fides.ibi.
23 Aduersarius quis propriè dicatur.
24 Edere actori reus an & quando teneatur. & num. seq.
25 Positionibus actoris quare magis teneatur reus respondere, quàm illi edere ad intentionem eius fundandam librum rationum suarum, uel propria instrumenta. & nu. seq.
26 Veritatem sequens, Deum sequitur.
27 Ratio totum facit in lege.
29 Causa est assignãda & iustificanda, quãdo ex ea recedit à regulis iuris communis. & nu.seq.
31 Editio ista sit officio iudicis mercenario,quando incidẽter petitur; secus quando principaliter.
32 Dispicere idem est quòd diligenter aspicere.
33 Liber rationum totus & integer edi non debet, sed tãtum pars, quæ facit ad causam, & pertinet ad petentem.
Editio fieri debet de eo tantùm, quod facit ad instructionem causæ,& ad petentem spectat.ibidem.
34 Edere, ut quis cogatur rationes suas uel instrumẽta, an mandatum & interesse copulatiuè requirantur; uel sufficiat alterum. & nu.seq.
35 Notarius an & quando rogadus sit in confectione instrumenti.
Tex.§.pertinere.l.si quis ex argentarijs, declaratur ibidem. & nu. 80.
37 Tex.l.fin.de bon.actor. iud.possiden.declaratur.
38 Tertius scripturam à se confectam de negotio ad me spectante absque mei mandato,an & quando illam mihi edere teneatur.
39 Scriptura priuata alicuius scribẽtis fidem facit contra illum.
41 Notarius recipiens instrumentum an rogari debeat ab utraque parte,uel sufficiat ab una tantùm esse rogatum, ad hoc ut instrumentum faciat fidem.
42 Editum semel, si casu fuerit deperditum,an & quando iterum edendum sit.
43 Amissio semel editi & habiti quomodo probari possit.
44 Edere an reus cogatur actori, quãdo amisit propria instrumenta aliquo casu, nunquàm à parte sibi edita.
45 Fœmina non potest argentariam exercere.
46 Prothocolla notariorum mortuorum spectant ad eorũ hæredes,non ad fiscum.& nu.seq.
47 Instrumẽtum leuandum ex prothocollis notarij mortui, auctoritate iudicis competentis id alteri Tabellioni committentis expediri debet.
48 Notarij mortui prothocolla an iuridicè per principes reducantur ad manus suas.
49 Fœmina potest argentariam exercere per seruum.
50 Capacitas serui à capacitate domini regulatur.
51 Fœmina ab officio argentariæ prohibetur, quia ea opera uilis est.
52 Vtens uel usurus instrumentis uel rationibus, an et quo modo teneatur edere. & nu.seq.
53 Productio instrumentorum uel rationum an sola sit de actis, uel etiam tenor.
Acta iudicij an contineant solùm productiones, uel etiam tenorem productorum.ibidem cum seq.
Tex.in §.edenda.l.primæ de edendo declaratur.ibid.
56 Edere an quis teneatur narrata et enunciata in libello, quando apparet uelle illis uti etiam. & nu.pluribus sequentibus ubi plenè.
61 Protestatio dicẽtis se producere aliqua iura in parte et passibus,& c.an & quomodo illi suffragetur, & nu. sequentibus.
63 Testium nomina quibus quis usurus est, an edenda sint petenti.
64 Iudex ad requisitionem partis an teneatur interrogare reum utrum habeat aliqua instrumenta, quibus uti uelit.
65 Fiscus an & quomodo in hac materia editionis priuilegiatus sit.
66 Tex.l.non puto.ff.de iure fisci, declaratur.
67 Edendum an sit fisco in causa criminali, ubi agitur de re pecuniaria.
70 Vsurarius an, quomodo, & quando teneatur edere librum rationum suarum. & nu.seq.
71 Legem antiquam exemplificari posse per nouam quomodo intelligatur. & nu.seq.
Tex.§.cæterùm.Clem.primæ de usur.plenè declaratur. ibidem.
75 Publicani honestæ conditionis non procedunt pari passu cum alijs publicanis.
76 Vsurarius an & quando dicatur, quia ad tempus sub credentia carius uendit.
77 Contractũ illicitũ & usurariũ faciens,qui communiter licitus reputabatur,nõ dicitur usurarius.& nu.seq.
78 Mercatores nostri temporis qui ex consuetudine libros rationum conficiunt, an teneãtur edere actori ad illius intentionem fundandam. & nu.seq.
79 Consuetudo regulat & regit omnes cantractus & dispositiones.
81 Generalis dispositio ad particulam non attinet, nec trãbitur.

Mer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

82 *Mercator qui non bene regit nec gubernat libros suos, citò deficit.*
83 *Seruus non admittitur ad officium publicum, etiam uolente domino, sed bene ministerium & exercitum potest exercere. & nu.seq.*
86 *Mercatores qui publica auctoritate constituũtur, iurantes artem fideliter exercere, succedunt quasi in locum argentariorum.*
Practicam libellandi & articulandi in materia editionis uide ibi remissiuè tamen. & nu. 99. & seq.
87 *Edere ad fundandam intentionem actoris reus non tenetur, sed bene ad probandum replicationem.*
88 *Editio rationum differt ab editione instrumentorum.*
89 *Editionem fieri officio iudicis, uel iure actionis multũ interesse. Et quo remedio fiat editio in singulis casibus tàm ab argentario, quàm à notario & ab aliis. & nu.seq. usque ad nu.100.*
90 *Tex.l. quædam.ff.de eden. declaratur.*
91 *Actio in factum competit regulariter ex omni interdicto & edicto prætoris.*
Et ibi inuenies quare officium iudicis & actio in hac materia non concurrant.
92 *Editionis materia in æquitate est fundata.*
93 *Prætoriæ prouisionis in æquitate fundatur.*
95 *Mandatum debet esse gratuitum et uoluntarium, aliàs non est mandatum, nec competit actio mandati.*
Argẽtarius et notarius qui illi æquiparatur quo remedio cogãtur edere rationes et instrumẽta ĩ nu.5. alle.
97 *Locati agitur interueniente mercede.*
98 *Tex.§.si tutores.l.si procuratorẽ.ff.mand. declaratur.*
99 *Liber priuatarum rationum ab aliquo confectus ex libera uoluntate an & quando fit edendus ad petitionem alterius.*
100 *Editionem fieri, in casu tamen quo facienda esset, utrum iudex parte etiam non petente, mandare possit, aduersariumq; cogere.*

In legem primam.C.de edendo.

ANTONINVS Pius 16. Romanorũ Imperator, istius legis auctor, vir fuit
1 ut Iul. Capitolinus scribit, † forma conspicuus, ingenio clarus, moribus clemens, nobilis uultu, singularis eloquentiæ, nitidæ literaturæ, præcipuè sobrius, diligens agricultor, mitis, largus, alieni abstinens, in cũctis postremò laudabilis, & qui merito Numæ Põpilio ex bonorũ sententia cõparatus fuit. Multa de iure scripsit, usus est Saluio, Valente, Volusio, Metiano, Marcello, & Iaboleno Iurisconsultis, quorũ monumenta iuuat nocturna uersare manu, versate diurna. Dictus est pius à probitate morum, ac pietate. Solus.n.omnium propè principum prorsus sine ciuili sanguine & hostili fuit, obiit febre anno ætatis suæ 72. Christi uerò 163. quum 23. annis imperasset, ut Eusebius Cæsariensis in historia. Capitolinus in uita eiusdem Ant. & Paul.Orosi.li.7.c.9. suæ historiæ scribunt. Intelligitis iam qui fuerit auctor istius l.1. qualis uita, quibus consiliariis usus, cur dictus pius, quàtùm & quibus temporibus vixerit: & qua tempestate lex ista condita fuerit.

Diuiditur in duas partes, in prima ponitur quæstio facti. Cui imperator respondere non uult, quú de qõne facti nõ sit interrogandus. In secunda, quę est ibi. nã ꝙ ponitur quęstio iuris. cui respõ. & hoc secundum intell. Bar. Ias. & quorundam aliorum, ꝙ in hac.l. duplex consultatio proposita fuerit.

Sed tenendo alium intellectum, ꝙ una tantùm fuerit consultatio, & meliorem, ut statim dicam. in prima consulit interroganti. in secunda annectit rationem, per quam respondet quæsito, & interrogationi. secunda ibi. nam quòd.

Omisso summario Pau. & Alex. utranque lectu ram comprehendentium siue intelligatur tex. de libro rationum, siue de instrumentis, quia prima uerior est & magis communis; ideo ex mẽte Bar. Bal. Are. & Rimi. sic summo. Reus nõ tenetur librum rationum suarum edere actori ad illius intentionem fundandam, etiam in casu priuilegiato, nisi ex causa, cuius declaratio ad iudicem spectat.

Casus figurari potest secundum lecturam quam dixi meliorem, ꝙ vnica tantùm fuerit consultatio, vt statim latius dicam.

Rationes dubitãdi & decidẽdi possunt assignari ex his, quæ hîc scribunt Iaso. in 3. not. & Cur. in 3. col. dicas tu clarius breuiusquã. Quòd & si depositum ualde priuilegiatum sit, iuribus p Ias. allegatis, malè tñ infertur ꝙ etiã in casu legis nostrę priuilegiatum sit, ut reus cogatur edere actori suarum rationum librum ad fundandã intentionem actoris?
2 † quum priuilegia nõ sint multiplicãda l.1. cum ibi not. ĩ. de dotis promiss. l. singularia. cum ibi no. per Soc. & alios si cer. pet. & not. gl. & doc. in l. à Diuo. ĩ prin. ff. de re iud. & ĩ l. qd verò, p illũ tex. ff. de leg.

Præmittamus aliqua pro intelligẽtia legis & materiæ. Et primò secundum glo. 2. quòd aduerbium quemadmodum in tex. nostro positum, non respicit nec determinat uerbum deberi, sed uerbũ probes: & per consequens nõ refertur ad causam debendi, sed ad speciem probationis. ut p dictã gl. secundã, quã Doct. sequuntur ut hîc per Salic. Alex. Iaso. Dec. Ripam & alios hic in primis col. & super gl. prędicta. Nã prima expositio facit uiolentiã litteræ, quę narrat factã fuisse mentionem & expressum casum fuisse depositi, ideo absonum est dicere & interpretari. Vide ex qua causa probes pecuniam, quã petis tibi deberi, quum id esse ex causa depositi iam dictum esset. prętereà uis & uictoria magis stat in ipsa probatione, q̃ in causa debiti, vt hic & in l. qui accusare. ĩ. eo. cum not. vtrobique per Bal. & doct. ideo quum Imperator parti cõsulat, sanius est intelligere quemadmodum. 1. quo genere probationis, quàm qua causa. maximè quum de effectu potiusquã de modo curemus l. 3. ĩ. de instit. & substi. & latiùs adhuc super dicta glo. 2. declarabimus.

Secundò principaliter sciẽdum, quòd gl. & doc. hunc tex. duob. modis legunt & interpretantur: ut loquatur de libro rationum, uel de instrumentis. & utraque lect. secundum Bar. hic in princ. uera esse potest. sed dicas tu primum intellectum tãquàm verbis text. magis consentaneum reiecto secundo communiter teneri, ut hic per Bald. & Salic. col. 1. Rimin. 10. Alexan. Dec. & alios super glo. in uerbo
3 Rationes. † quamuis enim instrumentorum nomine

mine ueniant rationes. l. 1. ff. de fide instrumen. Deci. in rub. extra de fide instru. Aquens. in rub. suprà eo. ubi dixi: appellatione tamen rationum non ueniunt instrumẽta, quę à rationibus distinguuntur. l. si quis, §. rationem. ff. eod. Deci. in l. fina. col. 1. infrà eod. in c. j. col. 22. de proba. & in d. rub. de fide instru. quàmuis refragari videantur quæ scribit ipse Deci. infrà, in glo. super verbo causa, circa fin. videre quæ ibi dicentur.

Teruò præmitte, quòd hęc lex legitur duobus modis. vno modo quòd duplex fuerit consultatio, prima, qua specie probationis vsurus esset actor ad probandum, quod asserebat. secunda in versi. nam quod desideras, an aduersaria cogeretur edere ãcto ri. & hunc intellec. tanquàm litteræ consentaneum sequuntur Bar. & [illegible]

Secundò modo intelligitur, quòd fuerit vnica consultatio: an aduersaria istius Aemilij rationes suas Aemilio actori futuro edere cogeretur. Et in prima parte Imperator consulat supplicanti. In secunda annectat rationẽ per quã respond. quęsito.

Et hunc intellec. sequuntur Salice. Rimin. Moder. Taur. & Ripa. & hic tenendus est tanquàm magis verisimilis & amicus litteræ nostrę. quod ex
4 pluribus ostenditur. † Primò, quia ad quęstionem facti non respondet legislator. l. eum, quem temerè §. j. ff. de iudi. cum aliis infrà statim adducendis. & ideo non est verisimile, hunc Aemilium proposuisse quæstionem à iure reprobatam.

Secundò, quia non consonat naturalibus, quòd in facto proprio se instrui à principe quæsierit. l. fi. ff. pro suo. l. 3. ff. de testib. ibi, tu magis scire potes. Iccirco non est credendum, quòd Aemilius quæsierit ab Imperatore quomodo posset propositum
5 suum probare. † Nam sermones nostri adaptandi sunt rebus verisimilibus, & intellectu fruentibus; vt probatur in l. si ita quis. versi. quod nemo sanus diceret. ff. de euic. in l. non est verisimile. ff. quod metus causa. tradit Barb. in consi. 34. col. 1. lib. 1.

Tertiò, quia in secunda parte nostrę l. ibi, nam quod verba nõ sonant propositionem nouæ quæ-
6 stionis, sed assignationem rationis ad iam propositam. hæc est natura † istius dictionis nam, regulariter loquendo. §. penu. l. fina. ff. de except. doli. declarat Bar. in l. demonstratio, §. quod autem, col. 2. de condi. & demonst.

7 Quartò præmitto, † quòd leges primò factæ in compositione & compilatione Codicis in primo loco, posteriores verò in secundo, seu subsequenti loco poni debent in eodem titulo in C. vt ordo temporis & constitutionum ex ipsa compositione clarescat, §. pen. cum glo. in verbo compositione, in prima constit. C. sed in titulo nostro contrarium videtur factum fuisse, quia hæc lex. 1. est Anto. Pii, qui videtur fuisse post Seuerum, vt arguendo ab ordine litterę probatur in suprascriptione l. 2. infrà eod. & in l. non licèt. ĩ. de contrahen. empt. ibi, Seuer. & Anto. quod arg. est validum. l. quotiens. ff. de vsufr. Feli. plenè in c. cum dilecta, col. 3. de rescr. & ll. sequentes pro magna parte fuerunt Seueri, vt ex inscriptione earum liquet: ergo malè. Respon. immo Anto. Pius fuit ante Seuerum medius quatuor imperatoribus, vt ex Capitolino, Spart. & aliis historicis constat.

8 Noto primò ex isto tex. † salutare consilium pro litigare volentibus, vt prius diligẽter considerent, non solùm an foueant ius, sed an, & quomodo illud probabunt: quia non sufficeret habere ius, si deficeret probatio. l. duo sunt Titii. ff. de testamẽt. tutel. Ideo dicebat hîc Bald. quòd ille, qui agere intendit, debet esse prouisus de modo agendi: quum quilibet possit petere, sed vim esse in probando: vt hîc, & in l. qui accusare, ĩ. eodẽ. vnde boni Aduocati formantes petitionẽ, vel libellum considerare præcipuè debent, qualiter probabitur petitio:
9 † aliàs conuento ab obseruatione iudicii absoluto, actor succumbet, & in expensis condemnabitur. d. l. qui accusare, §. sin autem alterutra. l. properandũ. ĩ. de iud. in c. finẽ litibus, cum ibi not. de dolo. & cõtum. etiã quòd in ius alterius successerit. l. qui in alterius, cum not. de reg. iur. imputandum enim illi est, ex quo non venit instructus ad causam sibi prouidendo de modo probandi, consulendo peritiores antequàm causam inciperet. iuxta l. si auia. ĩ. de ingen. & manumiss. vt hîc per Rimi. in 1. col.

Secundò noto ex eodem tex. secundum intell. quem veriorem dixi. quòd vnica tantùm hîc fuerit
10 cõsultatio. † Imperatorem ex benignitate sua consulere parti supplicanti, prout etiam in l. vt responsum. ĩ. de transac. in l. precibus, ĩ. de impuberum & aliis substit. in l. qui petitorio. ff. de rei vendic. & in l. 1. ff. de inoff. test. proprium enim imperialis beneuolẽtię est cõmoda subiectorum inuestigare, & pro illis vigilare. l. Imperialis, infrà de nuptiis. & in aucten. vt iudices sine quo suffrag. in prin. Iccirco secundum Rimin. hîc virtus legis consistit non tantùm in his, quę narrantur, vt in l. legis virtus. ff. de ll. sed etiam in consulendo subditis vt hîc, & in aliis prælleg. iudex verò, qui est positus pro administranda iustitia non impartit officium suum, nisi requisitus. l. 4. §. hoc autem. ff. de damn. infec.

Tertiò ex eod. tex. not. secundum intellec. Bar. &
11 Ias. de quo ĩ. quòd Imperator non respon. † ad ea, quæ consistunt in facto, sed ad quęstionem iuris: vt hîc in secunda parte legis, etiam quòd factum malè & imperfectè aliquando fuerit propositum, iuribus proximè alleg. facit §. 1. de l. eum, quem temerè. & ratio assignari potest, quia in facto alieno probabilis est ignorantia. l. fin. ff. pro suo. & c. 1. de constit. lib. 6. & ignorato facto non potest rectè
12 de iure responderi. † quum ex ipso facto oriatur ius. l. si ex plagis. §. in cliuo Capitolino, ad l. aquil. notant Salice. & Rimin. in d. l. vt responsum. Ideo dicebat Iurisconsul. in l. 2. de iur. & facti ignorantia finitum est, facti autem interpretatio plerunque etiam prudentissimos fallit. vt hîc etiam per Rimi. & Dec. in iure autem turpis esset in iurisperito ignorantia. l. 2. uersicu. Seruius autem Sulpitius. de orig. iur. princeps uerò cẽsetur habere omnia iura in scrinio pectoris. l. omnium, infrà de testam. & c. 1. de constit. lib. 6. † Quæstio iuris illa dicitur, in qua factum pro constanti ab utraque parte præponitur: aliàs diceretur quæstio facti. ut no. glo. & Ang. in §. 1. d. l. eum, quem temerè. & Bald.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l.Arethusa.la 2. ad finem de statu homi. Vtrunque membrum probatur in l. nostra secũdum intellec.Bar. quum in prima parte factum non fuerit pro constanti positum, immo quæsitum,qua specie probationis probari posset depositum. In secunda parte facto pro constanti proposito, quęsitum fuerit, vtrum aduersaria librum rationum suarum exhibere teneatur. probatur similiter secundum uerum intellec. in l. diuus.ff.de officio præsid. vbi Imperator super quęstione facti propositi. An furiosus qui matrem occidit, haberet dilucida interualla vel ne,& an eo tempore deliquerit,per præsidem explorari & inuestigari mandat: super pœna autem inde imponenda eidem super hoc responsuro factum referri mandat. † & circa prędicta, quæ dicatur quęstio iuris,& quę facti,plura ponit Paul. Cast. in l.ancillę. col.2. ĩ.de furtis.

Quartò noto. ibi deposuisse dicis. quòd in deposito, de quo hîc agebatur, seruatur regula iuris communis, de qua in l. qui accusare. & in l.fin. ĩ. eod. vt reus non teneatur edere actori ad fundandam eius intentionem, licèt depositum, de quo agebatur sit valde priuilegiatum: vt hîc per Rimin. Iasi. Deci. & alios mod. † Rationem assignat Curt. quia non sequitur, lex priuilegiat depositum postquam de illo constat, ergo pariter dat priuilegium ad probandum quod sit depositum. per tex. not. in l. Diuus Traianus. cum not. ibi per Bart.ff. de test.militis. vbi dicitur, quòd priuilegium datum militibus, vt eorum testamenta quoquo modo facta rata essent,sic intelligi debere,constito prius testamentum factum fuisse. † per quem tex. dicit ibi Bar. quòd stante statuto quòd contra instrumenta non posit opponi aliqua exceptio, clarè tamen constare debebit,quòd sit instrumentũ: ideo non obstante tali statuto semper opponi posse, quòd non est instrumentum.

Quæ consideratio parum placet: præsupponit enim quòd constito de deposito priuilegiatum sit in hac materia editionis contra communes scribentium conclusiones.

Ideo plus placet, quod hîc voluit Deci. & alij Mod.q̃ quum non reperiatur depositũ in hoc priuilegiatum,seruandum sit in eo ius cõmune,†quũ dispositio generalis includat etiam personas & casus aliunde priuilegiatos. l. in fraudem. §.fina. ubi Bal.not.ff.de test.milit.pulchrè Deci.in l.2.ĩ.unde liberi.plura adduxi in l.prima de reg.iur.& ĩ.in rationibus dubitandi & decidendi.Licèt enim depositum sit valde priuilegiatum, ne depositarius fidem deponenti fallat, quæ ratio videbatur etiam militare in hac materia, vt reus cogeretur actori edere librum rationum suarum, noluit tamen lex depositum in hoc priuilegiare; quia nimis graue esset; vt infrà de test. l.nimis graue.

Quintò not.ibi, desideras; secundum Soci. Deci. & Moder. † quòd liber rationum contra ipsum scribentem fidem facit, aliàs frustra hîc peteretur ipsius libri editio. vt enim dicitur in l. generaliter, in fine.ĩ.de no numerata pecu.indignum est proprio testimonio resistere, & iam dictum, uel scriptum infirmare velle. auctent. contra qui propria, illo eod. titulo. Rursus, non est verisimile, quòd contra se quis scribat,nisi veritas ita se habeat: ideo nimirum,si contra ipsum scribentem liber suus fidem facit. † pro ipso autem scribente non probat. l.exemplo. hîc per Deci. & alios. allegata. & ratio naturalis id suadet, nisi testator puta iussisset credi libro alicuius priuati, † quia faceret tunc fidem contra hæredem. Abb.consi.51.lib.j.& Alex.cons. 54.lib.2.Dec.in c. veniens, in fi.de testi.vbi ponit, quando valeat, conuentio de stando scripturę priuatę: concludens valere tale pactum & conuentionem. sed oppos. firmat in consil 612.post Inno.& alios ibi per eum allegatos, sed fœdere distinctionis concordari possunt opin.vt dicamus non valere conuentione generaliter factam de stando priuatæ scripturæ,quia daretur materia delinquendi. ita loquitur Deci.in dicto consil.secus autem sit in scriptura iam facta,prout ipse dicit in d.c.veniens. Item consuetudo potest tribuere priuatæ scripturę auctoritatem. c. cum dilectus. de fide instr. Deci. consil. 618.

Similiter liber priuatus fidem faceret pro scribente, quando aduersarius uteretur tali libro pro se,quia teneretur etiam acceptare contra se in capitulis connexis.arg.l.Gaius,in fi.ff.de usur.& l.cum quęritur, in fin.ff.de admi. tut. cum not.per Bald. consil.357.lib.j. Paul.Castr.consil.139. & 263.in antiquis. Anchar. consil.207. col. 2.& Soci. 125. col.j.lib.3.Deci.hîc in 2. not. De quibus videndâ sunt, quę ordinarię scribunt Iasi.in Repet.l.admonendi,fol.12.vbi Ripa.5.de fureiur. & vltra prælegata, † de libro tutoris an & quomodo faciat fidem: Corn. consil.319. art. 3.lib.3. & Felin.in c. qualiter, in princ. in 2. col. de accusa. † De libro massarij communis tradit Alex. consil.124. lib.5. De libro speciarij, siue aromatarij, Anchar. consil. 388.col.4.

Et generaliter de materia prędicta vltra suprà alleg.videte Ang. in consil.179. Visa. Abb.& alios in c.bonę.el 2. de postul.pręla. Alex. consil.64.lib. primo, 245. lib.6. 187.& 217.volu.7.Iasi.consil. 103.lib.1.Alciat.lib.2.dispuct.c.29.in fi. & Ruin. in consil.59.& 77.vol.4.

Sextò noto ibi, vt aduersaria tua.† aduersarium propriè dici illum, qui mecum in lite contendit. vt hîc, & in c. primo de iudi. & in §.fina. instit.de pœna temerè litig. & in l. j. in §. edere. de edend. vbi aduersarius nuncupatur litigaturus mecum ante litem contestatã. quod posset induci ad nonnullas quæstiones, vt hîc per Rimin. & latiùs per Deci. & alios in d.c.primo.

Septimò noto† illud,quod hîc principaliter deciditur secundum Bar. & Doct quòd reus non tenetur edere actori ad fundandam illius intentionem.Idem probatur in l.qui accusare. ĩ.eo.ibi,neque iuris,neque æquitatis ratio id permittit,&c. & in l.fin. in fi. ĩ.eo.ibi, non oportet,originem petitionis,ex instrumento eius,qui conuenitur fundari. concordat etiam tex. in c.j. de proba.cum alijs adductis hic per Deci.in quinto not.

Ratio aũt naturalis & uiua,cur reus nó teneatur edere actori ad fundãdã illius intẽtionẽ ẽ,qa à se ipso actor instructus venire debet, & non petere ab aduersario se instrui l. si quando ĩ. de dilationibus,nec de domo rei contra ipsum reum arma sumere,l.nimis graue. ĩ. de testi. secundum commaniter Mod.hîc.

Nec obst.quod dicunt Taur.in secunda col. de veritatis indagine; quia modus iste veritatis indagandæ,& à domo aduersarii extrahendæ,non est à iure toleratus. d. l. nimis graue. & alia via quæri debet, quum sola ratio veritatis inquirendæ non sit sufficiens ad cogendum reum ad edendum: vt post alios scribit hîc Iasi.col.2.

Contra prędicta mouent hîc arduam difficultatem antiqui & Moderni,quare reus cogatur positionibus actoris respondere,& si confiteatur,actoris intentio probatur: c.primo de confess.in sexto & Clem.sæpe §.penul.de verbo.signi.† & per consequens cogatur vocé propriũ edere, & voluntatẽ ostendere ad probandum intentionẽ actoris:& tamen non cogitur edere propriũ instrumentum & librum rationum priuatarum: cur diuersum?

Huic difficultati respondent Anto.de Butr. Abbas & Felin.in c.primo de proba. Franciscus Vercellensis,& Gemin. in d.c. primo de confess. relati hîc per Deci.in 2.col.quòd quantùm ad confessionem rei actor à se ipso instructus esse nõ potuit; quũ talis confessio in potestate rei tantùm sit;ideo permitti ad instructionem actoris cogi reũ respondere.Secus sit in rationibus vel instrumentis, quæ actor aliunde habere potuit. quam responsionem sequitur hîc Rimin.in 2.col.sed Deci.in d.c.j. col. 6.de proba.& hîc in 2.col. reprobat: quia positiones fieri possunt, & fiunt etiam circa ea, quę possunt & solent fieri per alias probationes; & sic pro quibus aliunde haberi & præparari potuerũt probationes,& tamen cogitur,quis positionibus, prædictis respõdere: ergo &c.ratio non est generalis nec bona,vt hîc etiam per Cur.in prima col.secundum quem ratio prædicta non concludit circa priuatum librum rationum, quem actor alio modo habere non potest,nisi reus ipse illum edat: qui attenta prædicta solutione antiquorum edendus foret contra.l.nostram.

Et si huic motiuo respond, posset, quòd deponenti imputandum sit, quare tempore depositi non adhibuerit testes, vel confici fecerit instrumentum: & sic imputetur ei: quum de probationibus aliunde sibi potuerit prouidere; vt per Canonistas in d. c. primo, Iaso. hîc ad finem tertij no. & deci. in 2.col. Sed dic non posse semper haberi testes, & minus notarium, qui conficiat instrumentum. potuissent etiam testes mortui esse, vel absentes, ita quòd nihil posset actori imputari cur de probationibus sibi nõ prouiderit. & tamen hîc generaliter dicitur non fieri editionem libri rationum. Præterea,an petenti editionem possit aliquid imputari, ita vt ab editione reportanda repellatur, considerari hoc debet tempore petitionis.arg. tex. in l.plenum.in §.equitij. cum simil.ff.de eden.

Aliam solutionem ad difficultatem prędictam tradit Deci. in locis præalleg. quòd licèt reus cogatur respondere positionibus actoris, negare potest,& si confiteatur sibi imputetur.sed si contra se cogeretur edere rationes vel instrumenta propria, contra voluntatem suam pręcisè conuinceretur:& per consequens coactio non est pręcisa in casu prędicto, prout esset in editione rationum vel instrumentorum: vt hîc etiam per Ripam in 2. col.

Nec obst.quòd propter iuramentum calumniæ cogatur quis confiteri c.secundo de confess.in sexto, & l.2.§.quod obseruari,infrà de iuramen. calum. quia (vt dixi) coactio non est præcisa. Præterea,ea ratione attenta, etiam reus secundum Deci.deberet librum exhibere, & propria instrumenta contra se ipsum propter iuramentum calumniæ: quod à veritate alienum est, vt hac lege nostra. Propterea dicendum est secundum eum neutro casu fieri contra iuramentum calumniæ, ex quo,iure cauetur, probationes non esse extrahendas à domo rei.

Quę solutio non procedit: vult Deci.quòd si actor faciat positiones de deposito cõtento & describi pro in libro suo ad vtilitatem ipsius actoris, posse reum citra incursum periurii hoc negare: licèt veritas sit, vt ponitur. quod est absonum, & contra tex.cum glo.in d.§.obseruari, dum ponit illos versus: Illud iuretur,quòd lis sibi iusta videtur. Et si quæretur verum, non inficietur. ergo inficiando veritatem contra iuramentum proprium venit. Sed denegando editionem & exhibitionem libri, non venit contra suum iuramentum, ex quo non iurauit contra se exhibere iura sua. & quamuis coactio non sit præcisa, est tamen causatiua: & per consequens eo modo de domo rei extorqueretur probatio contra prędicta.

Considera si dici posit quòd licèt per modum & viam exhibitionis non cogatur quis ad edendũ librum rationum suarum, aut instrumẽta propria ad fundandum intentionem actoris, tamen si fiat positio,vt dicunt scriben.reus respondere cogitur; quia positiones fuerunt per longęuum vsum inuentæ pro faciliori expeditione litiũ. Clem.sępe in §.verum, de verbo.signi. & non curatur hac via q̃ probationes extorqueantur de domo rei per confessionem aduersarii ad faciliorem expeditionem prædictam, & vt citius habeatur veritas: † quam qui sequitur,Deum sequitur.c.quisquis,11. quęstione 3.& in illo,Euangelico:Ego sum via,veritas & vita.quod dispositum non reperitur in hac materia.immo ,phibitum ne extorqueatur probatio ab aduersario, mediante exhibitione libri rationũ priuatarum,vel instrumẽtorum quę propria sunt: ita aliàs dicebam.

Sed hęc solutio diuer sificat tantùm casus, & nó assignat rationem diuersitatis, ideo non est bona; † quum ratio faciat totum. l. quod dictum, cum ibi plenè accumulatis per Iaso. ff. de pact. Et si respondendum est positionibus, vt fides veri constare posit,& ad finem litis cito deueniri, cur pariter ad eundem effectum non debet edi liber rationum priuatarum?

Curt. hîc in 2. col. tenet rerum hodie cogi edere librum rationum suarum & instrumenta pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pria, quemadmodum cogitur respondere positionibus actoris, & per cõsequens hanc legem & præallegatam l.finalem esse correctas: quum correcta ratione legis, cẽseatur correcta lex ipsa, vt per eum. quod absonum est dicere, quum correctio legum sit euitanda, iuribus vulgar. præsertim quia allegata in oppositione terminis loquũtur. Nec verum est, q̃ sit correcta ratio legis super qua fundatur conclus. prædicta, quæ (vt diximus) est, quia actor à se ipso instructus venire debet, nec sumere arma de domo rei. quis vult dicere has rationes hodie correctas esse?

28 Ego puto istud introductum fuisse † ex consuetudine & longeuo vsu ad faciliorem expeditionem litium, vt dictum fuit, contra punctum rationis ex æquitate quadam: & ideo strictè intelligi & procedere in terminis suis tantùm in materia positionum l.quod verò contra, &.l. ius singulare. ff. de ll. Cogitate tamen.

29 Octauò noto ibi ex causa, † quòd reus non tenetur actori edere, nisi ex causa. quod quum sit contra regulam, vt dictum est, alleganti causam subesse, incumbit onus probandi. quia quando ex causa

30 reditur à regula, † assignanda est causa iustificatiua actus; vt hîc per Soci. & Deci. & Roma. in cõs. 163. Alex. in cons. 101. col. 2. libro quinto. Felin. in c. j. col. 3. & in c. quod ad cõsultationem, col. 10. cum sequẽti. de re iudic. & in c. super litteris, col. 10. de rescript. Iaſ. in l. fin. infrà de procurat. & Deci. in cons. 8. Causæ verò ex quibus tenetur reus actori edere, multæ sunt, vt hîc per moder. de quibus latiùs. j. dicam cum glo. & Bar.

Vltimò noto ibi, ad officium iudicis. editionem

31 hanc fieri officio iudicis mercenario. † quod verum est, quando incidenter peteretur, secus quando principaliter secundum Bar. & Rimin. vt latiùs ponunt Bar. Pau. Caſt. & alii in l. quẽdam. ff. eo. & dicam. j. pleniùs.

32 Circa glo. primam exponas tu † dispice, ideſt diligenter aspice, vt hîc etiam per Deci. & probatur in iuribus per eum alleg. hinc etiam Cicero lib. j. quæstionum Tusculanarum: Tũc etiam acie mentis dispicere cupiebat.

Glos. secunda diuiditur in duas partes, prout duas ponit expositiones. prima reprehenditur communiter à scriben. vt hîc per Salic. Alexandr. Rimin. Deci. & alios. quia in tex. dicitur expresè de causa depositi, vt suprà diximus. Secunda communiter tenetur, vt intelligatur de inspectione probationum, quas actor habeat, habere ve possit. & verba litterę satis indicant, ibi, quemadmodum probes. Nam, & si petitio apta sit & bene formata cum omnibus solemnitatibus & clausulis opportunis, nihil est, si probari nequeat: quum iudex secundum allegata & probata iudicare debeat. c. iudicantem. 30. quæstione 5. & in libello non sunt probationes, sed sunt faciendæ iudici per positiones & capitula, que per genera probationum iustificentur. l. quinquaginta in fine. ff. de probat. Et per hanc glos. & suprà allegata dicendum est, quòd si actor in initio causę diligenter non perspexerit quemadmodum intentionem suam probet, temerarius dicitur, nec euitabit condemnationem expensarum. l. eum quem temerè. ff. de iudic. tradit Bar. in l. qui solidum. in §. etiam, de legat. 2. dicens q̃ licèt instrumentum calumnię excuset à malitia & calumnia, non excusat tamen à temeritate: quia actor temerarius fuit attentare, quod probare non poterat; prius enim id dispicere, & diligenter considerare debeat: vt dicitur in tex. nostro.

Rursus secundum prædictam expositionem, quemadmodum, ideſt qua specie probationis, euitatur oppositio & contrarium. l. qui accusare j. eo. vt declarat hîc Sal. col. j. quia consilium datum hîc per Imperatorem quòd non est, debeat probare, vt in contrario dicitur; sed de modo & specie probationis. vel melius dicas, quòd lex nostra plus continet, quàm d. l. qui accusare, quæ vult, quòd reus non teneatur actori edere, & eo non probante veniat absoluendus ipse reus. Sed lex nostra disponit, quòd etiam in causa depositi adeò priuilegiati reus nõ teneatur edere actori ad fundandam eius intentionem, quodque ex causa iudex possit conuentum ad id cogere.

Et si dicas, si ista plus continet, quàm illa, quæ infrà posita est; ergo illa in eodem titulo superflua. Respond. verum non esse, quum etiam illa aliquid plus dicat, quàm in ista. addit enim rationem, quum dicit; neque iuris neque æquitatis ratio permittit. & addit aliud in fine, quòd actore non probante venit ipse reus absoluendus, etiam quòd nihil fecerit. & sic nulla potest de superfluitate argui, quum habeant se tanquàm excedentia & excessa. faciunt cumulata per Felin. ad excusandum quem à superfluitate in proœm. Rex pacifi. col. fin.

Glos. in verbo rationes, diuiditur in duas partes. prout duos ponit intellectus ad tex. nostrum secunda ibi, alii intelligunt. primus intellectus, vt in euidentialibus dixi, communiter tenetur, quòd hęc lex intelligatur in libro rationum, vt sonant verba legis, ibi, rationes suas. vt hîc per Salice. Alex. Rimin. Iaſ. Deci. & alios Mod. & notabitis quòd vbi quis tenet aliquo casu edere librum

33 rationum suarum, vt hîc in 3. col. ait Salic. † non est necessarium edere & producere totum librum rationum, sed tantùm partem illam, quę facit ad instructionem causæ, & ad petentem pertinet. l. prętor ait, in principio de edend. l. argentarius, in §. edi. vbi Bar. Paul. Alex. & Iaſ. notant. & ipse Paul. in d. l. prętor ait. & in d. l. argentarius, in principio, & Felin. in c. j. col. vltima de probat. vbi plenius per Deci. colum. 35. cum sequenti. vel etiam si producatur totus liber, ea sola pars, quę ad instruendum aliquem pertinet inspici, & describi potest. d. §. edi.

Secundus intellect. cõmuniter damnatur, quáuis verus sit in se, vt hîc per Iaſon. & Mod. Taur. col. j. & in glo. vltima latiùs probabo.

Gl. in verbo ex causa, diuiditur in quatuor partes, vt hîc per Iaſo. vel clarius declarando, in prima pǫnit, quæ sint iustę causæ compellendi reum edere rationes suas ad fundandam intentionem actoris

actoris. in duabus sequentibus format duas oppositiones resoluendo primam, & de secunda se remittendo. In quarta declarat quomodo procedat intell. illorum, qui uolebant legem hanc loqui in instrumentis

Ex principio glo. ibi, si me, uel procuratore meo mandante. hîc est primus casus, in quo potest exemplificari lex nostra, dum vult ex causa posse conuentum cogi ad edẽdum rationes proprias ad fundandam intentionem actoris: quando videlicet me, vel procuratore meo mandante scriptæ fuerunt. addit Bar. & mea interfit, vt quia continent meam vtilitatem.

34 Hic cadit not. & subtilis articulus, † utrum ad hoc ut quis cogatur edere rationes suas, vel instrumenta, sufficiat mandatum, vel, vltra mandatum, exigatur etiam interesse?

Communis & receptior scribentium sententia est, duo prædicta copulatiuè requiri. glos. 3. l. prętor ait. ff. eo. Bar. Bald. Paul. Alexan. Iaſo. & communiter scriben. ibi, & in l. si quis ex argentarijs. in §. pertinere. Bar. Alexan. Rimin. Deci. Aquens. & alij Moder. hîc. Felin. in c. j. col. 7. ubi Deci. 27. de proba. inferendo in actu practico ad aliquas not. quæstiones, ut ibi per eos.

Probatur conclusio prædicta, quòd notarius non cogatur edere instrumenta, nec argentarius rationes in forma publica, nisi ei, qui rogauit, & de cuius interesse, ac utilitate agitur: per locum à coniunctione duarum legum, per tex. videlicet in d. l. prætor ait, in principio. & in pręallegato §. pertinere. Nam Vlpianus in principio d. l. prætor, referens verba edicti prætoris volentis argentarios rationes pertinentes ad aliquem debere edere adie cto die & consule, rationem assignat, quia æquum fuit, quod mei causa confecit, meum quodammodo instrumentum mihi edi. posteà in §. pertinere; declarat vim ipsius verbi dicens: pertinere autem videtur ad me ratio, si modò eam tractaueris me mandante. sicque ad hoc ut rationes ad aliquem pertinere dicantur, & de illis fieri debeat editio ab argentario, requiritur primò quòd interfit petentis ipsam editionem fieri, & contineatur eius utilitas. d. l. prętor, in principio ibi, mei causa, & ibi, meum quodammodo. Secundò requiritur, quòd eo mandante fuerint confectę rationes, vel instrumentum. d. §. pertinere. ibi, si modò me mandante. & sic duo, copulatiuè exiguntur; & unum si-

35 ne altero non sufficit, utilitas, vel mandatum. † facit tex. cum gl. in §. nos autem, in auctent. de tabell. qui requirit iussum & mandatum ad hoc, vt notarius iuridicè instrumentum conficiat. de quo plenè Felin. & Deci. in c. primo de fide instrumen. Et quòd duo requirantur interesse & mandatum, probantur etiam ratione. si non interesset, non audiretur petens editionem, quia non solent audiri quorum non interest. l. j. in princi. ff. de appell. recipien. tradunt Signorol. cons. 91. col. 3. Rom. cons. 519. Anchar. consil. 116. col. fi. & 297. col. 4. Alex. consil. 101. col. fina. lib. 3. & Aquens. in l. ille. §. primo ad Trebell. Si non mandasset, nec successisset mandanti non haberet remedium agendi contra conuentum, qui posset petenti editionem dicere, malè agis, quia quo ad te liberas ædes habeo. l. 4. §. si ser. vend. nimirum glo. si duo prędicta copulatiuè requirunt.

Sed contra prædictam communem conclusionem, quędam obstari & refragari videntur. In primis tex. d. l. prætor. in §. primo, qui solùm requirit interesse, propter quod prætor ex æquitate introduxit editionem fieri debere. Ideo Moder. Taur. hîc col. 4. per illum tex. tenent, quòd ubi editio petitur à persona publica, sufficiat interesse.

Sed ille tex. declaratur & suppletur per tex. in d. §. pertinere. modò me mandante. &c. Et sic mandato intercedente vltra interesse, ut hîc per Rimi. col. 6. & per Bar. in d. l. prætor, in §. primo, & in d. §. pertinere. nam in d. l. prætor, deciditur ratione interesse conuenti edendas esse rationes pertinentes ad petentem. pertinere autem tunc dicuntur, quando eo mandante &c. d. §. pertinere. & sic editio nõ fit ratione interesse conuenti, nisi rationes ad petentem pertineant: & per consequens requiritur etiam mandatum. & sic si incipias ab interesse, requiritur etiam probatio mandati. Si incipias à mandato, non requiritur probatio interesse, quia præsumitur. ita videtur velle tex. in d. §. pertinere. ut hîc etiam per Moder. Taur. & Papien. col. 4.

Sed ad oppos. videtur esse glos. communiter à scriben. recepta in d. l. prætor, circa finem tertiæ gl. quæ vltra probationem mãdati requirit probationem interesse. Idque probatur per illa duo iura simul iuncta. nam prouisio prętoris, vt fiat editio, pręcipuè fundata est in interesse, ac utilitate, propter quam, ut dicitur in d. l. prętor, ęquum prętori visum fuit, quod mei causa factum extitit mihi exhiberi, si modò me mandante &c. vt subiungitur in d. §. pertinere. & sic vtrunque requiritur, ut etiam probatur per tex. nostrum in fine, ibi, ex causa. qui redderetur vanus, si ex solo interesse fieret editio: quum ex depositio satis constaret de interesse, & tamen tex. causam requirit; ergo interesse solum non sufficit.

Potest tamen respond. ad hunc tex. quòd loquitur de priuatis rationibus, quæ exhibendæ non sunt, nisi ex causa, sed quò ad notarium, vel argentarium penès quos sunt rationes publicæ, vel publica documenta secus est: quum solum interesse videatur sufficere. d. l. prętor, cum §. fina. d. l. quædam, eod. titulo secundum Curt. hîc in 4. col. Replicari tamen potest, vt suprà dixi per §. pertinere & hoc communius videtur, quòd duo prędicta requirantur, & probari debeant æqualiter per petentem editionem.

Secundò contra prædictam conclusionem uidetur tex. in prælleagato §. fina. l. quædam. ubi ad nos pertinere dicitur, si contraxerimus, uel successerimus ei, qui contraxit cum argentario, nec exigit mandatum, quando contraxit, uel contrahenti successit. & per illum tex. dicebat hîc Curt. in 4. column. posse disputando teneri contra prædictam communem conclusionem duo copulatiuè exigentem.

Sed respond. secundum Rimin. hîc in 8. colum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd per disposition̄em. §. fin. non excluditur dispositio. §. pertinere, † requirentis mandatum.

36 Confirmo, quia iam declarata erat uis dicti verbi pertinere in prǣall. §. si modò me mandate &c.

Quod ergo dicitur in d. §. fi. ad nos pertinere, si contraxerimus, intelligitur his saluis, quę iam dicta fuere, interueniente mandato, aut iussu', prout etiam in notario dictum est suprà: non enim præsumitur quòd se correxerit, vel recesserit à proximè dictis. vulg. l. nam ad ea. de condi. & demonst.

Vel aliter respond. quòd in casu d. §. fina. censetur etiam interuenisse mandatum, quia contrahendo cum argentario satis videtur tacitè mandare, vt scribat; sicuti in mercatore dixit hîc Bar. statimq; videbimus. & ad illum tex. ita post Specul. respon. hîc per Rimin. & Curt. col. 5. & 6. & Rip. 3. & ante eos plenius Are. in c. j. col. 5. de proba. reputans illum text. ad hoc singularem, quòd contrahendo censeatur quis mandare.

37 Tertiò contra communem vrget tex. † in l. fina. de bon. auctor. iud. possid. vbi ratione solius interesse non interueniente mandato, creditoribus missis in possessionem bonorum debitoris edēda sunt instrumenta.

Bar. ibi, & in §. pertinere, respond. id esse, quia creditores habebant hypothecata bona debitoris. quam solutionem tanquàm diuinatiuā reprehendit hîc Curt. in 3. col. quum ille tex. generaliter loquatur de omnibus creditoribus, etiā non habentibus hypothecam, aliter soluendo, ut per eum: & consonant verbis istius legis. & non est dubium ratione communionis instrumentorum fieri debere editionem. l. procurator. ff. eod. plenè Deci. in c. j. col. 34. in vltima limitatione de proba.

Sed Bar. met. in d. l. fina. colligit generaliter debere edi creditoribus missis in possessionem propter repræsentationem personę debitoris, qui mandauit, vt per eum in d. §. pertinere. qua ratione dicunt ibi Ang. & Pau. Castren. singularem successorem id posse petere, si rem exempli gratia, quam emi, Titio vendidi, qui nondum recollegerat instrumentum. nam Titius poterit compellere notarium ad edendum instrumentū ob repræsentationem prædictam videlicèt; ut etiam per Deci. in d. c. j. col. 30. in 6. limitatione: & dictum Bar. sequitur etiam Ias. in d. l. prætor ait, ad finem principij.

Quartò ad oppos. etiam facit tex. in l. 3. in §. sciendum, & in §. pen. ff. ad exhibend. ubi ratione solius interesse sine mandato datur actio in factum ad exhibendum. Curt. hîc in 3. col. nititur respondere ut per eū. Sed prout diximus in rub. remedia istorum titulorum diuersa sunt & separata, ideo ex separatis malè: infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Ad quod uide post Bal. Deci. in d. c. 1. col. 32. in quintā limitatione. & per consequens malè allegantur illa iura ad propositum nostrum.

Refragari tamen uidetur secundum Curt. urgēs ratio, quia si ubi agitur uia actionis, sufficit solùm interesse, multò magis id dicendum uidetur in hac materia, quæ explicatur officio iudicis, quod est in equitate fundatum. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loco.

Quæ consideratio & oppositio quòd non requiratur mandatum, uerùm sufficiat interesse & utilitas, est contra tex. in d. §. pertinere. Nec obst. quod de equitate dicebatur: quia equitas illa est qualificata & fundata in interesse & mādato simul iūctis, ut diximus suprà: ideo cessat altero deficiente.

Limitatur prædicta communis conclusio tribus modis per Ias. in d. l. prætor ait. plures alias limitationes tradit & prosequitur Deci. loco prǣllegato. & si diligenter consideres ex limitationibus Iasonis reperies nullam esse bonam, quum non sint propriè limitationes, non quidē prima: quia procedit in uolente, non in inuito, ut conclusio. Non secunda, quia non cadit mandatum in actis. nec tertia, quia repræsentans succedit in locum repræsentati. d. l. si quis ex argentariis. §. nec interest. ergo adest mandatum illius.

Restat nūc una dubitatio. Nunquid tertius scripturam à se confectam de negotio ad me principaliter spectante absq; mandato meo, teneatur mihi
38 edere? † Omissa distinctione Ripę hîc in 3. col. aduerte, quia si quæras an tertius teneatur edere? articulus est latè examinatus p Deci. in d. c. 1. col. 32. si uerò particulariter queras, an teneatur mihi edere scripturam à se cōfectam de negocio principaliter ad me spectāte, Aretinus in d. c. 1. col. 6. concludit, q̄ sic, rati habitatione sequuta. quia in dubio talis scriptura contemplatione eius, ad quem negotium principaliter pertinet fieri uidetur. §. quod si ego, cum not. l. si pupilli. ff. de nego. gestis. & ille potest ratum habere. d. l. si pupilli. in §. item quęritur. & sic scriptura uidetur facta eo mandante. Sed Ripa hîc arguit in contrarium, quia talis scriptura facta sine mandato non probat. §. non autē, in auctē. de tabell. ergo editio tanquàm frustatoria fieri non debebit. Postmodum distinguit inter scripturam priuatam & publicam, ut priuatā, nec cōtra alium, nec contra se cogatur edere: secus sit in publica, quæ contra eum probat. inferendo q̄ instrumentum donationis ab ipso donatore confectū, quamuis sine rogitu, teneatur donatario edere; ut uoluit Paul. Castr. in d. l. prætor ait, col. 1. & pro ueritate Aret. expresè loquitur de scriptura publica.

Sed nonne contra ipsum scribentem ita probat scriptura priuata ipsius scribentis sicuti publica?
39 certè sic, † per tex. nostrum cum alijs suprà alleg. in quinto not. ergo editio ita fieri debet uno casu sicuti alio. Ita quòd ratio sua nō habet neruum contra scribentem, sed bene contra tertium. Prætereà, propter ratificationē non uidetur sine mandato facta, ut inquit Are. Crederem posse concludi q̄ scripturam priuatam cōficit quis pro se, ideo nō conuenit quòd cogatur illam edere ad fundandum intentionem actoris, ut hac lege. & sic aduersarius non potest ratū habere. publica uerò conficitur, ut fidē faciat pro alio: ideo nimirum, si illam edere cogitur.

Ex quibus colligitur quòd prædicta conclusio uolens duo copulatiuè requiri, ut quis possit cogere aliquē ad edendū procedit, quàmuis mandatū
40 non sit uerum, sed fictum, uel præsumptum. † d. §. pertinere, qui loquitur de procuratore meo mandāte, quod est fictum, quia quod procurator meus mandauerit, ego mandasse uideor, licèt habeat originem à ueritate, quum procurator uerè mandauerit, secundum Aret. in d. c. 1. col. 6. & in §. fin. d. l. quædam, estq;, mandatum præsumptum cum contrahente mecum, ut scribat: quemadmodum declarat etiam Aret. in d. c. 1. col. 5.

Sed quęro utiliter in actu practico, An ad hoc ut
41 instrumentū edendum probet, † requiratur mandatum ab utraq; parte? gl. not. in d. l. prętor. concludit q̄ sic: licet instrumentum concernat utilitatem unius tantùm, ut in liberatione, & donatione; tamen requiritur quòd notarius rogetur ab utraq; parte, quarum consensus necessarius est in actu. Secus si in ipso actu, quia sufficeret consensus unius tantùm, prout in protestatione: & sufficeret notarium esse rogatū à solo protestante, ut ibi per Paul. Alex. Ias. Zasiū & alios. & per Alex. cons. 38. lib. 7. & Deci. in c. 1. col. pen. de fide instr. & licèt utraq; pars rogauerit notarium de cōfectione instrumenti, notarius tamen nō debet illud edere, nisi habenti interesse & utilitatem in ipso; ut per scribentes in d. l. prætor. quod Zasi. ibi reputat ualde not.

In ea glo. ibi, iterum edi, hîc est secundus casus, in quo exemplificari potest iste tex. in verbo ex cau
42 sa. † in ratione semel edita, casu postmodum amissa. & cōmuniter approbatur, per tex. d. l. si quis ex argentarijs, in §. fin. cum seq. & in l. fin. ad fin. ff. de bonis auct. iud. possid. Quæ conclusio non videtur vera, nec posse procedere ad hanc legem loquentem de codice rationum priuatarum: quas conuentus non tenetur edere ad fundandam intentionem actoris: prout hîc dicitur. & in c. j. de proba. & in alijs alleg. per gl. & in c. contingit. de fide instru. licèt ergo semel voluntariè edidisset, non teneretur rationē amissam iterum contra voluntatem suam edere. sufficit enim si cui, uel in paucis amici laboribus consulatur. l. tutori. ff. de nego. gestis. Deci. Curt. & Moder. Taur. hîc, col. 3. 4. & 5. quicquid dicant Aquens. & Lanc. Deci. ut per prefatos, & allegata per Aquens. loquuntur aut in obligato ad faciendum, vel in eo, qui cœpit facere, & non perfecit, obligaturq; postmodum perficere; ut in l. j. ff. de pollicit. Eapropter Doct. prædicti, & communiter scribentes intelligunt prælleg. procedere in obligato edere secundum terminos §. fina. d. l. si quis ex argentarijs. quùm enim semel editum deperditum dicatur, perinde est, ac si editio non fuisset facta: propterea nimirum si rursus edi oporteat. sed hęc fœmina non fuit obligata prima vice edere librum priuatum rationum suarum, ut diximus, ergo intelligentia prędicta non quadrat, nec conuenit legi nostræ. inepteq; allegatur in proposito nostro. §. quindecim. l. pater, de legat. 3. de re semel licitè alienata, quę durat semper alienabilis, Quia editio primò facta ex quo est perdita, non habetur amplius in consideratione. & ista quæ secunda uice postulatur, est noua, nihil commune habēs cum prima: ita quòd termini d. §. quindecim, sunt penitus diuersi à nostris. ibi, res semel alienata durabat, & agebatur de iterata alienatione eiusdem rei: hîc autem iam editum erat deperditum.

Sed respondē quòd gl. & Doct. prælleg. præsup ponunt quòd hęc fœmina tenetur edere, & subesset modo aliqua specialis causa editionis faciendę, ut quia semel editum fortuito casu amissum fuit. iuribus per gl. alleg. quādo hęc fœmina, ut subiungit glo. argentario successisset. Et secundum hanc positionem casus l. nostra loqueretur non de libro priuato rationum mulieris, sed de libro argentarij, qui causam publicam, ut infrà dicetur habebat: & de secunda editione nō de prima, qui casus in hac l. possibilis est. non necessarius.

Ad declarationem uerò & intelligentiam. d. §. quindecim, uidete Pau. Cast. in consi. 234. 5. in antiquis. Alex. consi. 43. & 55. lib. 3. & Bologni. cons. 43. Ias. in rep. §. Diui, col. 13. secundę lect. de leg. 1. ubi Aquens. col. 5. & omnes alij scribēn. tradunt. Deci. in consi. 88. col. fin. & 182. in fi. subscriptionis, de qua ibi. Curt. in tract. feud. in secunda parte quęstio 4. col. ultima, & in consi. 4. col. fin.

Supereſt, ut uideamus de modo probandi amissionem rationum semel editarum. Bar. in l. emancipatione, in fina. ff. de fide instr. † id probari dicit
43 per solum iuramentum. l. fi. in fi. ff. de bon. auctor. iud. pos. idem uult Guido Papæ in quæstione 244. quod non est ita simpliciter admittendum, refragante tex. in d. l. si quis ex argentarijs, §. fi. in uerbo probet. ergo aliter quàm per iuramentū; quod nō est probatio, sed releuatio ab onere probandi. ut plenè per Canonistas in rub. de proba. Ideo pro ueritate dicendum est, ut per ipsum Bar. & Ias. in d. l. si quis ex argentarijs, in §. prętor ait. Ancha. in consil. 316. col. 2. Aret. in consi. 120. Alex. in consi. 53. lib. 2. Corn. in consil. 318. lib. 4. & Bauer. in tract. de uirtute iuramenti in 53. casu. col. 3. & Felin. in c. pastoralis, col. 9. de except.

Dubitatur etiam si actor amiserit propria instru
44 menta à parte nunquàm sibi edita, † an reus cogatur ad sibi edendum, attento casu amissionis, ne ueritas pereat? Ripa hîc in 4. col. tangit. Tu uide & dic ut latiùs per Deci. c. j. col. 18. in 4. limitatione de probatio.

In eadē glo. ibi succesisit argentario, quia hæc lex loquitur de muliere, quæ nō potest exercere argen
45 tariam. † l. fœminę. ff. eo. Accurs. intellexit hāc mulierē succesisse argentario: propterea tenere edere sicuti defunctus tenebatur. l. quędā. §. nec interest. ff. eo. & hanc esse unam causam ob quam ut hîc dicitur, aduersaria tenetur edere. ut hic declarat Dec.

Ex qua expositione infert hîc Bald. in practica quòd hæres Tabellionis mortui, ad quem peruenerunt prothocolla ipsius tabellionis, quàmuis ipse hæres non sit notarius, compellitur edere his
46 quorum interest: ut per eum. † Quòd autem prothocolla notariorum ad hæredes illorum spectent & pertineant; ponit Specul. in titulo de instrumentorum editione in §. ostenso qualiter. in uersicu. quid si aliquis. quinimmo inter uiuos & in ultima uoluntate notarius de eis tanquàm de re propria disponere potest; quum liber prothocollorum proprius sit ipsius notarij. d. §. nec interest. uersic. Is autem. ubi Bar. & alij notant. Si tamen ex ipso
47 prothocollo leuandum sit instrumentum, † oportet quòd auctoritate iudicis competentis id committatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittatur alteri tabellioni, qui auctenticet & in publicam formam leuet ipsum instrumẽtum.ca.cum P.Tabellio, de fide instr. & lucrum diuiditur inter heredes tabellionis mortui & ipsum notarium leuantem instrumentum, ut medietatem habeant hæredes, aliam notarius, qui leuat instrumentum. secundum doct. ibi. uel discutietur arbitrio iudicis, qui plus percipere debeat, quum hoc non sit à iure determinatum. arg.l.primę.ff.de iure delib. † Ex quibus apparet ꝙ Principes, qui post mortem notariorum, illorum prothocolla ad manus suas reducunt, & posteà aliis notariis concedunt, iniuriam faciunt hæredibus prædictis. quàmuis principes honesta moueantur ratione, ut bene & fideliter & ad utilitatem publicã conseruentur instrumenta.

48

Et licèt hæc positio casus in se uera sit, attamen secundum Bar.& alios diuinat ad hunc tex. in quo nullum uerbum est de argentaria, nec de successione. immo secundum Mod.Taur.hîc in 7.col. præsupponit unum falsum, ꝙ si mulier ista de facto exercuisset argentariam, non compelleretur edere. quod est absonum, ut per eos. Sed gl.id non presupponit, presertim, quum argumentum à contrario sensu sumi non debeat, quando resultaret absonus intellectus.l.conuenticulam, cum glo.3.de episc.& cler.l.2.cum gl.7.de cond.inser. sed Accurs. uoluit probare, ꝙ licèt mulier ab officio argentarii sit remota, est tamen dare casum in quo rationes argentarii iure confectas tenetur edere; quando puta, argentario successisset hoc ꝙ; uerum est.

Ias.hic intelligit quòd hęc fœmina exerceat argentariam non per se, quum sit prohibita, sed per eius

49 seruum, quod id facere † non prohibetur l.prætor .§.sed & seruus.ff.de edend. Deci.hîc in 3.col.dicit fuisse inuentum Odoffr. & Alb.miror quòd etiam non addat Sali.& Alex. qui præfatos sequuntur, se non carere diuinatione, prout de exemplo glo. dicunt Bar.& Doct. immo fortiùs dictum non est uerum in se dicit, probareq; nititur. quia mulier quę prohibetur habere officium argentarii d.l.fœminæ, etiam per interpositam personam non uidetur posse id facere nec exercere. argu.l. non licet.7.de cõtrah.empt.ubi quemadmodum ex officio quod quis administrat, prohibetur aliquid per se emere, ita prohibetur per interpositam personam.

Non obstat quòd seruus possit esse argẽtarium.

50 quia id procedit, qñ dominus eius capax est: † quũ à capacitate dominii reguletur capacitas serui.l.si mihi.§.regula.de lega.1.secundum Dec.hîc. & fuit Iacobi de Puteo, ut hic refert Aquens. defendens communem, à qua dicit nõ esse recedendum. quia quum istud sit officium seu ministerium, ut.ff.eo.l.argentarius. non attenditur persona cuius nomine exercetur, sed persona quæ exercet.§. sed cum factum.instit.de stipul.seruo. potest ergo is qui habilis est ad opus, pro inhabili illud exercere.arg.c.suffraganeis, de elec.& c.cum nullus, de temp. ordin. cum ibi no.cum Aquensi tenent etiam Mod.Taur. hîc in 5. col. & hęc opinio confirmatur eò quia.

51 † mulier solùm prohibetur ab officio argẽtiæ propter honestatem sexus, quia ea opera uirilis est d.l. fœminæ. Sed exercendo artem per uirum & interpositã personam per seruum puta, ratio prohibitionis cessat, ergo & legis dispositio.§.quàmuis.l.adigere.de iure patron. & c.cessante, de appell.fortius refragatur prædictæ positioni casus, quòd diuinationem continet.ad hunc tex.qui nec de argẽtaria, nec de seruo illam exercente uerbum ullum. Et tamen dictum uerum in se. & sicuti gl.& doct. exemplificarunt in fœmina argentarii hęrede, ita etiam generalitas illa tex.nostri in uerbo ex causa, exemplificari potest, quando argentariam executisset per seruum, ut prætati & Ias.fecere.

Addit Bar.alios casus in quibus potest exemplificari hic tex.in uerbo ex causa. † quando uidelicet

52 aduersaria uteretur dictis rationibus: tenetur.n. tunc parti edere.l.1.§.edenda.ff.eo.c.cum personę. de priuilegiis lib.6.c.accepimus, c. contingit. &c. G.perpetuus, de fide instr.cum ubique no.per glo. & doct.

Hic casus duo membra continet; quando quis uteretur; prout Bar.& doct. loquuntur; & quando usurus est, adhuc tamen non utitur. primum

53 membrum nõ habet dubium: † quia ex quo quis utitur instrumento uel rationibus in iudicio efficiuntur de actis: ideo cogitur edere: iuxta l. secundam.7.eo.ut per Rimin.in l.qui accusare, col.pen. 7.eo.ubi etiam Lanc. Dec. dicit, quòd instrumentum quo quis utitur registratur in actis. c. quoniã cõtra de probat. Sed acta edi debent d.l.2.ergo &c. ut prius notauit Bal.in l.1.in §.editiones, col.2 de edend. dicens quòd immediatè quòd instrumentum productum est in iudicio, factum est de actis, & propterea edendum.c. quoniam contra. & l.2. prælleg.Dec.tamen in d.l.qui accusare, col.fi. nulla facta mentione de Bal. attribuens fratri suo inuentum, rationem impugnat. eò quia sola productio sit de actis, non tenor instrumenti secundum Inno.in c.cùm in iure peritus.de offi.deleg.& Bal. in d.§.editiones. Item quia ille qui usurus est, antequàm utatur edere tenetur; & sic antequàm in actis reducatur, ideo &c.

Vnde assignat Dec.aliam rationem: quia ille qui utitur & producit, fatetur omnia ibi contenta uera esse, ut per eum, & per Alex.in §.editiones, col.fin. sed quàmuis hoc uerum sit per l. cum precum, cũ gl.7.de liberali causa. non tamen infertur ex ratione prædicta, quòd aduersario edendum sit. Ideo magis placet ratio Bal.& prędictorum probata per c.quoniam contra. & l. secundam prælleg. quòd producta, & ea quibus quis utitur, efficiantur de actis: acta uerò edenda sunt, ideo &c.

Non obstat quòd sola productio sit de actis, nó autem tenor scripturæ; ut latiùs per eundem Deci.

54 .7.in l.1. in princ. † quia procedit istud quando instrumentum solùm esset in actis designatũ, quia notarius in actis scripsisset, talem produxisse instrumentum procuræ in Seium per Titium factæ signatum per A.& B. puta. uel cuius principium ita incipit, & finit sic, ut quandoque in practica fieri solet. tunc non sufficeret ad probationem dicti procuratorii producere acta iudicii, quum tenor non sit extensus: sed oportebit producere ipsum instrumentum procuræ. secus si totus tenor in actis registratus

stratus esset ex mandato iudicis, & sic uteretur instrumento: quia tunc tenor esset de actis.d.c.quoniam contra. ideo exhibendum & edendum. Ita intelligitur conclusio prædicta. & hunc articulum ita declarat eleganter Cardin.in d.c.cum in iure peritus. & ibidem Barb. in 7.col. & Mod.de Ripa in d.l.2.col.2.

Si ergo designatum est tãtummodo in actis instrumẽtum modo prædicto illud erit ita edẽdum, quia de actis, si extensè ad probationẽ faciendã illud erit similiter edendũ, quia de actis: & sic edenda sunt omnia qbus quis utitur eo modo quo utitur. Ad aliã rõnem Decii, quòd etiam ille qui usurus est, teneatur edere, respon. ipse ibi, & statim latiùs dicetur referendo Bar.& Alex. in d.§.edenda.

55 Maius dubium est in secundo membro, quando quis esset usurus, † adhuc tamen non utitur: an & quare editio facienda sit. tex. in d.§. edenda, in uerbo usurus, probat editionem fieri debere eorum quibus usurus quis est; quàmuis non utatur: & etiam tex.in c.contingit, de fide instru. cum glo. quę hoc notat.

56 Vnde quando † ex uerbis libelli appareret quem uelle uti instrumento, potest reus petere illum sibi edi, non ut possit deliberare, iuxta principium.l. primæ de edend. postquàm libellus est clarus, & facta mentio assertiuè de tenore instrumẽti: sed quia omnia edenda sunt, quibus quis usurus est in iudicio.d.§.edenda, cum aliis prælleg. secundum Ang. ibi, Are.in c.1.de proba. Rim.in d.l.edita, col.antepen.& Bal.in d.§.editiones, in 3.oppositione. ubi vult, quòd dummodo instrumenta sint allegata, etiam in supplicatione coram iudice, edi debeant parti: quum allegans sit eis usurus.

Sed Dec.in d.l.edita, col.pen.oppos.tenet, ubi in libello facta esset mentio de instrumento assertiuè, descripto tenore ipsius instrumenti, quum reus tunc deliberare possit absque alia productione instrumenti, ut dicunt Inno. Domini de Rota, & alii

57 ibidem relati, & Bal.in d.§.editiones, col.5.

Nec obst. † quòd faciens mentionem prędictã videatur protestari se usurum, secundum Are. per .§.edenda, quia respond. Dec. illũ tex. procedere in editione, quę fieri debet post litis contestationem ad probationem, prout regulariter fit; non in ista, quæ ante litem contestatam ad deliberandum fit: in qua solùm considerari debet an reus reddatur certus uel non: ut ibi per eum.

Quæ responsio videtur diuinatiua & destructiua tex.§.edenda, generaliter & indistinctè loquentis. Et sic tàm ante litem contestatam, quàm post, quod ratione futuri usus editio fieri debeat. ex quo .n. se usurum fatetur quò ad effectum editionis, videtur perinde esse ac si uteretur: quia de proximo usurus est.arg.l.pen.ff.de test.milit. quod de proximo cingendus habetur pro cincto; ut per Deci.in d.l.qui accusare, col.fi.

Et eandem opin. quam tenuit Dec. loco prælle. quòd editio nõ sit facienda statim per eum qui dixit se usurum, sed post litis contestationem tenuerunt gl.Bar.& Ale. in d.§.edenda, dicentes, editionem tunc fieri debere, quum utitur, non in principio, tempore quo utitur. quod est notandum pro declaratione prædictorum. dato.n. quod ex mẽtione facta in libello uel supplicatione, aut positionibus de instrumento aliquo, uideatur quis dicere eo uti uelle, tamen adhuc non utitur; & potest cõtingere quòd non utetur: quum de futuris contingentibus non sit determinata ueritas.l.is damnum .§.1.ff.de reg.iur. & distinguantur actus & poten-

58 tia, nec de posse ad esse teneat consequentia † ut dicunt Dialectici: neque ante usum & insertionem id sit de actis. Et ab ista opin. non uidetur esse recedendum, & ita in practica obseruari uidi, & iudicari per Eccellentissimum Senatum Illustrissimi Principis mei, maximè per gl.in d.§.edenda. cum ibi not.per Bar. & Alex. quæ notanda sunt pro intelligentia tex. d.§. edenda. quòd edenda sint ea quibus quis est usurus, non in principio, sed tempore usus. etiam quòd de illis facta esset mentio in libello, supplicatione, aut positionibus assertiuè uidelicet: ita quod possit quis esse instructus ex tali assertione, an cedere uel cõtendere debeat, aliàs secus; quia editio statim fieri deberet.

59 † Ampliatur primò dicta conclusio, ut procedat etiam in alio instrumento relato & mentionato in instrumento, de quo in libello uel supplicatione facta fuit mentio; ut etiam illud aliud instrumentum ad quod fit relatio edẽdum sit: quum relatum censeatur esse in referente.l.asse toto.ff.de hæredibus instituen. ut per Bal.in l.inciuile, circa finem. de.ll. & Dec.in d.l.edita. col.pen.

Secundò ampliatur, etiam si producens instru-

60 mentum in iudicio posteà dicat nolle eo uti: † quia facienda est copia aduersario editionem petenti. ita obseruari & practicari testatur Guido Papæ in decis.243. quod potest probari. quia ut.5.dixi postquàm in iudicio productum est, factum est de actis & commune: ideo edendum parti requirenti. iuribus.5.alleg.& l.procurator.7.eod.

Tertiò ampliatur prædicta conclusio, etiam si

61 producens instrumentum uel rationes, † dicat se producere in parte & passibus pro se facientibus tantùm, & non aliter, nec alio modo: prout faciunt boni practici. quia talis protestatio nihil operatur, quum non dependeat à potestate producentis facere quòd iudex non adhibeat fidem instrumentis productis, etiam contra producentem. secundum glo. & scriben. in d.§. editiones. Postquàm.n. instrumentum est in iudicio productum, effectum est de actis, quæ sunt communia utrique parti.l.2. 7.eo.& c.quoniam contra.5.alleg. ergo etiam inuito producente edendum, ut.5.dictum est. Respon. tamen posset, ꝙ in partibus contra facientibus ob dictam protestationem non dicitur productum: ideo &c. ut hîc per Moder. de Ripa in 4.col.

In hoc articulo Doct. multùm uarii sunt. Ias.in d.§.editiones.col.fi.& Dec. in c.cum uenerabilis, còl.4.de excep.post Alber.& Fulgos.concordando opiniones distinguunt. aut pars non contradicit protestationi, & operatur effectum; quum usus dependeat à uoluntate uti uolentis: ideo operari debet effectum.§.1.l.per seruum.ff.de usu & habita. & hoc modo procedat opinio Specul.Pau.Castr. &

commu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

communis. Aut aduersarius contradicit, & uult ét ipse uti eisdem instrumẽtis & rationibus, & potest. Nec obst. protestatio prædicta, quum non dependeat à potestate partis, postquàm facta est productio in iudicio, & producta de actis sunt effecta, ut dictum est: inciuilisque & iniqua uideatur separatio eiusdem scripturę. arg.l.inciuile.ff.de.ll.

Vnde cautè facit aduersarius cõtradicere, immo reproducere eandem scripturam in parte & pasi-
62 bus pro se facientibus tantùm, † ut per Alex. in l. unica.col.pen.C.ut quæ desunt aduoc.& Aquens. in l.fi.ad fin.C.eo.& hæc uidetur receptior scribentium sententia, ut per Dec.in d.c.cum uenerabilis. col.14.Ripam in ca. cum M. num.78. cum seq.de constit.Moder.Taur.in repetit.§.morte.fol.19.col. 4 nu.523. cum seq.

Opinio tamen Bald.& Paul.Cast. in d.§. editiones, quòd talis protestatio non prosit protestanti uerior uidetur in puncto iuris. quia non debet esse in eius potestate restringere uim probationis instrumenti in iudicio producti, quominus possit iudex fidem adhibere ipsi instrumento, etiam contra producentem, non obstante protestatione declaratoria uoluntatis prædictæ in his, quę non dependent à uoluntate sua: iuxta not.per glo. & Bar.in l. alimenta.C.de neg.gest.

Nec debet posse pars ligare manus iudicis, quin penitus adhibeat fidem instrumento, & faciat parti dari copiam tanquàm de actis. iuxta l. secundam .C.eo.ut latiùs per Dec. in l.fin. citca finem.C.eod. & Paris.in d.c.cum uenerabilis, col.4. & 19.

63 Quartò & vltimò ampliatur † etiam in testibus, quibus quis usurus est, ut eorum nomina petenti edenda sint: secundũ gl. & doct. in d.§.editionis.

Ripa hîc in 4.col.oppos. tenebat propter timorẽ subornationis, ut uoluit Bal.per tex.in l.non ex omnibus, cum gl.in uerbo punire. in fine.ff.de arbitr. nisi ubi testes iam producti & examinati essent, ut per eum.& prius per Dec.c.1. col.21. de probat.

Sed miror quòd nõ allegauerint ad hoc decisionem Baldi claram in d.§. edenda, ad fin. ubi dicit non esse edenda nomina testiũ per d.l. non ex omnibus. & quòd si apposuerit quosdam, potest alios addere utque ad quartã productionem. §. quia uerò, in aucten.de testib. Ad tollendum tamen suspitionem calumniæ solent aliquando testes nominari iudici ad partem: de quibus uidete etiam Alex. pulchrè in d.§.editiones, col.fin.

64 † Sed pro declaratione prædictorum dubitare contingit, vtrum iudex ad requisitionem partis teneatur interrogare reum an habeat aliqua instrumenta, quibus velit vti? Alber.de Rosa. in l.fin.in fin.C.eo.tenet, quòd sic, dato termino competenti interrogato ad respondendum. per l. qui interrogatur, in fi.ff.de interrogat.act. idem uoluerũt Bal. c.1.col.4.de proba.Mod.Taur.in d.l.fin. col.ult.& Ripa hîc in 5.col.intellige tamen cum grano salis, vt non teneatur interrogatus respondere neque copiam facere suorum instrumentorum, uel rationũ ad fundandum intentionem actoris per hanc nostram l.cum prealleg.

Postremò notandum est, quòd licèt dicta positio casus in se bona sit, tamen ad tex.nostrum diuinatiua est, quemadmodum præcedentes, & etiam iuris indubitati: per tex.d.§.edenda, secũdum Moder.Taur.hîc in 5.col.Dictum tamen generale l.nostræ exemplificari potest hoc casu, sicuti & in aliis de quibus suprà.

Exemplificari etiam potest hîc tex. in uerbo ex causa, in fisco uel de latore fisci, causam ipsius fisci agente, ut reus mox & à prin. ad eius intentionem fundandam eisdem teneatur edere: & hoc ex pri-
65 uilegio fisci.l.ne quisquàm.ff.de eden.†secundum Bar. hîc. cum quo transeunt communiter hic, & latiùs in d.l.ne quisquàm.

Sed hæc positio casus est diuinatiua, ut præcedentes, & adhuc magis; ut hic per Moder. Taur. col.5. tamen circa hunc casum plura congerunt præfati Moder. Cur. & Ripa. & ante eos latissimè Dec.in d.c.1.col.7. & sequentib.de proba. tangam difficultates aliquas pro declaratione præsentis articuli, & quia in hac l.prædicta materia non est mul tùm pertinens.

66 Igitur prima dubitatio † est de.l.non puto.ff.de iure fisci. quòd in dubio contra fiscum sit iudicandum: ergo prædicta editio ad fundandum intentionem fisci contra regulas iuris communis, fauore illius facienda non est.

Curt. hic in 5.col. resoluit sequendo intellect. Bulgar.Senen.ad d.l.non puto, quòd in dubio iudicandum sit, fiscum non habere priuilegium; prout etiam uoluerunt Dec.in l.in ambiguis pro dote.de regu.iur. & Ripa in l.1.col.2.solu.matr.aliique per eosdem alleg. Qua solutione retenta, non esset edẽdum fisco prærogatiua ipsius fisci, sed deneganda editio; & sic non deberet eo priuilegio fiscus iuuari, ut ad fundandam ipsius intentionem conuentus edere cogeretur. Item intell. prædictus ad l.nõ puto, confunditur ex uerbis ipsius.l.ut non erret, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum iudicauerit. non autem dicit tex. fiscum in dubio non habere priuilegium, sed in dubiis quæstionibus, ut dixi, contra illum esse iudicandum.

Ego semper secutus sum ad illum tex. declarationem & intellect.Raph.Comen.& nunc commu nem ad illum tex.in l.nõ puto.ꝙ intelligatur, quãdo fiscus tractat de lucro captando, & priuatus de damno euitando: & sic ubi fiscus uenit ex causa lucratiua ratione delicti puta, uel indignitatis alicuius: & sic in pœnalibus causis dubiis contra fiscũ iudicandum sit. secus si fiscus contenderet ratione contractus, aut iuris proprii, quia præferendus esset fiscus fauore fisci.l. si is qui.ff.de iure fisci.l. unica .§.fin.C.de cadu.tollen.notat Socin.in d.l.1.col.1. & omnes alii scribentes, maximè Moderni ibi, prout latius deduxi & probaui in l.factum, in §.in pœnalibus.ff.de reg. iur. edendum igitur est fisco fauore eius, quando uenit ratione contractus, uel iuris proprij: non ubi uenit ex delicto & causa lucratiua, & conuentus tractat de damno euitando. iuribus prælleg. & l.2. in §. diui. ibi, quotiens de iure dominii uel capiendi.ff.de iure fisci, cum aliis allegandis in l.sequenti in glo.ult.

Ex quibus patet.l.ne quisquàm, non posse intelligi,

telligi, vt Bar. & scriben. volunt in causa delationis bonorum, & per consequens vbi fiscus de lucro, & priuatus de damno tractat. præterea secundum communem intelligentiam doct. fatua esset dubitatio Iurisconsulti an impertinentia fauore fisci sint edenda & admittẽda, quum hæc semper & vbiq; reiiceantur.l.hæc stipulatio, in §. Diuus.ff.vt leg.no.caue.§.quibus in prima cõsti.C.Eapropter dicendũ est, ꝙ ibi debitori sub clypeo fisci nõ sunt edẽda alia instrumẽta, quæ fortè requirebat actor, prętерquàm pertinentia ad causam ex qua se defere professus fuerat. quando autẽ hæc edere compel latur ibi non deciditur, ideo relinquitur dispositio ni aliarũ legum. & hoc est quando vtitur vel ad replicationem fundandã, iuxta d.§.edenda.& l. fi.C. eo. non autẽ ad fundandã intentionem in causa lucratiua, vt intelligunt scriben. quia istud esset contra d.§. diuus. & alia suprà allegat. sed esset bene speciale in fisco, quando de damno euitando tractaret. d.l.2. in §. item diui.

67 Secunda dubitatio, an prædicta concluſ. † procedat etiam in causa criminali vbi de re pecuniaria agatur? & quicquid hîc in quinta col. dicat Cur. & Deci. in d.c.j.col.7. & sequenti. receptior sentẽtia est, quòd non, cum in prędictis fiscus tractet de lucro, & conuentus de damno per suprà alle. & di
68 cam latiùs in l.sequenti.in gl.fin.

Tertia difficultas, † ꝙ editio fieri debeat fisco de instrumentis ad eã causam tantùm pertinentibus. l.3.& §.j.prælleg. & sic fiscus tenetur probare, instrumẽta ad causam facere; & consequẽter tenorẽ instrumentorũ: quo probato superflua reddetur editio, vt hîc per Ripam in quinta col. Respon.po test, ꝙ probatio summaria erit, conuentum habere instrumenta ad facientia, vt in d. l.3. dicitur. quo probato facienda erit editio sine alia ꝓbatione tenoris instrumentorum, cuius rei difficilis est probatio.c.accepimus, de priuileg.cum plenè not. per scribentes in l.j.ff.si cer.pet. facit tex.not.in l.3. in §.sciendum.ibi, igitur summatim.ff. ad exhib. Eapropter exemplũ Bar.de fisco teneri potest & procedit, quando fiscus veniret ratione iuris iam radicati, vel ratione contractus; secus si ex delicto & causa lucratiua, & pars tractaret de damno euitan-
70 do prout in d.l.3.

Aliud exemplum ponit Bar. † cũ quo transeunt doct. in fœmina usuraria, quę compellitur edere librum rationum suarum. clem. vnica. §. cæterùm de vsuris. vbi assignatur ratio ob difficultatem probationis, malitiam & dolum fæneratorum, ita cautè & occultè agentium, vt vix possit aliter haberi veritas.

Sed huiusmodi facti species & Casus reproba tur per Alex. quia non apparet, ꝙ mulier ista usuraria esset. Item quia Imperator pariter diuinare non potuit de illa dispositione. §. cæterùm longo temporis interuallo secuta.

Soci. Rimin. Ias. Deci. Cur. Ripa, & alii Mod. respond. saluando Bar. quòd considerauit verba nostrę legis ibi, ex causa fieri debere editionem. quę causa hodie potest esse, si mulier usuraria esset: quia duplex est cogitatio in specie & in genere. quàmuis ergo in specie Imperator non potuisset cogitare & diuinare de prouisione. §. cæterùm, in genere tñ de causa legitima exẽplificata modo prædicto in vsuris sic. argumento tex. in l. qui iure militari.ff.de test.milit. & per cõsequens in genere potuit de tali causa, cogitare. sicq; lex nostra in verbo ex causa, secundum præfatos exemplificari potest modo prędicto. Et dum Deci. constituit differentiam inter mentem l. & rationem legis, adde eundẽ Dec.in c.Secundò requiris, col.j. de appell. & Bar.in l.2.in §.fi.ff.de don. vbi facit similiter differentiam inter causam legis, & rationem legis.

Mihi autem videtur Bar. saluari non posse, & ꝙ prælleg. labantur ponderando primùm verba Bar. clarè & præcisè dicentis, quòd loquitur in muliere usuraria: quod est penitus diuinare; nec verum tẽpore istius legis, quo vsure erant permisse. vt.C.de vsur.per totũ. Rursus Imperator respondendo quæsito Aemilij qui deposuerat pecuniam, circa requisitam editionẽ rationum ab aduersaria, dicit ꝙ non tenebatur, nisi ex causa à iudice declaranda: quod non potest intelligi de causa considerata per legem superueniẽtem. Quid enim de hoc ad interrogantẽ, cui consulendo respondebat imperator de causa annis mille post interrogationẽ considerata ac declarata, ut contingit in d.§.cæterùm? ideo oportet exemplificare in causa inuenta
71 & probata tempore ipsius.l.conditę. †Illud autem quod dicunt scrib. legem antiquam exemplificari posse per nouã, procedere potest, ubi legislator loqueretur in genere, non respondendo ad consultationem, & quæstionem propositam: secus quando in specie respondendo ad propositam quæstionem, ut in casu nostræ legis.

Nisi disputando respondeas, quòd dicta uerba ex causa, generalia sunt: propterea omnem iustam causam etiam de futuro comprehendant. non dico quòd ad futurum pręcisè referantur, quia tunc procederet oppositio suprà per me facta. & sic exemplificari posset in casu d.§.cæterùm, nunc, nõ tunc; nec loqui potest in tali casu considerato initio.l.conditæ.

Aliter etiam impugnatur dictum exemplũ ad hanc legem per Soci. & Ias. quia hîc non agebatur de vsuris, sed de depositо: ergo in eo non pôt sibi locũ uendicare dispositio §.cæterũ. Rimi. & Deci. hîc in 4.col. & Cur.6.respõ. oportere intelligi, quãdo argueretur prauitas usuraria in tali contractu depositi; & sic secundum legem allegatam, aliàs non posse uerificari uerba tex.nostri. Id autem uerificari posse dicunt in depositо irregulari, ut per eos. quod est manifestè diuinare, & uerba intelligenda sunt propriè, non autem impropriè. l. non aliter. de leg.2. & fortiùs, quia ista mulier conuenta illa erat, uel prędecessor eius, qui depositum receperant: quo casu verificari nõ pôt, quod de vsura dicitur: ut per Cur. & Rip. ꝛ. alleg. Cõcludamus igitur istud exemplum de muliere usuraria reijciẽdum esse in l.nostra. Et pariter differentia Dec. inter mentem l. & rationem. ꝛ. relata cõfunditur per tex.in l.cum mulier.ff.fol.ma. ut scribit Feli. in c.j. col.j. de re iudi.

Sum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sumpta occasione ex prædictis. Alex. Rimin. Iaſ. Dec. & alii Moder. impertinenter tamen plura hîc
72 congerunt de materia d.§. cæterùm. † & ſimiliter Canoniſtæ in d. c.1. de proba.

73 Prima extenſio quæ fuit glo. ibi, † ut procedat etiam in Iudæis, communiter à ſcriben. eſt recepta, ut hîc per Iaſ. Dec. & Taur. Facit, quia aliàs melioris conditionis eſſent Hebræi, quàm Chriſtiani: quod abſonum eſt, & propterea fugiendum. l. nã abſurdum. ff. de bon. liber. conferunt ſcripta Decii in c. nouit, col. 11. verſi. & ex prædictis, de iudi. q̃ licèt uerba. l. non poſsint ex toto uerificari, locum tamen habet diſpoſitio quatenus verificari poſſunt. Sed uerba §. cæterùm, poſſunt uerificari in Iudæis reſpectu doloſæ occultationis codicum rationum ſuarum, & cenſurę eccleſiaſticę per indirectum, ſecundum glo. ibi, & doct. hic, ſed quia hodiernis tẽporibus ex conſenſu principum ſæcularium, & forte Papę, palàm ſub uſuris in pluribus locis mutuãt, quod quomodo fieri poſsit, uidebitis quę dixi in l. curabit, col. 2. ĩ. de act. emp. diſputatio iſta non ualet unam muſcam.

Secunda extenſio not. & in actu practico utilis
74 eſt, q̃ ille tex. uendicet etiam ſibi locum † in nauta, caupone, ſtabulariis, & publicanis ut hic per Alex. Dec. Aquenſ. & Mod. Taur.

Oppoſitum tenet Iaſ. in 4. col. quia tex. ille loquitur, quum agitur de prauitate uſuraria: nec ſit omnimoda ratio in dictis perſonis, quæ licitè ſuam exercent artem. & fuerunt dicta Roma. & Aret. in c.1. de proba. & Rimin. hic in 4. col.

Sed non eſt à communi opin. recedendum. & prædictis rationibus ac argumẽtis nititur hîc Dec. reſpond. & prius Feli. in d.c.1. nam in hac materia arguitur de ſimilibus ad ſimilia, & fit extenſio in prædictis: ut hic per Dec. & ſi in iuribus per eum alleg. extenſio fiat per Iuriſconſultum & legem nõ ſic in quæſtione noſtra, ſed eſt omnimoda ratio propter ſiniſtram ſuſpicionem exactionis illicitæ. facit lex quantę audacię & temeritatis. ff. de public. & l. 1. Nautæ caupones, ſtabularii. ſufficitq; ſimilitudinem eſſe ſecundnm quid, uidelicet in materia de qua agitur c. tranſlato, cum ibi not. per Deci. de
75 conſtit. † Si tamen dictæ perſonæ non eſſent ſolitæ rapinas exercere, ſed eſſent bonę uocis, conditionis & famę, prout quandoq; contingit; exempli gratia in daciariis Vercellarum, ubi uiri probi ac nobiles ad id officium deputari conſueuerunt, tunc non procederet deciſio Bal. & communis: ut poſt Aret. hîc uolunt Aquenſ. col. fina. & Mod. Taur. 6.

76 † Notanda eſt etiam deciſio Abba. in conſil. 22. per Iaſ. hic relata, ut præalleg. Clem. habeat locum non ſolùm in uerè & expreſsè uſurariis, ſed etiam in his, qui ad tempus & ſub credentia carius uendunt, quàm facerent præſente pecunia: quum in effectu & ueritate uſurarii ſunt. c. nauiganti, & c. in ciuitate, cum not. de uſur. & prædictam deciſ. Abb. ſequuntur communiter Docto. ut hic per Iaſ. & Aquenſ. in 2. col.

Sed Dec. in 6. oppoſ. tenet. per deciſionem Bar. in §. apud Labeonem, l. qui ſit fugitiuus. de ædil.
77 edict. † ubi uult, quòd faciens contractum, qui cõmuniter licitus reputatur, licèt ueritas aliter ſe habeat, quia uſurariam prauitatem ſapiat, ob id non dicitur nec eſt uſurarius. ita uidebatur in propoſito noſtro, quum mercatores communiter ſic uendant: nec eo modo uendens manifeſtus ſit uſurarius, ut per eum.

Sed non eſt recedendum à prędicta deciſ. Abba. communiter recepta etiam per ipſum Dec. in conſ. 111. Ad deciſ. Bar. ſuprà alleg. reſpond. quòd licèt mercatores faciant tales contractus, tamen non reputantur liciti, ſed illiciti per ſapientes. & licèt eo modo uendens non ſit manifeſtus uſurarius, in effectu tamen uſurarius eſt, & pro tali habetur: ut per Abb. & prælleg. nec tex. in §. cæterùm, exigit quòd ſit manifeſtus uſurarius.

Diſtinguendo tamen dici poteſt, quòd regulariter faciens tales contractus, eſt uſurarius, & in eo locum habet diſpoſitio. §. cæterùm, ſecundũ deciſ. Abbatis. ſunt tamen quinque caſus in quibus uendens ad tempus, catiis quàm faceret præſente pecunia, uſuram non committit; ut pulchrè per Dec. in d. conſi. 111. in prædictis caſibus ſaluaretur opinio Decii, prout ibidem ipſe conſuluit.

Aliud principale exemplum ponit hîc Bar. poſt Iac. Butr. in exercentibus aliquã artem, qui ex con-
78 ſuetudine librum rationum conficiunt, † ut mercatores noſtri temporis, quòd rationes prędictas teneantur edere, etiam ad fundandum intentionem actoris: quia cenſetur illis mandatum, ut faciant illud quod conſuetum eſt fieri. & ſic concurrũt duo de quibus ſuprà, propter quę cõpellitur quis edere mandatum uidelicet, & intereſſe.

Et uidi alias in facto hũc caſum: Mercator ſummam ſcutorum mille à Titio habuerat, quam reſtituere promiſerat ad omnem eius requiſitionem, & apocham de recepto fecerat; ac in libro ſuo id ſimiliter ſcripſerat. Inter illos autem conuentum fine ſcripto fuerat, ut de prędictis pecuniis mercaretur, & honeſtam lucri partem Titio daret. Amiſſa apocha hæredes mercatoris conueniebantur à Titio ut reſtituerent prædictam ſummam pecuniarũ cum fructibus & lucro: & petebatur illos cogi exhibere librum rationum dicti mercatoris defuncti, maximè in folio de anno & menſe tali. ex quibus probari poterat intentio petẽtis, aliàs nullo modo. & ſecundum prædictam deciſ. Bar. editio fieri debet, ſecundum contrarium tenentes, non.

Hic not. & utilis articulus ſubtilis eſt, difficilis & ad utranque partem diſputabilis, ut clarè appareret ex ſubtiliter dictis & ſcriptis hic per Alexan. & acutiſsimi ingenii uirum Rimin. Ferrarien. in 2. char. quæ tacito auctore pro maiori parte tranſcripſit Deci. hic, & in c.1. in 4. char. de proba. Opinio Bar. hic quòd mercatores noſtri temporis teneantur edere libros & codices rationum ſuarum receptior eſt, & magis communiter à doct. approbata, ut prędicti & alii ſcribentes tàm legiſtæ, quàm Canoniſtæ hic, & in d.c.1. atteſtantur.

Huiuſce autem opinionis præcipuum principaleque fundamentum conſiſtit ſuper conſuetudine ſcribendi rationes per mercatores, à qua omnis diſpoſitio de mundo regulatur, & ſecundum eam iudicatur,

iudicatur, & actus q̃ celebratur, factus intelligitur. iuribus per Bar. alleg. cum aliis. ĩ. allegandis. Nam quum mercatores noſtri temporis libros rationum faciant & teneant, propter conſuetudinem ſic faciẽdi, contrahentes ſecum mandare illis cenſentur, q̃ ita faciant, ut fieri cõſuetum eſt: ſicq; rationem ſcribant. ea propter concurrente huiuſcemodi tacito mandato, & intereſſe, ac utilitate cõtrahentium, cogi debent edere, quemadmodum olim argentarii. l. prętor. & §. pertinere, ſuprà alleg.

Huic principali fundamento multifariam reſpõdent tenentes contrariam opin. ut hîc per Deci. & alios, & ĩ. referam. maximè, q̃ iſtud tacitum mandatum non ſufficit, ut ſtatim dicam. Item non eſſe uerum q̃ propter dictum ſolitum & conſuetum cõtrahentes cenſeantur mandare, quòd ita fiat. nam ſi mutuo tibi uinum, licèt ex conſuetudine inſit, q̃ æquè bonum mihi reſtituas. l. cum quid. ſi cert. petat. tamen non uideor mandare quòd ita facias & æquè bonum reddas; ut hîc ait Are.

Et propterea Iacob. Belui. Bal. Albe. Anch. Fulg. Imol. Roma. Rimi. Iaſ. Dec. Mod. Mediol. & plures alij quos præfati referunt, cõtrariam opi. tanquam ueriorem amplexi ſunt ac tenent.

Primò, quia iura hîc per Bartol. alleg. uidelicet l. uel uniuerſorum, & l. ticianus, non probant id ad quod allegantur, quum loquantur in conſuetudine mandatis, non autem mandatarij, prout nos hîc loquimur, ut per doct. prælleg. nec ſatisfacit conſideratio Curtij, hîc in vj. col. quòd non ſit dare rationẽ diuerſitatis inter conſuetudinem mandantis & mãdatarij. ut per eum.

Nam mandans cẽſetur actum facere ſecundum ipſius conſuetudinem, quum mutatio non præſumatur. l. cum. ff. de proba. c. maiores, de baptiſ. & concurrit poteſtas ſic faciendi. Sed quòd ego mandauerim tibi ut actum faceres, prout ſolebas facere aliud eſt, nec id in poteſtate mea conſiſtit: ex ſeparatis enim malè infertur, iuribus uulg.

Secundò, quia argentarii tenebantur cõficere librum rationum ſuarum de jure l. ſi quis ex argẽtariis in §. prohibet. & l. argentarius. ff. eo. & de cõſuetudine ita faciebant, ut mercatores noſtri temporis ut hîc per Alex. immo diligentius, quũ ſolerẽt veteres rationẽ totius uitæ ſuæ per ſingulos dies ſcribere, ut ex Cicerone, Suetonio, Aſconio Pædiano, & aliis bonis auctoribus conſtat. quantò magis argentarios quorũ officium tale erat, id conſuetos fuiſſe facere, credendũ eſt. & tamen non cogebantur edere, niſi expreſsè fuiſſet illis mandatum. §. pertinere, prælleg. dato ergo quòd propter cõſuetudinem ſcribendi, mandatũ præſumatur nõ uidetur in hac materia editionis tale mãdatum tacitũ ſufficere. & hęc ratio ualde ſtringit contra communem.

Tertiò arguitur ſic: argentarii tenebantur edere, quia officium & miniſterium publicũ erat, & principalis eorum opera erat in ſcribendo, & diligenter conficiendo libros rationum ſuarum. d. l. argentarius. & ſic duo copulatiuè in illis concurrebant & requirebantur, quæ in mercatoribus noſtri temporis non concurrunt, ut præfati deducunt, ergo &c. Mercatores enim noſtri temporis non habent oſficium publicum, nec auctoritate publica eliguntur & deputantur, quũ à ſe ipſis tale officium aſſumãt & artem exerceant, ut omnibus patet.

Quartò contra Bar. & cõem ſic efficaciter arguitur; ſpeciale eſt in uſurario, ut cõpellatur edere codices rationũ ſuarũ. prę. l. §. cęterũ, ergo in cõtrarium erit ius commune, ut hîc per Roma. Alex. & alios.

Plura alia adduci poſſent, ſed prædicta urgentiora ſunt, & ſufficiunt. Et ad fundamenta opi. Bar. & communis ſuprà reſponſum eſt, & plenius reſpondent hîc, & in d.c. primo Doct.

Sed non eſt recedendum ab opi. Bart. & communi æqua & rationabili, ut in lucem ueniat ueritas, iuxta. l. 2. l. iuſtum, & l. non eſt nouum, cum ſeq. ĩ. eo. materia. n. editionis fundata eſt ſuper æquitate. l. j. cũ §. j. l. prętor. ff. de edend. l. fi. ĩ. eo. no. Bal. ĩ. in fi. & Rim. hîc col. 5. quę æquitas maximè inter mercatores & in curia ipſorũ ſeruãda eſt, ut hîc p Rim. col. 5. ergo ſubſiſtẽte æquitate mercatores noſtri tẽporis compellendi erunt ad edendũ libros ſuos. bonumq; & reale eſt prædictũ fundamentum Bart. & ſcrib. de mãdato tacito & præſumpto propter generalẽ conſuetudinẽ mercatorũ ſcribendi & tenendi libros rationum, ut ex infrà dicendis apparebit.

Non obſtant modò ad oppo. adducta. ad primũ arg. reſponde, quòd licèt concluſio Bart. non probaretur in iuribus alleg. per eum, tamen multis aliis probatur, quòd ſemper actus intelligitur factus
79 † ſecundum conſuetudinem. l. fi. ĩ. de fideiu. per Alex. alleg. ut per Dec. in d.c. j. colum. 14. Aquenſ. & Curt. hîc col. 2. & 6. Dec. tamen hîc in 6. col. dicebat, quòd immo ille tex. loquitur generaliter in cõſuetudine, quę facit ius, non in cõſuetudine ſcribẽtium, quę eſt facti. replicat Ripa in 3. col. quòd loquitur generaliter de conſuetudine fideiuſſorum, prout nos hîc de conſuetudine mercatorũ. attamẽ ille tex. malè uidetur allegari in propoſito ad id ad quod tendit arg. quòd cenſeatur factũ illud quod fieri conſueuit. ſolùm enim uult, quòd uno ex mandatoribus, uel fideiuſſoribus aut duobus reis conuento atque electo, alios non liberari: quia pacto conuento id fieri conceditur, & quotidie id peragi ſolet: ideo nulla eſt ratio, ſubiicit, cur id per legem noſtram, prout ſancitum eſt, ſtatui nequeat. ſed nõ dicit quòd id cenſeatur actum & factũ: quinimmo uidetur probare oppo. quia ſi id factum cenſeretur ſupertluum fuiſſet id auctoritate illius l. poſteà ſtatui & introduci. melius prędicta concluſio probatur in l. ſi pignore. in §. fin. ibi, uſu euenerat. ff. de pign. actio ut hîc per Alexand. & per Aret. in conſil. 11. in fin. & in conſil. 160. colum. 2. in princip. & per conſequens mandatum factum fuiſſe, prout conſuetum eſt fieri; ut etiam probatur in l. quod ſi nolit. in §. quia aſsidua. ff. de edil. edict. cum multis aliis accumulatis per Felin. & Deci. in d. c. j. colum. 6. & 14. & in c. cũ M. de conſtit. ubi plenè Moder. de Ripa in 27. not. & per Deci. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regulis iuris, et prædicta conſuetudo ſcribendi libros rationum ſuarum per mercatores noſtri temporis, generalis eſt et notoria in omnibus locis, ergo ſecundum eam cenſetur contractum et mandatum. et quum ſit notoria, ſuf

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficit ea allegare, vt per Deci. in consil.402.445. 482. 538. & 550.

80 Ad secundũ de §. pertinere. † respon.hîc Alex. quòd non loquitur quando aliquis contrahit eum argentario: quia tunc sufficeret tacitum mandatũ per prædicta. sed loquitur quando tertius contrahit cum alio apud argentarium id scribentem: quo casu requiritur expressum mandatum, aliàs non consequeretur editionem, licèt prætenderet interesse ex prædictis rationibus. Vnde per illum text. excluduntur illi, qui non mandarunt expresè, nec cum argentario contraxerunt. Quam solutionem sequitur Feli.in d.c.j.col.7.& Curt.hîc,col.6.

Sed tanquàm diuinatiua & restrictiua ad tex. §. pertinere. damnatur hîc per Ias.col.fin.Deci. 7. & ibidem in d. c. primo. immo fortiùs §. pertinere, loquitur etiam in contrahentibus, inducendo vt hîc per Rimin. & Deci.col.6.&7.

Propterea respond. quòd in argentarijs requiritur expressum mandatum, vt constet rationes pertinere ad petentem. Sed si constet pertinere, vt quia contraxerimus, aut alijs contrahentibus successerimus, sufficit tacitum & præsumptum mandatum. d. l. quædam, §. fi. ff. de eden. per quem declaratur §.pertinere. Et sic scribendo censetur etiam interuenisse tacitum mãdatum, quod hoc casu, vt dictum est, sufficit. vt post Specul. & alios scribit Aret. in d. c. primo, col.5. Rimin. hîc, col.5. Curt.6.& Ripa 4.

Nec obst. arg. Decij hîc à coniunctione duorum locorum, §. pertinere. cum §. præcedẽti, qui loquitur de interesse, ad quod competit hæc actio, & sic de contrahentibus interesse prætendentibus: ergo requiritur expressum, vt hîc latius per Deci. col.7. in versic. ista responsio est Rimi. & hîc, col.7. Quia respon. quòd illa dispositio generalis de interesse,

81 de qua in §. pertinere, † non attinet, non trahitur, nec pertinet ad casum, in specie posteà decisum in d. §. fi. de interesse contrahentium. arg. l. sanctio legum. ff. de pœn. & l. doli clausula. de verb. obl. pulchrè tradit Aret. in consil. 98. in causa. & Doctores in d. l. doli. per dispositionem igitur de §. pertinere, requirentis in hac materia verum, vel fictum mandatum & expressum, non censetur exclusa subsequens dispositio, §. fi. l. quædam. volentis sufficere præsumptum mandatum ex contractu oriens, vt per Aret. loco prealleg. siue igitur verè & expresè mandauerim, siue fictè per procuratorem, vt in §. pertinere. siue præsumptè & tacitè contrahendo, vt in d. §. fi. res ad me dicitur pertinere.

Nec refragatur quod suprà dicebam allegando Aret. de vino mutuato, quod secundum consuetudinem æquè bonum reddi debet & solet: & tamen id mandare non dicor, quia agens non operatur, nisi in patiente bene disposito, vt inquit Philo. & sermo intelligi debet secundum subiectam materiam. c. intelligentia. de verb. sig. materia & subiectum mutui non conuenit mandato, prout subiectum & materia nostra: ideo &c.

Ad tertium arg. de l. argentarius, &c. respondebant hic Rimi. & Alex. quòd licèt assignet duas rationes, & vna cesset, altera militante, non cessabit dispositio: quum rationes, vel causæ finales sint. §. affinitatis, instit. de nupt. vt hic per Curt. in 6. col. Quæ solutio non videbatur procedere, quia tex. ibi copulatiuè loquitur, vtranque rationẽ coniungendo: ergo vtraque debet concurrere. vulg. l. si hæredi plures, ff. condit. instit. vt hic per Deci. in 7. col. & 5. in d. c. primo, & Moder. Taur. hic, col.3. ideo respond. quòd immo concurrunt ambę rationes prędictæ in mercatoribus, quorum exercitium & vtile & necessarium est Reipublicæ. l. prima, ff. de contrahen. empt. & per consequens habet causam publicam, quorum quidem mercatorum opera, principaliter etiam consistit in diligenter scribendo, tenendoq; & gubernando libros apotheca rum & mercantiarum, vt j. dicam.

Prætereà non videtur verum, illas duas rationes ibi copulatiuè exigi; quum alia videatur mens & intentio iurisconsulti in d. l. argentarius. dicit enim quòd argentarij coguntur eorum rationes edere, quia eorum officium, ministerium, & exercitium habet causam publicam. postmodum in versic. & hæc principalis eorum opera, immediatè sequenti non addit aliam rationem, vt præfati intelligebant: sed declarat quid principaliter versetur in officio & ministerio prędicto, ut rationes uidelicet diligenter conficiant: dicens, & hæc principalis eorum opera est in officio prædicto, ut rationes &c. hic est uerus sensus & intellec. illius tex.

Vna est igitur tantùm ratio, quia habet causam publicã, quę est etiam in mercatoribus nostris, vt j. dicam: ideo &c. Et licèt principalis opera istorũ non sit, ut diligenter rationes conficiant quemadmodũ fuerat in argentarijs: sed consistat in mercibus secundũ Rimi. Deci. & alios: est tamen etiam

82 illorum opera æquè principalis in scribẽdo. † quia, nisi mercator libros suos bene regat & diligenter conficiat, deficit in salutari suo: & corruet eius apotheca: & sic etiam illorum opera principalis est, bene & diligenter libros tenere, & rationes conficere: cur ergo edere non tenebuntur? Et in prælleg. l. argentarius, uerba illa de causa publica, quicquid dicat Deci. nõ intelliguntur de officio publico, sed de utilitate publica, ut in l. de pupillo, in §. sextus, de oper. nou. nun. quæ publica utilitas cadit etiam in mercatoribus, ut dictum est. Et quamuis Deci. hic in 7. colum. & in d. c. primo, in 17. alijque Moder. dicant esse officium publicum, ad quod admit

83 titur seruus, † & ex capacitate domini habilitatur. l. si mihi, §. regula. de leg. primo. uerùm tamen non uidetur, quum sit ministerium & exercitium non publicum, ut dixi: quamuis causam & utilitatem publicam habeat: ut per glos. in d. l. argentarius, in uerbo publicam. & Aquens. hic col. ult. quod apparet, quia seruus poterat argentariam exercere.

84 d. l. prętor, uersi. sed & si seruus, ff. eod. † qui seruus non potest officium publicum habere, etiam consentiente domino. l. generali, in fine. C. de tabularijs, libro decimo ibi, dominorum interfuit à principio prouidere, ne publicis artibus priuata

85 seruitia misceantur. † Nec facit in proposito §. regula. in quo se fundat Decius, loquitur enim in legatis capiendis, & in acquisitione iuris, ubi capácitas, uel incapacitas serui meritò regulatur

latur à capacitate, vel incapacitate domini, quum enim quicquid acquirit, domino acquirat, nimirũ si attenditur & consideratur capacitas domini: nó in officijs & exercitijs, in quibus attenditur persona, quę exerceret, etiam quòd ille, cuius nomine exercetur, esset incapax, vt post Aquens. dixi §.

Ad quartum motiuum respon. Doct. vt hîc per Ripam, col.4.

Nec refragatur quòd mercatores sui, & non alio rum gratia rationum libros conficiant. nam etiam argentarij id sui causa principaliter faciebant. d. l. si quis ex argent. §. rationem. ibi, sui gratia. vt per Aquens. j. col. fina. Rursus propter prædictam scribendi consuetudinem cẽsentur etiam pro contra-

86 hentibus scribere, ergo &c.

† Et prædicta cõmunis conclusio maximè procederet in mercatoribus, qui in locum argentariorum quasi succedũt, veluti qui publica auctoritate admittuntur, & in matricula, seu confratria describuntur, ac ponuntur: iurantes artem fideliter exercere. hi enim argentarijs ferè assimilantur, vt hîc per Curt. col. 7. Moder. Taur. & Ripam 4. Item, quando mercatores rationes conficerent, non officij & exercitij ratione & occasione, sed ratione cõtractus; eaq; esset consuetudo. quo casu id teneren tur facere actione ex ipso contractu, quum ad id obligentur occasione dicti contractus propter talem consuetudinem, §. de officio. l. j. ff. de tut. & rationibus distrah. vt hîc per Rimin. in 5. col. & simi liter id clariùs procederet, quando præsente eo, qui petit editionem ratio eius conscripta fuisset, vt hîc per Alex. in 2. col.

Descendẽdo modò ad praxim, quędam diligen ter not. sunt: In primis quod post Cano. hîc in 8. col. scribit Deci. de memoriali, bastardello, & libris secretis non edendis. sunt enim in his cauti merca tores: nam quę contra se faciunt, non scribunt in libris, quos in apothecis tenent, sed in alio libro, quem domi secretè tenent. Et ego in causa propria his diebus præteritis expertus fui: immo memorialia & cedulę non facerent fidem contra ipsos met scribentes, vt hîc per Soci. col. j. & Moder. Taur. 4.

Secundò signabitur, quod scribit Paul. de Cast. in d. l. argentarius, de signo & folio libri exprimendis à postulante editionem, per tex. ibi in §. edi. faciunt quæ tradit Deci. in d. c. j. col. 37. sed ego non puto id esse necessarium, quum iura simpliciter dicant, argentarios, nummularios, & fęneratores compelli edere codices rationum suarum. bene fateor quòd non est petenti danda copia, nisi de parte ad petentem pertinente, d. §. edi. de reliquis absq; num esset & inutile. Quod autem esset officium argentariorum & nummulariorum, & quæ esset differentia inter prędictos, vide per scribentes maximè Alex. in d. l. prætor. res est de antiqua, malè potest sciri perfecta veritas: oportet diuinare.

Tertiũ est de no. & vtili practica respondendi ad interrogatoriũ mercatoris, an petens editionẽ libri velit & intẽdat illi stare in omnibus, seu pro & contra; vt cum grano salis respon. ꝙ intendit stare contentis in ipso libro si & prout iuris erit, quia tantùm in connexis tenebitur stare, in separatis non, vt hîc per Mod. Taur. col. 4. & id vidistis in superioribus, dum tractauimus de libro priuatæ rationis.

Quartò not. quòd licèt stante consuetudine, ꝙ mercatores scribant libros rationum, vt diximus, præsumatur factum mandatum à contrahentibus, vt sic fiat, nihil proderit, nisi allegetur: quia illud quod præsumitur, debet allegari, aliàs non releuat: vt hîc per Alex. Are. & Moder. Taur. col. 3.

Postremò si vultis scire quæ & qualis debeat esse forma libellandi & articulandi in hac materia videte hîc Sali. in vlt. col.

Ex prædictis colligi possunt quædam limit. ad concluſ. Bar. & communem, vt hîc per Rimin. col. 7. Deci. 8. & Moder. Taur. 4. & latiùs per eundem Deci. in d. c. j. col. 17.

Vltra exempla data per Bar. tex. nostro in versi. id ex causa &c. potest multis alijs modis exemplificari, vt latè p Alex. Rimi. & alios in l. fi. j. eo. Immo generaliter dici, tex. nostrũ velle editionẽ hanc fieri debere ex omni causa, quę iusdicenti iusta & æqua videbitur. dum ait, id ex causa ad officium iudicis pertinere solet. quasi officiũ iudicis cõsideretur respectu causæ. quia ad ipsum iudicẽ spectat declarare causam ꝓpter quã fieri debeat editio quũ enim id nó sit à l. determinatũ, relinquitur arbitrio iudicis declarandũ. ita hunc tex. declarãt Mod. Tau. hîc col. 2. & Alciat. in 8. casu. ꝙ si inique iudex arbitraretur, appellari posset, vt subijciunt dicti Moder.

Miror quòd non viderint & retulerint Alex. cuius fuit dicta consideratio & declaratio. j. circa fi. in versic. Item est vtile.

Verius tamen videtur, ꝙ dicta verba id ex causa ad officiũ &c. respiciant officiũ iudicis, quo fieri debet editio, vt ex verbis bene intellectis liquet, vt j. cõtra Alex. dicunt Rim. Aquẽs. & Curt. & Dec. col. 8. in vers. secundò Alex. resp. & in d. c. j. col. 34. causa tamen iusta editionis fiẽdæ postquã nõ est à l. determinata, bene sequitur relinqui id arbitrio iudicis, nõ p hunc tex. sed per regulã d. l. j. de iur. delib.

In eadem gl. ibi per actionem: hunc no. & subtilem art. an editio fieri debeat offi. iudicis, vel iure actionis, expediam cum Bar. & alijs in glo. fin.

In vltima parte glo. ibi, aliqui intelligunt. Iste est secundus intellectus ad tex. l. nostrę, ut procedat & intelligatur in instrumentis.

Ad l. qui accusare, respond. non teneri reum

87 edere actori ad fundandũ eius intentionem, † sed bene ad replicationem fundandam, uel adiuuandã, quia actor in replicationibus est reus: ut instit. de replica. in principio. & ueluti reus cogit agentẽ ad edendum & exhibendũ. l. non est nouum. l. iustum, infrà eod. ita actor ad coadiuuandum eius replicationem, in qua censetur reus, cogit ipsum conuentũ ad edendum. & facit tex. circa fin. d. l. fina. infrà eod. dum ait, non oportere originem petitionis ex instrumento eius, qui conuenitur fundari. fundatam autem coadiuuari non prohibet, nec habet pro inconuenienti. Et dicit hîc Bar. in 2. lect. quòd iste intellect. est uerior. Diuinatio tamen est non parua, quòd hæc editio peteretur ad replicationem fundandam. Propterea alij scribentes dicunt, quòd licèt prædictus intellectus uerus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit, in se tamen non conuenire verbis legis nostræ ibi, vt aduersaria tua rationes suas exhibeat. cui litteræ violentiam facit, vt plenius demonstraui in secundo euidentiali. alia est enim editio rationum,
88 † alia instrumentorum, vt per glo. & Doct. in rub. C. eo. & Rimin. hîc in 9. col. & si de editione instrumentorum hîc imperator sensisset, non fuisset loquutus de rationibus, sed de ipsis instrumentis, vt in simili dicit ille vulgatus tex. in l. vnica, in §. sin autem ad deficientis. ff. de cadu. tollen.

Nec prædictis refragatur tex. l. prætor, in princi. ff. eod. qui dicit, argentarios rationes ad aliquem pertinentes edere debere: quum æquum sit quod mei causa quis confecit, meum quodammodo instrumentum mihi edi. instrumentum ergo appellat. quod prius rationes dixerat, vt hîc per Deci. col. 8. ergo in hac materia rationes, instrumenta dici possunt, vt per Deci. quia (vt suprà dixi) in hac materia propriè loquendo editiones prædictæ differunt. prætereà instrumenti appellatione bene veniunt rationes, non econtrariò, vt dixi in rub.

Glo. fina. licèt ceruotina fuerit, & contra tex. facta, pro clariori tamen intelligentia potest diuidi in duas partes. in prima opponit contra text. quòd editio fiat per viam actionis, non officio iudicis, & comprobat oppos. in secunda quę est ibi, respond. quotiescunque distinguendo. sed perperam respond. iccirco Bar. melius soluit, eleganter postmodum declarans quo remedio petatur fiatq; editio instrumentorum, rationum, & actorum.

Pro quorum declaratione & intelligentia inuestigandum est primò, vtrum editio prædicta, quæ ab argentario & notario petitur, iure actionis petatur, an officio iudicis? Et hîc videbimus, an sol. data per Bar. ad oppos. formata per gl. bona sit: & nonnullas quæstiones incidentes & connexas enucleabimus. Deinde videbimus, vtrum theorica & distinctio Bar. bona sit, & approbata, vel ne.

Quæstio principalis an officio iudicis, vel iure actionis fiat prædicta editio, quæ à prædictis personis principaliter postulatur, vtilis est, primò, quia aliter concipitur libellus quando actio intentatur, aliter quando officium iudicis. Secundò, quia interpellatio extraiudicialis constituit in mora, quando competit & intentatur actio; secus vbi competit officium iudicis: vt hîc per Alex. Curt. & Ripam in vltimis col. Moder. Taur. col. 7. & Deci. in d. c. j. de proba. col. 35. in quibus locis dictis scribentes asignant prælcriptos duos effectus resultantes ex hac inquisitione reprobatis quibusdam alijs differentijs, quę per alios ponebantur.

89 †Bar. concludit officio iudicis nobili id fieri, per l. nostram in fi. ibi, ad officium iudicis, & per d. legem argentarius, ibi, iubetur. & ibi, cogit. vbi verba ad iudicem referuntur: & per consequens oriri debet officium iudicis. l. si soror. cum glo. j. de colla. ad idem text. l. 2. ibi, iubebit. & l. procurator in fi. in verbo præcipiet. j. eo. & in l. argent. in §. prætor. in verbo iubebo, & in fin. l. ibi, edi iubet. & in l. vbi exigitur, in principio, ibi, decerneretur, à prætore. ff. eod. titulo. sed contra eum, quòd in ipsum prętoris edictum incidit, edere recusando, quum à prętore decerneretur, actio in factũ ex eo edicto ad interesse datur. d. l. si quis ex argentarijs, §. ex hoc edicto, cum §. primo. l. vbi exigitur. de eden. & §. fina. institu. de interdic. Et quicquid dicant. Alex. & sequaces hîc scribentes transeunt communiter cum prędicta concluſ. Bar. vt hîc per Rimin. Aquens. Ias. Deci. Curt. & alios Moder. & per eundem Deci. latiùs in d. c. primo, col. 34.

Articulus subtilis est, & disputabilis: pro opi. communi in primis allegatur & ponderatur lex nostra, in fi. ad quam dupliciter respond. Alex. hîc circa fi. legis, quòd loquitur de officio iudicis mercenario actioni intentatę deseruienti, incidenter implorato. Vel quòd cognitio causæ, vt editio fieri debeat, vel non, illa sit, quæ ad officium iudicis spectat, non autem ipsa editio. hoc est quod imperator hic in fi. voluit dicere ex causa, quæ ad officium iudicis pertinere solet. Prima respons. Alex. reprobatur à Deci. hic in 8. col. & in d. c. primo de proba. col. 34. in versic. non obstant, quia verba ad officium iudicis referuntur: ideo propriè de potentiori & digniori, sicque de nobili intelligi debent, per iura vulga. Ripa hic in 7. colum. replicat, quòd quum responsio intelligenda sit secundum interrogata, §. prætereà, instit. de inutil. stipul. & responsio referatur ad id, quod in iudicio petitur, intelligi debet de officio iudicis mercenario deseruiente actioni deductæ in iudicio. sed defendendo Decium responsionem ait Imperatoris non referti ad petita in iudicio, & sic ad officium iudicis deseruiens actioni depositi iudicio cæpto intentatæ. iuxta §. item sciendum, l. ędiles. ff. de ędil. edic. in iudicio nondum inchoato. nec causa cępta, & in iudicio deducta principaliter petebatur officio iudicis compelli fœminam hanc, de qua hic, ad edendum rationes, in quibus continebatur assertum depositum, ut inde actor obtinere posset in causa ipsius depositi illud per prædictas rationes probando. & interrogatus Imperator an fieri posset, respond. id ex causa ad officium iudicis pertinere. ergo de nobili & principaliter implorato pro obtinenda editione prędictarum rationum.

Secunda respon. Alex. confunditur per l. istam ibi, id ex causa. necessariò enim intelligitur de ipsa editione ex officio iudicis facienda, non de cognitione causæ, ut hic per Rimin. Deci. Aquens. & Curt. & per Deci. in d. c. primo, col. 34. aliter ad hunc tex. respon. hic Deci. quòd editio hoc casu petitur contra regulam ex aliqua causa officio iudicis, secus quando peteretur iure ordinario, & secundum regulas communes, ut in quæstione nostra. Idem vult hic Curt. col. 8. in versic. hic tamen aduerte. non probant tamen Deci. & Curt. dictam respons. aliqua bona lege. nam quòd editio petatur regulariter, vel ex causa, parum uidetur facere ad productionẽ diuersorum remediorum, ut quis cogatur edere; sed bene iudex habet tunc considerare utrum causa illa ex qua petitur editio, iusta sit, uel non: ut hic uoluut Doct. & consequenter prædicta solutio quòd sit hic speciale; non est alicuius momenti.

Ad

Ad l. argentarius, in verbo iubetur. & in verbo cogit, cum alijs similibus, vbi verba ad iudicem referuntur: ergo videtur quòd debeat competere officium iudicis. d. l. si soror, cum glo. respond. Deci. hic in pen. col. in versi. sed respondetur. & in d. l. si soror, in quinta lim. procedere dictam regulam in dubio, sed in materia nostra sunt alia iura, in quibus verba ad partẽ referuntur, prout in d. l. prætor, ibi, edere debent. & in l. si quis ex argentarijs. §. 1. in fi. ibi, edere debent. & in §. prohibetur. ibi, vt edere debeat. ergo competit actio, vt ibi per glo.

Hanc considerationem improbant Rimin. hîc col. pen. Moder. Taurin. & Ripa col. 7. & 8. quia ibi verba non diriguntur ad eum, cui danda esset actio vel editio explicanda, quo casu procedit regula. d. l. si soror. cum glo. sed sunt verba enunciatiua quid facere debeant prędictæ personæ: ideo videtur dicẽdum officio iudicis ad id compelli, prout in alijs ll. præall. Confirmatur, quia in hac materia editionis plura sunt alia iura, in quibus communiter & ferè semper verba ad iudicem referuntur, vt in l. nostra, in fi. in d. l. quædam, in princ. ibi, à prætore compelluntur. in d. l. si quis ex argẽtarijs, in §. prętor, ibi, edi iubebo. & ad fi. l. ibi, edi iubet. & in l. vbi exigitur, in §. primo ibi, cũ decerneretur à prætore. ff. eod. per quæ iura declarantur alia suprà allegata in dictis verbis edere debent, vt intelligantur per officium iudicis ex edicto prætoris de edendo descendenti. Quidam tamen respondebant ad d. §. prætor. in verbo iubebo. quòd loquitur de secunda editione, quæ fit vbi scriptura semel edita, fuit deperdita, quo casu cessat actio in factum pro prima editione data: & ex æquitate faciendi nouã editionem per officium iudicis de remedio prouidetur, non competẽte amplius primæ actione. pro editione iam facta, & ęquitate suggerente, ut de nouo fiat ex causa. & consequenter esse ibi casum specialem, vbi competit iudicis officium pro editione: & sic in contrarium esset ius commune. faciunt not. in l. ab emptione. ff. de pact. vt hîc p Curt. in 8. col. sed hæc subtilitas & consideratio confunditur per hanc l. in fi. & alia iura ẽ. allegata, in quibus verba de prima editione facienda mentionem faciunt, & ad iudicem referuntur.

Secundò pro opin. Bart. & communi allegatur principaliter tex. not. in l. pen. in fi. ff. ad l. Falc. ibi, ad officium iudicis pertinere explorare ea, per quæ probetur quantùm sit in bonis. Deci. hîc in penul. col. respon. per dicta Bar. hîc. sed clarius & melius Curt. & Ripa in 7. & 8. col. quòd loquitur de officio iudicis mercenario, quod datur pro fundanda, seu coadiuuanda replicatione iam inchoato iudicio, vt ex verbis tex. ibi liquet, non de nobili, prout nos hîc loquimur.

Tertiò prò communi opin. videtur text. in d. l. quædam. vbi dicitur, prędictas personas à prætore compelli edere metu pœnæ actionis in factum. primò igitur & principaliter competit officiũ iudicis, posteà in subsidium contra nolentem edere actio in factũ ad pœnam ex hoc edicto. d. §. ex hoc edicto. sed Deci. hîc in pe. col. replicat, probando quòd ille tex. subtiliter considerando, prout infrà ipse facit, contrarium vult. Ego statim reprobando intellectum Decij ad illum tex. ostendam receptiorem, & communem sententiam ibi optimè probari.

90 Contrariam verò opin. † quòd immo prædicta editio fiat iure actionis in factum, & non officio iudicis, tenuerunt Specul. Feder. de Senis, Anto. de Butr. & plures alij, quos referũt & sequũtur Alex. & Ias. hîc, col. fi. & in l. sequenti, col. 1. & similiter Deci. qui sibi contrarius tenuit cõmunem in d. c. 1.

Pro qua opin. quatuor magis vrgentia adduco. In primis tex. in §. interdum. l. 3. ff. ad exhib. ibi, æquitas editionis efficit, vt quamuis ad exhibendum agi non posit; in factum tamen actio detur.

Deci. hic in pen. col. nititur respon. sed non satisfacit, vt hic per Ripam, col. 8. aliter soluentem, quòd ille tex. loquitur in diuersis terminis, videlicet in remedio ad exhibendum, quod expeditur via actionis, ut ostendit rub. & tit. sub quibus lex prædicta posita est: & ita prius hic dixerunt Rimin. Curt. & Aquens. in vltimis col.

Secundò adducitur tex. in d. l. prætor. ibi, edere debent. & in d. §. ex hoc edicto. in uerbo teneri, & in d. l. quædam, in §. is autem, in uerbo tenebitur. nam officium iudicis nullam præsupponit obligationem. uulg. l. qui per collusionem, ad fi. ff. de act. empti.

Respondẽ, officium iudicis præsupponere obligationem largo modo, ut per glos. & scribentes in l. seruium, in §. fina. de uerbo. obliga. ut hic per Rimin. Decium, & Ripam in 8. & 9. col. Prætereà ut j. dixi, sunt plura alia iura, in quibus uerba referuntur ad iudicem, & important ortum officij, & per illa alia suprà alleg. declarantur, qui debent edere officio iudicis ad id impellente.

Tertiò contra communem, Deci. in 9. col. ponderat text. in d. l. quædam, dum ait, quòd metu pœnæ actionis in factum quædam personę ad edendum à prętore compelluntur. non enim intelligitur de actione in factum in subsidium, ut Doct. intelligunt. quia tex. in principio dicit, quasdam personas compelli edere, non tamen ex edicto de edendo, ut in procuratore, qui cogitur edere actione mandati, ut ibi dicitur: non metu pœnæ actionis in factum, id est non ex edicto de edendo. sicuti ergo actio mandati, de qua ibi, datur immediatè ad edẽdum, & excludit edictum de edendo, eodem modo, dum tex. loquitur de metu pœnę actionis in factum, intelligitur simpliciter de edicto ad edendũ immediatè: quemadmodum actio mandati datur immediatè ad edendum, ut differentia, quę fit ibi inter actionem mandati, & edictum de edendo, conueniat. & ita intelligendo, est ibi casus pro ista opi. quamuis communiter allegetur ad oppos. secundum Deci. uolentem ibi probari utroque casu immediatè actionem ad edendum dari in prima positione directam mandati, pro socio, & tutelæ. In secunda positione directam in factum ex edicto prætoris descendentem, prout regulariter descendunt. procurator ergo socius, & tutor coguntur ad edendum, dicitur ibi, non à prętore eo edicto scilicet de edendo, sed per actiones directas mandati, pro socio, & tute-

Universidad de Deusto
Biblioteca

læ: aliæ autem personę coguntur à prętore eo edicto per actionem in factum.

Quæ subtilitas (ut loquar cum Iurisconsulto in l.si seruũ,in §.sequitur.ff.de verb.obl.) nimis pernitiosa est. Differentia enim quæ ibi fit inter procuratorẽ,socium, tutorem, & alias personas in materia editionis sic procedit & adaptari debet. quia procurator,socius,& tutor,qui nobis edere debẽr, nõ compelluntur à prętore illo edicto de edendo, metu pœnę actionis in factum; quia alia via id possumus consequi immediatè & directo per actionẽ mãdati,pro socio,ac iudicio tutelæ,alię autem personæ,contra quas nõ sunt proditæ speciales actiones ad id faciendum non coguntur à prętore immediatè & directò per actionem, sed eo edicto de edendo,scilicet ut proximè supra dixerat,uidelicet metu pœnę actionis in factum competentis ad id, quod interest edi contra non parentẽ iudicenti,& nolentẽ ad mandatum iudicis edere, iuxta tex.d l. si quis ex argẽtarijs, in §. ex hoc edicto.l.ubi exigitur,§ 1.& l.argentarius,in §.cũ autẽ.ff.eo. Procurator igitur socius, & tutor compelluntur à prætore ad edendũ,nõ officio nobili ipsius prætoris immediatè, sed per actionem mandati pro socio, & iudiciũ tutelę,de quibus in d.l.quædam. aliæ verò personę,contra quas non reperiuntur proditæ directò actiones, compelluntur à prętore eo edicto, & sic immediatè officio suo,metu pœnæ videlicet actionis in factũ,quæ posteà competit cõtra nolentẽ parere & edere. si enim cõpelluntur edere metu pœnæ actionis in factũ,ergo non per ipsam actionem, sed per aliud remediũ metu prędictę pœnæ: quod remedium est prętoris edictum ad id,scilicet edendum ordinatum & competens iuribus suprà alleg. ideo verba illa metu pœnę actionis in factũ, vt hic dicunt Aquens.in vlt.col. & Ripa 8. & Curt. antepen.in fi. clarè & apertè demonstrant coactionem editionis fieri non per actionẽ in factum, sed metu pœnę ipsius actionis,quæ posteà pro interesse competit contra eum,qui incidit in edictũ.dubitãs igitur requisitus ad edendũ incidere in istud edictum & pœnam,non edendo ad mandatum iudicis, faciet editionem volens euitare pœnam & damnum prædictũ. istud est in veritate quod sensit & voluit dicere Iurisconsul. in d.l.quædã, in illis verbis metu pœnæ actionis in factũ. Et consequenter quicquid dicat Deci. ille tex. probabit communem conclusionẽ, quòd editio regulariter per dictas personas fiat ex edicto, & consequẽter officio iudicis nobili, metu prædictę pœnæ, quam pateretur, si non pareret iudici edendo cùm decernitur à prætore.

91 Quartò & vltimò †contra communem conclus. stringit,quia ex omni edicto,vel interdicto prætoris regulariter competit actio in factum.§.fin. cum gl.insti.de interdic.l.3.§.ex hoc edicto,cum gl.ibi, nomen actionis.ff. nautę caupo.stabul.cũ alijs all. hîc p Alex. & alios'. Quare ergo nõ dicimus ex isto edicto de edẽdo competere similiter actionẽ in factũ,quæ posit principaliter & directò intentari?

Curt. & Ripa hîc in 8. col. respond. vt per eos, vel clariùs dici potest, quòd ex hoc edicto de edendo oritur immediatè officium iudicis ad cogendũ quem edere,quod nullam præsupponit obligationem,quæ producit actionem.l.licèt,§.ea obligat.ff. de procur. propterea ipsa remedia incompatibilia sunt & repugnantia,& simul stare non possunt.l.j. ff. de furt.l. vbi repugnantia.ff. de reg.iur.ideo nimirum, si ex eo edicto non descendat actio in factum, prout ex alijs,quia produceret contraria remedia ad idem, quod absonum est dicere. aliam rationem quare prohibitus sit cõcursus prędictorum ponit Alex. in d.§.ex hoc edicto.

Et si dicas. quare à principio ex edicto isto de edendo non est prodita actio quemadmodum ex alijs edictis; sed proditum est iudicis officiũ,quod in alijs edictis prętorum non fuit factum? Posset respon. materiam hanc editionis plurimùm æquitatis habere † & in eam esse fundatã d.l.prętor ait, 92 in princi. & l.qui accusare. cum l.iustum. & l.fi. ff. eod.tradit Bal. ff.in fi. & Rimin.in 5.col. ideo non putasse prætorem obligare quempiam ad edendũ, nisi ipse decerneret, & sic cognosceret an ex æquitate tunc id fieri deberet.d.§.prætor ait. & in fin.l. cum §.j.l.vbi exigitur. eod.tit. nimirã si ex edicto ipso non competit actio,nisi posteà ad interesse cõtra contumacem & nolẽtem edere ad mandatum iudicis: vt hic etiam per Ripam in 8. col.

93 † Sed quum omnes prouisiones prætoris in æquitate sint fundatę. l. quod si Ephesi. ff. de eo, quod certo loco,§.emancipati.Instit.de hęred.quę ab intest. defer. §. quos autem. Instit.de bon. pos. vbi sunt iura clarissima, quare prætor introduxit potius actionẽ ex alijs edictis & interdictis, quàm ex isto: non video, nec puto concludentem rationem posse assignari,sed sic visum fuisse prętori.

94 Prædicta conclusio Bart. † & communis vt suprà defensata, ampliatur, vt procedat non solùm quando agitur contra eum, qui tenebatur confiteri librum rationum de iure, verùm etiam de consuetudine, vt suprà vidimus in articulo de mercatoribus, & dixit hîc Bar. in vltima col. sed si non teneretur ex necessitate officij, quo casu non cogitur edere, nisi ex causa, vt dicit tex. noster, puta quando vteretur in iudicio illis rationibus, vel ad replicationem fundandam. l.1. §. edenda.ff.eo.& l. fina.j.eod.id fieret officio iudicis mercenario secundum Bar. j. ad fin.commenti,cuius lectura est corrupta. Vbi enim dicit officio iudicis nobili vtentem prędictis rationibus compelli ad edendum, ac etiam fundandum replicationem: debet dicere officio iudicis mercenario, quod iudicio iã inchoato deseruit, vt hîc per Alex.in princi.vltimę col.Curt. & Moder.Taur.in vlt.char.satisque patet ex lectura ipsa Bar.aduersatiuè,in fin.loquentis, & suprà proximè de officio nobili dixerat: ergo hîc in fin.de mercenario.

Aliæ ampliationes prędictorum sunt extra terminos conclusionis, quę loquitur vbi competit officium iudicis nobile, non autem mercenarium, quod officiũ est personale, d. l.quædam.§.is autẽ. vbi dicitur argentarium & hæredem posidentem teneri edicto,non legatarium,nec donatarium,nisi in subsidium: regulariter ergo singularis successor non tenetur, ut ibi not.Bar.Paul.Castr.& alii. Bar.

Bar.in l.si Titius. in §.si quis prius.ff.de aqua pluarc.tradit latiùs Ruin.in §.Cato col.14.in 3.oppos. Bar.de uerb.obl.uidete tamen Paul. de Cast.in d.l. quædã.in §.1.ubi dicit, q̃ officium iudicis ex isto edicto descendens partim habet naturam personalis actionis,partim realis,ut ibi per eum. & secundum Bar.hic si mãdetur argentario aut notario ut conficiat rationes,& instrumentum recipiat,nõ est 95 mandatum nec cõpetit actio mãdati, † quod debet esse gratuitum & uoluntarium.l.1.ff. mand.§. fin. instit.eo.prædicti.n.ut clarissimi iuris,est,id facere tenentur ex necessitate officii sui, ideo non conuenit: immo repugnat naturæ mandati: sed recurritur ad officium iudicis ex hoc edicto. Et cum Bar. transeunt omnes ut hic per Rimin. Cur.& alios,& Dec.in d.c.1.col.34.& seq. de proba. Eandem cõclus.ponit Bar. in d.l.quędam, in princ. ubi alii sequuntur. Et sic apparet sol.datam per Bar. ad opp. 96 gl.ueram & bonam fuisse.

† Sed dubitatur,unde causetur prędicta necessitas? Bar.& scribentes uolunt,quòd ex parte argentarii,& notarii qui ex natura officii eorum tenentur id facere, ut dictum fuit: & latè ponunt etiam Moder.Taur.& Ripa hic in ult.char.

Dec. uerò quem suprà retuli, & Rimin. hic col. pen.tenent causari prædictam necessitatem ex parte utriusq;, & sic etiam mandantis,per regulã d.§. pertinere. sed & si requiratur mandatum expressum uel tacitum presumptum, ad hoc ut quis possit alium cogere ad edendum,ut dictum fuit,tamẽ ad propositum nostrum necessitas,quę est ex parte mandantis consideratur & requiritur ad probandum rationes pertinere ad petentem. d.§.pertinere,non autem quò ad cogendum notarium uel argentarium,secundum Rip.hic in pen.col.

Sed si rationes aliter non sunt edendæ quàm si ad petẽtem pertineant.d.l.prætor. & pertinere includat mandatum, ergo ad hoc ut prædicti edere compellantur,requiritur mandatum. Mens tamen Bar.& Doct. loquẽtium de prędicta necessitate est cõsiderare eam ex una parte solùm, argentarii.s.& notarii, ut dictum fuit. Idem tamen Dec.j.in ult. col.post Rimi.uoluit dictam necessitatem nõ cõsiderari ex parte mandatarii, sed ex parte mandantis 97 per §.si tutor.j.allegan.cui respondet,ut ibi dicam.

Modò contra prędictam conclu. † uidetur primò obstare: quia propter mercedem debitam argentario ac notario iuxta gl.3.d.l.argentarius,cum ibi not.& tradit Salic.hic in fi.uidebatur locati, nõ mandati agendum; quum mercede interueniente agatur locati,non mandati.d.l.1.ff.mand.& instit. eo.§.summa. Resp.ut per Dec. hic in ult.col. quicquid dicat Ripa negans cũ prędictis,& cum Doctoribus legentibus, etiam si à principio ipsi conueniant de salario,locationẽ esse. id quod latiùs prosequitur ipse Ripa in tract.de peste col.11.sed est cõtra tex.per eum allegatum in l.qui operas. in §.advocati.ff.loca. qui aduocatos non distingit à cęteris locatoribus,quicquid dicat Ripa:immo coniungit,ut constat ex dictione quoque,ibi posita,& ostẽdit natura ipsius tit.de loca. & ita etiam secundum cõmunem usum loquendi & consuetudinem appellantur conductæ seu conductiones doctorum legentium.

98 † Secundò contra prędictam cõclu.uidetur tex. in l.si procuratorem.in §.si tutores.ff.mand.q̃ necessitas faciendi id quod in mandato uenit, nõ impediat actionem mandati: ut hic plenius per Deci. qui reiectis dictis Bar. concludit in quęstione prędicta non oriri actionem mandati, quia ipsum mãdatum ueniebat ad executionem & implementum dispositionis edicti prętoris, uidelicet si & quatenus ipse mandaret. unde mandando non uidetur de nouo aliquid disponere, sed exequendo parendoq; mandatis prętoris id facere: quasi prętor argentario mandauerit. Et sic uidetur uti dispositione prętoris,secus quando ab edicto mandatũ esset separatum,prout etiam considerarunt hic Bald. in 2.col.& Rimin.pen.licèt Dec. non referat.

Sed non est recedendum à Bar.ibiq; mandatum ex parte utriusq; uoluntarium erat, secundum Ripam hic in pen. col. quod uidetur uerius, quia ex parte contutoris cui fuerat factum mandatũ; non inerat necessitas faciendi id,quod erat mandatum; sed necessitas aliunde procedebat,propter tutelam .s.quicquid ergo dicat Deci. hic, necessitas ut ait Bar.ex parte mandatarii illa est, quę impedit actionem mandati.d.l.1.ff.mand.& in §.si tutores, necessitas non erat in tutore, cui factum erat mandatum,ut teneretur facere uirtute mandati, ut in argentario & notario, quemadmodum in terminis Bar.sed aliundè,ut diximus,causabatur necessitas, uidelicet propter tutelam. ideo quantùm ad actionem mandati in casu.§.si tutores,nulla suberat necessitas nec in mandante nec in mandatario: ideo nimirũ si non impeditur actio mãdati. In quantùm igitur tutor tenetur ibi actione mandati,non consideratur ut tutor,sed, ut procurator & mãdatarius, in quo non residebat necessitas sic faciendi. sed in quantùm tenetur actione tutelæ consideratur ut tutor, qui in eo casu ad emendum necessitabatur.

Pro declaratione modò prędictorũ & totius materię editionis, Bar.hic tradidit not. doctrinam & distinctionem ad demonstrandum quo remedio agatur ad obtinendum editionem instrumentorũ, rationum,& actorum,& quo iure fiat.& approbatur communiter hic per Doct.& per Cano. in d.c. 1.de proba.prout etiam inquit ibi Deci. in 34.col. in uersi.secundò principaliter. eandem theoricam & doctrinam potuit etiam ipse Bar.in d.l.quędam. & cum eo transeunt ibi cæteri scribentes, quos uidebitis,præcipuè Fulg.Ial.j.circa fi. commenti, & Pau.de Cast.in l.procurator.j.eo.

Sed uideamus quid iuris in hoc pulchro & quotidiano casu, † quando priuatus librum rationum 99 conficit non ex necessitate alicuius officii, sed sua mera & libera uoluntate,ut faciunt boni & diligentes patresfam. & rogetur talis in rationes suas qđ actum fuit & calculatum inter ipsum & rogantes referre ac scribere. gratia exempli; Emphyteota,colonus,uel massarius litterarum ignarus ut communiter sunt rustici soluentes dominis suis canonem, censum seu fictum, concludentesq; & saldantes rationem suam cum ipsis dominis suis dicunt, scribatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

batis uos in libro uestro, quid iuris? an & quo remedio ad edendum prædictum librum priuatum compellantur? Quòd teneantur edere, in dubium non uenit propter mandatum factum de scribendo, quod quocunque uerbo contrahitur d.l.1. mand. & §.fin.instit.cod.sed quo remedio compulsio & editio fiat, maius est dubium. Moder. Taurin. hic circa fi. post Bal. tenent quòd officio iudicis nobili, & malè; quia immo actione mandati gratis & uoluntariè suscepti, per iura præall. uel officio iudicis mercenario, quando nō principaliter peteretur talis editio, sed incidenter inchoato & pendente iudicio, ut uoluit hic Bar. in fine commēti, cum quo transeunt alii communiter ut dixi: & ita in prædicto casu uolunt hic Rimin. Dec. & Cur. in ult. col. esset tamen difficultas in probando mādatum prædictum pro obtinenda editione.

Vltimò quomodo deducatur ista materia ad practicam, dixi in superioribus. & ultra ubi dicta, uidete not. quæstionem, quam hic in fin. commenti
100 ponit Are. quando† constat ex actis editionem fieri debere, utrum parte non petente iudex possit cogere ad edendum? & tenet quòd sic, ut per eum. Et quòd iudex possit ex officio supplere, quando aliquid sibi constat ex actis, quę faciunt notorium, latè tradunt Alexan. & alii in l.unica, infrà ut quę desunt aduoc. & in l.4.in §. hoc autem.ff.de dam. infect.

Paduæ XXV. Nouembris M. D. I.

SVMMARIVM.

1 Diuisio legis uno structu uerborum compositæ, licèt nō fiat materialiter, fit tamen intellectualiter.
2 Rei appellatio generalis, ut etiam causas cōprehendat.
3 Acta quæ dicantur, quæ ueniant appellatione actorum, per quem scribenda sint, an requirant insertionem testium; quid differant à gestis, & à processu: & an notarius sine mandato iudicis copiam eorum alicui dare possit. cum pluribus num. sequentibus usque ad nu.40. Et ibi utrum constitutio procuratoris, & testamentum apud acta ualeant sine testibus.
9 Acta quare dicantur magis publica, quàm instrumenta extraiudicialia: & an partes rogare debent notarium, ut illa conficiat: & utrum sit propria ipsius notarij causæ, uel spectent Principi aut Reipublicæ. & nu. seq.
14 Lex ista loquitur de editione originalium, quæ sit ad inspiciendum. & nu.34.
15 Acta litis edenda sunt. plenè discutitur materia. & nu. sequentib.
17 Tàm, & quàm in compositione orationis quomodo poni debeant.
18 Inquisito quomodo & qualiter detur copia processus in quisitionalis. & nu.seq.usq; ad 32.
21 Sermo quilibet regulariter uerificatur in prima uice.
24 Actorum editio facilius conceditur, quam editio instrumentorum.
25 Productio testium & instrumentorum cur fiat communiter post litem contestatam.
Iudicibus lex adeò fauet, ut pro illis semper præsumat. ibidem.
28 Interrogatoriorum quæ fiunt testibus copia non fit, nec datur parti producenti ipsos testes, et cur id cōtingat.
29 Positionum à facto proprio dependentium copia non est danda aduersario antequam respondeat. & nu. sequenti, ubi contrarium in practica seruari dicitur.
31 Allegationum iuris copia an sit danda aduersario.
33 Fisci fauore an denegetur parti editio actorum.
35 Editionis finis est ad habendam ueritatem.
36 Veritas semper tenenda. & nu.seq.
38 Attestationes testium ante publicationem factam per iudicem debent teneri secretæ.
39 Iudex appellationis iudicare debet ex actis primæ instantiæ. Item an & quando mandet iudicem à quo, ut exhiberi faciat acta coram eo facta. & nu.seq.
40 Appellans debet deferre causam instructam iudici ad quem.
42 Appellato nolente exhibere sententiam, instrumentum uel acta, quomodo possit consuli parti contra illum et nu. sequent.
43 Probationes à communiter accidentibus concludere, satis est.
44 Priuari iure suo, nisi præcedente bina monitione iudicis quis non debet, nec potest.
45 Contumacia quomodo & qualiter sufficiat ad denegandum audientiam.
47 Appellans quæ probare teneatur pro obtinēda uictoria in causa appellationis.
48 Apostoli sunt pars appellationis.
49 Sententia sub conditione prolata an & quando teneat.
50 Appellationis iudex ut possit procedere, quomodo debeat esse certus de iurisdictione sua.
51 Dolo aliquem damnificans quo remedio conueniatur.
52 Memoria humana debilis est.
53 Copia actorum an sit facienda parti, quæ fuit semper præsens in lite & illā tunc minimè petijt. & nu.seq.
55 Secretarijs causarum creditur, quando dicunt se non posse tradere copiam processus propter multitudinē negotiorum, & datur dilatio impeditiua processus.
56 Tex.in c.quoniam contra, de proba. declaratur.
57 Acta an sint reproducenda coram successore in officio. et nu.seq.
58 Procuratore mutato post litem contestatam faciēda est renouatio actorum per reproductionem ipsorum.
59 Actorum reproductio coram successore in officio ad quē effectum fiat. & nu. seq.
62 Statutum loci non est producendum coram iudice eiusdem loci.
63 Productio plurium iurium in concreto, seu quæ sit producendo sacculum scripturarum an releuet.
64 Sententia lata non uisis actis, non subsistit. plenè hæc materia excutitur. & nu.seq.
Sententia lata sine causæ cognitione an & quando subsistat. ibidem.
68 Probationes an sint de substantia iudicij. & nu. sequentibus.
71 Iudex super actis exhibitis iudicat, quando pars monita non curat sua iura exhibere.
72 Decendio dato ad appellandum pendente, præsens sententiæ dictæ, non præsumitur illi consentire. & num. sequentibus.
74 Sententia habet præsumptionem pro se solùm post trāsitum in rem iudicatam.

Tex.

75 Tex.auct.ad hæc, de iudicijs declaratur. & num. sequ.
76 Delegatio fieri potest per ordinarium, & de tota causa, & de parte.
77 Ordinarius qui iudicat ex actis factis corā suo delegato, illa exhiberi sibi debet facere, & uidere.
78 Copiam attestationū iudex debet decernere parti post publicationem.
79 Notarius uel commissarius qui partibus attestationes notificant ante publicationem factam, incidunt in crimen falsi. & nu.seq.
80 Acta quando transmittuntur ad alium iudicem ante publicationem testium, clausa & sigillata transmitti debent.
81 Testium dicta primis iudicibus & notarijs causarum semper sunt aperta & publicata.
82 Publicatio attestationum an sit necessaria, & quando peti possit, & qui sit eius finis. & nu.seqentibus, ubi plenè de hac meteria.
Intellectus ad hanc l.ibidem. & nu.seq.
85 Editio predicta quo remedio fiat.
86 Edere conuento recusante quomodo consulatur petenti. & nu.seq.
88 Editio actorum facilius conceditur, quàm instrumentorum. & nu. seq.
89 Fisco si non edantur instrumenta in ciuilibus, subtracta præsumuntur secus in criminalibus.
90 Criminalis causa an semper dicatur, quādo pœna pecuniaria applicatur fisco. & nu.seq.
91 Edendum an sit fisco in criminalibus, maximè ubi pœna pecuniaria applicatur fisco. & nu.seq. & 100.
92 Edendum est fisco, etiam si agatur de hæreditate opulenta, secus si de pœna, etiam leui. & nu.seq.
Tex.§.diuus.l.secundæ. de iure fisci. declaratur. ibidē.
95 Vtilitas publica præfertur priuatæ.
96 Turpitudinem suam detegere regulariter quis non tenetur. & nu.seq.
97 Interrogatorijs et capitulis inquisitionalibus, quàmuis concernentibus turpitudinem uel delictum accusati uel inquisiti respondendum est.
98 Dictum Bar.in.l. quemadmodum, de agri. & cens. declaratur.
99 Tex.l.tertiæ.ff. de edend. declaratur. & num. præcedentibus.
Tex.multorum iurium huiusce materiæ editionis declarantur. ibidem, & repilogatur nu.101.
102 Testis pro utraque parte debet ueritatem deponere, & si interrogatus nolit respondere pro parte, uel dicat malle alteram partem obtinere, an probet & fidem faciat. & nu.seq.
104 Testis debet esse neutralis.
105 Testes examinati cōtra unum an, quomodo, qualiter & quādo probent aut fidē faciāt contra aliū. et nu seq.
109 Acta facta in uno iudicio an, quomodo, qualiter & quā do fidem faciant in alio inter easdem personas, uel inter diuersas. & nu.seq.
110 Acta notorium inducunt.
111 Fideiussor contractus, & fideiussor iudicij longè differunt. & nu. seq.
113 Acta concernentia ordinationē litis quomodo, & quando pereant perempta instantia. & nu. seq.
115 Princeps est supra omnes, & supra ius. & nu.seq.
118 Tex.c.fin.de proba.declaratur.
119 Instantia peremptā non pereunt acta quò ad effectus, qui non resciunt instantiam. plenè declaratur. & num.seq.
122 Renuncians liti uel causæ an censeatur fateri se ius non habere: & an tribuat ius aduersario.
123 Acta respicientia ueritatis indaginem, ut depositiones testium, si publicatæ non sint, an & quando fidem faciant in alia instantia. & nu. seq.
124 Tex.l.gesta, infrà de re iudicata. declaratur.
125 Copia productorum non data parti cum termino opponendi & deliberandi, producta ipsa non probant.
126 Publicatio testium an possit fieri per alium iudicem qui non examinauit, & usque ad quod tempus. & plenè de materia publicationis testium. & nu.seq.
127 Testium dicta publicata coram iudice in una instantia, an, quomodo, & quando probent in alia.
128 Confessio facta in uno iudicio an fidem faciat in alio, & tam inter easdem, quàm inter alias personas.
129 Probationes in causa facta illis nocent, quibus nocet sententia.
131 Publicatio testium facta in causa principali, an, & quando impediat testes de nouo examinari in causa appellationis.
Testes an possint de nouo examinari in causa appellationis, si alij testes super eisdem capitulis examinati & publicati fuerint in causa principali. ibidem.

In l. secundam. C. de edend.

1 Hanc legem Bar. & scribentes subtilem & singularem reputant: materiā continet utilem, & quæ quotidie in usu uersatur. Quum sit uno structu uerborum composita, †non diuiditur, iuxta uulg. dictum Bal. Salic. & aliorum in l. pe tens. ff. de pact. effect. n. tunc rem potius secare & in frusta partiri, quàm rectè diuidere. secundum præfatos. facit tex. §. pen. instit. de offic. iud. quòd res quæ commodè diuidi non potest, integra relinqui debet, & non destrui per separationem. quod uerū est in formali & extensiua. i. extra se partium positiua diuisione: secus in intellectuali & intensiua, quę diuisiones intellectuales utiles sunt, intellectū illuminant, intelligētiam arguunt, & alia bona operantur ut ibi per Sali. eisq; utuntur sæpe theologi, & etiam nos.

Summari potest ut hic per Alex. Iaf. & alios, tex. tamen adeò breuis est, ut nō indigeat alio summario. uerum intellectus. l. uidebitis. ff.

Casus diuersimodè figurari posset secūdum uarietatem lecturarum ad hanc l. Pau. de Cast. hic figurat uno modo. Moder. Taur. alio, sed diuinant & restringunt tex. istum. Vnde generaliter ut cantant uerba l. potestis casum ponere in petente ab imperatore, utrum acta causarum quum opus est, exhibenda sint? Et respon. quòd sic, tàm ciuilia, quàm criminalia: de mandato iudicis. Declarando generalitatem istam, ut latè dicam. ff. in gl. 1. circa finem glo. & lecturarum gl.

Ratio dubitandi assignari potest: productiones instrumentorum sunt de actis, & etiā tenor, quando ipsa instrumēta producta, fuerunt in actis exē-

plata

Universidad de Deusto
Biblioteca

plata & descripta.cap. quoniam contra, de probat. & cap. cum in iure peritus, de offic.deleg.cum ibi not. & dixi suprà in l. 1.quę instrumenta non sunt actori edenda.d.l.qui accusare.ideo uidebatur acta similiter non esse edenda, quum in eis instrumenta contineantur.

Oppositum tamen deciditur: ratio decidendi, quia instrumenta sunt priuatorum,propterea à domino inuito eruenda non sunt:sed postquàm sunt producta & in actis descripta,de quibus hic agitur, effecta sunt de actis & publica,ut hic dicitur: ideo tanquàm talia & communia cuilibet de populo interesse in illis prætendenti edenda sunt, ut ueri fides constare possit. faciliùs igitur conceditur & fit editio actorum,quàm instrumẽtorum.l.in fraudem.§.neque.ff.de iur.fis. ibi, neque instrumenta, neque acta. quasi dicat, nõ esse edenda etiam acta, quorum editio faciliùs conceditur, ut hic per Iaſ. post Alex.in 1.col.Et quod dubitando dicebatur, procedit in instrumentis extraiudiciahibus priuatorum, ideo non sunt extrahẽda de domo reorum eis inuitis.

In tex.ibi,is apud quem.i.iudex secundum glo. & scribentes, est enim quædam circumlocutio & ornatus modus loquendi.

2 In eo.tex.ibi,res. †appellatio rei generalis est,& sic etiam causam & litem comprehendit.l.rei.ff.de uerb.sign.l.1.ff.si cer.pet. ut hic per Rimi. & Deci.

In eo.tex. ibi, acta publica hic locus postulat, ut de actis aliqua dicamus: de quibus hic, principaliter agitur. ideo pro declaratione & intelligentia legis,& eorum quæ hic scribunt Doct. de pluribus uidebimus. Primò, quæ dicantur propriè acta, & quid ueniat appellatione actorum. Secundò per quem scribenda sint,ut fidem faciant.Tertiò an testes in actis sint necessarii ad hoc ut probent. Quartò utrum notarius actorum rogatus esse debeat de ipsis actibus iudicii.Quintò,an de ipsis actis danda sit copia petentibus, etiam sine mandato & licẽtia iudicis. Sextò an & quomodo differant à gestis & à processu. Et quare dicantur publica.

3 Quò ad primùm,glo.in l.illud.in uerbo actorũ. C.de sacrosan.eccl. & in l.acta.ff.de re iudic. & ibi doct.dicunt quòd sunt scripturæ quę conficiuntur per notarios coram iudice,ut in dictis iuribus probatur,& clarius in d.c.quoniam contra. Quæ conclusio intelligenda uidetur coram iudice pro tribunali sedente,ut post Salic.uoluit Felin. in c. consuluit,col.5.de offi. deleg. tamen Bal. in l.interrogatam. ff.de lib.causa. & in l.2.ff. ut lite pend. uult ꝙ actorum appell.contineantur decretum tutelæ,curæ,actoriæ,emancipationis,& decretum interpositum ad roborandum contractum. & consequenter acta esse scripturas, quę per notarium coram iudice in figura uel sine figura iudicii in præsentia iudicis fiunt.idem uult Pau.de Cast.in d.l.2. Deci.& Ripa hic col.1.& hoc uidetur probari in l.fin.ff.de offi.eius qui vicem alt.iud.gerit.Quæ opin.fœdere distinctionis uidentur posse sic concordari. aut fit mentio de actis simpliciter, & comprehenduntur omnia prædicta,etiam facta coram iudice extra formam & figuram iudicii d.l.fin.quum sit terminus generalis aptus cõprehendere tàm iudicialia,quàm extraiudicialia; prout est etiam apud Iuuenalem satyricum ibi, Fient fient ista palàm,cupiẽt & in acta referri.i.in scripturam. Idem est ubi de actitatis haberetur mentio,quę secũdum grammaticos, quicquid dixerit Cor. in hoc solùm ab actis differunt, quia actitata frequentiam denotat. & probatur in d.l.fin. sed ubi fieret mentio de actis iudicii, causæ uel litis,ut in l.acta in l.actorum, & in c. quoniam contra,prælleg.secus esset: quia non comprehenderentur facta extra iudicium,etiam in præsentia iudicis: sed solùm facta in forma iudicii. Et dicuntur acta causæ uel litis,cõfessiones,attestationes, & reliqua factum respicientia. acta uerò iudicii, citationes,satisdationes,& similia secundum glo.in clem. sæpe,in uerbo defensiones de verb.sign. quæ differentia confunditur per tex.d.c.quoniam cõtra, ubi, uniuersa acta iudicii. iunctis sequentibus,ut etiam aduertunt hic præfati Mod. Et indistinctè ac particulariter de actis iudicii dicuntur esse ea quæ enumerantur in d.c. quoniam contra. etiam ꝙ fierent coram arbitro.l.ne in arbitris,in prin.ibi, apud ipsum arbitrum in actis. ff. de arbit. est.n. & ipse loco iudicis,non tamen dicuntur acta iudicii, nisi largo modo.l.1. cum ibi not.ff.de arbit. ut hic per Mod. Scripturæ uerò quæ fierent coram arbitratore,non dicerentur propriè acta, quum arbitrator dicatur amicabilis compositor. non.n.proceditur iudex, sed sine figura iudicii:ut per Cano.in d.c.quoniam contra.in c.quintauallis,de iu.iur. & Alex. consil. 13.col.2.vol.1.Bar.& alii in §.arbitrorum.l.societatem.ff.pro socio.

4 Sunt autem scribenda acta † per notarium publicum,si haberi potest, aliàs per duos idoneos uiros per iudicem deputãdos. d.c.quoniam contra. nunquàm tamen uidi obseruari, quod ibi dicitur de duobus uiris, sed quod dicitur de notario, qui ad scribendum per iudicem specialiter cõstituitur & deputatur. Et si per alium notarium acta scriberentur,non ualerent,nec daretur fides, etiam si de consensu partium id fieret & scriberet,l.cum sententiam. ibi, officio non præsente. ff.de sent. & interlo.om.iud. Ale.cons.137.col.3.& 213. col.2.li. 2.Fel.in d.c.quoniam contra,col.2.& Dec.hic col. 2.multifariam limitantes,vt per eos. faciunt etiam quę scribit Dec.in auct.siquis,col.3.ff.eod.

5 Vtrum testes † sint necessarii in actis, uidetur ꝙ sic: quum etiam in instrumentis de necessitate requirantur.ca.2. & ibi plenè traditur de fide instrumentorum,notarius non debet dare absque mandato iudicis,ut hac l.cum aliis de quibus infrà.

Et secundum Ripam hic in 2.col. acta differunt à gestis,quia acta tàm ad iudicialia,quàm ad extraiudicialia referuntur: gesta tantùm ad extraiudicialia. quod est contra tex.in l.gesta. ff. de re iud. & in c.cum inter,extra eo.tit.& ita uolunt Bar.& alii in l.1.ff.de offic.procur.Cæsa.& Dec. in d.ca.quoniã contra,col.6.probaturq; in d.l.in donationib. quę loquitur de donatione insinuanda. & primò dicit in actis,postea in gestis, his uocabulis tanquàm sinonymis utendo.

6 Sed contrarium seruat practica, †nam uidemus quotidie ꝙ constitutio procuratoris facta in actis admittitur,& fidem facit absque appositione testiũ in memoriali constitutionis ipsius procuratoris. Et id (ut mihi uiderur) est etiã de iure uerius: quia talis actus est de occurrentibus in iudicio, quum usus procuratorum sit per quàm necessarius in iudiciis.l.1.in fi.ff.de procur.ergo de actis. d.c. quoniam contra.Bene puto ꝙ testamentum non sit de actibus iudiciariis,& ideo probari per acta sine testibus,ut concludit Alex.in d.l.omnium. Rogitus uerò notarii & si requiratur in instrumentis extraiudicialibus.§.nos uerò in auct. de tabel. ut latè tradit in c.2.de fide instr. & in l.sciendũ.ff.de uerb. obl.secus tamen est in actibus iudicii, quũ sufficiat deputatio facta per iudicem ad scribendum acta.d. c.quoniam contra.ubi Fel.in 2.no. Dec. & alii hic.

7 Copiam uerò actorum, † quicquid sit de instrumentis,notarius non debet dare absque mandato iudicis,ut hac l.cum aliis de quibus infrà.

Et secundum Ripam hic in 2.col. acta differunt à gestis,quia acta tàm ad iudicialia,quàm ad extraiudicialia referuntur: gesta tantùm ad extraiudicialia. quod est contra tex.in l.gesta. ff. de re iud. & in c.cum inter,extra eo.tit.& ita uolunt Bar.& alii in l.1.ff.de offic.procur.Cæsa.& Dec. in d.ca.quoniã contra,col.6.probaturq; in d.l.in donationib. quę loquitur de donatione insinuanda. & primò dicit in actis,postea in gestis, his uocabulis tanquàm sinonymis utendo.

8 Sed quid de processu, †an ab actis differat? quicquid hic dicat Rim.in materia quę adaptatur sentẽtię diffinitiuæ,uidetur ꝙ non.d.c. quoniã contra, cum not.per Felin.ibi in 3.col.& Dec.7.ad fin.11. not.adaptatur aũt processus etiam ad extraiudicialia, vt acta & gesta.§. post originem.l.2.ff.de orig. iur.ubi latè scripsi iam annis triginta præteritis.

9 Postremò restat uidendum,quare hæc acta dicãtur publica,ut hæc l.nostra patet. † non intelligatis dici publica.i.spectantia ad fiscum aut rempub. in quibus est utilitas publica.l.pen.C.de primipil.lib. 12.l.1.cum no.ff.sol.matr.ut hic intelligebat Pau. Cast.ad differentiam actorum ad ius priuatorum pertinentium.l.in fraudem.§.ex his.ff.de iu.fis. sed generaliter publica capiatis, etiam quòd inter priuatos confecta sint secundum doctores.Publica autem dicuntur,quia à persona publica coram persona publica & in loco publico fiunt secundum Ale. Rimi.Dec.Cur.& alios hîc. & per consequens nomen penitus & ex omni parte rei conuenit, quòd notarius dicatur persona publica. est tex. in d.cap. quoniam,in c.2.de fide inst.in c.illud,de præsump. in l.si qua per calumniam.ff.de Episc. & cler. similiter iudex coram quo prædicta fiunt,dicitur persona publica.l.2.ff.ad exhib.l.1.§. huius studii.ff.de iust.& iure. Et similiter locus ubi acta fiunt, publicus dicitur.l.pen.ff.de ius. & iure. nimirum igitur si acta publica dicantur.

10 Et quàmuis instrumenta extraiudicialia in forma publica † per notarium publicam confecta, ea ratione dicãtur publica. d.c.2.cum aliis de quibus hic per Alex.tamen nó concurrunt reliqua de quibus suprà dixi, quę faciunt acta magis propriè publica dici. propterea in materia editionis plures sunt inter prædicta differentiæ, de quibus per Iaſ. & Ripam hic,& in l.1.in fin.ff.eo. & per omnes in rub.ff.eo. & Dec. hic col.1. & 5. instrumenta.n.ut

11 diximus,partibus rogãtibus fiunt,†acta uerò non; sed ex mandato & commissione iudicis,qui deputauit notarium ad scribendum, ideo instrumenta edit absque mandato iudicis,acta uerò non: ut hic per Dec.col.1.& 5. omnibus tamen interesse prætendentibus tàm instrumenta, quàm acta iudex æquitate ad edendum cogit,ut uidimus supra.

Nunquid autem proprietas actorum spectet & pertineat ipsi notario actorum uel reipub. † quicquid hic dixerit Pau.Cast. Alex. Dec. & Mod. Taur. tenent ꝙ spectet notario,quemadmodum protocolla instrumentorum extraiudicialium, quæ ut suprà uidimus,publica similiter dicuntur; tamen dominium ipsorum prothocollorum est notarii: & de eo potest disponere.l.quædam.§.is cui, ubi omnes notant.ff.eo. & ita seruatur in dominio Illustrissimi Ducis nostri, prout uidi sæpe in secretariis episcopalibus,& Magnifici cõsilii Cismontani, penès quos remanent registra causarum & originalia: seruata tamen consuetudinem.

Noto primò ex hac l.in princ.iuncto fi.ibi, iubebit. quòd notarius actorum non debet copiam alicui tradere,†nisi ex mandato & licentia iudicis ipsorum actorum secundum Bal.Pau.Rimin.Dec.in

13 1.& 5.col.Cur.& alios Mod.acta.n. fiũt coram iudice,de eiusq; mandato scribuntur: iccirco conueniens est,quòd etiam de mandato suo tãtummodo edantur. Dec.& alii prælleg. & respõdet Dec. motiuis Are.& Iaſ.in quantùm dicebant not. non probari hic,ubi notarius recusabat: sed si uellet edere posset,etiam siue mandato iudicis.quod nõ est uerum per rationem prędictam. præterea continet diuinationem quòd hic notarius recusaret.

Cur.& Ripa hic in primis col.post Bal. dicunt, ꝙ notarii possunt uirtute officii ea quę occurrunt in iudiciis facere, & partibus copiam actorũ dare. allegantes tex.in d.c.quoniam contra,in uerbo partibus tribuantur.Et dicit Cur.post Fel.quòd notarii hoc faciunt uirtute generalis commissionis,quã à principio habent,& sic ex mandato iudicis copiã dicuntur dare. Ego dico id eosdem notarios & secretarios facere ex speciali commissione iudicis, quia in singulis actibus,& memorialibus, hodiernis temporibus iudex in assignationibus causarũ dicit petente parte copiam: Decreta copia petita in parte opportuna ad opponendum &c.Et per consequens traditio copiæ actorum fit de mandato iudiciis quò ad litigantes; sed tertio prætendenti interesse,qui non esset de litigantibus,aut qui contumax fuisset, & non habuisset copiam, malè faceret notarius sine speciali commissione iudicis copiam prędictam dare: quum ex generali constitutione id facere non censeatur,ei mãdatum à iudice. arg. tex.in d.c.quoniam contra. & l. præcipimus. ff. de appell. qui loquuntur de litigantibus, quibus copiam actorum dari iubet: secus igitur erit in aliis. facit.c.1.de reg.iur.

Et licèt prædicta in se sint uera, tamen huic legi

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 gimalè conueniunt.non.n.† loquitur de editione copiæ actorum,sed de editione ac productione originalium, quę fit ad veritatem inuestigandam per inspectionem occularẽ, quæ multum differt à prima editione,quę fit tradendo copiam & exemplũ. l.si quis §.edere.ff.eo.tradunt Paul.Alex. & alij in d.l.quędam. Mod.Taur.& Ripa hîc,quàmuis posit respond.ꝙ satis probat, editionem actorum solùm fieri de mandato & iussu iudicis.

Potest etiam dici ut in 3.no.demonstrabitur, ꝙ [illegible]ta loquitur de editione per copiã, vt fides vetustare possit,aut liquere quantũ debeatur productis actis.l.nó est nouum,cũ l.seq.j.eo.& latiùs dicemus. j. editio igitur (vt ex prędictis apparet) quandoq; fit ad inspiciendũ exhibitis originalibus aliquando fit tradendo copiam & exemplum. & ista editio quę fit per copiam aliquando fit ad probandum.ll.s.alleg.quandoq; vt possit pars deliberare an velit cedere vel contendere.l.j.ff.de edend. Bar.in l.postquàm.§.2.in fin.ff.vt leg.no.caue.

35 Secundò not.† ex generalitate l. pro indaganda veritate actorum editionẽ fieri. ad idem l.ij. s. vt lite pend.§.in his l.præcipimus. j.de appell. & tex. in d.c.quoniam contra. Et si notarius actorum recusaret, compellendus esset per iudicem d.l.2.& hîc in sui generalitate:& in l.quædam,& in l.argẽtarius,præalleg.

Ampliatur prædicta conclusio,vt procedat tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus vt in l.nostra. quàmuis cõcedatur editio tàm in ciuilibus quàm in criminalibus.l.2.§.j.versi.Item diui.ff.de iu.fis. vt post alios tradit hîc Dec.col.4.dicens tamẽ text. nostrũ posse ad opposi. retorqueri in illis verbis tã ciuilia quàm criminalia. innuendo per talem modum & formam dicendi, maiorem dubitationem
16 fuisse de ciuilibus, quàm de criminalibus. † quia dictio tàm, iungitur casui magis dubitabili quàm casui minus dubitabili.l.pro hærede, in principio ibi,non tàm facti quàm animi.ff.de acquir.hæred.

Ripa hîc in 3.col. licèt nó faciat mentionem de Deci. concedendo quod in oppos.inquit Deci.respond.id propterea hîc factum fuisse,quia dubitatio Fausti interrogantis erat de actis ciuilibus tantùm:quòd est penitus diuinare; & interrogatio cũ dubitatione de actis edendis. sed imperator benignitate plenus pro pleniori instructione,vt omnino interroganti satisfactum sit, plenius respondet tàm de ciuilibus,quàm de criminalibus,iuxta legẽ precibus.C.de impub.& aliis subst.

Præterea, licet de ciuilibus tantùm facta fuissent interrogatio,& imperator gratiosè agendo plenius respõdere voluisset,regulas politę & latini sermonis seruare debuisset.

Circa significatum dictarum prępositionũ tàm & quàm.Mod.Tau.hîc in 2.col.tenẽtes facilius cõcedi editionẽ in criminalibus quàm in ciuilibus,dicunt latinè & eleganter loqui ac procedere & propriè usum dictis vocabulis tàm & quàm.sed dicũt contra tex.l.ij.§.j.in versic.Itẽ diui,s.alleg.& receptiorem scribentiũ sententiam, de qua uidimus supra. Alciatus hîc in litteris humanioribus pśertim impensè doctus & tornatum ex politus timore prędicti contrarij restituit hũc tex. vt dicat tàm criminalia,quàm ciuilia.quod est destruere hunc tex.& omnes antiquos Codices huic nostro conformes.

Propterea quicquid dixerit Aug. Datus Senen
17 sis,† videtur dicendum vel ꝙ talis abstrusa & scrupulosa differẽtia prędictarũ dictionũ tàm & quàm nó fuit in consideratione apud imperatores nostrarũ legum auctores,vt hîc & in l. in exercẽdis, j.de fid.inst.vbi dicta prępositio de iungitur, tàm casui minus dubitabili,quàm verò casui magis dubitabili.Immo nec apud veteres & bonos auctores vt videre potestis in Calepino in verbo tãquã.& Laur. Vall.in eleg.c.18. vbi tractẽs de virtute & significatu dictarũ præpositionum tàm & quàm, nõ ponit differentiam prædictã,prout verisimiliter fecisset, si talis differentia uera & approbata fuisset. subiungens, tàm & quàm similia atq; eadẽ videri tantùm & quantùm.quũ igitur Valla diligẽtissimus inquisitor harũ difficultatũ,nihil dicat de ea differentia, satis potest iudicari nec apud humanarũ litterarũ auctores illam fuisse in consideratione.

18 Ex prędictis infertur,† ꝙ inquisito de aliquo crimine dari debet copia inquisitionis & articulorum seu capitulorũ de mala fama secundũ Bald.Alex.& alios.immo indiciorũ cum termino competenti ad purgãdũ indicia & se defendẽdum.l. unius.§. pen. ff.de quæst.tex. clarior ex mera practica desumpta in c.qualiter,in §.debet,de accus.vt hîc per Alex.& Ripã in 3.col.& pleniùs per Fran. Brun.in tract.de indicijs & tort.& Hippoly.de Marsi.in l.j.in princ. & in l.fin.ff.de quæst.& in pract.causarum crimin. in §.nunc videndum & alibi sæpe.

Quę conclusio sanè intelligitur de indiciis probatis post inquisitionem & responsionem negatiuè datam citata parte & sic inquisito: vt post Soc. hîc declarant Deci.in 5.col.in 3.limit.Curt.& Moder. Taur. in 2. Et per consequens antequàm inquisitus respondeat processui inquisitionali, etiam quòd ipse peteret, non est danda copia processus & inquisitionis:sed debet primò respondere, ne instruatur ad deponendum contra veritatem. post datam verò responsionem danda est copia totius processum & actorum, vt se defendere possit.§.penul.& §.debet, suprà alleg. completa.n.inquisitione publicari debet processus; & dari copia inquisito vt se possit defendere.iuribus suprà alle.per quę ita dicebant & concludebant antiqui, vt refert & consulendo sequitur Ruin.in consil.7. col.2.lib.5. & ita hodie de consuetudine seruatur in practica. quia inquisito non conceditur copia actorum & processus,nisi prius inquisitioni in forma (vt aiunt) respõderit.Et copia attestationem cum nominibus testium datur post publicationem tantùm, vt dixi fieri de iure debere.

Similiter copia positionum eorum, quę dependent à facto proprio debẽtis respondere danda nó est ante responsionem, ne ille qui debet respondere instruatur ad deponendum contra veritatem: vt post Bal.tradunt Alex.& Curt.hîc in 2.col.& dicã in 2.limitatione.

19 Ampliatur secundò,† vt prędicta editio fieri debeat, non solùm partibus litigantibus seu contendentibus,

dentibus,sed etiam omnibus quorum interest. ita post Io.And.& antiquos per l.hanc,in sui generalitate. volunt Alex.Deci. & alij hîc in primis col. & omnes scribẽtes in l.1,in §.editiones.ff.eo.allegantes etiam tex. l.in fraudem, in §.neq; instrumenta, de iure fis. vbi contra fiscum non conceditur fieri editionem instrumentorum, nec actorum: maior ergo erat dubitatio de instrumẽtis, quàm de actis.

Ex quo colligitur vna differentia inter editionem instrumentorum & actorum,quia instrumenta edenda non sunt,nisi vltra interesse interuenerit mandatum.l.prætor.§.pertinere,suprà alleg.prout plenius vidimus suprà in l.1. acta verò omnibus interesse in eis prætendentibus indistinctè edi debent, vt hîc per Alex. Deci. & alios. Ex quo enim publica sunt, aliquo modo possunt dici communia.l.in tantùm, §. vniuersitatis.ff.de rerum diuis. ergo edenda.l.2.suprà vt lite pend.l.procurator. j. eo.l.prętor,in principio.ff.eod.

Et si opponas de tex.in d.c.quoniam contra.ibi, partibus tribuantur. Respond. quòd non excludit casum minus frequentem respectu cæterorum quorum interest, & sic licèt partibus litigantibus danda sit copia actorum, vt ibi, attamen etiam alijs interesse prætendentibus edi debent, vt hac.l.nostra. & per consequens casus iste de tertio minus frequens, vt ei edenda sint acta, inclusus etiam est per hanc l. in sui generalitate, & per d.§.neque instrumenta,inducendo vt suprà.

Restringit tamen hanc ampliationem Deci. ad acta respicientia publicam vtilitatem, prout sunt acta confecta de homicidio,quod est delictum publicum, aut de excommunicatione, vt exemplificat Bar. in d.§. editiones. & in d.§. neque aliud est ergo in actis priuatis, & in causa particulari factis, vt ibi per Bar. Quæ restrictio est contra illum text. Item contra l. nostram, & contra eorum conclus. scribentium,qui indistinctè volunt quòd acta tàm ciuilia,quàm criminalia edi debeant omnibus petentibus prætendentibus interesse, rationibus suprà adductis. quàmuis maximè facienda sit editio de actis publicis, quæ faciunt ius quò ad omnes, vt in locis prælleg.exemplificat Bar. qui minimè negat quando indistinctè facienda sit editio actorum,licèt in prædictis fieri pręsertim debeat,vt declarat ipse Deci.sibi contrarius in d.c.1.col.30.ver sicu.secundò, vt prædicta.

Nec obst. distinctio Bart. in §. neque. nam vult, quòd si fiscus habeat instrumenta, vel acta pertinentia ad priuatos, non cogatur edere, secus si ad ius publicum pertineant, quia illud speciale est in fisco. & dicit Bar. & Deci. infrà in 5. limit.vbi dicto 1. & hoc modo intelligendo, dicta distinctio Bar. magis corroborat communem conclus. Doctorum, quia si speciale est in fisco, regula in alijs
20 erit ad oppositum.

Ampliatur tertiò,† vt acta edi debeant totiens quotiens petuntur, etiam non probata amissione actorum iam editorum: licèt aliud sit in instrumentis, quæ iterum non sunt edenda, nisi ex causa.l. si quis ex argentarijs,§. fina.cum l. sequent.ff. eod. & ibi notant Ang. Paul. & alij, ac laso. Deci. Aquens. Curt. & cæteri hîc in primis col. ratio est propter communionem & publicam scripturam. quum enim petam quod cõmune est & quodammodo meum,eapropter non est deneganda editio. arg.l.prætor,in princip.ff.eo.sed etiam instrumentum per notarium me mandante receptum meum dicitur.d.l.prætor.,& tamen nó editur iterum,nisi ex causa.d.§.fi.Deci.hîc respondebat, quòd nõ est propriè meum. quæ respon. non tollit difficultatem. nam & acta licèt publica dicantur rationibus, de quibus s. & sic aliquo modo cõmunia,& consequenter mea largo modo, quia continent vtilitatem meam: propriè tamen quò ad proprietatem, & dominium recipientium sunt, ideo penès eos ipsa originalia remanere debent. d.c.quoniam contra, & de eis possunt disponere etiã legando & donando.d.l.quædam.§.2 propterea ut dicebat alibi Alex.hîc per Deci.relatus,ampliatio ista stricto iure non probatur: ideo ut de instrumentis dicitur in loco prælleg. uidetur dicendum sufficere editionem semel tantùm factam fuisse.

Pro quo inducimus sic legẽ nostram disponen-
21 tem acta publica esse edenda. † Regulariter enim omnis depositio & omnis sermo uerificatur & cõsumitur in prima uice.l. boues.§. hoc sermone.ff. de uerb.sign. cum infinitis accumulatis per Bal. in rub. j. res inter alios acta,col.2. Ancha.consi.404. col.2.Raph.Com.cons.13. Butr.in consi.30. Alex. consil. 16. lib. 4. Soci. consil. 117. uolu.1. & 70. lib.2.& 48. lib.3. Summam Angel. in uerbo Matrimonium. el 3.§.3. uersicu. sed pone. Felin.in c. cum l. & A. col. fin. de re iud. & pleniùs in c.2.de treu.& pac. Iaf.in l.duobus, in §.fi ei.ff.de iur.iur. in l.decem,col.5.de uerb.obl.l.diuortio,in §.quod in anno. ff.sol. matr.& in consil.36. in fin.uolu.3. Deci. in l.edita, in 5.not. j.cod.in rub. infrà de secun. nupt.in l. unica,col.1.infrà de senten.quę pro eo. in consil. 512. & 562. & 609. Paul. Picum in uulg. repet. §. Titia, quæstio. 28. Curt. Iunio.in tract. feud. in 2. parte, in 18.& in consil. 178.Zasium in suis singul. intellectibus pagina 8. & Ruinum in consil.119.lib. 2. iccirco uidetur sufficere editionem semel fieri, nec quempiam ulterius edere cogi debere.

Ripa hîc in 1.col.tenet editionem quæ fit ad effectum inspectionis & lecturę, totiens quotiens expedierit, fieri debere; secus in editione, quę fit per dationem copiæ actorum.præsumitur enim penès petentem esse, nisi probetur amissa. d.§.fina. quam distinctionem accepit ab Alex.in §. hęc uox. & Deci. hîc in 3. ampliatione. sed nonne pręsumtio illa malitię & calumnię est similiter contra petentem iteratam editionem gratia inspectionis? si semel facta fuit, quare ergo non militat pariter dispositio? est etiam diuinatiua ad tex.in §. neque instrumenta.

Eapropter reformari fortè posset ampliatio, ut dicamus, non ut faciunt prælleg.ti,ꝙ acta edenda sint totiens quotiens petuntur per ea,quę latiùs su
22 prà diximus: † sed ꝙ edenda sint illa totiens quotiens iudex mandauerit,ut hîc per Deci.in fi.3.ampliationis.ex quo enim de mãdato iudicis edenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt, vt suprà visum fuit, debebit editio ipsa fieri totiens quotiens iusserit iudex, vt hîc. nec est verisimile quòd iterum edi iubeat, nisi ex causa legitima.d.§.fi. Notarius autem actorum absque dubio, præcepto iudicis edi iubentis parere tenetur.l.veluti, cum not.ff.de iust. & iure. l.vnica.ff. si quis iusdicen.non obtempe. sed quam dubitationem tunc haberet ampliatio sic reformata? præterea idem esset in instrumentis,quæ iterum eduntur ex causa iudicem mandante.d.§.fi.Alex.hîc in 2.col.melius est igitur hanc ampliationem parui facere.

23 † Ampliatur quartò vt prędicta editio actorum fieri debeat,etiam si à tertio habente & possidente petatur, quamuis aliud sit instrumentis.l.qui accusare.& l. fi.infrà eo.ita voluit glo. reputata singul. in d.§.diuus, in uerbo agatur in fi.vt hîc per Alex. Iaſ. & alios in primis col. & Deci.in d.c.1.col.32. versic.fallit in actis. Deci.tamen hîc, col.4. & Ripa 1. arguentes à sufficienti partium enumeratione ostendunt ampl. istâ à regulis iuris deuiare. & pro veritate gl. prędalleg.suprà qua fundatur ampliatio, nihil penitus allegat,ergo de ea parum curandum. c.ego solis,9.distin.immo dicta glo. recedit à conclusione suprà relata, dum subijcit,prima & secunda placet: ergo illa vltima displicet. Defendendo tamen ampliationem & communem, considerabam si dici posset,quòd lex facilius permisit editio

24 nem actorum, quàm instrumentorum, † vt suprà visum fuit. ideo nimirum, si à tertio qui ipsa acta à notario, vel secretario causæ habuisset per copiâ videlicet fieri debet; quum sit sine damno suo,immo cum lucro, quum seruetur indemnis,quia petens prędictam editionem actorum à tertio, qui ea per copiam à notario habuit, contribuere tenetur in expensis factis in recolligendo acta, vt hîc per Alex. col.2.& Mod.Taur.9.& ille tertius compelleretur edere per iudicem actorum, si eius iurisdictioni subsit, aliàs per suum iudicem competentē officio nobili,vt hîc,& in l.quædā.ff.eo.faciūt quæ scripsi in l.cum quædam puella.ff. de iu.om.iud.

Cogita tamen,quia editio actorum faciliùs conceditur & fit, quia sunt publica & quodammodo communia, vt diximus. sed si tertius (prout hîc loquimur) suis expensis à notario recollegit, sua sunt, non publica: vt post Inno.& Alex.tradit hîc Deci.in 4. ampliatione; ergo in materia editionis non est de eis aliter iudicandum,quam de propriis instrumentis, quæ non sunt alteri edenda.l. qui accusare.j.cod.

Ampliatur quintò,† ut in qualiber parte iudicij;

25 etiam post assignationem ad ius, actorum editio peti possit, & fieri debeat. glo.in c.primo,in verbo requisitus ad fi.de sent.excom.lib.6.secus in instrumentis.l.1.§.edenda,cum glo.2.in prima.ff.eo.& ita practicatur quotidie. petit enim pars acta alterius partis edi & exhiberi, ac collationari, & fieri sibi copiam eorum,quę desunt in actis suis: quum acta paria esse debeant, & æqualitatis in iudicijs. l.fi.cum no.j.de fruct. & lit.. expens.c.in iudicijs. de reg. iur.lib.6.cum not.per Bar.& Doct.in l.prima.j. de lite contest. dum certamen corporale ciuili litigioęquiparant: vbi arma debent esse paria. attamen vt hîc inquit Deci.hoc euenit,quia instrumenta non producuntur in principio causę, sed post litiscontest.ideo ante productionem non sunt edenda,quum quis illis non vtatur.d.§.edenda. & dixi suprà in l.1. sed data paritate, ac vsu editio instrumentorū ita cum tempore fieri deberet,quemadmodum actorum,secundum eum per d.§. edenda. Et quemadmodum ex practica suprà adducta patet,in qualibet parte iudicij copia productorum instrumentorū peti potest & fieri deber.d.§.edenda. productio autem testium & instrumentorum in negocio principali fit solùm post litiscontest. quia super principali negocio ante litiscontest. non potest fieri probatio,ita eleganter Bald.in d.§.edenda, in fi. quod not. limita tamen, vt ibi per Alex. contra ampliationem prędictam videtur tex. in d. c. quoniam contra, quòd editio prędicta fiat tantùm completo toto processu, ergo non in qualiber parte iudicij. pro solutione videte Decium.j.circa fin.7.col.

26 Ampl.6.† vt editio actorum debeat plenius fieri cum die scilicet & consule. glo.in d.c.quoniam contra. in verbo tempora, sed instrumenta eduntur sine die & consule. l.1.§.editiones.ff.eod. vbi Alex. & alii plenè de hoc tradūt. Ex quorum dictis patet hanc ampliationem non bene intelligi, nec procedere.Et quòd data paritate terminorum non est differētia inter editionem actorum & editionē instrumentorum, quia vbi editio peritur à notario & officiali, debet plenè & integrè fieri cum die & consule.l.prætor,in prin.ff.eo.& sic tam de instrumentis,quàm de actis: secus ubi editio fit à parte. d.§.editiones. Et ideo Alex. ibi in 2.col.not. dicit, quòd vbi editio actorum peteretur à tertio in casu permisso!, secundum quod ipse declarat hîc in 2. col.facienda esset sine die & consule,vt fit de instrumētis, ita quod non est differentia inter prædictas editiones actorum & instrumentorum quò ad apositionem dici & consulis. facit pro ęquiparatione prędicta de actis ad instrumenta, quod dixit Deci. suprà in 4. ampliatione vbi similiter notaui.

Sed quum suppresio diei & consulis concedatur & fiat, ne quid fraudis excogitetur, uel falsitatis attentetur. d.§. editiones. quare etiam nomina testium descriptorum in instrumentis non supprimantur, quum illis probatis & editis fraus similiter fieri & committi posit? l. non ex omnibus.ff. de arbit.ibi, si testium nomina ex sententia arbitri exhibita non sint. & ibi notat.gl.in uerbo punire. in fi.& Bald.in d.§.edenda,circa fi.uolens propterea propter timorem subornationis edenda non esse nomina testium, quibus quis usurus est ante usum & publicationem: & tamen nomina testium in instrumentis appositorū & descriptorum edun tur cū ipsis instrumentis.d.§.edenda. tradit. Alex. in d.§.editiones,in ult.col.

Arbitror dici posse, quòd ante examinationem & publicationem testium, nomina ipsorum non sint edenda parti, quia possent subornari, & fraus faciliter committi, ut in locis suprà allega. ideo ad obuiandum fraudibus, non esse nominandos, nec publicandos testes: ita procedant

dant,suprà allegata,secus est in testibus instrumenti, vt per Alex. in d.§ editiones,col.fi.Quum enim actus iam sit perfectus, & sic non immineat tantum periculū subornationis: maximè propter personam notarij, non est mirum, si eduntur,& copia fit cum testibus descriptis. propterea vbi verisimiliter subesse posset timor subornationis testium instrumentariorum,nomina testium non ederentur: ita post Bald.voluit Alex. loco prælleg. & similiter vbi verisimiliter cessat prædictus timor subornationis, nomina testium examinandorum eduntur & proferuntur. ideo in Senatu Illustrissimi Principis mei per practicos introductū erat, quòd vbi petebat quispiam se admitti ad aliquid probandum, & erat aliqua sinistra præsumptio protestationis contra petentem, nominabat testes examinandos iudici, aliàs non admittebantur probationes propter timorem & suspicionem prædictam: iudici ergo edebantur nomina testium, quia in eo cessat timor subornationis, vt in alio proposito tradit Rimi. j. in 3. col. quum lex præsumat pro illo. c.in præsentia,de renunc.l Herennius,§.fina. cum glo.ff.de euic.l.2.C.de offic ciuil.Iud.Barb.in cōsi. 76.col.penul.volu.4.vbi gloriatur dicens sæpe audiuisse. D.Io. de Imol.allegantem tex.d.l.2 ad hoc quòd lex præsumit quicquid iudex arbitraretur, iusto arbitrio arbitrari. addite Roma.consil.479. Aret.consil.154. col.2.Alex. consil.103. ad fin.1. col.lib.2. & in consil.65. & 84.col.2.vol.3. & 86. in fi. lib.4. & consil 92 col.3.vol.5. Moder.Taur. in 6.col.55..ff.de offi.eius,& Alciat.in tracta. prę sumpt.in 9.& 15. præsumpt.3.regulæ. & sic si bene considerabimus exceptis duabus primis amplationibus aliæ parum valent.

27 Septimò & vltimò ampliatur † prædictum not. ut procedat etiam in arbitrio,qui potest compellere partes & notarium ad edendum acta coram ipso facta. Aret. hîc, col.j. sub dubio tamen,sequitur Curt.col.2. quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum.l.j. ff. de arbitr. aliud erit in arbitratore, qui,vt suprà dixi, est amicabilis compositor & tractator, & nullam penitus habet iurisdictionem.

28 Limitatur primò prædicta conclusio † in interrogatorijs, quæ fiunt testibus, quia copia talium non datur parti producenti testes, ne prębeatur materia instruendi testes,& eos subornandi: ut dicit glo. in c.2. in uerbo interrogatoria,de testi.lib. 6. vt hîc pro Alex. Iaſo. Deci. & alios euitandum est enim periculum subornationis testium. §. editiones, suprà alleg. & Clem.2.de testi.iccirco præsentantur solummodo iudici resecanda. c.2 §. testes.de testi.in 6. vt amputetur superflua,& rollantur cauillationes & malitiæ hominum,iuxta §. qui bus, cum vulga. in prima constitut.C.& Clem.1æpe, in principio de uerb.signific.ac Clem.primam de re iudi. & ita seruatur in practica. Et dantur dicta interrogatoria pro instructione examinatorum & ad inuestigandum veritatem, vt cognoscatur,an an testis bene sciat, & cognoscat id, super quo deponit. vt per Innoc. & alios in c. per tuas,de testi. & Deci. hîc.

Et licet Deci. & Curt. hîc in primis colum. post Innoc. dicant, non peccare iudicem dando parti copiam ipsorum interrogatoriorum, tamē ego credo, quòd perperam faceretur, & peccaret; quia pręberet materiam delinquendi. & alij scribentes hîc tenent oppos. sequentes dictam limitationem: & ita seruat consuetudo, quę est optima legum interpres.l.fi de interpretatione.ff.de ll. & id dixerunt ipse Innoc. & Specul. per Deci. relati: & est verisimum. Quinimmo alienum est à veritate, quòd prædicta interrogatoria exhibeantur & scribantur in actis,vt aiunt præfati, sed solùm traduntur iudici resecanda,vt dixi, non in figura iudicij, sed extra & ad partem. Et interrogans si est cautus illa resecata facit consui. & etiā poni in fine sui processus, vt inde appareat, an testes fuerint examinati & legitimè interrogati secundum tenorem & formam interrogatoriorum datorum, aliàs autem denuo essent interrogandi.

Ex quibus apparet limitationem prædictam nó esse bonam,quia dicta interrogatoria non exhibentur, nec describuntur in actis dixi, ergo inepta est limitatio ad conclus. de actis dandis, ut non procedat in prædictis interrogatorijs, quum non sint de actis: quicquid dicant præfati scribentes ad balistam, ut patet, in hoc puncto loquentes. nunc, ut hunc articulum perfectè cognoscatis & intelligatis, scire debetis prædictam materiam ita practicari.

29 Secunda limitatio † est in positionibus à facto proprio dependentibus,quarum copia non est aduersario danda,quia tenetur statim respondere ne instruatur ad deponendum contra ueritatem.gl.in l.2. in uerbo utriusq;.j.de iur. calum.& post Bal. tradunt hîc Alex. & alij, nisi in casibus, in quibus etiam in facto proprio probabilis est ignorantia, ubi dandus est terminus ad deliberatè respondendum,& à cessante ratione assignata per Bal.& alios danda est copia,ut per Deci.in d.c.j.col.30.in 4.limit.& hic in 6.col. & Moder. Taur. 13. licèt dici posset quòd legi ei debeant, non autem dari copia, sed bene terminus ad deliberandum & respondendum. facit c. pastoralis,de iudi.ubi principales,nisi sint personę indiscretæ, debent per se factum proponere & respondere,non autem ab aduocatis instrui: quia in facto proprio principales personæ debent esse magis instructę quàm earum aduocati: sed in iure aduocati possunt partes instruere, & pro eis respondere.l.fi.j.de erro.aduoc.

30 † Sed quicquid sit de iure, practica seruat oppos. datur enim indistinctè copia positionum omnium, & sic etiam dependentium à facto proprio respondere debentis cum terminum ad deliberandum opponendum, & respondendum, & partes principales proponunt factum & respondent cum consilio aduocatorum, & sepe cum illorum instructionem etiā malitiosā;quæ practica tanquàm realitati & ueritati inimica, nunquàm mihi placuit.

31 Tertiò fallit † in allegationibus, quarum copia non datur aduersario, ut hic plenè per Deci. in 2. limitat. uidete quæ scripsi suprà in rubric. in 3. difficultate, ubi concluſum fuit hoc esse iudici arbitrarium, etiam quòd fuerint iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dici ad partem datæ,& ad instructionem est ipsius iudicis tantùm productæ coram iudice. quia licèt non teneatur dare parti copiam eorum uidelicèt, quę ad ipsius instructionẽ præsentata fuere, etiam non inserta in actis, si tamen uult dare copiam potest. & solent iudices faciles esse in dando talem copiam parti,immo in tradendo sæpe originalia allegationum & consiliorum ad inspiciendum & bene uidendum pro exoneratione conscientię,& etiã laborũ,quos libenter fugiunt & euitant. quia pars cuius interest, uerisimiliter diligentius uidebit, considerabit,& resoluet quę resolui poterunt; sicque res magis splendescet in lucem, & ita seruatur in practica: nec est peccatum in Spiritum sanctum sic facere, vt ueritati locus sit.

32 Quartò fallit† in indiciis sumptis pro informatione curiæ, quorum copia danda non est; ut hîc per Soci.in 4. not.cuius distinctionem sequuntur hîc Dec. Curt. & alii,& idem Deci.in d.c.1.col.31. in 8. fallent. de proba. addite quæ dixi suprà in 2. no. de copia actorum & processus danda inquisito. prædicta tamen limitatio uidetur mihi inepta, quia indicia illa sumpta pro informatione curię non inseruntur in actis criminalibus, ergo ineptè hoc ponitur pro limitatione ad cõclusionẽ de actis.

33 Quintò limit. † in fisco, contra quem non eduntur acta, §. neque instrumenta suprà alleg. ut hîc per Alex.in 2.col. & Deci.in 5.limitatione. intelligendo quando editio peteretur à tertiò, ut ibi declarat & exemplificat glo. aliàs secus; quia per notarium etiam contra fiscum edi deberent, ut per Deci.in d.c.quoniam contra.col.30. licèt hîc dicat uideri dicendum, indistinctè uelle speciale esse in fisco,per tex.d.§. neque. dum ait à quoquam contra fiscum non esse edendum. sed respond.potest à quoquam scilicet tertio,ut ibi p glo. quia iniquum esset, quòd à notario non fieret editio contra omnes, & sic etiam in fiscum.obstatq; lex nostra in sui generalitate, dum uult omnibus fieri debere editionem à notario, ut etiam dicitur in d.c.qualiter, in §. debet, de accus.& sermo ille generalis ita sanè debet intelligi ne posset à sapiente reprehendi. l. Aristo. ff. de leg. præst. aliàs enim contineret euidẽtissimum absurdum & maximam iniquitatem. tolleret enim parti defensionem,quæ est de iure naturali. immo fortùs editio fit, etiam à fisco, & ab aliis ad exceptionem fundandam.l.iustum. cũ seq. infrà eo.limitatio ergo ista non est bona,nisi quando editio peteretur à tertio. Et adhuc isto casu nõ procederet quãdo originalia essent deperdita; quia tunc etiam tertius teneretur contra fiscum edere per ea, quę scribit hic Alex.in 2.col.

34 Tertiò not. † ex tex. ibi, inspicienda, quòd editio ista tendebat ad inspectionem tantùm, non autem fiebat per traditionem copię & exempli, quæ editiones plurimùm inter se differunt.l. si quis,§. edere.ff.eod.notant Paul. Alex.& alii in l.quędam, ff.eod. Taurinen.& Ripa hîc. Et si dici posit inspectionem hanc diligenter fieri debere per procuratores & aduocatos litigantium, si principalibus suis bene uolunt consulere. Et sic de inspectione & diligenti lectura actorum, quę fit post habitam copiam, ut ueritas in lucem ueniat.

Exemplificari etiam posset secundum aliquos, quando quis petit acta exhiberi & collationari &c, quum tunc exhibeantur inspicienda, & fiat copia eorum tantùm, quæ desunt in actis id petentis.

Sed refragantur uerba nostræ l. ibi, inspicienda ad inuestigandam ueritatis fidem.ergo non ad tradendum per copiam ea, quæ desunt in actis petentis. ista igitur editio, quæ petitur fieri secundum practicam prædictam, non fit simpliciter ad inspiciendum, ut loquitur iste tex.noster: nisi respond. ut suprà proximè dixi.

35 Quartò & ultimò not. † ex tex. in fi. quòd finis editionis est ad inuestigandam ueritatem pro illaque reperienda. ad idem lex non est nouum, cum ll.sequen. in eo.Et in hoc uersatur præcipuè officiũ
36 iudicis,† ut ueritatem in lucem eruat. c.iudicantẽ, 30.quæstio.ult. cum allegatis per Deci.in d.c.quoniam contra. col.2.in l.unica, in 7. not. ff. de sent. quæ pro eo.& hic in secundo not.& secundum gl. fi. infrà iudex positus est, ut ueritatem tueatur, quam summa ope niti debet adiuuare ad lucemq; producere.l.fi.in fi.ff.de proba.l.illicitas.§.ueritas, ff.de offe.præsid.Et ipsius ueritatis probationes ampliare,illisq; fauere, ut saluæ sint, l.curent.ff.de testa.l.de quid,§.de his.ff.de incen.ruin.naufra.& l. quoniam.C.de hæret.quam quidem ueritatem debemus semper ante oculos habere, ut in consiliis suis dicebat sæpe Bal.Paul.Cast. in consil.219.Bologni. in consil.33. & Corn. in consil.6.col.2.lib.
37 3. Iccirco licèt aduocati sit,uerisimilia sequi, † iudicis est uerum & æquum amplecti,secundũ Paul. Cast. hic in 1. col. Quędam not.de ueritate scribit etiam Deci.hic in 2.not.impertinenter tamen.Sed (ut puto)id fecit,quò uideretur aliquid addere his quæ iam scripserat in c. primo de proba. De quibus uidete eundem Deci.in consil.189.col.3.Feli. in c. cum causam, in 3. not.in 8.col.de testi.Paul. Castr. in l. 2. ff. de in litem iur. ubi ponunt duas not. quæstiones de iudice,qui debet procedere secundum ueritatem sibi ut iudici, non ut priuato notam,§. ueritas.per eos alleg. Aliam not.decisionem ponit Bal.in l.si irruptione,in §.primo per illum tex. ff. fina. regund. sed uidetur confundi per ea, quæ dicunt Paul.Castrens. Iaso.& alii in d.l.3. nec obstat tex.d.§.primi,quia illud ibi uidebat,tan quam iudex.

Glo. prima diuiditur secundum scriben.in duas partes. in prima exponit uerba l. nostræ,in principio. in secunda ibi, & dic, ponit quinque lecturas ad hanc l. quę in effectu ad duos principales intellect.reducuntur secundum Paul. Cast.Iaso.& Deci. hic. primi intellectus,quòd loquatur de editione facienda iudici, non parti, quum enim acta fiant parte præsente, uel citata præsumendum est eam habere scientiam de actis & gestis; aut per eam stare, quin illam habeat. ideo superfluum esse ulterius illam desiderare, ac petere. argumento tex.3.l.si quis,in §.prohibet.ff.eo.facit etiam text. in l.1.ad fi.ff.de act.empt.quòd certus non sit certiorandus.

Etsi dicas, talem præsumptionem scientię multò magis

magis de militare in iudice, coram quo gesta sunt prædicta,argumento not.per glo. in c.cum clamor, de testib. ergo nec illam fieri debere.

Respond. glos. debere intelligi de alio iudice, quàm de eo, coram quo acta confecta fuerunt,qui iudicaturus est,tamen sententiam proferre nequit, nisi acta uideat.

Qui intell. tribus modis uariatur in glos.

Intelligitur enim primo in iudice appellationis, qui potest mandare iudici primæ instantiæ, uel notario, vt acta sibi mittat.

Secundò in successore iudicis coma quo,scilicet iudice acta facta fuerunt, qui de illis non habuit scientiam, nec potest bene iudicare,nisi uisis actis: ideo mandet illa sibi exhibere ad inuestigandã ueritatis fidem, & ad hoc, vt rectum faciat iudicium.

Tertiò in iudice ordinario,qui audientiam causæ alteri delegarit, reseruata sententia. quo casu non potest pronunciare, nisi exhibitis actis. quibus casibus productio, & editio actorum non fit parti, sed iudici.

Secũdus principalis intellec. quòd loquatur de editione facienda parti. Et ad oppos. suprà factam respond.glo. debere intelligi quando pars,quæ editionem actorum petet, nõ fuit præsens,neque eius procurator, & in sui absentiam, ac contumaciam facta fuerunt. Et si dicas, glos. hîc loqui etiam de editione iudici facienda, vt ex tex. per eam allega. apparet responsio, vt dicam in glos.

Vel aliter potest secundum glos. intelligi de attestationibus, quę per notarium causæ debent teneri secretè ante publicationem, sed postquàm iu-
38 dex pronunciauit, uel publicauit, † notarius tenetur parti dare copiam:quum sint de actis.d.c.quoniam contra, aliàs non posset pars facere suas oppositiones & defensiones.

Prima pars glos.nihil habet,expedita fuit in prima apostilla tex. in secunda parte glos. ibi, res ideſt causa appellationis. hîc primus intellect. est communiter approbatus, vt hîc dicunt Aquenf.& alij, vt intelligatur hęc lex in iudice appellationis,quòd iubere possit acta primæ instantiæ sibi edi & exhiberi, ac compellere iudicem, à quo edere acta, vt iudicium faciat, ac proferat, casu quo acta essent penès ipsum iudicem. iuxta not. per Alex. in l.si quis, in §. prętor.ff.eod. & Ripam hîc, col.4.sed si acta sint penès notarium causę, vt communiter contingit,& iuris est,c.prealleg.c.quoniam contra, quomodo possit hoc procedere, videte Ripam hîc in 4. col.

Ex prædicto intellectu inferebat Bal. quòd iudex causæ appellationis ex actis primę instantię iudicare debet: aliàs malè faceret. Innoc. in c. cum Bertoldus,de re iud. & dicta acta facta inter appellantem & appellatum, appellato victoriam reportante probant æquitatem iudicis, illo succumbente, iniquitatem. Bal. in d.l. à proconsulibus. ff. de appell. Hic intell. & si in se verus sit, ad hanc tamen legem diuinat.
39 Ex hoc intellect. † colligit etiam Bar. quòd iudex appellationis mandat iudici à quo, vt sibi exhibeat acta coram eo confecta. nec mirum, quia iudex appellationis maior est & superior, quum gradatim ad maiorem & superiorem appelletur. l. præcipimus, infrà de appellat. l. imperatores. ff. eod. c. 2. de consuet. lib. 6. ideo quum sit maior, potest inhibere iudici primę instantiæ ne procedat in causa. c. non solùm. & c. Romana, de appellat. in sexto. notat Rota in decisione 762. in antiquis, & 11. in nouis. Vitalis in tracta. clausularum, fol. 14. & Deci. in consil. 33. † Debetque appellans causam
40 instructam iudici, ad quem deferre, vt possit bene pronunciare. c. cordi, de appellat. in 6. prealleg. l. à proconsulibus, & l. ne causas, infrà de appella. notat Deci. in c. cum in Ecclesia de appell.

41 Prędictis videtur obstare text. † in l. 2. suprà vt lite pend. vbi dicitur recurrendum esse ad principem pro habenda copia actorum denegata. Bar. hîc in prima oppos. soluebat dicens, quòd quando primus iudex denegat copiam actorum, tunc recurritur ad superiorem, qui ad id cogat, vt ibi. & sequitur hîc Ripa 14. colum. intelligendo iudicem denegare copiam actorum, quando recusat præcipere notario vt edat. sed non soluitur propterea prædicta opposi. quòd id spectet ad iudicem appellationis, non autem sit recurrendum ad principem.

Alienumque videtur à veritate quod ait Barto. primum iudicem ab initio adeundum, idque ipsum facere, vt hîc; aliàs recurrendum ad superiorem. vt ibi, quia hîc fuit iudex appellationis, qui aditus fuerat, non primus, vt dicit Bar.& probatur ex primo intellect. communiter approbato, vt diximus.

Puto quòd ab initio pars appellans (vt inquit Bar.) ad primum iudicem ire debeat pro habendis actis primæ instantiæ, vt hîc, & in c. quoniam contra, suprà allegat. ipso autem primo iudice nolente, aut recusante id facere, vt acta sibi exhibeantur, possit officium iudicis appellationis implorare, vt cogat primum iudicem, uel notarium edere, vt hîc. Et etiam possit ad principem recurrere, vt fieri iubeat d.l. 2. Et per consequens sit in arbitrio & electione appellantis, ad quem velit pro remedio recurrere. Et sic poterit ad iudicem appellationis accedere, quia superior & maior. Item ad principem, qui pariter superior est, & concurrit in potestate & iurisdictione cum omni ordinario.l.j.ff. de constitut.princip. Alexand.in consil.24. lib.5.Canon. in c. j. de constitut. Et videtur salubrius ad principem, & sic ad fontem recurrere, habet enim manum longiorem, fortiorem, ac maioris reuerentiæ & timoris, iuxta illud: An nescis longas Regibus esse manus?

42 Est aliud † vtile remedium in proposito secundum Bart. hic post Innoc. vt pars appellata interrogetur, an habeat illam sententiam, uel acta, de quibus est quæstio. Et si respondeat non habere, aut nolit exhibere, posse iudicem appellationis pronunciare quòd si aliquo tempore sententia, acta, uel instrumentum, de quibus contenditur, contingat reperiri, sint cassa & irrita, nec fidem faciant: ut hîc per eum. Decisio est famigerata, & nota practicantibus in palatijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed Fulg.Paul.Alex.Iason.Cur.& alii dicunt Innoc.aliter & non ita effuso sermone loqui, vt Bart. refert. sed in aliis terminis minus dubitabilibus.& est verum,quicquid etiam somniando dixerit Feli. in d.c.G.perpet.col.pen.

Dec.hîc verbosus vltra solitum suum,declarando practicam Innoc.& theoricam Bart. considerat tres casus.

Aut.n. pars appellata negat prolatam fuisse dictam sententiam,quo casu loquũtur Inno.& Bart. & in istis terminis bene dicunt, cõmuniterq; eorũ opinio per plura à scribẽtibus est approbata: vt per Feli.& alios in d.c.G.Dec.hîc col.6.& Ripa.4.

Ad motiuum Feder.de Senis,qui propterea oppositum tenebat, vt hîc refert Aret. col. 2. & etiam Rimi.potest responderi vt per Abb.Feli. & alios in d.c.G.Rimi.hîc col.4.& Dec.in d.c.cum in Ecclesia,de appell.& in aliis locis ibi allegatis.

Secundus casus,quando habens acta,ea edere & exhibere recusat. qui casus clarus est,& communiter approbata opin.Bar.hîc,quòd iudex contra contumacem & nolentem edere, procedere possit & pronũciare,vt diximus. vt hîc post alios tradunt Rimi.Deci.& Ripa col.3. 6.& 4. facit regula l.vnicæ. ff.si quis iusdic.non obtemp.cum vulg.

Tertius casus est magis dubitabilis,quando pars fatetur sententiam fuisse prolatam, sed dicit illam non habere:ideo non debere nec posse compelli ad edendum.Bar.& alii scribentes communiter idem concludunt,quod in casibus precedentibus conclusum vidistis.vt hîc per Alex.Rimi.& Dec.& Feli.in d.c.G.perpetuus.

Nec obstat quòd nihil possit imputari dicenti se non habere instrumentum sententiæ; ideo arctari nó debere ad edendum, sicq; pœnam contumaciæ pati non debere.l.contumacia.§.j.ff.de re iud.l.impossibilium.ff.de reg.iur. notat hîc Socin.in 2.col. istud enim procedit propter presumptionem, quæ est contra eum pro quo iudicatum fuit: quòd sententiam in sui fauorem prolatam leuauerit ex actis primę instantiæ, & penès se habeat; sed illam nolit edere.vt hîc per Socin.colum.2. Deci.6. & Ripam 4. Restringuntque Socin. & Ripa conclusionem quando constaret appellatum ipsam sententiam habuisse. sed Bartol. & alii hoc non exigunt, contingitque (vt dixi) istud propter dictam præsumptionem, quę est contra negantem habere penès se instrumentum sententiæ. quod est not. Videbatur enim prima fronte dicendum oppositum, quum probatio debeat de necessitate concludere. l. non hoc.C.vnde cogna.c. in presentia, de probationib. quàmuis igitur appellatus sententiam penès se habere possit,tamen est etiam possibile,quòd non habuerit,nec habeat:ideo &c.

43 Sed potest respond.† sufficere probationem concludere à communiter accidentibus.l.neque nateles,vbi glos.Bal.& alii not.j.de probat.Dec. & alii in d.l.non hoc colum.pen.& Cano.in d. c. in præsentia. sed appellatus à communiter accidentibus sententiam in sui fauorem prolatam solet à notario leuare, & ad se retrahere & conseruare, ideo &c. propterea,si ipse appellatus iuraret dictam sententiam non esse penès se, illamq; exhibere non posse, quia una præsumptio tollitur per aliam.l.Diuus.ff. de offic.presid.non procederent tunc predicta,nec fieri deberet comminatio & pronunciatio de qua suprà:neque imponendum esset silentium conuento.argum.tex.l.fin.j.de fid.instrum.vt concludunt Bald.in l.hi.qui ad ciuilia,col.3.j.de appell.Rimi. & Dec.hîc col. 4.& 6. & Feli. in d.c.G. perpetuus, col.fin.& isto casu si appellans obtinere vellet,probare deberet sententiam esse uel fuisse apud appellatum.& sic procederet quod dicebat Socin. quòd non obstante predicto iuramento posset contrariũ probari.ad quod uidete quę pulchrè scripsit Ias.in l.si quando,col.5.& seq.j.vnde ui.

Redeundo unde diggressi summus, quàuis post Dec.distinxerimus dictos tres casus; & in sono verborum Dec.multa dicere videatur,tamen in omnibus casibus predictis concludendũ est indistinctè cũ Bart.prout etiam in effectu concludit ipse Deci.

Modò contra distinctionem & conclusiones predictas videbantur obstare sex difficultates tactę hîc per scribentes,Rimi.& alios Moder.ex quarum resolutione habebitis veram & perfectam declaratio nem articuli prædicti.

44 Prima est,† ex vno præcepto & assignatione termini,non venit quis priuandus iure suo,sed requiritur saltem bina iudicis admonitio facta, durante prædicto termino glos. est not.in auct.de hæredib. & fal.in §.si quis autem non implens.in verbo admonitus,tradit Ias. hîc in 3.col.ergo non sufficit vna,vt hic uoluit Bart.& alii.

Respon. præfigi posse terminum, quo elapso nó audiatur appellans,qui vellet sententiam producere.Nunquid autem istud intelligi debeat & limitari secundum glo.presall.monitione predicta bina videlicet interueniente,in termino dato ad edendũ, dependet à vetitate illius glos. secundum Aquen. hic in 2.col.Cur.Mod.Taur.& Ripa hic col. 3.5.& 8.tenent id intelligi debere interueniente bina monitione per glos. prædictam. Sed receptior scribentium sententia est contra ipsam glo. per hanc decisionem Inno.Bar.& doct.& plura alia ut plenè scripsi in repet.l.diffamari.j.de ingen. & manumi.ad quę dicta me remitto.& tradit etiã Dec. in l.fi. col. 18.j.de edic.diu.Adr.toll.

45 Secunda difficultas,† quòd propter contumaciã iudex (vt ait Bar.) possit audientiam denegare, intelligitur ad tempus durante contumacia, non autem in perpetuum.l.sed & si §.sed & si dum decreto.ff.ex quibus cau.maio.glo.Bal.& alii in §.fi.d.l. vnicę.sed hic retenta practica Bar.et Inno.priuatio esset perpetua,ergo &c.& sic pœna excederet meritá delicti.contra iura uulg.

Respond. potest dupliciter secundum Deci. hic in 7. col. primo q. alleg. in contrarium loquantur in contumacia præterita simpliciter commissa,non precedente aliqua comminatione; secus quando in precepto pœna perpetui silentii fuerit apposita, et iudex illam esset comminatus; per rationem Bar. hic. & hanc sequuntur Cur. et Ripa hic col. 3. et 5. facit lex consentaneum,infrà quomodo et quando iud. ibi, vno pro omnibus. l. j. et 4. infrà commin.

commin. epistol. Sed hęc diuinationem continet, & destructionem conclusionis Bar. & leges allegatæ per eum secundum quas conclusio eius intelligenda est,probant contrarium, præsertim l. Titia. ff.de accusa.l.si eo tempore.j.de remissio.pig.& l. diffamari.j.de ingen.& manu.in quibus non dicitur in precepto fuisse appositam illam pœnam priuationis vel perpetui silentii,quæ tamen postea per sententiam fuit imposita ac in dicta.Secunda solu. Decij hîc quòd audientia solùm denegatur inter illas personas inter quas commissa fuit,non indistincte & absolutè,minus ualet: quia sententia absque dubio aliquo non facit fidem nec operationem,ni si inter litigãtes,vt j.Res inter alios acta, eum vulg. Vana est ergo prædicta solu. Decii ꝙ fides prædictæ sententiæ solùm annuletur quò ad partem contumacem: quia quantùm ad illos clarum est fidem nó facere,nisi in quibusdam casibus specialibus,de quibus in l.fæpe.ff.de re iud.Et solus ille contra quem prolata fuit sententia,est,cui nocere potest & debet. si quantùm est ad illum tollitur & annullatur, ergo penitus & in totum.

46 † Quid dicendum? melius est respondere,quòd licèt ex simplici contumacia quis ita grauiter & seuerè puniri non debeat,ut omni iure suo priuetur, ut per glo.& doct.in §.fi.d.l.vnicæ,& per Dec.post Bar.Alex.& alios ibi relatos in l.fin.col.18.j.de edic.diu. Adr.attamen in citato & assignato ad edocendũ de iuribus suis, quũ hoc fiat solũ ex causa.d. l.diffamari,cũ aliis.s.alleg.propter grauẽ contumaciã facilius imponitur pœna priuationis iuris sui, circa quod contumax fui non edendo ad præceptũ iudicis.iuribus.s.alleg.vt ibi per ipsum Dec.nimirum igitur si audientia denegatur in perpetuum.

47 Tertia difficultas, † appellans si vult obtinere, tria tenetur probare ac producere: sententiam & gratiam sibi illatum; appellationẽ legitimè ac intra debita tempora interpositam,& apostolos reuerentiales,aut refutatorios. De primis duobus habetis tex.in d.l.hi qui ad ciuilia,in fi.& ibi not. scribẽtes in c.Rom.in §.si verò.de appel.in 6.& in c.cum in ecclesia,vbi Deci.& alii de appel. notat Cæpolla in sua cautela 59.Soc.Sen.consi.24.col.7.vol.j.& Feli.in c.quod ad consultationem,col.antep. de re.iudi.Tertium de apostolis probatur, quia pars appel

48 lationis sunt & de substãtia,† clem.quàmuis de appel.c.ab eo, vbi Francus & alii not. de appell.in 6. Rota decisione 366.in nouis.Cassador. in decisione 8.sub tit.de appell.fol. pen. Nisi ergo de prædictis legitimè appareat non dicitur constare de appellatione legitima in qua possit appellans obtinere.Ideirco ad practicam rem reducendo, pars appellans communiter & præsertim boni practici in primo memoriali seu comparitione quam faciunt coram iudice ad quem solent dicere: fidem faciendo de grauamine,appellatione,& apostolis,omnia prędicta realiter exhibendo,petentes pronunciari malè iudicatum,& bene appellatum. Sed in terminis doctrinæ Bart.& Inno.appellans prædicta non probat,ergo debet succumbere.

Respond.quòd ab hoc vt doctrina Bar. & Inno. & conclus.s. facta procedant, necesse est quòd appellans probet se feciss debitam diligentiam ac possibilem,vt à notario & secretario causæ copiã actorum & sententiæ haberet, petendo illam mediante cõgrua mercede à notario & à iudice causæ primæ instantiæ.& recurrisse etiã pro illa habenda ad principem,iuxta d.l.2.s. ut lite pend. & sic per eum nó stetisse,quin faciendo omnia possibilia iuxta l.quibus diebus in princ.cum ibi not.per Soc.ff.de condi.& demonst.copiam ipsorum actorum & sententiæ habuerit:sed illam habere non potuisse,aliàs secus esset:vt hîc per Soc.col.2.Rim.& Cur.4.Mod. Taur.8.& Ripam 5.Barb.in rubr.clem.de re iudic. col.14.pulchrè & clarè Felin.in d.c.G. perpetuus, in fi.quod est restringere concluſ.Inno.& Bar.mirum in modum. Quàmuis possit dici ita esse per regulam l.qui testamento.ff.de testam.quòd quando est de vno dubitatio præsupponimus habilitatem omni alio respectu,stante veritate prædictę resolutionis.uidetis concluſ.Bartol.& Innoc.non procedere ita de plano, sed multis interuenientibus & cum magno grano salis intelligi debere. Et prædictis verificatis, quum per appellantem non stet quin de eis fidem faciat, iustè illi, modo prædicto succurritur a lege.

49 Quarta difficultas,† non valet sententia sub cõditione prolata.l.j.§.biduum. ff. quando appell.sit ergo videtur quòd sententia lata secundum practicam Inno. sub conditione si in futurum apparuerit, sit nulla. Respond. verum esse sententiam non esse ferendam sub conditione extranea videlicet, puta,si nauis uenerit ex Asia:sed bene proferri posse & valide sub conditione dependentię negotii in iudicium deducti.tex.est not.cum glo.in l.cum iudex.j.de sent. & interl.om. iu.cum aliis de quibus hîc per Rimi. & Ripam in 4. & 5. col.et Fel.in d.c. G.perpetuus in vlt.col.et eundem Rip. in rep.l.ad monendi col.11.ff.de iureiur.

50 Quinta difficultas, † non uidetur quòd iudex appellationis sit iudex competens in procedendo in causa appellationis modo prędicto, nisi constito sibi prius de sententia de qua pars conqueritur et de appellatione, sicque de fundamento iurisdictionis suæ.§.si verò c.Romana.de appellat. in 6.l. prescriptione.s.si contra ius.c.cum in ecclesia, suprà alleg. Bar. et alii in l.multum.ff.de cond.et demonstr.et in l.sed et si de sua.ff. de acquir. hære.Et istud erat fundamentum Feder.de Senis vt hîc referunt.Soc.Rim.et alii.

Rimi.hîc et Fel.s.alleg.respond. sufficere posuisse substantiam sententię in libello appellationis, quàmuis ad verbũ tenorem sententię non descripserit.Quę solu.non satisfacit: quum appellans debeat probare se iustè appellasse.l.hi qui,in fin.cum prædallegatis,ergo aliter quàm per scripturam suam priuatam.l.exemplo.j.de probat.et l. omnibus.j. de testibus.

Ego credo istud contigere eò quòd appellans iuxta dicta in superioribus fecit quicquid potuit, et omnem diligẽtiam adhibuit, ut haberet copiam prędictę sententię et actorum, et non potuit habere,nec appellatus vult edere et exhibere. Et sententia de qua conqueritur, non est pro eo, sed contra:

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra; ita quòd non est uerisimile, quòd id diceret, nisi verum esset. propterea permissum esse, ut iudex appellationis eo modo possit procedere, ac pronunciare; ne appellans indebitè opprimatur: & ipse iudex appellationis teneatur iurisdictionē suam, saltem modo prædicto sibi possibili.

51 Sexta difficultas, † per tex. & ibi not. in l.fin. in princ.ff.de eo per quem fac. erit. quòd antequàm contra alium agi possit, vel intentari aliud remedium, agendum est prius contra damnificantem de dolo.d.l.fi. ergo prius appellans experiri debebit contra iudicem, qui dolosè denegauit copiam actorum, quam tradere tenebatur, ut hic, & d.cap. quoniam contra, vt hic latiùs per Cur. in 4. col. & in consi.suo 179.col.fi.vbi hæc dicta repetiit.

Potest respond. id procedere in dolo in commit tendo, ut loquitur ille tex.in d.l.fin. non autem in dolo in omittendo prout in proposito nostro, qui minor est nec ita odiosus, vt dolus in faciendo cōsistens, iuxta gl.famigeratam & not. in l.fi mora.ff. sol.matr. & sensit ipse Cur. licèt non firmauerit.

Ex prædictis ꝙ hæc lex intelligatur in iudice appellationis, tollitur quod in secunda oppos. dicebat Bar. de superfluitate, quum iudex appellationis nō interfuerit in actis, quàmuis id non refragetur etiā in iudice primæ instantię, corā quo facta sunt acta. quia propter multitudinem negotiorum & debilitatem humanæ memorię † etiam in iudice tolerabilis est, & præsumi potest ignorantia: ut post Soci. hic scribunt Dec. Cur. & Ripa in j. char. omnium .n. habere memoriam, diuinitatis est potius quàm humanitatis. l.2.col.7.uers. si quid autem. s. de vet. iur.enucle. & hoc non habet dubium, practicaque cotidianā id probat, & seruari mandat.

52 In ea.glo.ibi, diu abfuerat actor. doct. diuersimo dè intelligunt hanc glo. Bar. voluit glo. sensisse de editione actorum facienda nō iudici, sed parti quæ diu abfuerat. vt in §. si quidem. sequitur Ias. in 4. col. eò quòd glo. sequens se ita declaret. sed glo. ibi bene dicit exhiberi. s. sibi, vel actori & reo secundū diuersas positiones. sed non sequitur glo. velle se declarare quòd hic loquatur de editione quæ fit actori. In penul. parte bene loquitur de editione, quæ fit actori & reo. hoc est quod glo. sequens dicere voluit. Intelligentiam Bar. amplectitur hic Ripa in 5.col. Alex. Rimi. & Moder. Taur. in 2.4.7. & 10.col. intelligunt de editione, quæ fit iudici. Et hoc verius videtur: tum quia. §. si quidem, per gl. alleg. loquitur de editione facienda iudici, tū quia in sequentibus particulis, glo. loquitur de editione facienda iudici, usque ad ultimam particulam. ita quòd non est verisimile quòd ista commiscuerit, inuoluerit, & intricarit. Et si voluisset loqui de editione parti facienda, id dicendum reseruasset. in fi. vbi de ea tractat: nō autem posuisset hic in prin. vbi tractat de editione facienda iudici.

53 Vt tamen arbitror, † hęc disputatio est de lana caprina; ideo verba non effundenda vlteriùs. sed videndum, an parti quę fuit presens in iudicio, nec petiit copiam actorum, prout fiebant, fieri & dari eidem petenti nunc debeat? Bar. Alex. Rimin. Iaso. Aquens. Dec. Cur. Mod. Taur. & Ripa ac scribentes communiter tenent, etiam parti presenti faciendā esse copiam actorum: & si notarius id facere recusset, cogi posse ad sic faciendum per l. nostram, & d. l.2. vt lite pend. & c. quoniam contra, de probat.

Et ne melioris conditionis sit contumax quàm obediens, & ille qui fuit presens in iudicio, licèt sor sitan negligens fuerit in accipiendo copiam actorum, contra l. nō solum, cū simil. de noxa. quàmuis Fulg. Paul. Cast. Alex. Dec. & quidam alii intellexerint Bar. velle, non debere fieri copiam actorum presenti, sed absenti. uerum tamen vt Aret. Rimin. Ias. Aquens. & Mod. Taur. dicunt, non negat Bar. quin etiam presenti faciēda sit copia actorum, sed
54 negat dari sibi terminum & dilationem † ad accipiendam copiam actorum, ita vt pendente termino dilationis, iudex non possit ad vlteriora procedere, iuxta tex. in l. siue pars, infrà de dilat. quum enim presens fuerit, non est modò ei danda dilatio ad petendum copiam. l. si quando infrà de dila. cum ibi not per Bar. secundum Rimin. & Cur. hic in 4. & 5. col.

Nec obst. quòd acta sint communia propterea indistinctè edenda secūdum Dec. hic in 9.col. quia edi quidem debent, sed petenti non est danda dilatio impeditiua processus per rationem d.l.si quando. cogendus tamen est notarius ad tradendū sibi acta, vt possit aduocatos consulere, iuris allegationes componere, seq; defendere: ut per Rimin. & Cur. s. alleg. Et quòd ista fuerit intentio Bar. patet, quia loquens de absente dicit copiam actorum fieri sibi debere, & dari terminum: suprà verò de presente loquendo dixit, non esse dādum terminum, sed copiam sic. decreta ergo illi copia actorum mādabitur notario, ut illam faciat: dilationem tamen processus impeditiuam non habebit, vt per d.l.si quando, hic dicunt Rimin. & Cur. s. alleg. & præcipuè danda non esset dilatio pro habendis actis, quando animo calumniandi, puta in calculo ferendæ sententiæ peteretur: malitiis enim obuiandum est, vt hic per Paul. & Alex. col.2. Deci. & Modern. Taur. 8. & 11.

Limitate prædictam concluſ. quando pars quæ presens fuit, petiisset copiam actorum à notario, & feciſſet diligentiam pro habendis actis, & habere nequiuisset. danda.n. esset hoc casu dilatio, non solùm ad accipiēdum copiam actorum, sed etiam ad deliberandum: & est processus impeditiua, quum omni culpa careat. l. quibus diebus. de cond. & demon. & c. cognoscentes. extra de constit. & ita seruat practica. de diligentia tamen non staretur assertioni suæ, quia notarius non presumitur copiam denegasse. d.c. quoniam contra, iuncto c. ad audientiam, de præscr. Fel. in d.c.G. perpetuus, col. fin. & Alciat. in tract. præsumpt. in 41. præsumptione 3. regulæ. Immo requiritur, quòd habuerit etiam recursum ad principem, vt compelleret notarium id facere l.2. s. ut lite pend. aliàs dicitur stetisse per ipsam partem, d.l. quibus diebus, in prin. ff. de condi. & demon. cum adductis per Dec. in consi. 677. & Mod. Taur. hic in 11. col.

55 Quando † tamen notarii uel secretarii causarum se excusarent, non potuisse acta leuare & expedire propter

propter multitudinem negotiorum, & processuū, hoc attestando, dari solet in practica noua dilatio. etiam impeditiua processus, staturq; dicto notarii de impedimento ipsius in facto proprio. & sic absque alio recursu ad superiorem noua datur dilatio, ne factum uel impedimentum notarii noceat partibus. & excusatur etiam notarius, quia necessitas non habet legem, ut. ff. de offi. consul. l.1. &. ff. de offi. eius, &c.

56 Postremò aduertēdum est † ꝙ tex. d.c. quoniam contra, uidetur uelle copiam actorum dandam esse completo toto processu; quum enumeret actus qui in iudicio fiunt. subiiciendo posteà, & omnia sic scripta partibus tribuantur. ita quòd nihil uidetur posse parti presenti imputari quàmuis non acceperit copiam actorum, quæ non uidentur edenda, nisi completo toto processu, vt ibi, & d.l.2. vt lite pend. quemadmodū hîc dicunt Rimi. & Cur. in 5.col. attestantes ita seruari in practica. & sequūtur Moder. Taur. in 10.col. sed valde miror, quia practica (vt ipsi moderni milies viderunt) oppositum seruat. & conceditur copia actorum cum termino opponendi & deliberandi dietim in singulis actibus, qui in iudiciis fiunt: & copia communiter accipitur: ut etiam per Paul. Castr. hîc in pen. col. & Dec.7. respons. & est uerisimum & notorium. Ad tex. in d.c. quoniam contra, respon. hîc Dec.

In ea.glo.ibi. l. mortuo, circa hanc particulam gl. cum dictis Bar. tria cadunt examinanda. An lect. gl. uera sit ad l. nostram.

Secundò, nunquid coram successore in officio acta sui prædecessoris pro ualiditate sententiæ ferendæ producenda sint? Tertiò utrum sententia lata non uisis actis sit nulla, uel ne?

Circa primum. Moder. Taur. hîc col.11. hāc lect. litterę satis applaudere asserunt, licèt diuinationem continent. Ripa in 5.col. nititur ostendere opposlicèt faciliter eius dictis posset respon. Bar. & Doct. cum hac lect. tanquàm not. transire uidentur, licèt sit diuinatiua. Iccirco ista positio casus possibilis
57 est & not. sed non necessaria. † Ex qua lect. colligit Bar. acta facta coram prædecessore esse producenda coram successore in officio. & sequuntur hic Ang. & Aquens. col.2. & hîc discutiam secundum pollicitum.

Contrarium tenent hic Bal. Paul. Alex. Ias. Aret. Dec. & plerique alii Modern. quòd non sit necessaria noua productio actorum coram successore in officio: quia in illum transit instantia, & dicitur idem iudicium. l. proponebatur. ff. de iud. & ex eisdem actis debet iudicare. l. si vt proponis, cum no. per glo. pen. j. quomodo & quando iudic. & d.l. mortuo, cum glo. non enim soluitur iudicium, dicit ibi Pau. Cast. licèt soluatur iurisdictio; ideo non est opus noua productione actorum: sed iudex potest (& debet) per se uidere acta & rimari, secundum Bal. in l. quotiens, in §. fi. ff. de proba. facit ca. iudicantem, 30.q.5. & ideo ut hîc dicitur potest iubere exhiberi sibi acta inspicienda ad ueritatis indaginem.

Nec obstat ratio Bar. & sequacium de uisione actorum: quia ex infrà dicendis patebit solutio.

Scribentes tamen nituntur diuersimodè saluare Bar. ut hîc per Rim. col.6. & Cur.5. illa uidetur satis plana & clara, ꝙ loquatur de consilio, nō ꝙ hoc sit de necessitate, ut hîc etiam per Dec. col.8. & Moder. Taur. 11. & Feli. in c. causam quæ, el j. ad fi. de test. consilium ergo istud est & cautela scilicet, ut appareat ipsum iudicem successorem vidisse prędicta acta: quibus non uisis sententia (vt dicit Bar.) esset nulla. & licèt Bar. subiiciat de hoc esse casum hic, quasi videatur voluisse dicere de necessitate id esse faciendum, secundum Cur. tñ respōderi potest, quia vtile est & consilii ꝙ ita fiat, & iudicem successorem posse iubere, vt id fiat, pro veritate tamen nō est hic casus de hoc, quicquid dicat Bar. vt. s. demōstratum fuit. Et quòd Bar. intellexerit hoc solùm esse de consilio, verba Bar. sunt plusquàm clara, ideo &c. Aquens. tñ noster hic in 2.col. tenebat Bar. prę supponere ꝙ nisi talis reproductio fiat, sententia nullius sit momenti: & esse hoc necessarium per doctrinā Bar. & doct. in l. sed & si de sua. ff. de acq. hær. & in l. mutari. ff. de procur. sed non est recedēdum à præcedenti conclusione. Et dictum Bar. in l. sed & si de sua, nihil facit. nam vult quòd iudex qui ignorat fundamentum suę iurisdictionis, non possit procedere, licèt in veritate sit iudex, sed non bene infertur ex hoc, quòd sit necessaria productio corā successore primi iudicis, sed bene sequitur & infertur, iudicē debere scire acta facta fuisse coram suo prædecessore, & iudicium in ipsum transiisse.

58 † Ad aliud dictū Bar. in l. mutari, quòd vbi mutatur procurator post litem contestatam facienda sit renouatio actorum, per reproductionem scilicet eorum.

Respond. quòd loquitur in procuratore mutato, nos in iudice: inter quos longa est differentia. quia iudex succedens in officio & tribunali debet iudicare ex actis factis coram prædecessore suo, vt suprà visum fuit: & sufficit, vt infrà dicam, quòd habeat notitiam actorum quoquo modo. sed in procuratorem non transeunt prædicta acta; propterea si vult in causa ipse procedere, debet illa reproducere; vt ibi per Bar. & alios.

Dicūt tamen hic Mod. Taur. in 12. col. quòd in prædicto successore, alio non apparente, non præsumitur scientia & notitia dictorum actorum; prout præsumitur in iudice coram quo facta fuerunt.

Quod non videtur verum: quum. n. iudicium, instantia & acta in eum transeant, qui in eodem tribunali succedit, præsumendū est eum habere scientiam & notitiam: eorum, quemadmodum & eius prædecessorem quum sit iudex eiusdem causæ & in eodem tribunali: & præsumptio sit pro iudice, vt suprà diximus. ex quibus patet sol. ad id quod
59 suprà dicebat Bar. † de nullitate sententiæ iudicis successoris, coram quo non fuerunt producta acta tanquàm fuerit prolata non visis actis; quia immo præsumptio est, quòd fuerint visa: vt hic etiam in 3.col. scribit Alex.

Et multò magis quando acta fuissent exhibita præfato successori primi iudicis, aliter quàm in forma iudicii, puta in camera, † quum ex tali produ-
60 ctione iudici notum fiat de actis, quæ certitudo

quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodocunque habeatur, sufficit.l.item uenitur. §.petitam, cum ibi not.ff.de pet.hæred.l.1.in fin.ff. de act.empt.tradit hic Rimin.in 6.col.præsumptio igitur quę est pro iudice vt fecerit id, quod facere debebat, augetur quando apparent acta aliquo modo fuisse sibi data.

61 Et procedunt prędicta in eadem instantia. † In alia verò & si habeant se per modum cóuentionis & reconuentionis, esset necessaria productio actorum, etiam quãdo sunt acta fidem facientia in alio iudicio & inter easdem personas, vt hic per Alex. Rim. Ias. & Dec. in 4.6. & 8.col. & Aquen. pulchrè

62 in §.nihil cómune, col.pen. de acq.poss. facit † quod dicimus de statuto loci, quod non est de necessitate producẽdum coram iudice eiusdem loci, sed bene coram alio, puta appellationis, vel alterius loci. quia non patet tunc pro nostris, vt ab omnibus videri possit. vt per Bar. in l. omnes populi, col. vlt. ff. de iust. & iure. Are. in §. ius autem Ciuile, col. 18. instit. de iure naturali, Alex. in unica. ſ. vt quę desunt aduocat. & in rub. ff. de no. oper. nun. & Dec. vbi limitat in c.1.col.37. de proba.

63 Et ex dicto Bar. † colligitur etiã & infertur produci posse pluta iura in concreto, & si aliter non sit facta specificatio, & designatio iurium. licèt enim Bar. loquatur in productione actorum, vbi minus dubium est, quum solùm fiat ad effectum vt constet acta esse penès iudicem, vt hic per Dec. & Ripã col.6. & 8. & ideo aliud videretur in productione iurium et instrumentorum, vt si fieret generalis et indiscreta, non releuet, vt solent aduocati dicere contra producentem sacculum scripturarum. Et post Specu. docet Pract. Papi. in forma libelli product. instrumentorum ad finem.

Doct. tamen communiter uolunt contrarium, vt hic per Rimi. Curt. & Deci. col.6. & 8. & Feli. in c. imputari col. ult. de fide instru. quia ex quo productio restricta est ad contenta in sacculo scripturarum, non dicitur incerta. argum. text. in l. pen. ſ. de sent. quæ sine cert. quantit. in quo articulo elegantissimè loquutus est Barb. in consi. 8. col. fi. lib. 1. distinguendo, vt si contra productionem generalem nihil opponatur, procedat prędicta conclusio, aliàs secus. quemadmodum dicimus in libello, ut ibi per eum; ad quem Dec. hîc se remisit trãseundo eum illo. Et ita practica, quæ est optima legum interpres obseruare uidetur. idẽ uoluit Alc. hîc super uerbo ciuilia in fine quam conclus. limit. etiam ut per Roman. in singul. fol. 17. col. 1. incip. Hæ sitatum.

64 In tertio artic. † concludit Bar. sententiam prolatam non uisis actis nullius esse momenti, etiam ꝙ iusta esset. sequuntur Cur. & Ripa ut per eos. Exemplificari potest in facto cuiusdam amici nostri, qui quũ haberet in mane expedire decem processus, & sententias diffinitiuas proferre, & tota nocte lusisset, nec uidisset acta & processus prędictos, iecit in mane aleã super dictis processibus, & pro eo pro quo plura puncta iacta erant tanquàm pro uictore sententiam tulit. referebat deinde omnia rectè terminata exceptis tribus: sententiæ illę erant nullæ, quia prolatæ non uisis actis. Et prædicta cõclusio probatur in l. ex stipulatione, in uerbo causa cognita. ſ. de sent. & interlo. om. iud. & in l. prolatam, & ibi notatur per gl. Bar. & alios illo eo. tit. nã sententia sine causæ cognitione prolata, dicitur cõtra ordinem iudiciarium prolata; ideo nulla. & in c. si quis appellat, in uersi. item si contra. 2.q.6. ordo. n. iudiciorum ac rectitudo, est, ut iudices diligenter omnia acta rimentur, vt dictum fuit: quod non faciunt procedentes ad sententiam non uisis actis, ergo &c. actus. n. hominis indiscreti & sine ratione ac iudicio facti, prout iste talis est, nullius roboris sunt. l. furiosum. ſ. qui test. fa. poss. & instit. eo. tit. nimirum ergo si talis sententia omnino est nulla prout communiter concludunt doct. ut hîc per Alex. Ias. & Deci. col. 3.4. & 8. & Felin. in c. ecclesia, col. 5. & seq. de constit.

65 Eapropter solent in practica iudices dicere: † Visis actis, &c. quę tamen uerba enunciatiua nõ probãt id, vt per Brunum in suo tract. de forma in tit. seu rub. de proba. & præsum. solem. & formę, char. 11. ubi ponit quasdam limitationes. Sed communis & uerior opinio est ad oppositum, quum in dubio propter præsumptionem, quę est pro iudice (vt diximus) præsumatur sententia lata uisis actis, & cum causæ cognitione; ut hîc per Alex. col. 3. Feli. loco prælleg. ubi Dec. in 10. col. & per eundem Dec. in consi. 295. & not. quòd licèt in practica aliqui iudices in sententia soleant enumerare singulos actus iudicii & memoriale, dicendo. Viso libello producto sub tali die, uisa litis contestatione facta sub tali memoriali; & sic de aliis actibus iudicii. hoc tamen non est necesse, sed sufficit dicere: Visis actis, omnia uno uerbo complectẽdo, prout boni practici & magni iudices seruant. immo, ut dixi, in dubio id præsumitur; quamuis non dicatur in sententia: ita quòd id potius fit ex abundanti cautela, quàm ex necessitate.

66 Prædicta conclusio † quòd sententia lata non uisis actis sit nulla, ampliatur, etiam quòd fuit rectè prolata secundum Bar. & prout aliàs iustitię conueniret, ut suprà dixi.

67 † Secundo ampliatur, ẽt si iudex diceret se summariè de causa cognouisse: quum requiratur cognitio plenaria, secundum Dec. hîc. allegat Bart. in extrauag. ad reprim. in uerbo summariè, circa fin.

Sed uerius uidetur oppos. per tex. c. cum ex litteris, ibi, quando plenè de meritis causæ non uidebatur instructus, de restit. in integ. ubi conceditur restitutio, quia iudex de causa plenè non cognouit. ergo sententia ualebat & subsistebat, vt ibi no. Abb. Feli. in d. c. ecclesia, col. 8. in 2. limit. & Deci. col. 10. in 3. conclusione.

Ampliatur secundò quando ex breuitate temporis præsumeretur causæ cognitionem non potuisse interuenire: & consequenter etiam ꝙ euidenter non appareat sententiam fuisse prolatam sine causa cognitione; ut hîc per Ias. & Dec. colum. 4. & 8. & Brun. loco prælleg. intelligendo quando constaret iudicem nullo modo de causa potuisse cognoscere, aliàs secus, licèt plenè instrui non potuerit; ut per Felin. & Dec. in locis suprà alleg. & ita hæc ampliatio uix procedere poterit.

Limitatur prædicta conclus. secundum Deci. in 8. col post Bal. & alios, ut procedat in actis respicié

68 tibus ordinem iudicii, secus in actis probatoriis: quum probationes † non sint de substantia iudicii: ut hîc per eum, & Fel. loco prælleg. col. 10.

Sed oppos. uerius uidetur, si constet iudicẽ non uidisse probationes factas: quia sententia tanquam prolata sine causæ cognitione, non ualeret, ut hîc per Alex. col 3. & Rimi. 7. Alex. in apostil. ad Bar. in d. l. prolatam, & Dec. in d. c. ecclesia, col. 10. Quicquid ergo ipse Dec, hîc dicat, prædicta sentẽtia nullius erit momenti: quia lata inconsideratè & sine causę cognitione contra solitum ordinem iudiciorum, & quia probationes sunt de actis. d. c. quoniã contra, quæ iudex uidere & diligẽter rimari debet. & si hoc non fecerit, sententia dicitur lata nõ uisis actis, ergo nulliter facit, quia tota uis causæ cõsistit in probationibus. l. 1. & l. qui accusare. nostri titu. vbi Bal. & alii nor. eis ergo non uisis sententia uel

69 maximè nulla esse debet.

† Si tamen probationes non essent factæ & sine eis in causa processum, valeret sententia. l. qui accusare. ſ. eo. c. afferte, de præsumpt. hoc pacto oportet intelligere probationes de substantia iudicii non esse, vt ibi per Dec. & in consi. 295. col. 1. & Feli. loco

70 prælleg. multis aliis modis limitantem.

Notandaq; est sua prima limitatio † ut conclus. non procedat, quando una pars produxisset acta sua, si aduersarius fuerit negligens, uel contumax in producendo sua: iudex super productis poterit iudicare. vt ibi per eum, & hic per Alex. col. 3. Rimin. 6. & Aquens. 2. dummodo inquit, præcesserit trinus iussus ad exhibendum acta, uel una admonitio cum comminatione quòd super actis exhibitis iudicaretur. per l. consentaneum, in uerbo commo

71 nefacto. ſ. quomodo & quando iud. ita dicens seruari in practica, sufficit tamen unus iussus, † quando per ipsum met iudicem parti factus esset, per tex. in l. 2. ſ. quomodo & quando iud. cũ accumulatis per Feli. in c. consuluit, col. 5. de offic. deleg.

72 Non est etiam paruifacienda. 4. limit. Felin. loco .s. alleg. † vt conclusio procedat, nisi sentẽtia prolata fuisset parte præsente; cui imputari potest, si non reclamauerit: ut per eum, & per Brunum loco prælleg. si tamen ex actorum inspectione constaret euidenter causæ cognitionem propter breuitatem temporis non potuisse interuenire, nec per iudicem acta uideri, sententia uti prolata sine causæ cognitione non ualeret, vt ibi per Feli. & Brun. Alex. hic col. 3. Aquens. hic 2. hoc posse declarari dicit ex doctrina Bar. in l. sciendum in princip. ff. de uerb. oblig. ut procedat. quando iudex in sententia non attestaretur causæ cognitionem adhibuisse. sed si dixisset, uisis actis & adhibita plena causæ cognitione, secus esset. quia ex quo pars est præsens & non appellat, et præiudicium est, quum sit talis solemnitas, cui pars potest renunciare. ut per Bar. in d. l. prolatam. & tacendo uidetur tacitè renunciare, reliquit tamen cogitandum.

Sed respond. potest ex dictis Feli. loco prælleg. & in d. c. quoniam contra, col. 16. ꝙ licèt pars tacuerit, tamen quia sciebat posse appellare, & ius cõ-

tradicendi saluum esse, ideo non nocere taciturnitatem. arg. l. sicut. §. non uidetur. ff. quibus mod. pig. uel hyp. sol. † Accedat, quia ante elapsos decẽ dies

73 præsens sine dubio non presumitur sententię consentire. l. fi. ff. quãdo app. sit. propterea dicebat Are. instit. de fideiuss. in §. fin. quòd ad hoc, vt quis sibi præiudicet, necessum esse, quòd expresè cõsentiat, aut taceat per decem dies, si pars præsens fuisset & posteà nõ reclamasset, & saltem. ſ. decem dies post sibi præiudicaret: non propter taciturnitatem, sed propter transitũ prædictę sententiæ in rem iudica-

74 tam, † ex quo præsumitur pro sententia. Felin. & Brun. in locis prælleg. & sic licèt prædicta sententia nulla fuerit à principio tanquàm prolata nõ uisis actis, tñ propter taciturnitatẽ partis, robur postmodum assumit, transeundo in rem iudicatã propter auctoritatem ipsius sententiæ l. 1. ff. de re iud.

In ead. glo. ibi, in administratore. hanc quartam lect. glo. Bar. claram esse dicit, vt intelligatur in administratore seu iudice ordinario: secundum tex. prædictæ auct. ad hæc. qui quidem ordinarius potest causam delegare reseruata sibi sententia, & ter ipse debet posteà causam audire: propterea illi omnia sint postmodum edenda. sequitur Bar. Salic. & Rimi. hic in 7. col. dicens communiter approbatã. Ex qua colligitur ampliatio ad illam auct. ut procedat etiam in causa criminali. Moder. Taur. hic col. 12. & postmodum Ripa 6. dicunt illum tex. nihil ſa cere, quum non loquatur de actis uidendis, sed de audientia; ut clarius apparet in corpore unde sumitur. quę materia alia est, & à nostra penitus diuersa: ut ibi per Pau. Cast. Cur. hic in 6. col. defendebat hanc lecturam ponderando illum tex. dum vult, delegantem debere diligenter omnia intueri. in quo tex. nec unde sumitur id uerbum legitur. Ripa hic per alia reprobat, & ultra est ualde diuinatiuus, ꝙ loquatur in delegante, qui sibi sententiam reseruauerit: ut dicunt glo. & tenentes hunc intellectum licèt in se uerus sit, nõ habita consideratione nec relatione ad dictam auct. ad hęc, vt ordinarius qui causam delegauit reseruata sibi sententia, possit iubere acta corã suo delegato facta sibi edi, vt possit sententiam proferre.

75 Et quicquid dicunt Doct. hic & in d. auct. † arbitror quòd ordinarius qui delegauit causam reseruata sententia, non teneatur causam ipsam ter audire, sed uidere diligenter acta prædicta & proferre sententiam, quam sibi reseruauit: & sic de ea tantùm se intromittere. limitata enim causa limi-

76 tatum parit effectum. l. age, infrà de transact. † Est autem in potestate ipsius ordinarij totam causam. uel partem committere. l. more, cum sequenti. ff. de iur. om. iud. c. super quæstionum, de offic. deleg. Et quòd teneatur causam ter audire, quando reseruat sibi sententiã, non est iure cautum. Et tex. dictæ auct. ad hęc, & in corpore unde sumitur, loquũtur in aliis terminis; uidelicet in administratore & ordinario publicis occupationibus impedito: & propterea cognoscente de causis & negotiis per alios. non per delegatum, vt hic intellexerunt scribentes, sed per consiliarios, ut ibi dicitur. i. assessores suos secundum scribentis ibi. qui quidem ordinarius

Universidad de Deusto
Biblioteca

rius propterea debet ter causam audire, vt ibi dicitur. & est not. declaratio & intelligentia ad tex. in d.auct.ad hęc. Et ita seruatur in practica, ꝙ ille qui sibi reseruauit sententiam, non audit poste à partes, sed actis diligenter inspectis & consideratis, sententiam quam sibi ipsi reseruauerat, profert. Et ita facit quotidie serenissimus Imperator in arduis causis in quibus committit aliis negotium, reseruando sibi sententiam diffinitiuam, prout sæpe uidimus.

Circa ampliationem datã hîc per Rim. Ripam & Cur. in 6. col. ad tex. in d. auct. ad hęc. vt procedat et in causis criminalibus per tex, nostrũ in verbo criminalia, non sunt effundenda plura verba, nec facienda in hoc magna uis. quia de generali consuetudine & notoria causæ meri imperii hodie delegantur, prout deleganti placet quò ad cognitionẽ, & etiam quantùm ad sententiam, si placet, etiam in causis vltimi supplicii secundum scriben. in l. 1. ff. de offic. eius, prout dixi in libello Exercit. circa fi.

77 Ex prędicto intellectu inferebat hîc Bal. † quòd ordinarius qui iudicat ex actis coram eius delegato factis illa debet uidere, non ideo posse petere ut sibi exhibeantur, quum teneatur acta rimari. c. iudicãtem. ℨ. alleg. & in corpore unde sumitur auct. ad hæc, ibi, & audire quę examinata sunt omnia. ideo quando delegans reuocat delegatum suum iuxta l. iudicium soluitur. ff. de iudic. consilium est, quòd mandet delegato, vt sibi transmittat omnia acta coram se facta. quod facere potest, vt sentit Bal. etiam nemine petente. Nec refragatur regula. §. hoc autem. l. 4. ff. de dam. infec. quia quum interfit ipsius iudicis processum ualere & subsistere. c. causam, de iudi. iccirco ratione interesse proprii vt processus & acta ualeant, etiam nemine petente, potest petere prædictam exhibitionem, & imparti officium suum, etiam non requisitus. iuxta not. per doct. in d. §. hoc autem, & in alio articulo sentit Aret. ℨ. circa fi. 2. col.

In fin. glo. ultima lectura glo. nostræ, quòd hæc lex intelligatur de copia attestationum, quę in secreto recipiuntur. † l. nullum, & l. si quando, cum ibi
78 not. ℨ. de test. no. Specu. in tit. de testi. in §. nunc tractandum. & Abb. in ca. quia propter, col. penul. de elect. & Natta in rep. clem. sæpe, in uer sic. quę omnia in 11. q. 5. quæstionis princ. de uerb. sign. inde publicatur. qua publicatione facta iudex mandat fieri copiam partibus: aliàs non possent facere oppositiones nec deliberare. ad id soleo allegare tex. in d. c. quoniam contra. nam postquàm enumerauit ea quæ sunt de actis & in eis inferenda, & inter cætera depositiones testium, subiungit: & hęc omnia sic scripta partibus tribuantur Bar. Paul. Castr. Rimi. Cur. & Moder. Mediol. approbant hãc lecturam. Moder. Taur. col. 12. & Ripa 6. reiiciunt dicẽtes non conuenire. l. nostræ: quoniam istę attestationes magis monumenta causæ dicuntur, quàm acta. l. gesta in de re iud. Cui motiuo nituntur respond. dicti Moder. Mediol. fortius refragatur ultra restrictionem litteræ & diuinationem, tex. in uerbo acta &c. nam attestationes non sunt acta, sed de actis: & differunt ut continens & contentum. cap. quoniam contra, ubi casus. & malè loquitur Ripa de publicatione testium faciẽda in criminalibus ut per Ang. & Franc. Aret. in locis, ℨ. allegand.

79 Et ex quo iudex † ante publicationem non cõcedit partibus copiam attestationum, si notarius à se id faceret, incurret crimen falsi. l. 1. §. qui deposita. ff. de fal. ut hîc per alios. tradit Cur. col. 7. in quam speciem delicti incidũt omnes commissarii & adiuncti deputati ad examinandum & interrogandũ nostris temporibus, qui partibus & principalibus suis attestationes per eos receptas ausperiũt, notas faciunt & publicant: ut per Feli. in c. vltra tertiam, col. 2. de testi. Lan. Dec. Aquens. & Moder. Tau. hîc col. 2. 7. & 12.

80 Hinc etiam est ꝙ † si primus iudex & notarius causæ acta coram eis facta transmittant ad secundos iudices non facta publicatione testium, debent illa remittere clausa & sigillata. c. cum clamor, in fi. & c. fraternitatis, de testi. ubi Cano. tradunt, & Bal.
81 hîc. † Quod uerũ est, ubi fit transmissio per partẽ, secus quando fieret per notarium causæ, quia primis iudicibus & notariis causę semper dicta testiũ nota sunt & aperta. d. l. nullum, cum ibi not. & tradit Feli. in c. cum l. & A. col. 2, de re iud. & ita seruatur in practica.

82 Hic † operæprecium erit uidere & scire pro intelligentia istius not. & utilis materiæ publicationis testium. Primò quid sit publicatio testium, siue quid sit publicare. Secundò per quem fieri debeat & possit ipsa publicatio. Tertiò, quando & quo tempore. Quartò, qui sit eius finis. Quintò an possit fieri post terminum assignatum ad publicandũ. Sextò, utrum ipsa omissa, sententia sit nulla. Septimò, utrum à denegata publicatione testium appellari possit, & per quam partem. Octauò, an sola testium publicatio impediat alios testes de nouo produci & examinari.

Redeundo ad primum: publicare est publicum & notum facere, quod prius erat secretum & clausum. l. publicati. ℨ. de testa. l. 2. cum ibi. not. ℨ. quę. adm. testa. aper. Et sic publicare attestationes testiũ, est publicas eas facere: ac pronunciare eas publicatas, decernendo copiam habere uolentibus. d. l. nullum. & l. si quando, circa fi. cum gl. illo eo. tit. Felin. in d. ca. cum l. col. 2. Pract. Pap. loco. ℨ. alleg. immo talis publicatio fieri dicitur, quãdo iudex concedit copiam earum in necessarium antecedens, ut per Aret. in c. fraternitatis, col. 8. de testi. consuetudo tamen & practica seruat, ut fiat specialis assignatio ad publicandum. Et in dicta ad requisitionem petentis publicationem, iudex dicit: publicatis testi-
83 bus quantùm ad partem petentem, &c. † Sed an possit fieri post dictum terminum ad publicandũ, uidete Philip. Fran. in c. pia, in §. si quis, col. pen. de excep. lib. 6. Rom. consi. 443. col. fi. & Dec. in c. licèt causam, col. 11. in fi. de proba.

Et debet fieri per iudicẽ, qui eas recepit, ne causæ continentia diuidatur. l. nulli. ℨ. de iudi. Practi. Pap. præall. quòd si ipse iudex non fecerit, potest iudex appellationis illam facere secundum communes conclusiones, ut hîc per Curt. col. antepenul. Moder. Taur. col. 12. & Fel. præall. loco col. 2. cum aliis adducendis. ℨ. in ult. parte glo. fin. et facienda

dam est tali tempore, quòd posset de illis disputari & opponi. ideo si fieret post conclusum in causa, vel in vltima hora instantiæ, non valeret. Felin. vbi suprà, & Soci. in consil. 105. col. 1. lib. 4.

Ad quartum respondebimus. ℨ. ad quintum patet respon. ex suprà dictis.

Ad sextum respon. ꝙ publicatio testium non est de substantia ordinis iudiciarij, quũ dicta testium sint semper iudicibus aperta & publicata, vt dixi: ideo omissio publicationis testiũ nõ reddit sententiam nullã, etiã ꝙ petita fuisset & denegata. vt per Bar. & Doct. in l. prolatã, & in l. gesta. ℨ. alleg. Cano. in c. fi. per illũ tex. de hęre. lib. 6. Feli. loco præalleg. Mod. Taur. & Papiens. in locis ℨ. allegatis.

Ad septimum respon. ꝙ potest appellari, quia pars grauatur, vt per Mod. præall. pulchrè Fel. loco ℨ. citato, vbi declarat in quo cõsistat tale grauamẽ.

Sed instat not. dubitatio: vtrum pars, quę produxit testes, & petijt publicari, appellare possit à publicatione denegata? Doct. in specie nõ tangũt; videntur tamen velle quòd non, quia per hoc non grauatur producens testes, & petens publicari, sed hoc est illi vtile, secundum Mod. hîc, & Fel. in loco præall. quia super eisdem capitulis, vel directò contrarijs poterit in causa appellationis alios testes producere & examinari facere; quod aliàs fieri nõ posset. d. c. fraternitatis. & Clem. 2. de test. cum ibi no.

Ego contrarium verius puto; quòd pars producens & petens publicationẽ, possit ab ea denegata, tanquàm grauata appellare. quia nõ facta publicatione testium nõ possit habere copiã ipsarũ attestationũ, neq; illas videre & facere sua allegationes,
84 ostendendo quomodo eius intentio est probata & iustificata, & per ea iudicandũ. † Hic est enim finis publicationis testiũ quò ad producentẽ, respectu verò partis aduersę finis publicationis est, vt uideat an & quãtùm fuerit probatũ, & possit facere oppositiones suas & defensiones tàm cõtra dicta, quàm cõtra personas, quãdo in publicatione id sibi reseruatur, ut per Pract. Pap. & Are. in locis præall. operatur etiam prædicta publicatio alium effectum, ꝙ testes super eisdem capitulis, uel directò contrarijs ulteriùs examinari non poterunt. ut infrà dicam.

Ad ultimum tex. in dicta Clem. 2. de test. uidetur uelle, quòd sola publicatio testiũ id impediat, sed iura ciuilia exigunt ultra, quòd quis uiderit & didicerit testificata. §. quoniam uerò. cum simil. in aucten. de testi. & hanc partem tanquàm ueriorem probat Aret. in d. c. fraternitatis, col. 7. & seq. Alex. in consil. 181. lib. 7. & alibi sæpe: & uidetur seruari in practica. quia pars contra quam fit publicatio ad cautelam protestatur, quòd non intendit, nec uult discere testificata partis, & quòd sit sibi saluũ ius opponẽdi in dicta & personas testium. De qua materia uidẽda sunt etiã quæ dicentur. ℨ. circa fin.

Reliqua in materia publicationis testium tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus uidebitis per Bal. & omnes Mod. hîc per Pract. Pap. in dicta for. lib. public. testium, & Feli. in d. c. cum l. & A. de re iud. Nattam in rep. Clem. sępe, in uer sic. quæ omnia, in 5. quęstio. princi. de uerb. signifi. Alex. & alios in l. Diuus. ff. de re iudic. Roma. consi. 443. col. fi. Alex. in consi. 181. lib. 7. omnes scriben. in d. Clem. 2. de testi. & in d. c. fraternitatis. Ang. Are. in trac. malefi. in uerbo Qui iudex dictum processum publicauit. & Io. Cror. in tract. de testi. fol. 22.

Alium intellect. ad hanc l. ponit hîc Soci. in ult. not. sed Deci. in 8. col. reprehendit. quia nimis restringit hanc l. Mod. Mediol. ℨ. in princi. illum reijciunt tanquàm de indubitabili. Pau. Cast. & Mod. Taur. ℨ. in princi. in figuratione casus diuersimodè facta alios intellect. ponunt, qui ueri sunt & boni in se, sed non ad hanc legem: diuinant enim, aut eam restringunt, ut lecturæ glo.

85 Propterea melius est † intelligere hunc tex. generaliter, ut faciunt hîc Deci. col. 8. & Mod. Mediol. in prin. comprehendendo omnes prædictas lecturas, ꝙ acta tàm ciuilia, quàm criminalia de mandato iudicis edenda sin pro ueritate habẽda. & sic legillator ad quęsitum Fausti pleniùs respon. & generaliter, quòd omnia acta tàm ciuilia, quàm criminalia de mãdato iudicis edenda sunt, ex quo Faustus quid sibi agendũ sit scire potest, habet enim ad iudicem pro habẽdis actus recurrere, quod si habere nó poterit, ad ipsum principem recurrat. l. 2. ut litpend. & cùm legislator quæsito det responsum generale de actis edendis, per quod optimè quæsito satisfactũ apparet, casus non est aliter quàm in genere figurãdus. & sic uitabimus uitium diuinationis & restrictionis, quo laborant præcedentes lecturæ: quę propterea reprehenduntur. quando. n. in lege ponuntur principia artis, uel regula, seu dictum generale, casus figurãdus est in genere, ut littera iacet, & non aliter debet, uel potest rectè fieri: ut post Cyn. tradit Seueri. in l. imperium. ff. de iu. om. iud. & patet ad oculũ habẽtibus discursum rationis, qui casus, dictumq; generale potest postea exemplificari uarijs modis. & in proposito nostro, 3
dictum istud, seu responsum generale de actis tàm ciuilibus, quàm criminalibus exhibẽdis ad mandatũ iudicis multis modis exẽplificari potest: & præsertim in omnibus & singulis casibus prædictarũ lecturarũ. ficq; ut hęc lex procedat in omni editione facienda tàm partibus, quàm iudicibus siue primis, siue secundis; in quasq; parte iudicij, totiens quotiens, opus fuerit, legitima causa subsistente. & tàm oĩum actorũ, quàm partis puta, attestationum publicatarũ, tàm ad collationãdũ, & ad inspiciẽdũ originalia, quàm ad faciendũ copiã. In oĩbus istis casibus potest exemplificari l. nostræ, & dictũ istud generale de actis exhibendis. Hic est uerus sensus & intellect. l. nostrę. & usurpando illud poẽticum, dicam: Iste sapit solus, cęteri uelut umbra uagãtur.

Glo. fi. diuidi potest in quatuor partes, ut hic per Rimin. & Ias. Circa primam partem dicendum est, editionem huiusceмodi non conditione ex lege, ut ait gl. fieri, quum illa sit subsidiaria, quę competit solũ cessante omni alio remedio. l. 1. cũ ibi. not. per Bar. & alios. ff. de condi. ex leg. sed sit officio iudicis per hanc l. ut hic per Alex. Rimin. Decios, Curt. & alios. de quo plenè dixi in l. 1. in glo. fi. ℨ. eod.

Sed hic quæro: si iudex exhibere acta, uel partem actorum nolit, quomodo petenti consulatur.
86 † uidisti in superioribus circa practicam Inno. &.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bar.hîc in 1.col.not. remediũ q̃ iudex contra uolẽtem edere & contumacem pronunciet instrumentum uel acta cassa & irrita,& nullius momenti esse, si in posterũ apparebunt.sed eo remedio non consuleretur petenti editionẽ ad finem & effectũ fundandi se in instrumẽtis, rationibus uel actis petitis edi in casibus in quibus põt, ut in l.1. in l. non est nouum,& l.iustũ,cum seq.tit.nostro.li.u.iudex eo modo tunc pronunciaret,annullata fide edendorũ id cederet in utilitatem & fauorem contumacis, & in damnũ petentis editionem, qui intentionẽ eius fundare uellet in prædictis rationibus, instrumẽtis vel actis. Nec etiam satis faceret aut conueneret,q̃n notarius recusat edere, uel ordinarius recusat cogere illum ad edendum: propterea istis casibus contumaces possent officio iudicis ad id cõpelli & cogi remediis prætoriis per l.nostrã & tit.si quis ius dicẽ-
87 ti non obtemp. ubi plenè dixi. † & poterit ét pronunciare contra partem edere nolentẽ, editionem haberi pro facta, & perinde esse ac si contra eundẽ nolentem edere omnia,prout deductum fuit,probata essent,vt per Rim.ĵ.in 3.col.Fel.in d.c.G.perpetuus,col.fi. & in c.cũ cautam.col.11. in gl. super verbo cõpellas,de testi. facit tex. in l.2. in §. Diuus Adr.cum ibi no.per Bar.in 2.col.de iure fisci.

In 2.parte gl.circa contrariũ §.Diuus,versi.item diui.licèt glo. uideatur ponere duas sol. una tñ solùm est,vt inquit Iaf. & ipsamet gl.in fi.istius secundæ partis ibi,hic autem de actis dicit, ut dixi. & sic
88 repetit quod in prima sol. dixerat † faciendo differentiam, inter editionem actorum & editionẽ instrumentorum,ut acta tàm ciuilia, quàm criminalia sint indistinctè edenda, ut hîc instrumenta uerò licèt non edantur in criminalibus,non præsumãtur subtracta, sicuti in ciuilibus ut ibi.

89 Sed quia glo. in contrario pleniùs tetigit, † Bar. hîc & ibi solutiones dictæ gl.referens & exordiẽs, idem utrobiq; concludit.sol. igitur gl.est quod iste tex. loquatur de actis exhibendis tàm in ciuilibus quàm in criminalibus, contrarium de instrumẽtis extraiudicialibus,quę in ciuilibus negociis exhibẽda sunt,in criminalibus non; quia pecuniariter nõ interest. hanc sol.secuti sunt multi hîc ab Alex. relati, ita uidetur quadrare & conuenire uerbis istarum.ll.ut hîc ait Dec.sed Bar. Ang.Paul. Alex. Are. Ias. Aquens.& Mod. Taur.hîc in 3.col.improbant, cò quòd §.Diuus,tàm de actis, quàm de instrumẽtis intelligatur,quum appellatione instrumentorũ de quibus loquitur, ueniunt etiam acta.l.1.ff.de fide instrum.& dixi.ĵ.in rubr. maleq; loquitur hîc glossator,dum ait non exhiberi criminalia, quia pecuniariter non interest. quum hæc lex dicat acta criminalia exhiberi indistinctè.

Nec obst.l.si liber.ff.ad exhib.per glo.alleg. quia actio ad exhibendum non competit ei cuius pecuniariter non interest,ut ibi dicitur. & per remediũ illius tituli,liber homo nõ petitur exhiberi, sed per interdictum de lib.hom.exhib.ut ibi dicitur.Pariter acta,criminalia nõ possunt peti exhiberi per remedium illius tituli,si pecuniariter non interesset: sed per officium iudicis ex edicto isto de edendo sic,ut in sui generalitate probat tex.noster,qui non curat de interesse pecuniario,sed de veritate habẽda.Bar.hîc & in §.Diuus,post gl.concludebat, q̃ licèt acta criminalia fisco edenda sint per notarium, & per tertium ut hic,non tñ per conuentum. d.§. diuus,per rationem.l.nimis graue.& §. tormenta. & hanc sol.sequũtur Ang.in d.§.Diuus. Ale.Paul. Ias.& Aquens.hic, & Dec. in 9.col. cum aliquibus limitationib.& sequuntur communiter scriben.vt hic p Cur.col 7.& quadrat uerbis tex. d.§.Diuus. sed non conuenit uerbis l.nostræ. quæ generaliter loquitur & procedit: intelligiq; etiam põt in parte conuenta. Diuinatioq; maxima est respont. Bar. q̃ lex ista procedat in casibus specialibus in quibus serui contra dominos torquentur. Iccirco plus placet sol.gl. quòd hęc lex loquatur de actis,versi.Item Diui de instrumentis & ultra adducta per Alexan. Rimin. Dec. & Ripa dicunt in hac materia de edendo aliud de actis,aliud de instrumentis statutũ fuisse, faciliusq; fieri & concedi editionẽ actorũ, q̃ instrumentorum,quę non eduntur sine causa,mandato, & interesse vt in l.præcedẽti,& in l.prætor, in principio §.pertinere.l.si quis.ff.eo.sed acta omnibus prętendentibus interesse, vt hac l.& uidimus.ĵ.appellatione igitur instrumentorũ in hac materia nõ ueniunt acta, de quibus aliter est sancitum:unde iura inter prędicta ponunt copulâ. præall.§.neq; instrumenta,secundũ Lanc. Dec.hic & consequenter hęc iura in diuersis terminis loquuntur,uerbisque & menti legũ latorum intelligentia ista conuenire uidetur,vt versi. Item diui,loquatur de instrumentis,lex nostra de actis: subdistinguẽdo adhuc à quo editionẽ actorum fieri quis petat: ut per Bar. hic & ibi,& Dec.hic,col.9. sed ut dixi, cõuinet manifestã diuinationem.rationi.l.nimis graue.ĵ. respõdebo.

90 †In quantum tamen glo. nostra dicit quòd licèt instrumenta & acta ciuilia & criminalia fisco edẽda sint,tamen in ciuilibus si instrumenta non edãtur,præsumuntur fisco subtracta, & potest agi furti,d.§.Diuus.secus in criminalibus.Bar. ibi hãc gl. damnat: sequitur Cur.in 7.col.& pro veritate cõfunditur per tex.in d.versi.Item diui. dum dicitur fisco totiens edenda esse instrumenta, quotiens de re nummaria, non autem de capitali agitur. & sic uult quòd in criminalibus instrumenta non sint fisco edẽda,id quod etiam probatur in illo tex. ibi, uel de simili causa,ut infrà latiùs dicetur.

Iuxta prædicta cadit pulchra & elegãs dubitatio
91 quę causa dicatur esse criminalis hoc casu. † nã secundũ eõrum sententiã, etiam quòd agatur de re pecuniaria,causa dicitur criminalis, si pœna applicatur fisco.l.agraria.cũ gl.ff.de term.amoto.l.3.& ibi not.Bar.ff.de sepule.uiola. & in l.unica.ĵ.quando actio ciuil.præiud.crim.latè Cano.in rubr.de iudi. An istud procedat in terminis nostris,ut causa talis censeatur criminalis, ita quòd conuentus nõ teneatur edere fisco? Glo.Bar.Ang.in d.§.Diuus,& scriben.cõmuniter tenent,illum tex.procedere generaliter in omni causa criminali, & sic etiam q̃n pœna pecuniaria uenit applicanda fisco.ut per Abb.in d. c.col.3.Alex.Aquens.Mod.Tau.& Ripam hic in 2. char. Alex.& Ias.in l.3.ff.eo. Alex.consi.132.col.2. lib.1.Aquens.in l.iustum, & in l.fin. col.2.ĵ.eod.

Quæ

Quę conclusio probatur,primò, quia regula iuris cõmunis,quòd reus non edit actori ad fundandum eius intentionem.l.qui accusare,& l.fi.ĵ.eod. non reperitur mutata in criminalibus, ergo &c.

Secundò, quia de domo accusati nõ sunt sumen dæ probationes,nec contra dominum torquendus seruus. l. l.nimis graue. & l.1. §.tormenta, cum l. de minore.ff. de quęstio, & consequenter, nec iura reorum contra se exhibenda.

Tertiò per tex.d.versi.Item diui,vbi dicitur editionẽ fieri debere fisco, quando agitur de iure dominij,vel quasi,aut de simili causa res nũmaria tractetur; si ex crimine descẽdat causa, nõ potest simi-
92 lis præcedẽtibus dici; ergo nõ debebit fieri editio. Contrarjam tamen opin.† quòd in causis criminalibus pecuniarijs fisco edendum sit, & quòd in capitalibus causis tantũ procedat. §.Diuus tenuerunt hîc Lance. Rimin. & Dec. in 3.char.& Dec. in c.1.col.7. de probat.dicẽtes, quòd licèt acta tàm ciuilia, quàm criminalia edenda sint fisco, ut hîc: aliud tamen esse in actis & instrumentis respicientibus causas capitales.d.§.Diuus.Et mouentur prę fati scribẽ.pluribus mediis. Primò per d.§.Diuus, excipientem causam capitalem, in qua denegatur editio fisco, vbi vertitur pœna pecuniaria, uel coërctio in corpus id capitale non dicitur. l.2. in fine. de publ.iud. Sed causa capitalis dicitur vno de tribus modis, de quibus ibi, & in l.2.de pœnis. text. igitur. in §. Diuus,excludendo causas capitales, in quibus fisco non est edendum, aliàs causas criminales videtur includere per regulam.l.cum prętor, de iudi. & c. nonne,de præsumpt.

Secundò, quia in ciuilibus editur fisco priuilegio ipsius fisci,eadem ratione debet ede in criminalibus, exceptis capitalibus. d.§.Diuus.quum procedat argumentum de causa ciuili ad criminalem. l. absentem. ff. de pœnis.

Tertiò,quia in distinctione facta in §.Diuus,inter causam nũmariam & capitalem videtur solùm considerari maius præiudicium quod uertitur magis in vna specie causarum,quàm in alia,argumento.l.in seruorũ,in fine de pœnis. & secundũ prædictam scribentiũ sententiã,si ageretur de hæreditate opulenta,fisco edendũ esset: secus si de pœna decẽ
93 librarũ,aut decẽ florenorum; quod absonum videtur considerato pręiudicio prædicto.† Ratio autem quare non fiat prædicta editio in capitalibus secundũ Rimi.& Deci.est,quia specialiter inductũ est in illis, vt possit reus quomodocunq; sanguinẽ suũ redimere. l.transigere. ĵ. tit. 2.l.1. ff. de bonis eorũ. qui mor. sibi consci. Ideo credendũ est,licere multò magis accusato in capitalibus denegare editionẽ, & communicationẽ iurium suorũ contra se ipsum. Sed in aliis causis criminalibus cessat ratio prædicta, ergo & legis dispositio per iura vulg.

Quartò reipublicæ interest delicta puniri.l. ita vulneratus, in fi. ff. ad l.aquil.ergo extensio licita. l.quemadmodum,cum not. ibi per Bar. C.de agricol. & cens.lib. 11. & per consequens,etiam quòd alio iure non caueretur, licita esset extensio prædictæ dispositionis. §.Diuus, ad hunc casum.

Quintò, vbi contra aliquem sunt indicia suffi-
cientia, ut habeatur veritas, ad tormenta contra illum deuenitur.l.1. & l.fin.ff.de quęstionib.eodem ergo modo,& multò magis debet posse cogi instrumenta sua edere, vt habeatur veritas, quæ est finis editionis: ut hac l. nostra, & §. dictum fuit.

Ad alleg. suprà pro cõmuni respõd. potest,& ad primum, non esse inconueniens postquam agitur de utilitate publica,ne delicta remaneãt impunita, fieri extensionẽ ad hunc casum: ut suprà proximè dixi. uel aliter non esse extensionẽ, sed sic disponi in §.Diuus,ad finem. nam excludendo causas capitales,uidetur includere aliàs criminales, quę capitales non sunt; per regulam.d.l.cum prętor.

Ad secundũ de §.tormenta,cũ similib.respond, quòd dispositio dictarum ll.ita habet locũ in causa ciuili, sicut in criminali. l.nimis graue. & l.qui accusare præalleg.Propterea eadẽ ratione deberemus dicere,quod in causis ciuilibus fisco non esset edendũ: quod est falsum. Ideo uidetur dicẽdum, quòd sicuti fiscus est priuilegiatus in causa ciuili, similiter esse debeat in criminali non capitali. præcipuè, quum arguatur de uno ad aliud. d.l.absentem.

Ad tertium respond. ut hîc per Deci.col.9.uersic.sed respondeo,& in c.1.col.7. de proba.

Sed non est recedendum à cõmuni & receptiori
94 sententia, † maximè per primum & tertium fundamentum,de quibus suprà, quę non sunt aliquo modo ex prædictis sublata. nam hoc casu strictè magis quàm largè & extensiuè procedendum est: ut statim probabo.

Et pro hac sententia uidetur stringere d. §. Diuus. & alia, quæ hîc in 8.col. adducit Curt.efficacissimumq; hercle pro hac parte est argumentum sumptum ex l.non puto,secundum uerum & communẽ intellec.de quo dixi.in l.1.ĵ.eo.quòd ubi fiscus tractat de lucro, & priuatus de damno euitando, non fauetur fisco, sed potius priuato contra fiscum, ut ibi; ergo &c. & pro hac parte, quæ receptior est, uidetur casus in d.§.Diuus,inducendo, ut suprà in tertio argumento facto pro communi.

Nec obst.responsio Decij,quòd uerba illa de simili causa quęratur res nummaria, non considerentur absolutè, sed ad exclusionem causarum capitalium, de quibus subiungit. cauillatio certè est quum dicta uerba claram contineant determinationẽ, quòd tunc demum edendum sit fisco, quando agitur de iure dominii, uel de iure capiendi,aut quasi,uel de simili causa res nummaria uertitur.& licèt excludantur causæ capitales, clarè tamen probant,q̃ ita demum fisco edatur,si de iure dominii, uel quasi, aut de simili causa res nummaria quęratur.Sed sic est,q̃ huiusce modi causa pœnalis ex delicto non est similis præcedentibus,ergo &c.& per consequẽs Iurisconsul.ibi dicit edendum esse fisco in ciuilibus,quando uenit ratione contractus, uel iuris proprii, aut ex simili causa; secus ergo si ex dissimili, prout esset causa criminalis pecuniaria, & quando de capitali causa ageretur. & postquam Iurisc. determinauit edendũ esse fisco in ciuilibus, nõ in criminalibus,determinat etiã de capitalibus, in quibus poterat fortè magis dubitari propter publicam utilitatem,ut delicta corporaliter puniãtur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& tamen decidit nõ esse edendũ, vt hîc per Aquẽs. col. 3. quàmuis igitur faueatur fisco, quando uenit rationẽ contractus, vel iuris proprij, ut conuentus cogatur illi edere. d. §. Diuus, quia consulitur vtilitati publicæ, † quæ præfertur priuatæ. l. vtilitas, C. de primipil. lib. 12. l. vnica. in fi. infrà de cadu. tollen. & c. bonæ. de postulat. prælatorum. tamen aliud est, quando fiscus venit ex causa lucratiua ex crimine, vel delicto: & sic tractat de lucro captando, & priuatus de damno euitando; quo casu fauendum est priuato. prælleg. l. nõ puto, & sic tex. §. Diuus. in uerbis suprà relatis uult faueri fisco circa editionẽ, ubi uenit ratione cõtractus, aut iuris proprij: secus si ex causa dissimili, ut quãdo tractat de lucro, & conuentus de damno: & per consequens concordabit cum d. l. nõ puto. & minus fauetur fisco, si de capituli causa agatur, ut subiungit ibi tex.

Non obstant modò adducta in oppos. nam ad primũ de §. Diuus. ultra ea, quæ scribunt Curt. hîc 8. col. & alij Doct. respond. quòd contrariũ probat secundũ sanum intell. de quo suprà. excludit enim causas capitales per illa uerba, nõ si de capitali causa agatur. ltẽ criminales, in quibus fiscus ex delicto, uel crimine uenit exclusæ sunt in superioribus per uerba illa: uel de simili causa res nũmaria q̃ratur.

Ad secundum respond. diuersam esse rationem inter ciuilia & criminalia. In ciuilibus fauendum est fisco, quia causam iuris sui cum quo utilitas publica coniungitur, defendit: in criminalibus autem non, quia uenit ex causa lucratiua, & reus (ut dixi) de damno euitando tractat: ideo non procedit argumentum de ciuilibus ad criminalia.

Ad. l. absentem, respon. quòd in criminalibus proceditur ad similitudinem. & instar ciuilium. q̃ ad ordinem iudicij in citationibus, dilationibus & reliquis, non autẽ q̃ ea quæ seruantur in ciuilibus seruari etiã debeant in criminalibus: ut ibi per Bar.

Ad tertium respond. Curt. hîc col. 8. non esse quempiam cogendum edere in causis capitalibus, non ea ratione quòd liceat sanguinem suum redi-
96 mere, ut dicit Rimin. † sed ne cogatur quis turpitudinem suam detegere. contra. l. alios, eum ibi no. ff. de iureiur. quæ ratio militat etiam in aliis criminalibus. & quòd positioni criminosæ non tenea tur quis respondere ratione prædicta, tenent communiter scriben. ut per Curt. seniorem. in. l. ij. in. §. quod obseruari, in breuiloquio xxj. ĩ. de iuramẽto calum. & Marsil. in d. §. tormenta, col. ii. quæ ra-
97 tio non multùm placet. † quàmuis enim positioni criminosę non tenẽatur quis respondere ratione euitandi prędictum absurdum, tamen interrogatoriis factis per iudicem bene tenetur respon. l. ubi cunque, cum ibi not. ff. interrog. actio. & similiter capitulis inquisitionalibus quàmuis concernentibus delictum, aut turpitudinem accusati, uel inquisiti, ut in practica seruatur. latior enim & fortior est potestas iudicis, quàm partis dictas positiones producẽtis. d. l. ubicunque. & l. 1. de iurisdict. om. iud. iccirco ratio detegendæ turpitudinis respectu fisci non est bona.

Vnde dico aliam esse rationẽ: quia in ciuilibus, & ubi fiscus uenit ratione contractus, uel iuris proprii (ut dixi) edendum est fisco. quum illius causa præferatur causæ priuatæ: ex quo tractat de conseruatione iuris sui, in quo est inclusa publica utilitas: secus in criminalibus quum ueniat ex causa lucratiua, & priuatus tractet de damno uitando, propterea nimirum si fisco magis fauetur in hæreditate opulenta, ut illi fiat editio, quum si agatur de leui pœna; ubi uenit ex causa lucratiua contra tractantem de damno euitando: quo casu melior est conditio priuati. d. l. non puto. & ita considerando tollitur ratio Decii, super qua fecit principale fundamentum.

In capitalibus minus edendum est fisco, quia de domo accusati graue & iniquum est probationes sumi. quinimo in illis licitum ei est qualitercunque sanguinem suum redimere: vt dicebat Rimin. nec subsistit ratio & declaratio Decij de præiudicio maiori, quia etiam in ciuilibus, vbi de dominio rerum agitur, sæpe vertitur magnum præiudicium, sed ratio est, quam suprà dixi.

Ad quartum de extensione respond. vt hîc per
EDITA actio &c. uerba sunt nostræ legis, quæ continet materiam subtilem difficilem & utilem, basis est & fundamentum totius telę iudiciarię: quum ad alias leges se habeat, vt mare ad flumina. quid plura? fama est super ethæra nota. Ideò, ut de Carthagine dixit Sallustius: melius est eius laudes tacère, quàm pauca dicere, Antiqui & Moder. in interpretatione istius legis infinita propemodum effuderunt. ita ut hîc conueniat dictum illud Senecæ in quarta declamatione noni libri: † Scriptura legis angusta est, interpretatio uerò diffusa. Bal. nimium subtilizando & chimerizando per aëra secundum Paul. Castr. uoluit. Bart. uerò breuiter, subtiliter, ac fine tædio legentium processit. Eapropter hunc omnes honorant, ducemq; sequuntur, conuenitque illud Dantis de Virgilio dictum. Questo è colui a cui tutti honor gli fanno. Me igitur operæpretium facturum existimaui, si uestigia eius quò ad licuerit sequar. & inter moder. non tacebo Dec. qui copiosus est, breuis & subtilis, & ad fabricandum ingenia scholarium minimè lentus. Quinquaginta lectionibus hanc legem aliàs uix expediuille memoratum: nunc ætas & experientia rerum alium docendi modum exigunt. Iccirco relecatis pluribus, quæ hîc superfluè, & ad pompam inculcarunt Moder. utilia & necessaria tantùm tangendo, plus dicam in uigintiquinque lectionibus, quàm aliàs dixerim in quinquaginta. Rogo ergo quemadmodum facere soletis, attentè & diligenter me audiatis.

Vt à leuioribus incipiamus, ac à fronte contra supraſcriptionem ipsius legis uidetur obstare; quia Seuerus, & Antoninus auctores nostræ legis præscripti, non regnarunt eodem tempore, uerùm Seuerus post Antoninum mediis quatuor Imperatoribus; vt Spartianus, Eusebius Cæsariensis, Eutropius, & alii historici scribunt, quomodo ergo potuerunt simul; vt in supraſcriptione legis dicitur, legem condendo, Valentiniano rescribere? Potest respond. regnasse cum Seuero Basianum, qué Seuerus Antoninũ à senatu appellari iussit. quemadmodum in Seuero scribit Spartianus: & consequenter Seuerus, & Antoninus qui primò dicebatur Basianus, postmodum Caracallus regnarunt simul. Verus autem & M. Anton. philos. fratres fuere per adoptionem vt Iul. Capitolinus in Adri. Pio, & Marco scribit. & alii historici etiam tradunt. Et hi. s. M. Anton. philos. & Verus sunt, quos iura nostra diuos fratres appellant. Nec obstat, quòd Verus ante Anton. ponatur, quum constet Anton. priorem fuisse, Quia respon. vt per Capitolinum in Vero in principio. Qui quidem Seuer. vt prædicti historici scribunt, annis decem & octo regnauit sumpto initio à natiuitate Christi anno 196. Antoninus seu Caracallus postmodum annis sex solus, uir pessimus; qui propterea malè vitam finiuit: vt præfati scribunt. Quomodo autem duo Imperatores potuerint aut possint simul regnare, declarauimus in principio l. secundę infrà de rescind. uend.

Summate ut hîc eleganter per Bar. quem cæteri sequuntur. quamuis Mod. Taur. reiecto summario Bar. tanquàm non conuenienti litteræ ponant aliud: omnia non complectens. præcipuè in principio legis præmissum, quòd libellus demonstrare debeat speciem futuræ litis. Ex quo instruitur actor, qui legislatorem consuluerat, quomodo se habere debeat in forma suę petitionis & libelli. sicque concipiendus est & offerendus, vt demonstret formam futurę litis seu libelli per eum porrigendi, qui sic concipiendus est, vt demóstret qualitatem futuri iudicii. Nec refragatur quod hîc consulatur principaliter actori, qui preces porrexerat tantùm, quia non est verum, quòd consulat tantùm supplicanti, seu quòd ad illius fauorem principaliter lex ista sit facta: & si bene ad supplicationem & preces suas. patet ex fine legis, vbi ponitur iustum moderamen & temperamentum in fauore rei. nec est id in lege inconueniens aut absonum; vt probatur in l. precibus, cum similib. ff. de impub. & aliis substit. Nam pro iustitia respondendo Imperator veritati innititur: & non in gratiam fauoremq; interrogantiam, leges fecit. & quod in principio legis in fauorem actoris circa formam & conceptionem libelli dicitur, concernit similiter fauorem rei. l. 1. cum not. ff. de edendo.

Clariùs sumant seu veriùs exponunt ac legem declarant Paul. Alex. & Iaso. non. n. potest esse tum marium legis cùm pluribus verbis constet, quàm lex ipsa. Sed quia hæc sunt modicæ vtilitatis, vltra immorari nolo. præcipuè, quia lex breuis est, vt nó egeat alio summario.

Diuisio Bar. non multùm mihi placet: quum lex ista (vt diximus) ad consultationem vnius tantùm facta fuerit, reprehenditurque per Modern. Taur. & Papien. hic. quorum tamen motiuo responderi posset, non esse inconueniens ad interrogationem unius factam esse legem, & tamen pro iustitia continere aliquid, quod sit in fauorem partis: vt iam dixi.

Bal. Sali. Iaſ. & plerique alii Moder. diuiduntin tres partes, ut per eos. potest etiam diuidi in duas partes principales - nam in prima ponitur responsio ad consultationem propositam. In secunda tem peramentum decisionis, ibi, prout, &c.

2 † Facti species seu figuratio casus ponitur hîc per Bar. & Bal. vt per eos. quamuis verisimilius sit Valentinianum, supplicantem, non reum fuisse, vt prefati uolunt; sed actorem querentem quomodo posset emendare uel mutare libellum. Clariùs figurabitis casum quemadmodum colligitur ex dictis Pau. Castr. hic in principio, extenduntque Moder. Mediol. & satis ex Bar. omnia colliguntur.

3 Rationes dubitandi † & decidendi à scriben. communiter iuxta solitum non assignantur. studendo breuitati, omissa prima parte ubi ponitur unum præmissum antequàm respondeatur interrogationi partis; potestis dicere ad principalem decisionem. l. nostræ, quæ est de emendatione &

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutatione libelli videri non posse illam fieri, nec esse permissam: quia libellans censetur fateri uera esse in libello contenta. l.cum precum, cum glos. infrà de liber.cau.quæ quidem confessio, & si erronea, reuocari non potest; nisi docto de errore. l.error.cum ibi not.suprà de iur.& fac.ignor. contrarium tamen hîc deciditur.

Ratio decidendi est, quia ex productione libelli ante litis contest. non est quæsitum ius conuento, sed quæritur contestatione litis: per quam quasi cõtrahitur.l.3.§.idem scribit,cum no.ff.de pecul.no. Soc.in consi.41.col.pen. & fi.lib. primo,cum adducendis, in glo. j. in secunda conclus. ideò nimirum si vsque ad illud tempus licita est emendatio & mutatio libelli,cõtentorumq; in eodem permittitur reuocatio. Quia tamen ex emendatione, vel mutatione prædicta iniquum esset conuentum sine culpa damno affici.c.cognoscentes,de constit.§.ante omnia.l.si unus.ff.de pact.ideò temperando dictum, subiungit hîc Imperator id posse fieri sine iniuria rei, idest saluo interesse conuenti. secundum Bar. & scriben.

Non obst. modò ratio dubitandi, de qua suprà quia ex quo emendatio & mutatio permittitur saluo interesse conuenti, & sic sine damno & præiudicio suo, nimirum si pro libito fieri potest usque ad litis contestat. quo tempore conuento acquiritur ius cogendi actorem perseuerare in libellatis.

Text. verò præalleg. l. cum precum, cum glos.
4 † multis exornari possit,de quibus per Paul. Cast. in l.2.colum. prima,infrà de errore calcu. Alexan. in consi.71.lib.3.& cons.16.col.3.lib.6.& in consil.108.col.2.vol.5.& consil.30. lib.7. Socin.in c. fina.char. penult. col. 3. de libelli oblatione. & in consil.suprà alleg. Bologni.consil.4.col.2.Felin.in c. cum venerabilis, col.5. & sequenti de except.in c. examinata, col.2. & 3. de iudi.Iaf.in §.si minus, col.prima de actionibus,& infrà in eadem l. col.2. & 3.vbi etiam per Rimin.& Deci.Iaf.in consil.21. lib.3.& Deci.in consil.184.& Moder. Mediol.Paradox. 5. cap.5. quibus & iunge, quæ dicam in 4. not. & quę scribit Paris.in c.cum venerabilis char. 5.de except.dum examinat, An producens instrumentum,censeatur approbare omnia in eo contenta, vide etiam l.fina.cum ibi not.per Paul. Castr.ff. de inoffi. testa.

Antequàm ad notabilia veniamus, volo explanemus tex. apostillandoque eundem clarum faciamus. In principio l. ibi, edita actio. malè videtur posse procedere. quum actio sit ius. §. primo, institu. de actio. & l. nihil aliud.ff.de actio.& oblig. sicque incorporale & inuisibile sit, tangique nequeat, nec circumscribatur loco: vt institu.de rebus corpor.& incorpor.& in l.fi.infrà de prescrip. longi tempo.propterea non videatur posse edi, extraque dari. Nec pari ratione demonstrare speciem futuræ litis; † quę demonstratio fit per rem
5 corporalem.l.cum in diuersis,de religio.& sumpt. funer.l.stigmata C.de fabri.lib.11.cuius quidem contrarij timore, Olofred. Bar. Iaf.Deci.Ripa, & alii hic, & Socin. in rubr. de libel oblat. ad finem editam actionem accipiunt pro libello oblato, petitioneque porrecta, quæ speciem futuræ litis de-
6 monstrant. † quum enim libellus (vt loco præallega. inquit Socin.) sit scriptura,quæ oculi subiicitur,potest edi: † & sic continens ponitur pro contento; prout alibi sæpe præalleg. l.cum in diuersis, cum glos.prima. c. monasteria, de uita & honestate clericorum.& c.cum contingat,de ætate & qualitate. Sed quum text. l. primæ.ff.de edend. etiam eodem modo loquatur, qua quisque actione agere vult, eam prius edere debet. videtur absurdum dicere,quòd legislator semper & toties impropriè loquatur: ponendo actionem pro libello. propterea dicendum videtur, posse text.propriè stare, ac
8 intelligi. † sciendum enim est, quòd actio est concreta causæ & facto. secundum Bald. in principio d.l.primę,in vlt.col.& Bar.ibidem pariter, col. fin. Ideò causam in libello proponens, actionem proponere censetur. Bal. consil. 160.Libellus, volu.2. ex facto enim ius oritur. §.in cliuo Capitolino.l.si ex plagis.ff.ad l.aquil.iccirco. quum ex propositione facti & causę in cõcreto propositio actionis resultet, uerba legis propriè stabunt: quia in concreto dicitur actio edita, facta propositione facti, & causæ in iudicio. & eodem modo intelligatur præalleg.l.prima de edend. quia proponendo in libello factum & causam, censetur proposita, ac edita actio, quæ licèt in corporalis & inuisibilis sit, ea tamen cognita uenimus in cognitionem corporaliũ & incorporaliũ. ut patet in d. §.primo, de actio. & in titulo de reb. corpor. & incorporal. iccirco cognita actione cognoscimus formam futuri iudicii super ea intentati: ut hîc per Deci. & Moder.Taur. in 3.col.

Ex quibus plura inferuntur. primum, id quod hîc præsupponit text. actionem edendam, & libellum reo per uolentem agere exhibendum; ut hîc per Salice. probaturq; etiam in d.l. prima, in principio,& in §.edenda.ff.eod.est enim præparatorius iudicii, ut in rubr. & suprà proximè dictum fuit.
9 † Quæ quidem editio fit tàm contemplatione conuenti quàm etiam iudicis, ut post Abba. scribit Paris. in c. quoniam contra, col.22.in glo.petitiones, de probat. & Ripam hîc,col.2.

Infertur, secundò,libellum dandum esse in scri-
10 ptis, † quum dicatur esse scriptura, quę oculis subiicitur, d.l. prima, & auctent. offeratur, infrà de litiscontest. sequuntur communiter scribent. ut hîc per Ripam, col.3.maximè per tex. §. edere. d. l. primę,inducendo ut per eum. Sed potest retorqueri in contrarium iungendo principium d.l.uo lentis edendum esse libellum: quę quidem editio fit etiam alio modo, quàm porrigendo petitionem in scriptis. d. §. edere. per quem text. Modern. Tautinens. hîc, col.2. contrarium tenebant, subiicientes tamen non esse recedendum à communi.

Possumus fœdere distinctionis opiniones Docto. sic concordare.aut loquimur de iure antiquo, aut de iure nouissimo.primo casu non erat necessaria scriptura. d.l. prima, secus in secundo. d. auctẽ.offeratur, tradunt Socin.in cap. significantibus, articulo 14. de libelli oblatione. Paris. in d.c.

d.c.quoniam contra,col.21.& 23.Natta.in repetitione Clem.sæpe,in prin.de uerb.sign.col 67.cum
11 sequen.ponens similiter quomodo differant † libellus & petitio.de quo per Pau. de Castr.in d.l j.col. 2.Rimi.& Ripam hic in primis col.

Tertiò infertur, ꝙ hodie copia libelli danda erit
12 reo † expensis actoris habẽtis illum producere; per tex.in d.auct.offeratur, & in c.2.de libel.obla. ibi, oblato libello. iuxta regulam ꝙ obligatus aliquid facere,id suis expensis adimplere ac facere tenetur l.suo uictu.ff.de operis liber.Roma.in consi. 346. col.3.Barb.in cons.62.col 3.& 4.vol.4. & in Cle. causam,num.66.cum sequent de elect.Seuerin.in l.diem fundo,quæstione,31.cum duabus sequentibus, de offi.assess. Felin.in c.3.col.fina.de re iud. in c.1.col.penult.& fin.de libel.oblat.Iaf.in l.cum seruus, de leg.1. Deci.in c. bonę. col.2. de appell. idem tenent Moder. Taur. Ripa hîc in 3.& 4. col. Feli. tamen in d.c.col.fin.& Socin.loco. j. allegando, oppos. tenent attestantes communem per text. d.§.edere, quod est copiam describẽdi facere. satis ergo erit actori si patiatur & permittat partem capere copiam productorum; non autem suis expensis illam tradere. & licèt tex.in d.c.primo, & in auctẽ. offeratur, dicant libellum reo offerendum, sicque actori id onus incumbere: tamen intelligitur oblationem esse faciendam secundum formam d.§.edere.facultatem videlicet describendi, si pars tamen voluerit, ne inducatur legum correctio: vt per Socin.c.2.articulo 22.de libel.oblat.Capellam Tholosanam in quæstione 91. & Feli.in d.c.1.col. fina. quę opinio videtur confundi per tex.in d.auctẽ. offeratur,& c.2. præalleg. ibi, oblato libello, iuncta regula.d.l.suo victu, cum præallegatis, quibus non respond. tenentes oppositi.

Præterea distinguendum videtur, vt proximè dixi, inter iura antiqua & noua: vt quod dicit Socin. Felin. & alii præalleg. procedat secundum iura antiqua: altera opinio secundum iura nouissima. De consuetudine diuersimodè obseruatur, vt hîc per Mod. Taur. & Ripam, ac alios & ab ipla consuetudine in loco, ubi vigeret non esset recedendum.l.diuturna.l.si de interpretatione.ff.de ll. & c.fina.de consuet.

13 In eod. tex. ibi, speciem futuræ litis.† gl. quam ibi sequuntur Deci.Curt.& alii contra Fulgol. pro qualitate intelligit. Bald.latiùs vocabulum interpretandum credit.exponens (speciem, idest genus, differentiam,figuram & qualitatem;vt reo saluum sit ius deliberandi,an velit cedere,vel contendere: ut etiam per Soci.in d.c.2.ad fi 21. articuli principalis. Bar. verò, qui, ut suprà dictum est,clariùs & legaliùs loquitur; speciem futurę litis intelligit esse id super quo debet litigari. & probatur etiam in l.1.ff.eod.

In eod. tex. ibi, emendare, uel mutare. Bartol. & plerique moderni hæc uerba in actiua significatione capiunt & legunt, sed Glos.Bald. Alex. Rimin.Curt. & quidam alii in passiua significatione accipiunt; sic liber meus antiquus se habet. De quo tamen parum curandum est,cùm salua ratione recti & latini sermonis possit utrunque stare, in idemque incidant & reuoluantur, secundum Ripam hîc, col. 3. De ui autem & significatione prædictorum uerborum emendare, & mutare, ponit hîc Paul. Castrens. colum. col.1. sed latius dicam infrà.

14 In cod.tex. ibi,prout perpetui edicti,† edictum propriè erat lex prætoris annua.§.circa.l. nequequam. ff.de offi. procons. & lega. §.prætor quoq; inst itu.de iure natur.cum similib.nunc autem edictum perpetuum (ut dicit tex. noster) factum est. quare autem,& per quem,declarari in l.unica, infrà quando non peten. part. & in rub. de reg.iur. Item capitur edictum pro præcepto Regum, uel Imperatoris, ut in illo Euangelio: Exit edictum à Cęsare Augusto. quandoque pro præcepto legis, aut statuti. c. ut circa,§.1.de elecți.in sexto: immo inferiores iudices edicta proponere dicuntur.c.1. de supplen.neglig. prælat. in sexto. Gemin. in §.1. suprà alleg.

15 Hunc autem tex. † aliqui legunt cum alternatiua & disiunctiua, uel ius reddentis, ut Lancel. Deci. Curt. Moder. Mediol. & quidam alii: & ita habet meus liber antiquus. Alii verò, ut Bald. col.1. & Bar. penult.legunt copulatiuè,& ius reddentis non est uis, quum sit alternatiua legis, quæ resoluitur in coniunctam, ne in incerto relinquamur: ut hîc per Curt.col.4. quę uerba prout &c. omnia hîc posita respiciunt ad ea, quę referuntur, secundum Alber. Ripam,& Curt. hîc in prima,& 4. col. uidelicet tàm ad edictum prætoris mortui, quàm etiam uiui. dum dicit: monet auctoritas uiui. dum subiungit, & ius reddentis decernit æquitas. & ex utroque ipsorum: utrunque descendebat, ut per Curt. de quo latiùs uidebimus in gl. super uerbo prout.

In eod.tex.ibi monet auctoritas,uel ius reddentis decernit æquitas. uidetur hîc text. innuere,
16 † æquitatem non esse in prætore, sed auctoritatem. l. si quis in aliena. ff. de iudi. ubi dicitur in iudice non esse auctoritatem; quum ista diuersa & separata ponat. arg.l. fi.de calum.sed id falsum est,quum in prætore semper sit æquitas.l.1.l.prætor.ff.eod.& l. quod si Ephesi.ff.de eo quod certo loco. & in iudice auctoritas.l.obseruandum in fi.ff.de offi.præsid.ibi,ita ius reddi debet. ut auctoritatem augeat, & potest quilibet iudex dici prætor. l.ubicunque. ff.de reg.iur. ubi dixi, & in l.2. de origi.iur. dicendum est ergo & auctoritatem & æquitatem esse in utroque. nec iste tex. uult contrarium, quàmuis edicto prætoris auctoritatem tribuat, & iudici æquitatem,quę in ipsis requiruntur & esse debent: uocabulisque prædictis usus est tex. noster gratia elegantioris sermonis.

17 Noto primò ex princi.l. † secundum Iaso. Deci. & Moder. post Io. Fabr. & Anton. de Alexandro. nomen actionis exprimendum esse in libello,concordat. l. 1. ff.eod.cum aliis alleg. hic per Deci.suspenso satis pede in hoc articulo transeuntem.

Pro perfecta intelligentia istius not. & eorum, quę hic præfati scriben. tangunt. tria uidenda sunt. An prædictum not. probetur hîc. Nunquid in se uerum sit. Tertium si in libello fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum aptè narratum sit, deinde inepta proponatur actio; vtrum libellus penitus, in totumq; vitietur; hoc est etiam quantùm ad actionem exapta narratione facti resultantem. gratia exempli, fundum petij tanquam ad me pertinentem iure dominij, actionem ex locato proponẽdo, an probato dominio obtinere, uel succumbere debeam?

In primo articulo, las. Dec. & Ripa concludunt,
18 qui non: † quia actio hîc pro libello ponitur (ut diximus suprà) ergo de nomine actionis exprimendo nihil dicit, aut probat. Secundò, quia vt suprà diximus, fit violentia litteræ, exponendo actionem pro libello, Respond. quòd tex. non loquitur de nomine actionis edendo, sed de ipsa actione, quæ in concreto (vt dixi) editur, etiam absque expressione nominis actionis; vt hîc per Deci. col. prima, cum illis. ℣. adducendis.

19 Circa secundum † videtur, nomen actionis de iure esse exprimendum in libello. l. fina. ℣. de interdictis. ibi, actionem exprimere, & allegationes proponere. cum not. ibi per Bar. Exemplifica: ago contra te actione in factum, quia in possessione talis rei me turbas. aut peto decẽ, quæ tibi mutuaui, restitui mihi, proposita certi conditione. ad idem tex. in fi. d.l. primæ. ff. de eden. ibi, votisq; actione. cum alijs alleg. hîc per Deci. in primo not. & secundum Are. hîc, col. prima. Bald. & Sali. in l. fi. ℣. de formul. & est tex. ibi apertus pro opinione ista.

Ad alleg. pro contraria parte facilè respond. potest. vt hic per Deci. col. 1. & Mod. Taur. 4.

Sed communis opinio tàm legistarum. quàm canonistarum est, quòd & si olim necessaria esset impetratio actionum à collegio Pontificum, & propositio actionis in iudicio; caderetq; à causa, qui cadebat à syllaba. §. si quis agens. instit. de actio. formulæ tamen prędictæ & insidię cum impetratione actionum sublatę sunt. l. secunda, col. secunda de reg. iur. & ℣. de formul. nec est necessaria expressio nominis actionis in libello, puta in factum, pro socio, locati, aut empti. sed sufficiat factum ad se narrare, ac proponere, ex quo colligatur modus agendi; & quæ actio in effectu sit intentata; vt per glo. Bar. Bal. & alios in l. prima. ff. de edend. Abba. in c. dilecti, col. 4. vbi Felin. & Deci. vltim. de iudi. las. Deci. Moder. Taurin. & Ripam hic in prima chart. Maria Socin. in c. secundo, sol. 10. quæstione 11. de libelli oblatione. & Curt. in c. fina. de consuet. col. 93. in prima quæstione.

Pro hac opin. à qua non est discedendum, omissis pluribus, hæc sunt, quæ magis stringunt. tex.
20 † in d. c. dilecti, dum inquit, non esse quærendum qualis actio intẽtetur, sed simpliciter & purè quod sit factum propositũ inuestigandum. & cum quæstio de iure Ciuili dubia esset, id autem clarè de iure Canonico decisum, standum videtur decisioni illi: vt per præalleg. & quamuis Deci. hic tex. illum parum facere dicat: quum non loquatur de nomine actionis, sed de actione simpliciter. & secũdum communem Doct. intelligentiam, oporteret dicere sublatum esse de Iure Ciuili actionum vsum, correctaq; iura ciuilia, quæ introduxerunt actiones: quod absonum est dicere. Secundò quia tex. se restringit ad formam Canonum, ita quòd de iure ciuili seruari non debet: ex quo facit expressam differẽtiam. quibus motiuis respond. nituntur Mod. Taur. & Ripa in locis præalleg. tu clarius respond. Ad primum, ꝙ immo loquitur de nomine actionis, sicuti probant illa uerba, nõ ita subtiliter. quod verificatur, quando actionis intentatæ nomen inquiritur: secus si simplex narratio facti ex qua resultaret actio, quia tunc nõ esset ita subtilis & scrupulosa inuestigatio. & hæc videtur vera intelligentia ad illum text. qui sic inducendo probabit ineuitabiliter communem conclusionem. Item probat in illis verbis, sicut à multis fieri solet: non dicit de iure ciuili, vt ibi per Abb. in prima col. & eo tacito transcribit hic Ripa in secunda, sed dicit à multis pertinacibus uidelicet & cauillosis, qui nomen actionis requirebant. Ad secundum argumentum respond. nullum fieri ibi verbum de exclusione actionis secundum ius ciuile: & uerba illa secundum formam Canonum, stant & ponunt causatiuè, vt hic per Moder. Taur. col. 4. quæ declaratio melior est, quàm prima per eosdem facta. quæ confunditur manifestè per verba illius tex. Concludamus igitur pro opin. ista esse ibi casum.

21 Secundò probatur ratione. † non debemus alicui laqueũ parare, nec auditur qui sic agit, c. litteras. de restit. spoliat. l. 1. & 2. ℣. de formul. si requireretur expressio nominis actionis, id sequeretur. nam proponendo actionẽ ineptam, actor succumberet. vt per gl. & Docto. in d.l. 1. de edend. ergo euitandum, vt per Abba. in d.c. dilecti, col. 4. & Maria. Socin. in d.c. secundo loco suprà alleg. Tertiò consuetudo optima est legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de ll. ea vera obtentum, ac declaratum est, expressionem nominis actionis non fieri: ut per glo. in auctẽ. de exhibend. reis. in verbo libellum. & per Soci. loco præalleg. ergo &c. Quæ tò probatur per rationem adductam à Socin. in d.c. secundo, col. secunda, articuli 11.

22 Ad l. fina. de interdic. & de formulis † respond. vt hic per Moder. Taur. & Ripam. col. 4. & 2. post Salice. tamen, & per Deci. clarè in d.c. dilecti, col. vlt. vel subtilius, vt per Bal. in d.l. prima, in principio, in vlt. col. de edend. quòd accipiendo actionẽ in exercitio, & in concreto, actio est concreta causę & facto: ideò illo proposito, proposita censetur actio; dummodo causa sit specialis, ita intelligitur d.l. fina. de interdic. secundum Bald. ibi, & in cons. 161. ad finem. incipiente Libellus, vol. 2. ubi dicit, quòd proponens causam in libello censetur actionem proponere. idem uoluit Bar. in d.l. prima, col. fina. & Deci. in d.c. dilecti, col. ult. fortiùs uidebatur obstare tex. d.l. fina. dum copulatiuè loquendo subiungit, & allegationes proponere, ergo ultra narrationem facti requiritur etiam expressio nominis actionis: ut hic per Ripam, col. 2. Sed respond. quòd intelligitur de causis & rationibus iustificantibus intentionem suam, quæ omnia in litis initio exprimenda sunt, si non uult succumbere.

Limitatur primò conclusio prædicta, nisi esset consuetudo, aut statutum de proponenda, ac exprimenda actione secundum præallegatos scribendo quod

quod clarissimi iuris est.

Secundò limit. quãdo plures actiones & ex narratione ipsius facti ad eundem effectum resultarẽt. l. si duo. ff. de solut. tradit Deci, hîc, & melius in d. c. dilecti, col. fi. & Soci. loco proximè alleg. ex quorum dictis patet solutio ad motiuũ Ripæ hîc, quod fuit aliorum, vt ostendunt scripta Socini & Decij præalleg. Tex. tamen in d. l. si duo, in oppos. videtur posse retorqueri; quum ibi esset magna differentia (ut iurisconsultus inquit) quæ nam actio, ex illis duabus intentaretur, propter temporalem exceptionem competentẽ contra vnam, non autem contra alterã; nimirum si requiritur expressio & declaratio actionis intẽtatæ, ne tollatur reo ius deliberandi; contra d.l. primam de edend. secundum Paul. Castr. ibi, & Bal. in l. 1. ad fi. ℣. de act. & oblig. quod adhuc intelligas reo opponente, aliàs procederet libellus, vt ibi per Paul. de Cast. quando ergo actiones essent paris potentiæ: nec esset differentia, quæ nam actio intentaretur; secus esset.

Tertius articulus subtilis est & disputabilis, vt per las. in d.l. 1. in principio, colum. penultima & fina. de edend. & hic in 5. colum. vbi Mod. Taur. etiam. 5. Curt. & Ripa. 3. quæ omnia prius cumulauit Felin. in c. examinata, in vlt. char. de iud. qui, (vt dixi) nituntur hic respond. prædicti Taur. & Ripa. cum las. transit Curt. Deci. nihil dicit, & miror, saltem studio contradicenti ipsi laso. more suo; aut saltem non detexerit furtum, quum fuerint dicta
23 Felini, vt dixi. † Pro veritate opinio Innocentij & communis, quòd expressio actionis ineptè non habeat uitiare facto aptè proposito, aut probato, in puncto iuris malè defendi potest. per tex. l. primæ
24 in §. 1. ff. si mensor falsum modum dixe. † ibi, si autem ex locato, aut conducto actum fuerit, dicendũ erit intentionem non tenere. & responsio glo. ibi, quòd causa pariter inepta fuerit, vt quia actor dixerit locasse, ubi non cadebat locatio, est manifesta diuinatio. vt dicunt Abbas Aret. & Barb. in d. c. examinata. immo tex. ille oppos. innuit, quòd actio tantùm fuerit ineptè expressa, non intentio: ut per Socin. in d.c. 2. char. 11. versicu. circa secundum. Moder. Taur. hic in 5 col. dicunt, quòd licet ibi intentio accipiatur pro animi motu, qui in iudicio explicatur, vt in l. fina. ℣. de codicill. & sit sensus, nõ posse tunc obtineri ex locato & conducto, prout actum ineptè fuit. tamen non vult dicere, quòd non possit obtineri ex illo edicto iustificata intentione. quæ declaratio confunditur per illum text. dicentem non tenere intentionem, quę intentio contra agrimensorem dirigebatur, expressa ineptè actione, quum igitur dicat intentionem non tenere, innuit nullo modo obtineri posse: quum verba generalia sint & prægnantia. præterea fatuum esset dubitare, & decidere, an actor ibi obtineret in actione ineptè deducta. Ripa hic, col. 3. aliter respond. vitiari ibi libellum & intentionem propter repugnantiam & contrarietatem, iuxtam l. primam, infrà de furt. & l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. quum actio illa locati. repugnet actioni in factum descendenti ex illo edicto competenti propter necessitatem officij. l. quędam. ff. eo repugnantia igitur est illa, quæ libellum ineptum reddit. & miror quòd præfati Modernio. non referant auctores suarum opinionum; fuit enim Baldi, Areti. & Socini in locis suprà allega. facit pulchrum dictum Bald. in l. ordinarii. column. 3. infrà. de rei uendi. quòd ubi ex formali libelli apparet contrarietas, intolerabilis est libellus: nec esse necesse exceptionem seu oppositionem contrarietatis actionum facere. sed ut dicam. ℣. expresio illa uidetur per errorem facta, ideo contrarietas talis in consideratione non est: ut hic per Moder. Taur. col. 6. ratio ergo repugnantiæ non est illa, quæ reddat libellũ ineptum & intentionem nullam; sed propositio actionis ineptè à prætore non concessa: ut dicit ibi tex. in principio.

Nec refragatur ratio æquitatis, fundamentũ Canonistarum in d.c. examinata, quia succumbit rigori scripto. in d. §. 1. iuxta l. placuit, ℣. de iud. Nec obstat ꝙ ex qualitate actionum iudicetur agentis intentio, ut ibi per Abb. quia potest procedere in dubio: sed quando intentio manifestè est inepta, ut in
25 proposito nostro, secus. † nec ex probationibus aptis inepta sustinetur intentio. Bal. in l. j. in fin. ℣. de iurisdict. omn. iud. Felin. in d.c. 2. column. 3. & Deci. in consil. 83. colum. 3.

Attamen non est à communi opi. recedendum, quæ æquior est & benignior. quia expressio inepta & inutilis per errorẽ facta uidetur, uitiariq; potius debet, quàm uitiare & obesse. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præfid. l. quæ extrinsecus, de uerb. obl. cũ aliis adductis per Soc. loco præalleg. factumq; aptè narrans censetur proponere & exprimere actionẽ in concreto ex facto (ut dixi) resultantem. & quãuis simul proposuerit ineptam, dicẽdum est libellum potiùs sustineri debere ex apta proposita in cõcreto, quàm per expressam ineptè uitiari. argu. l. si quis intentione. ff. de iudi. & l. quotiens, de uerbo. obli-
26 gatio. maximè quum † pars inepta libelli aliã partem aptam non uitiet. Aquen. latè. ℣. in 10. col. optimeq; probari uidetur (quicquid alii dicant) in d.l. vnica in prin. ℣. de vxo. rei actio. ubi actio ex stipulatione à lege data ad exigendum dotem, nõ uitiatur per inutilem expressionem alterius stipulationis. Ita actio inepta ex iure rectè proposito resultans, tanquàm à lege concessa uitiari non debet per aliã ineptè expressam.

27 † Et pro communi opinio. prædicta ultra allega. suprà addite Fel. in c. qualiter & quando. el j. col. 2. & 3. de accusa. & in c. cum ordinem, in primis col. de rescrip. Marsil. in l. unius in §. custodię, colum. 2. & 3. de quæstionib. & Brunum in tracta. de forma char. 54. column. j. & ad §. primum d.l. primę bona est communis solutio, fuisse ibi expressam causam ineptam, ut iura iuribus concordentur. Quæ conclusio clariùs procederet, quando expressio actionis ineptè non esset facta in conclusione libelli, sed in narratione: quum non attendatur narratio, sed conclusio. nam modus agendi substanualiter in conclusione consistit. l. si uoluntate, infrà de rescind. uend. secundum Bald. hic in repetitione, column. 8. in fin. & scriben. in d.l. j. de edend. Socinumq; loco. ℣. allega. ponentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

alium casum, vbi absque dubio procederet communis conclusio, quãdo in libello apposita fuisset clausula, super quibus omnibus & singulis coniunctim diuisim, & omni meliori modo possibili peto ius & iustitiam ministrari. vt voluit etiã Ripa hic,col.3.licèt de Socino & alijs verbũ non faciat.

28 Et si quæras,†utrum sit necesse in libello exprimere an agatur actione directa,vel utili,tangit Ias. hic unũ uerbum. uidete Bar.& alios in d.l. si duo. & Socin.in loco prælleg.

Noto secundò ex isto tex. ibi,speciem futuræ litis demonstrat,† ꝙ libellus debet ita clarè per actorem edi, ꝙ reus intelligat figuram dictæ litis, & id super quo litigandum est, ut possit deliberare, an uelit cedere, uel contendere. prælegata l. prima secundum Soci. Rimin. Deci.& alios.ideo libellus generalis & obscurus non procedit parte opponente, aliàs secus. quia censetur iuri suo & fauori renunciare: & imputãdum est illius negligentię.l.fi. ubi Bar. & alij not. ĩ. de anna.except. interest autẽ plurimùm in modo opponendi & prachcandi, ut hic per Soc.Rimin.Ias.& Mod.Taur.col.6.& Dec. in d.c. dilecti, col.fina.& dicam etiam infrà.

Limita prędictam conclus. in summarijs, in quibus procedit libellus generalis, etiam quòd pars
30 opponat: † quia aliàs non esset speciale in illis, ut per Ias.hic,& in d.l.prima,col.1.& in l.unum,col. fi.si cer.per.sed Deci.& Curt.hic tenẽt oppos. post Bar.& Alex.per eos alleg. quòd dictũ Bar. & conclusio prædicta intelligatur parte non opponente, iuxta regulam,d.l.fina.quam ibi Bar. allegat. nam esset absurdum,libellum generalem procedere parte opponente; quia hoc modo tolleretur sibi defensio, quod fieri non debet, nec potest, etiam in summarijs. Clem.sæpe.de uerbo. sign. & ad motiuum Ias. respon. ut per eos post Alex.

Opiniones tamen prędictæ fædere distinctionis concordari possunt,vt decisio Bar.procedat.quando ex narratis potest apprehendi & cognosci quod velit sibi actor; & sic non sit tanta generalitas & obscuritas, quæ dictam deliberationem impediat: aliàs secus. Ita se declarat ibi Bar.quem sequuntur Felin. in d.c. primo, col.3. de litiscontest. Aquens. hic, col. 4. & faciunt festum sibi ascribentes Mod. Taur.in 3.& Ripa in 4. nullam de prædictis facientes mentionem. & quamuis libellus generalis procedat parte non opponente, sequi tamen non po-
31 terit sententia condemnatoria, † nisi generalitas per probationes in promptu liquidetur. per text. cum gl. & Bar.in l.prima, in §.si quis argentum.ff. depositi. vt hic per Deci. & prealleg. & per eundẽ Deci.in d.c.dilecti.col.fin.& in consil. 83. col.1.

Sumpta hinc occasione Moder. Taur. Curt. & Ripa de libello generali & obscuro,incerto, vel al-
32 ternatiuo,† an & quomodo procedat; materia tricta est: infinita possent citari. recurrite ad Alex. in apostill. ad Bar. in d.l.fina. Socin. in d.c. primo & secundo de libell. obla. Felin. in c. pastoralis, col. 4.de except. & in d.c.secundo,col.3. &6. cum sequentibus. & eo casu, quo procedit libellus generalis, an possit similiter sequi sententia generalis & valeat; ponit Felin.ibidem. potestq; iudex ex officio actorem cogere ad declarandum libellum, quum sua interest, vt certam possit ferre sententiam: vt hîc etiam per Rimin.

Tertiò noto ibi, futuræ litis. secundum Deci. quòd per oblationem libelli non dicitur inducta
33 lis, † sed futura. propriè enim lis est propter contestationem, vt hîc per Rimin. Deci.& Ripam.inducentes ad quæstionem statuti facientis mentionem de lite,ut etiam per Alex.& Deci.in l.postquã liti,col.2.ĩ. de pact.per tex.in cap.ex parte, el 2. de uerb.significa.

34 Aduertendũ primò,quòd terminus litis.† æquiuocè sumitur pro instantia iudicij, & pro causa,ac iure deducto in iudicium. l.litis nomen.de verbo. signifi. l.lites, uel causas,ĩ.de transact.tradit Alex. in consil.22. lib.primo.quinimmo lis propriè potest capi pro contentione extraiudiciali. Abbas in d. c. ex parte, & Mod. in d.l. litis nomen. videtur mihi tex. in c. forus, de uerbo.significic.dum allegat
35 carmen Virgilianum quicquid dicat Aquens.in d. l.lites,vel causas. † immo fortius litigium dici potest etiam extraiudicialis contentio. Abbas in d.c. examinata,col.4.de iudi.

Aduertite secundò, quòd Deci.& prælleg. dicunt litem propriè esse post contestationem tantũ quod procedit, quãdo materia subiecta id patitur, vt hîc, aliàs etiam ante contestationem lis propriè dicitur.d.l.litis nomen,cum ibi not.per Moder.& ponunt Taur.in d.l.postquam liti, col.9.& Aquèsl.
36 pulchrè in d.l. causas.† lis ergo accipitur & ante & post contestationem secundum subiectã materiam
37 prout generaliter loquendo † verba intelligenda sunt.l.si vno.ff.locati.l.si olei.cum ibi not.etiam locati,ĩ. & l.insulam.ff.de præscript.verbis.not.Bal. in l.prima,col.4 ĩ.commodati.Roma. in cons.88. 211.& 509.Paul.de Cast.in l.Aristo.ad fin.principij.ff.de don.Are.in cons.160.in 6. dubio.& 163. col.fina. Alex.consi.37.col.2.108.& 120.uolu.3. 35.col.4 lib.4. 128.lib.5. & in l.2.in princip. col. pen.& fin.ff.de vulg.Socin.in l.2.in principio, col. vlt.ff.si cer.pet.& in l.in conditionib. in §.si patronus.ff.de condi.& demons. Felin.in c.nam concupiscentiam,col.prima & secunda de constit.Rimi. in l.prima,col.prima & secunda de iurisd.om.iud. Deci. in c. cum parati, col.2.de appellat.in consil. 120.160.164.& 589.col.fina.

Rursus ex eisdem verbis futuræ litis, colligi potest secundum Ripam, libellum esse dandum ante contestationem litis, immo ante citationem iudici, sed parti post. vos melius dicite, vt declarauimus post Alex. & alios in l.1.§.eod.

Sed cõtra hunc tex. & prędicta facit, quia quod
38 non est, demonstrari non potest: † quum qualitas sine subiecto esse nequeat. l. pen.cum simil.si cert. pet. sed quod futurum est, nondum est, ergo demonstrari non potest; nec esse qualitas eius, quod non est. Respond.secundum Salice.tex.nostrum se referre ad tempus existentis litigij, & sic nõ est qualitas in subiecto; quod erit quando lis erit.

Quartò noto ex isto tex.quòd actor potest emendare & corrigere libellum, secundum quod hîc dicitur. faciunt quæ dicentur in sequenti not. & intel-

& intelligitur iste tex.& prædictũ not.quando emẽdatio fit in forma & solemnitatibus libelli, aut in præiudicium ipsius actoris; secus in præiudicium rei, secundum Alex. quia ex assertione facta in libello acquisitum est ius conuento: cui assertioni contra ipsum libellantem standum est. prælleg.l. cum precum.cum glo. sequuntur hîc Ias. Aquens. col.6.& Mod.Taur.8.& Felin.in d.c.2 col.9. de li-
39 bel.oblat.ad quam quidem l.cum precum,† multa cumulaui suprà in rationibus dubitandi & decidendi. & vltra scias.l.illam procedere, etiam quòd bellus non sit scriptus propria manu libellantis,vt per Ias.ad fi. istius not.per Soc.pulchrè.col.fin.col. antepen.de libel. obl.

Sed oppos. verius videtur, quia statur verbis libelli quando quis perseuerauit, & litẽ contestatus est: quum emendatio tunc fieri non possit,ex quo acquisitum est ius conuento. aliud est ante litẽ contestatã, siue verba sint enũtiatiua, siue dispositiua. & hoc modo per.l. nostram tanquà magis spetialẽ & fauorabilem limitatur.l.cum precum, vt hîc per Rimin.Deci.& Cur.& prius per Socin.in cons.41. col.pen.& fin.lib.j. quæ opinio videtur mihi probari per hanc.l.nostram in sui generalitate, non poterit igitur emendatio libelli fieri post litis contest. & sic erit cautela secundum Cœpol.vt hîc per Cur. col.5. ꝙ reus statim contestetur litem, vel acceptet cõtenta in libello. Sed nunquid probato errore poterit reuocari confessio ibi contenta? Mod. Taur. hîc col.13.aiunt quòd sic.melius sentit Rim.distinguens in 3.col.faciunt quę scribit Felin.in.c. venerabilis,col.6.&seq. de excep. de quo latiùs videbimus in materia emendationis.

40 Ea tamẽ emendatio † fieri debet sine damno cõuenti: & si data sibi dilatione ad deliberandum re fectis expensis per eum factis,vt hac.l. nostrã in fine:vt per Ias.in l.2.col.2.ĩ.de instit.& substit.Cur. ĩ.col.4.& latiùs dicemus cum Bar.ĩ.

41 Iuxta hęc cadit not.dubitatio † quoties emendatio & mutatio ista libelli licita sit Paul.de Cast.in l. si quis intentione.ff.de iudi.Rimin.hic col. 11. Ias. 3.Aquens.7.Mod.Taur.14.& Ripa penul.& Ias.in l.quicquid.col.3.& 4.de verbo.oblig.posse illã fieri admittitq; semel tantũ volunt.Deci.hic col.3.opos.tenet, quòd etiã sępius fieri possit.quia secũ cõmunem sententiã,de quã infrà,taxatũ & prefixũ est tẽpus litis contestatę,emendationi & mutationi fiendę, quo tẽpore durante videtur emendationẽ sæpius posse fieri:quia eo casum locum nõ habet regula l.boues.§.hoc sermone,de verbo.signifi. vt dispositio quęlibet intelligatur de primo actu tãtùm per tex.l.sicut in annos.in princ. versi. & si ad tempus.ff.quibus mod.vsufr.amitt.vt plenè per Felin. in c.2,col.pen.in 4.lim.de tregua & pace.

A præcedenti tamen opinione, quæ communis est, recedere non oportet. optimeq; probari videtur in d.l.si quis iusiurandum,cui Deci. nõ respondet. pro qua opin.etiam facit: quia declaratio libelli fieri potest vsque ad sententiam secũdum cõmunes opiniones: vt per Socin.in d. c. 2. col. 72. in j.lim. cum aliis. ĩ.adducendis, tamẽ non admittitur,uisi semel.glo. est singularis & approbata per scriben.in d.l.quicquid, vt ibi per Ias. & per Feli. & alios in locis prælleg.atis. ergo similiter emendatio libelli & si fieri possit vsque ad litis contestationem,tamen semel tantùm admittendam,dicẽdum est,secundum communiter doct.

Nec obstat quòd regula.§.hoc sermone.non habeat locum quando potest quis aliquid facere infra certum tempus: quia in declaratione,emẽdatione,& reuocatione præl.non procedit,vt semel tantùm eæ fieri possint. Ias.in d.l.quicquid.col.3.& 4.
42 post Rapha. Comen.ratio est,† quia varia odiosa & suspecta censetur: ideo semel tantùm admittitur, secundum prælleg.atos. & probatur in d. l. si quis iusturandum, cum glos.in verbo iniquitate. ĩ. de rebus cred. vbi quia variatio iniquitas dicitur, lex semel tantùm illam admittit.

Possunt tamen hæc aliquibus modis restringi, vt hîc per Mod.Taur.col.14.sed non sunt propriæ limitationes nec de terminis regulę, erunt ergo declarationes ad not.prædictum.

43 Generaliter autem si vis scire,†quando liceat variare,vltra prælleg.ata,vide Petr. de Anchar.in cõs. 214 Franciscus Feli.in c. presentata, col.2.de testi. in c.fin.col.de præsump.in c.cum olim col.3. de re iud.in c.cum venissent,col.2.de iud. vbi etiam per Deci.& per eundem in c.quanto col. 3. de iudi. & Rochum Cur.in tract.de iure patronatus in verbo honorificum.in 10.quæst.

44 Quintò no.ex eo.tex.†admittente emendationẽ & mutationem,licitum esse se corrigere, variare & mutare opinionem & consilium.facit tex. not.in l. Diui fratres.ff.de iu.patro.cum multis aliis quæ adduxi.l.potest murare.ff.reg.iur.

Vltimò noto. ibi ius dicenti decernit æquitas. ꝙ emendationes, mutationes & ea quæ in iudiciis fiunt, ad arbitrium iudicis referuntur. bene igitur dixit Vlp.in l.j. de iurisd.om. iud. offi.ium iudicis
45 latissimum esse.† quia ferè omnia ad eum referuntur, quando casus non est per legem determinatus l.j. ff. de iure deliber. cũ pluribus hic adductis per Lan. Deci.in j.col.& Philip.in vlt.not.

Glo.j.editam actionem pro editione actionis accipit.& licèt Deci.improbet expositionẽ gl. sequẽs Bar.in j.col.tamen Bar.sequitur glos.declarando,vt voluerit intelligere de editione actionis prout est in facto: & sic de editione effectuali ac ipso libello quemadmodum communiter intelligunt Doct.vt hîc per Rimin.& Aquens.& consequenter glo. habuit sanum intellectũ, licèt verbis congruis vsa nõ sit.sic etiam intellexit hic Bald in 3.col. paduanę repetitionis. dum exponit edita actio, idest actionis editio idest libelli petitio actionem continens, sed potest aptius meliusq; exponi intelligendo propriè de actione in concreto, quæ resultat ex propositione facti, quæ speciem futuræ litis demonstrat, vt apostillando litteram dixi.

Notandumque est dictum Bart. de participio
46 præteriti temporis. † quod rem perfectam significat. ut latius per Deci. idem est de participio præteriti perfecti temporis, vt suprà per Rimin. in j. col.facit tex.not.in l. si quis id quod, cum not. de iurisdict. om. iud.

Glos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glos.2.diuiditur in duas partes. In prima declarat & exponit tex. timore vnius contrarii formati eleganter per.Bal.3. in 3. col. dum opponit contra tex. in verbo speciem. quum potius indiuiduum ostendere libellans debeat,descendendo ad singularia & indiuidua:ad spetiem verò generalis sit & obscurus. Ideo glo. respon. vt in ea. In secunda parte ibi recita, hîc timore contrarii, quod formaT Bar.glo. dicit. recitanda, quę posuit in d. l. prima. Ex prima parte glo.colligitur declaratio ad tex. nostrum. quem tamen melius declarauimus apostillando litteram.

Glo.magna diuiditur in quatuor partes principales. In prima ponit materiã emendationis. In secunda materiã mutationis. In tertia materiã cumulationis.In quarta formattres quęstiones, & respõdet.Secũda est ibi,subiicit de mutatione.Tertia ibi, sed cumulatio.Quarta ibi,sed nunquid. Iterum prima subdiuiditur in quinq; particulas.In prima declarat per exempla quid sit emẽdare libellum.In secunda vsque ad quod tempus id possit fieri. In tertia quęrit & soluit. In quarta & quinta renouet duo contraria. Secũda est ibi,quod quidam. Tertia ibi,sed quare.Quarta ibi,si autem. Vltima ibi item. Secũda pars subdiuiditur in duas particulas.In prima ponit quid sit mutare libellũ,in secunda vsq; ad quod tempus possit mutari. Secunda est ibi circa. Tertia pars principalis subdiuiitur in quatuor partiẽ culas,in prima ponit regulam affirmatiuam in materia cumulationis.In secunda excepti. in tertia aliã in quarta redit ad id quod secundo loco dixerat de mutatione & ampliat.secunda ibi,nisi per tertia ibi nisi actio.quarta ibi quod dixi. Quarta pars principalis subdiuidi potest in tres particulas prout tres format quæstiones.

Expediam hanc glo.per partes.simul cum dictis Bar.& Doct. Sciendũ primò est ,p declaratione ma-
47 teriæ,†quid sit libellus,de quo hic post alios tradit Ripa col.j.& latius Socin. in rubr.de libelli oblatione. & alibi sæpe Doct. contra quorũ diffinitiones obstat tex.in l.fi. ℣.de annali excep. quæ vult libellũ generalẽ procedere,& sic quàmuis dilucidè & clarè litem futurã non demõstret,iuxta prædictas diffinitiones.Respon.de essentia libelli esse id facere, vt hac.l. nostra. quod statutũ fuit in fauorẽ conuenti, qui potest beneficio & iuri suo renuntiare nõ contradicendo generalitati libelli: & erit ei imputandum, diceturq; libellus improprius & irregularis.

Secundò videndum est, quid continere debeat
48 libellus. † de quo hic latè per Bal. in repetitione & scribe.in l.j.ff.eo. concludentes ℘ sicut syllogimus apud logicos cõstat ex tribus propositionibus quas dicunt propositionem, assumptum & complexionem,ita libellus apud nos ex tribus constituitur.primò vt narret.secundò vt causam narrandi dicat, ℘ medium cõcludendi appellamus. post modum vt concludat, in qua conclusione secundum doct.
49 consistit virtus totius libelli. † Modus enim agendi substantialiter stat in conclusione secundum Bal. ℣.col.8.repetitionis.

De materia verò istius secũdi euidentialis. Bar. & Doct.se remittũt ad ea quę dicuntur in.l.j.ff.eo.

Tertiò ,p declaratione gl. & dicendorum. sciendum,est, quæ sint iudicia vniuersalia, generalia &
50 singularia.† declarant.hîc Salic. & Alex.col.j. Iaso. 4.Deci.& Ripa.7.Soc,plenè c.2. articulo. 17. cum tribus sequentibus de libel.oblat. & Ias. in rubr.℣. de iudi.formas verò libellorum in prædictis reducendo ad practicã ponunt Soc.loco præall. & Ang. Aret.instit.de actio.in pluribus locis.differunt etiã
51 dispositio vniuersalis & generalis; † vt per Deci.in l.omnia. Si cer.peta. & in consil. 30. de quò latiùs scripsi in l.fin. ℣.de pac.

His præmissis aduertẽdum est circa principium gl.in quantũ declarando quid sit emendare. id esse subiicit,vt cũ primò petebã minus,nunc plus vel econtrariò.non enim diffinit,vt aliqui reprehendendo gl.intellexerũt,sed exẽplificat vt hîc per Decios & Aquens.col.3.& 4. & quicquid dicat dominus Philippus.Lancel.reprehendit gl.eò quòd ineptè respondeat exemplificando, non describendo aut diffiniendo.sed non meretur reprehendi, quum non quæsierit quid esset emendare. Sed declarando materiam dicit emendo quum primò petebam &c. In hocque non est error. declarãdo tamen vt per Bar. in 3.col.in ver.quando volo emendare. Iaso. Deci. & Aquens.prẽallegatos,& Socin.in d.c.2.artic.25. de libelli oblatione,col.j. & 4. in 3. limitatione. ex cuius dictis colligitur solutio ad motiuum Iaso. vt hîc respon.Deci.Quid verò sit emandare, dicam latius. ℣.cum Bar.

Ex prima parte glo. duæ colliguntur conclusiones. prima quòd in iudicio vniuersali & generali legitima sit emendatio libelli vsque ad sententiam per iura in glos. alleg. Bar. hîc in 2. col. post
52 Petrum & Cyn. hanc concluſ. reprobat. † quia in petitione hæreditatis actor principaliter petit pronunciari,se hæredem : bona hęreditaria veniunt postea in executione. vnde si ad conuentum iudicio pendente aliquid peruenirent, id in isto iudicio magis virtute actionis absolutè propositæ,& ex sua natura quàm virtute emendationis veniret. propterea subiungit Bar. quòd si actum fuisset petitione hæreditatis ad vnam rem singulariter non posset fieri emendatio nec additio alterius rei post litem contestatam sicuti nec in aliis iudiciis singularibus.l.non potest.ff.de iud.intelligit ergo Bar. iura alleg. per glo. quando conclusio actoris fuit generalis, vt quia petiit se hæredem declarari vel sibi hæreditatem restitui.non restringendo se ad res particulares,aliàs secus.

Articulus subtilis est,& de apicibus iuris.† præ
53 dicta conclusio probatur in l.4. in l.si quo tempore, in l. licèt minimam. ff. de petit. hæredit. vbi ille qui egit vniuersaliter petitione hæreditatis in executione obtinet per officium iudicis restitutionem omnium rerum hæreditariarũ quas conuentus etiam postea possidere cœpit. secus ergo si ad vnam rem tantùm petitione hæreditatis egerit. & quòd post litem contestantem non potest emendari libellus addendo probatur, quia aliàs quantùm ad hoc sententia daretur lite non contestata, & sic nulliter. l. prolatam. cum ibi no. per glos. & Bar. ℣. de senten. & interlocu, om. iud. & hanc

hanc concluſ.Petri,Cyn.& Bar.approbant cõmuniter Doct. vt hîc per Alex. & Aquens. in primis col. Iaso.4.Cur.7.& Mod.Taur.18.Abba.in d.c.2. col. 10.de libelli oblatione,vbi per Mari.Soci. artic. 25. in 8.limitatione,& Felin.in 7.col.

Speculator, Fulgo. Paul. Castren. Ang. Aret.& quidã aliis Mod. Papiẽses, vt hîc in principio refert Aquens.& Soci.in d.c.2 col.35.versic. quinimmo videtur fortius, tenent, ℘ licèt in libello petitionis hæreditatis expressa fuerit vna res, addi possit alia & specificari post contestatam litem contra Bar. & sequaces.Primò per tex.in d. l. si quo tempore vbi hæreditatis possessor, licèt tẽpore iudicii contra eũ intentati certas res tantùm teneret & possideret, si postmodum alias possidere cœperit, tenebitur pariter eas restituere. Secundò per tex.in §. si minus. versic.in eodem iudicio.Insti.de actio. Tertiò,quia si hoc in executione peti potest, vt dicunt Alex. & alii,multò magis ante sententiam.arg.l. peremptorias,cum ibi no.℣. sententiam rescin.non posse.vbi exceptio peremptoria sicut potest opponi post litem contestatam vsque ad sententiam, ita etiam ante litis contes. Quartò,quod est tanquàm accessoriũ ad principale iudicium venit in eodem, vt probatur in l. non potest. ff. de iudi.in l. 4. & in l. si quo tempore, prę allegatis: hæc huiusmodi sunt, ergo &c.vt hîc per Aquens.col 2. & Deci.5.

Alex. & prælleg. improbãt prędictã opin.Fulg. Ad.l.si quo tempore respond.non fuisse ibi actũ petitione hæreditatis ad vnam rem, sed vniuersaliter secundum naturam actionis prædictæ.l. 4.& leg.regulariter,eo.tit.vt.℣.latiùs probabitur.nimirum si conuentus etiam alias res,quas postèa cœperit tenere,restituit.

Ad tex. in §. si minus respon. hîc Alex.col.j. cuius tex. sensum & intellectum clarius latiusque.℣. excutiam.

Ad tertium argumentum respond. vt hîc per Aquens.col.j. & 2.

Ad quartum & vltimum respon.negando quòd res hæreditatæ sint accessoriæ ad petitionem hæreditatis; præsertim vbi ad vnam rem actum fuit: & sic alterata natura petitionis hęreditatis,in qua veniunt omnia.per prælleg.

Socinus hîc in 2.col.saluando Bar. ab impugnationibus prædictorum dicebat, quòd aliquando quis petit aduersarium sibi tanquàm hęredi condemnari ad rem aliquam particularem, tamen non petiit se hæredem declarari, & tunc ad rem illam tantùm condemnari potuit: non autem ad restitutionem aliarum rerum superuenientium. Ita procedit conclusio Bar. per d. l. non potest, quum in isto iudicio non declaretur hæres, ex quo non est
54 petitum, iuxta l. fin. ℣. de fideicommiss. libertat. † ibi,nullum iudicem ita esse stultum putamus. & c.licèt Hely.de simonia,cum ibi plenè not. per Felin.in antepen.col.vsque ad finem Nattam in repe. clem.in versic.non sic in primis col.de verb.signi. Alex.& Iaso.in l.vinum.col.fin.si cer.pet. Alex. in cons.54 lib.5.Socin.in l.quotiens, de condi.ex demonst. & Aquens. in l. j. ff. de offi. assel.in vlt.col. Aliquando petit quis se hæredem declarari,& condemnari aduersarium ad restitutionem alicuius rei particularis:& tunc aliud est.l.4.de pet.hæred.nam ex quo petiit declarari se dominum omniũ rerum: ergo superuenientia includuntur ex natura finis actionis intentatæ; saltem virtute declarationis factæ. & secundũ Soci. ista est mens Bar.qui dicit,aut ago vniuersaliter, in quo iudicio principalis intentio, est, vt declaretur hæres: aut ago particulariter ad vnam rem &c. Ex quibus verbis apparet,Bar.nõ intellexisse quòd peteret se hæredem declarari, ex quo illud est principale in petitione hæreditatis. & sic dicit ipse non solùm poterit executio peti, sed etiam proferri sententia.quũ enim Doct. fateantur posse implorari officium iudicis in executione, debet pariformiter posse implorari dũ sententia profertur.argum. l.Aediles in §.itẽ sciendum.ff.de ędil.edic.& c.cui licet,de reg.iur.in 6. Deci.hîc in 4.col.improbabat confidentionem Socini,quia etiam actor primo casu censetur petiisse declarari se hæredem in necessarium antecedens, & ita etiam voluerunt Alex. in rub. ℣. qui admitti.Feli.in c.2.col.8. in fine de libel.oblat. Rimin.hîc col.4.& Mod.Taur.18. Secundus casus Socini est contra Bar. & communem concluſ. scribentium intelligentium d.l.quartam & l.si quo tẽpore.quando cõclusio fuisset generalis, aliàs secus. Ad alias rationes Socini respondebimus. ℣. referendo opin.Rimin. & Deci. & quicquid dicat Socin. alia fuit intentio Bar. volentis vim facere in conclusione. quia si actor vniuersaliter concludat hæreditatem sibi restitui, vel se declarari hæredem, vsque ad sententiam poterit tunc fieri declaratio: quum omnes res hæreditariæ contineantur virtute actionis vniuersaliter propositę.secus si ad vnam rem particulariter concludat, quanquàm saltem tacitè se hæredem declarari petierit; quia virtutem actionis vniuersalis restrinxit ad vnam rem tantùm se arctando,vt.℣.dicam.

Fulgos. Paul. Aret. & Socin. ℣. relati. † tenent
55 opin.contrariam opinioni Bartholi,& idem tenent Rimin. hîc col. 4. Deci. 5. post Card.Butr.& Barba.mouentur pluribus mediis. In primis, quia vt inquit Bar. & probatur in iuribus alleg. per glos. petitio hæreditatis sui natura vniuersalis est actio, ideo non videtur quòd restringatur per expressionem illius rei particularis, nec mutetur illius substantia: sed solùm additur circa illud, quod venit accessoriè officio iudicis ad ius petitum. l. regulariter. ℣. alleg. & sic expresio illius rei particularis non repugnat naturę petitionis hęreditatis intentatę,sub qua includitur res superueniens ex natura ipsius actionis.Seruandum est ergo in tali iudicio id quod in iudicio petitionis hęreditatis obseruatur. Secundò, quia esset maxima restrictio ad iura alleg. in glos. quòd non habeant locum, quando vna res fuisset specificata. Tertiò, quia contra tex. prędall. l. quartæ, vbi erat controuersia de vna re, ad quam petitionem hæreditatis actum fuerat, & tamen fit executio in aliis rebus, quas postmodum reus cœperit possidere. qui de tex. secundum Cur. confundit opin. Bar. & communem. Quartò,quia exprimitur quod tacitè inerat,vt con

uentus

Universidad de Deusto
Biblioteca

uentus restituat, quæ possidet.l.regulariter. eo. titulo de petitione hære. ergo eius expressio nihil de bot operari.l.3. de leg.j. Quintò, intentata petitione hæreditatis sui natura vniuersali, si per eam petatur res particularis, dicere quòd assumat naturam particularium, vt faciunt Bar. & prælegati, est impossibile: quum naturalia immutabilia sint. §. sed naturalia. Inst. de iure naturali. Sextò, quia in istis iudiciis vniuersalibus sufficit declarationem & liquidationem eorum, quæ petuntur in executione fieri: vt per glo. Bar. & alios. in l.j. ff. de edend. Ideo antea non est necessaria, ergo si fiat, & minus legitimè, nocere non debet, nec alterare naturam ipsius actionis vniuersalis. argu. l. vnicæ in princi. ℣ de rei vxo. act. Septimò, quia officium, iudicis in executione sententiæ implorari potest. d.l.regulariter, ergo & anteà in prolatione, per ea quæ suprà dixi. Octauò & vltimò, quia sententia condemnatoria ferri poterit ad restitutionem super rebus post à specificatis & declaratis; quàmuis non fuerit facta alia litis contestatio. argu. §. item sciendum. ℣. alleg. aliàs sequeretur inconueniens, quòd possit haberi ratio
56 † de his in executione sententiæ, & non in ipsa sententia: quum executio non possit iuridicè fieri vltra contenta in sententia. l. ab executione. ℣. quorum appell. non recipiantur.

Non obstant modò adducta pro cõmuni: quia, vt dictum est, oppositum potius probant, quum sit violentia & restrictio velle illa intelligere, vt solùm procedant, vbi res esset specificata. Secundò non obstat fortissima illa ratio de contestatione litis sine qua ferretur sententia, & sic nulliter quò ad res additas & specificatas post litiscontestationem, quia potest vno modo respon. secundum Rimin. hic in 4.col. & retuli. ℣. quòd isto casu non est necessaria litiscontestatio super his, aliàs sequeretur incõueniẽs de quo suprà quod est euitãdum l. nam absurdum de bon. libert. vel subtilius respon. potest, secũdum eundem Rimin. in 4.col. & tacito auctore transcribunt hic Deci. col. 5. & Cur. 7. quòd ex quo ageba tur de petitione hæreditatis, satis est contestationem factam fuisse vniuersaliter super lite; & videri factam super toto iure hæreditario. facit §. item sciendum. ℣. alleg. & melius regula. l. in toto & pars continetur. ff. de reg. iur. si igitur litis contesta tio facta fuit super toto iure hæreditario, ergo & super parte: sicque super rebus additis & postmodum specificatis.

Attamen non est recedendum ab opin. Bar. & communi per suprà alleg. quæ non sunt sublata per responsiones tenentium contrariam opin. vt,
57 infrà apparebit. In primis conclusio probatur † in d.l. 4 pet. hæred. vbi licèt de vna re solùm controuersia esset, hæreditas tamen petita fuit, vt patet in illis verbis, si hæreditatem petam ab eo. &c. Sicque non fuit actum ad illam rem solùm de qua controuersia erat, sed ad hæreditatem: nimirum si alias res, quas posteà possidere cœperit conuentus restituit, & hoc sensit ibi glo. super verbo restituit, quicquid dicãt hic Modern. Taur. in 18. col. probatur etiam in d.l. si quo tempore, vbi possessor conuentus fuit petitione hæreditatis, ergo vniuersaliter non particulariter. prætereà iura illa loquuntur de restitutione rerum hæreditariarũ, quæ fieri debet officio iudicis cõpellentis posteà possessorem restituere, non quòd condemnatio fuerit facta ad restituendum dictas res, quas posteà contentus cœpit possidere: & sic venit illud in executione, non incondemnatione. de hoc. n. ibi verbum nullum. Et hunc credo verissimum esse intellec. ad iura prædicta. Fateor quòd procederet, quàmuis in conclusione agens ad vnam rem tantùm se restrixisset; vt hic per Alex. col. 2. quia actor pronunciaretur hæres iuxta petita, & fieret condemnatio ad illam rem specificatam. Inde victus alias res officio iudicis compelletur restituere, vt in prædictis iuribus habetur; sed non fit condemnatio per primã sententiam, vt per Alex. in 2.col. Multùm autem refert, vtrum id veniat in executione vel fiat condemnatio per sententiam ad restituendum res hæreditarias, vt infrà dicam.

Ex quo patet, malè sentire Abba. & sequaces. in c.2.col. 11. de libel. obla. quòd vbi actor se restrixit ad vnam rem, videtur restrinxisse virtutem actionis vniuersalis. arg. l. ſi. in §. vltim. ff. de vino oleoq; leg. hoc. n. non est verum; quia agens petitione hæred. licèt vnã rẽ expresserit & specificauerit, obtinet in actione vniuersaliter intentata. iuribus ℣. alle. & sic non restringitur virtus vniuersalis actionis, aliàs nec in re illa specificata obtineret; nisi pro nunciaretur hæres, et sic vniuersaliter dominus rerũ. l. hæreditas. de reg. iur. instit. de hæred. insti. in principium glo. & de rerum qualit. & differen. in §. j. tradunt scribe. in l.j. ff. eo. & Gozadin. Bonon. in cons. 50. col. 2. aliarum autem rerũ restitutionem obtinebit postmodum officio iudicis. d.l. regulariter. & diximus ℣. post Alex. sed post litem contestatam non potest fieri additio & specificatio prædictarum rerum, ad hoc vt feratur sententia condemnatoria super illis; quum sententia debeat esse conformis libello. iuribus. ℣. alleg. iccirco, quum pars in libello specificè non petierit condemnari conuentum ad restituendum dictas res per sententiam non poterit id fieri, sed fiet in executione seruato ordine iudiciario: vt. ℣. dicam. Probatur secundò communis conclusio, quia (vt diximus) si super rebus specificatis post litem contestatam iudicaretur, condemnando conuentum ad restitutionem, id fieret lite non contestata super rebus prædictis: ergo nulliter: non obstante quòd facta fuerit litiscontestatio super iure hæreditario seu petitione hæreditatis simpliciter intentata, vt dicebant Rimin. Deci. & Cur. quia non est facta particulariter & distinctè super rebus postmodum additis, sed vniuersaliter. ea autem multùm inter se differunt. Causa autem limitata limitatum parit effectum. l. adde. ℣. de transactionib. ergo litiscontestatio facta vniuersaliter operabitur in terminis, in quibus facta fuit in iudicio scilicèt vniuersali, vt in illo obtineat actor, non autem in specie in rebus particularibus, super quibus facta non fuit; quia actus agentium operarentur contra eorum intentionem. contra. l. non omnis, si cer. pet. et sic in executione oportebit probare quòd res illæ particulares sub toto continerentur seruato iuris ordine.

Non obstant nunc adducta in oppos. Ad primã rationem suprà relatam, quam adducunt tenentes contra Bar. respond. quòd uirtus actionis uniuersalis non restringitur per expressionem illius rei particularis, nec mutatur illius natura, & substantia. quia actor obtinet in iudicio vniuersali hæreditatis petitionis, & postmodum officio iudicis fiat restitutio aliarum rerum in executione, sed non fit condemnatio in specie ad illas restituendum, quia sententia esset difformis libello & petitioni, quæ id in specie non continet: ideo fieret sine litiscontestatione in specificatis posteà, & consequenter nulliter.

Ad secundum respond. q℘ prædicta iura non restringuntur, sed loquuntur, vt põderauimus. ℣. qñ hereditas petita fuit: & sic res hereditaria in specie non fuit petita. Vel aliter, qñ vna res tantùm fuisset specificata, eo tamen casu vniuersaliter obtinet in iudicio vniuersali. Sed restitutio aliarum rerum inde veniret officio iudicis in executione, non aũt in sententia, quum id specialiter petitum non fuerit; aliàs sententia non esset conformis libello. Et eodem modo respondetur ad tertium, quia licèt esset controuersia de vna re tantùm in d.l.4. non tamen dicitur ibi rem illam solam fuisse petitam; immo dicitur fuisse petitam hereditatem. quàmuis (vt dixi) idé esset respectu iudicii vniuersalis, si sola illa res expressa fuisset: quia ad illam rem fieret condemnatio, & pronunciaretur in eius fauorem in petitione hereditatis: & inde alię res venirẽt in executione officio iudiciis videlicet restituendæ.

Ad quartum respond. q℘ expressio aliter fit & ad alium finem quàm tacitè inesset: ideo nimirum, si multùm operatur; iuxta not. in l.3. de leg. 1. quãdo .n. non specificantur. & non probatur, quòd essent hæreditariæ, id posteà fieri debet causa cognita, ac plenè in iudicio executiuo, vt dixi, & dicam etiã. ℣. Sed qñ specificatæ fuerunt, & probatum hereditarias esse, fit in eis executio absque alia probatione & cognitione. Ex quo videtis quantùm sit vtilis & operetur specificatio & probatio dictarum rerum. Ad quintum respond. quòd specificatio postmodũ facta, non operatur, vt actio vniuersalis assumat naturam particularium: quia (vt dixi) obtinere non posset in re illa, nisi hæres esset. Sed bene operatur quòd non fiat condemnatio in specie, nisi ad illam rem specificatam, vt sententia libello sit conformis: vt hic per Cur. col. 7. nec verum dicit Rimin. petitionem hæreditatis esse de iure naturali, immo de iure ciuili iuribus notis. & sic. §. sed naturalia, nihil facit. Prætereà, & si in naturali sui generalitate immutabilia sint; tamen in aliquibus casibus alterari & mutari possunt: vt ibi per glo. & Ang. attamen præcedens responsio plenè satisfacit. Ad sextum respon. eodem modo quòd specificatio & additio aliarum rerum non habet nocere nec alterare iudicium actionis vniuersalis petitionis hereditatis; sed non operabitur propterea vt fiat cõdemnatio per sententiam ad restituendum res illas specificatas: & sic vltra formam ac modum petitionis ac libelli, & sine litiscontestatione in illis rebus particulariter specificatis. & licèt sufficiat fieri inde liquidationem in executione, † tñ longa est differentia inter prædicta. & inter unum casum & aliũ plurimũ interest. nã quando fit executio in re expressè nominata in sententia fit executiuè. sed quando fit in re non expressa in sententia, ex quo per officium iudicis nobile, hoc explicatur, seruabitur ordo iudiciarius. ficq; citanda erit pars, dandus libellus, & litis contestanda: ut per Bar. Alex. & alios in l. à diuo Pio. in §. in uenditione. & in l. intra dies ff. de re iudi. si post litis contestationẽ ante sententiam admitteretur additio & specificatio ad effectũ obtinendi sententiam, quantũ ad hoc sententia ipsa ferretur sine contestatione litis, & sic nulliter. Potest ergo fieri dicta liquidatio ante sententiã sicuti post, modò fiat debito modo in his, super quibus præcessit litis contestatio. Ad septimum & ultimũ respon. officium iudicis non posse implorari ante prolationem sententiæ, ut fiat condemnatio per eã dem sententiam ad restituendum dictas res posteà desiignatas & specificatas. Nec resultat aliquod inconueniens, quia quum non sit facta litis cõtestatio super rebus specificatis & postmodum additis, non potest ferri sententia condemnatoria quantũ ad illas: uenient tamen postmodum in executione officio iudicis: quia tunc iudiciarius seruabitur ordò. & super illis rebus (ut dixi) lis contestabitur: quamuis Iaſ. hic in 5.col. dicat restitutionem dictarum rerum iure actionis posse peti, sicuti officio iudicis à ueritate alienũ est, quia tantum officio iudicis id fieri potest: ut per eundé Iaſ. in uulga. §. nihil commune, col. 12. post Alex. ibi col. 16. & per Dec. hic, col. 5. & Aquens. 2. & utilitates resultantes ex hoc, an cõpetat officiũ iudicis, uel actio, ponit Alexan. in l.j. col. fi. ubi etiam alii scriben. ℣. eod.

59 Limitatur prædicta conclusio, † quæ habet ut quoties fit actum petitione hære. ad unam rem singulariter, ut non possit fieri emendatio libelli, addi tio & specificatio aliarum rerum post litis contesta tionem, ut procedat quando actor conuenire pote rat aduersarium ad illam rem quam addere & specificare uult post litem contestatã; ut quia reus illam possidebat, & actor sciebat. Sed si non fit quid sibi imputetur, cur à principio non petierit, tunc secus secundum Aquens. hic col. 2. argu. notatorum in c. pastoralis. de excep. & in l. exceptionem. ℣. de proba. cum dictis per Soc. in d.c.2.colum. 35. loco præallega. sed est contra communem opinionem & suprà alleg. imputandumq; est actori, si non fecit aduersarium condemnari ad restitutionem hæ-
60 red. iuxta d.l. quartam. & l. si quo tempore. † uel in libello apposuerit clausulam, & si qua alia cœperit possidere. quia tunc etiam lite contestata sententia posset ferri, & esset conformis libello: ut per Socin. loco præallega.

61 Infertur etiam ex prædictis, † quòd si quis peteret dimidiam partem hæreditatis, & lite contestata uellet petere totam hæreditatem, nõ posset facere; quoniam ius actoris intentatum fuit solummodo pro parte, non pro toto: propterea altera dimidia pars petitione sub prima claudi non posset. l.j. ff. de pet. hæred. secundum Alexan. & Rimin. hic. post Salice. Anto. de Butrio. & Pau. Cast. nisi secundum

Bal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bal. illa altera dimidia pars obuenirет per ius accrescendi pendente primo iudicio: ut hic etiam per Dec. in 6 col. & Maria. Socin. in c. 2. artic. 25. col. 5. in 7. fallentia. de libel. obl. opinio tamen Alex. uerior uidetur ut hic per Aquens. col 2. quia licèt accrescat & uniatur alteri parti, non tamen clauditur sub prima petitione. Ad monua Decii patet solutio ex dictis Aquensis, & ostendo clarius, quia licèt per ius accrescendi pars deficiens accrescat & uniatur parti petitæ, non tamen clauditur sub ea petitione, nec debet posse addi libello post litem contestatam; sicuti si petiissem partem unius rei à principio, non possem post litem contestatam aliam partem eiusdem rei edere. §. si minus, instit. de actionib. ergo multò minus si unita fuerit postea ac lite pendente superuenerit.

Ex prędictis colligite nonnullas not. conclusiones in materia petitionis hereditatis. prima est, q̃ ille qui egit petitione hæreditatis petendo cõdemnari conuentum ad restituendum rem aliquam hereditatis in specie, licèt possit declarari hæres, non tamẽ potest addi & specificari alia res lite contestata, vt super ea feratur sententia in petitione hæreditatis non procedente contestatione litis: ut hic per Alex. col. 2. & declarauit. ꝛ. nisi appositum fuisset illa clausulam, & si qua alia bona cœperit possidere, ut. ꝛ. dictum fuit. Implorari tamen poterit officium iudicis pro restitutione aliarum rerum possessarum, &
62 non specificatarum prædicto casu. † Sed in isto iudicio executiuo iudiciarius ordo seruandus erit, & requiretur causæ cognitio, probationesq; plenæ, vt. ꝛ. dixi de quo etiam per Bar. & alios scriben. in l. 1. ℣. quorum bonorum, & per Gozadin. Bonon. in consil. 50.

63 Secunda conclusio, † quando in libello petitionis hereditatis nõ solùm actum fuit uniuersaliter, iuxta. l. quartam & l. si quo tempore, prædallegatas, sed etiam fuerunt res specificatæ & designatæ, & super eis facta probatio; non solùm actor pronunciari debet hęres, vel ad eum spectare hęreditatem, sed fit condemnatio ad restituendum res specificatas & designatas, & summariè executio; nec erit necessarius ordo iudiciarius. ut per Bar. Ale. & alios. in §. in uenditione. & in l. intra dies. prædallega. &
64 ideò in practica † unà cum libello solebam producere listam vnam bonorum hęreditariorum ibidẽ designatorum, quorum restitutionem petebam; & probare possessionem defuncti tempore mortis, vt prolata sententia obtinerem missionem in possessionem dictorum bonorum.

65 Et si uultis uidere † libellum in petitione hereditatis, & quæ sint in eo iudicio probanda tàm pro victoria, quàm pro defensione cõuenti, uidete Bar. & alios in l. 1. ff. de edend. Practicum Papien. in forma libelli pro hęreditate ab intest. debita. & in forma libelli quo petitur hęreditas ex testamento. Bal. hîc in repetitione paduana col. 11. versi. post hæc. vbi dicit facti narratione proposita, satis esse quem petere sententiam pro se ferri: quia includit omnia necessaria, declarationem uidelicet & restitutionẽ. Clariùs tamen loquẽdo concipiatis, vt per Bar. Bal. & alios in d. l. 1. quorum bonorum, cũ illa clausula. Et si qua alia bona cœperit possidere, &c. de qua suprà dixi. videte etiam Aret. in d. l. is potest. Alex. in consi. 73 lib. 5. ubi ponit, q̃ agens petitione hæred. nõ habet necesse fundare se in dominio defuncti, sed solùm habet probare quòd res fuit tenta & possessa per ipsum defunctũ tempore uitæ & mortis, iuxta l. item uidendum. §. fin. cum l. seq. de pet. hæred. & notata pulchrè per Pau. de Cast. in l. solemus. ff. de iudi. Ale. in consi. 152. lib. 6. etiam 82. li. 7. Ang. & Ias. in §. actionum autẽ. in ultimis col. insti. de actionib. Fel. in c. 2. col. 7. de libel. obl. Gozad. Bonon. in consi. 50. & Paris. in consi. 1. vol. 1.

Et quemadmodũ in iudicio uniuersali facta expressione unius speciei, aut lite contest. alię res specificari non possunt, ita, ut ad illas fiat condemnatio, prout dictum est. ꝛ. ita à sortioti nec in generali; quicquid dixerit gl. ut hîc per Bar. Dec. col. 6. & Taur. 18. & Feli. in d. c. 2. col 7. de libel. obl. si enim deducta actione tutelæ petitum fuisset tutorem cõdemnari & cogi ad reddendum rationem administrationis frumenti puta, non posset emendari libellus post litem contest. addẽdo aliam speciem administrationis, puta uini; quia ferretur sententia super additis sine contestatione litis: nimirum ergo si emendatio libelli primo casu fieri non potest, nec potest proferri specialis, sed generalis respectu administrationis deductæ ut conformetur libello. & l. licèt. ℣. de iudi. per gl. alleg. nihil facit, quia à principio actum fuit generaliter actione tutelæ, & prosecutio specialis fuit pro una specie administrationis tantùm, sententia non nocet in non prosecutis: ideo tutor conueniri de nouo potest pro alia specie administrationis, ut ibi traditur. & sic nihil ibi actum fuit uia emendationis, verùm prosecutio non fuit
66 generalis, sed specialis tantùm. † Diligenterq; notandum est, quòd in casu d. l. licèt, quum in conclusione libelli non fuerit facta restrictio ad aliquã speciem, ferri potest sententia condemnatoria ad reddendum rationem administratæ tutelæ in genere, & in executione poterit fieri liquidatio: ut plenè per Alex. in d. l. 1. col 3. & 4. ff. eod. Felin. & Socin. in d. cap. 2. col. 7. ubi Socin. in uersic. circa secundum, ponit etiam quomodo differant iudicia uniuersalia à generalibus: in quo not. est. differentia Specul. relata hic per Dec. in 5. colum. Præterea ad declarationem d. l. licèt, cum materia ultra ea, quæ ibi dicuntur per scriben. in locisque suprà alleg. ui de Bal. in l. pen. ad fi. ℣. de accus. Paul. Cast. in cons. 6. col. 2. in antiquis. Alex in l. age, col. fin. ℣. de transact. & Socin. in prędalleg. art. 25. col. 4. in 4 limitatione. formas autem dictorum libellorum in generalibus ponit Ang. Aret. per discursum in titulo de actionib. in institutionibus, & dixi etiam aliquid suprà.

67 Secunda conclusio † quæ colligitur ex glo. est, quòd in iudiciis singularibus & particularibus licita est emendatio libelli usque ad litis contestationem, non autem post. & communiter approbatur per Bar. & Doct. ut hic per Alex. col. 1. Dec. 6. Cur. et Ripam 6. et 7. iura tamen alleg. per glo. non probat, ut per prædictos; latiùs tangit Bar. ℣. in theorica sua.

Prima

Prima pars conclusionis non habet dubium, sed vis est in assignando rationem, cur licita sit emendatio usque ad litis contestationem secundum Soci. in d. art. 25. col. 1. post Bal. in repetitione & tradit etiam Ripa in 7. col. potest esse, quia ante litem contestatam libellus est demonstratiuus futuræ litis, vt hac l. ideo quum adhuc sit in fieri, non in facto, potest emendari: ex quo nihil dicitur actum, quum aliquid supereset agendum. l. pen. in fi. ad Sylanianum, quæ ratio non est bona. quia libellus nõ dicitur in fieri, sed in facto. ideo tex. noster dicit, edita actio per participium præteriti temporis, quod significat rem, prout est in facto, non in fieri: vt per Bar. ꝛ. in 1. col. Non obst. quòd libellus sit demonstratiuus futuræ litis, quia respond. quòd statim demonstrat qualis futura sit lis; sed ipse libellus nõ est futurus, nec in fieri, sed in facto, ut dixi. Reformari potest ratio Socini melius deducendo hoc modo, ante litiscontestationẽ quis non dicitur agere, sed velle agere. l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. Cùm igitur sic agendo, res sit in fieri, nimirum si potest emendari, per regulam d. l. penul.

68 Ego puto † assignari posse meliorem rationem; quia ex productione libelli ante litem contestatam non est acquisitũ ius conuẽto, ideo corrigi & emendari potest. maximè sine damno ipsius conuenti, prout fit huiusce modi emẽdatio, quemadmodum finis nostrę l. ostendit: secus si esset acquisitum ius conuento. cap. ab eo, de elec. in sexto. Alex. hic, col. 2. versic. Item fallit. Soci. in consil. 40. col. pen. & fi. lib. 1. & c. fi. col. antepen. de libel. obla. faciunt dicta Bal. in l. per hanc, col. 5 ℣. de tempor. appell. cũ aliis quæ adduxi ꝛ. in rationibus dubitãdi & decidendi.

Ex quibus inferri posset ad not. quęstiones, ut per Soci in d. c. 2. prędalleg. articu 25. col. 2. ponentem septem fallentias, in quibus non admittitur emendatio libelli ante litem contest. de quibus dicam. ℣. in materia emendationis cum Bar.

Maior difficultas est in probando secũdam partem conclusionis, & assignando bonam rationem;
69 † quare post litis contestat. talis emendatio nõ permittatur. Docto. assignant varias rationes, vt in 6. col. refert Deci. qui nititur omnes reprobare: ita vt nec fratri suo pepercerit, quin de furto eum accusauerit. Aquens. in 3. col. sequitur rationem Croti, & Ias. respondendo motiuis Decii, sed malè, vt ex suis dictis apparet. & verè tex. in d. l. 1. ff. eod. intelligitur, vt Deci. hîc. Illa videbatur magis sapere, quia per litis contestat. libellus tranfit in quasi contractum inter partes, & ius per litis contestat. eidem
70 acquiritur: ideo nimirum si emendari non potest. † Deci. hic subtiliter improbat, ostendens non ualere argumentum de quasi contractu procedente ex libera voluntate partium ad quasi contractum, qui fit in iudicio contra voluntatem. Idem vult ipse Deci. in c. qua fronte. col. 1. in fi. de appellat. sed potest hęc ratio defendi: quia etsi per omnia in prędictis non sit similitudo per rationem Decii, similitudo tamen est respectu, quo agitur, quod sufficit. argumento l. quæritur. ff. de statu hom. ut post Abba. scribit. Deci in c. translato, col. 3. de constitu. sed in proposito nostro adest similitudo, quia facta litiscontest. interuenit duorum consensus;
71 qui dicatur contestatio † quasi simul attestatio duorum. vt per Bart. in l. prima, col. 2. infrà de litiscontest. & consensus ille adhibitus per conuentum, potest etiam esse non coactus, ut declarat Bart. in d. l. prima ad finem. ergo quum interuenerit consensus duorum in contestatione non debet esse in potestate vnius tantùm discedere & mutare conclusionem, per rationem d. l. sicut, infrà de actio. & obliga. quũ per litiscontestat. quis obligetur instantiæ: vt declarat Bar. in d. l. prima, col. 3. mirum non est, si non potest inde recedere & mutare.

Sed alio respectu non uidetur prædicta ratio procedere: quia secundum illam sequetetur, quòd parte consentiente recessui, & sic conuento acquiescente emendatio posset fieri lite contestata, quod est falsum; quia huiusmodi actus substantiales iu-
72 dicii † non possunt tolli, aut mutari consensu partium, vt Bal. tradit hîc. Alex. col. 2. Ias. 9. & Felin. in d. c. secundo ad fin. 9. col. Cogita si respond. posse quòd vbi pars non consentit, ratio prædicta optimè concludit, vt postquàm interuenit per contest. litis consensus duorum, & obligatur quis instantię, non possit aduersario inuito discedere, emendare, ac mutare libellum. Sed si ponas accedere consensum conuenti, dicam idem, quum nõ possit solemnitates iuris tollere, aut remittere. licèt ergo gl. Bar. Bal. Alex. & alii hic communiter, & in d. c. secundo de libel. obla. teneant concluſ. prędictam,
73 tamen contrariam opinionem † quòd etiam post litem contest. admittatur emendatio libelli, tenuit hic solus Fulgos. secundum Curt. quod uerum nõ est, quia idem tenet Io. Fabri, Io. de Plat. & Ang. Instit. de actionibus. ut hic per Lanc. & Aquens. col. 2. & 3. & istam opi. sequitur Curt. in 52. col. & alii Moderni, uideturque posse probari lege & ratione. primò per tex. in §. si minus, prędallegato in multis locis, maximè in duobus, inducẽdo † in primis
74 dum inquit, in eodem iudicio aduersarium condẽnat, iuncto uerbo petierit ꝛ. posito, quod importat litis contest. ut ꝛ. dictum fuit. Et sic uult, quòd si actor minus petierit, quàm ei deberetur in quantitate, uel in specie, agat sine periculo, cum possit emendare libellum; & iudex in eodem iudicio aduersarium condemnat. Secundò, inducendo in illis uerbis, ex constitutione diuę memoriæ Zenonis. ergo in eadem instantia post litem contestatam, aliàs absque constitutione Zenonis in alia instantia, ut hic per Deci. & Curt. in 6. col. & per alios Moder. Secundò principaliter per tex. l. nostræ permittentis generaliter emendationem libelli, ergo tam post, quàm ante litem contest. ut hic per Curt. col. 7. Tertiò, quia secundum communem opinionem multiplicabuntur iudicia & lites. quum opus sit nouo iudicio. sed secundum prędictam opin. ut liceat emendare libellum usque ad sententiam, erit solùm unum iudicium: in quo plura comprehendẽtur. quod est fauorabile & utile Reipub. ne multiplicentur lites. l. hæredes. §. de pluribus. ff. famil. erciſc. in l. non est nouum. ℣. eo. l. procedendum. ℣. de iudi. c. dispendia, de rescript. in sexto. cap. finem

Universidad de Deusto
Biblioteca

litibus.de dolo & contumacia, cum similibus.

Quartò, quia hęc materia emendationis libelli
75 ab æquitate plurimùm dependet,† ut hac lege dicitur.quam quidem æquitatem iudex semper habere debet ante oculos.l.quod si Ephesi.ff. de eo,quod cer.loco.Est autē æquum & rationabile ad restringenda iudicia, & multiplicationē euitandā, emendationem libelli posse fieri usque ad sententiam; ergo &c. & per tex.d.§.si minus.rationesq; prędictas respondeti potest ad omnia pro cōmuni opin. alleg. quòd procedunt, nisi emendatio libelli facta fuisset,per hunc tex.& ꝯ.dicta.Limitando gl.l.cum precum, quādo per uiam emendationis libelli reuocaretur confessio, & sic ab illo quasi contractu & obligatione ad instantiam lege permittente per uiam emendationis libelli recedi potest.

Nec obstat quòd super emendatis & additis in libello non fit lis contestata, & consequenter non videatur posse rectè sententiam proferri.vulg.l.prolatam,cum not.infrà de sen.& interloc.om.iud.ut ꝯ.dictū fuit: quia respondeo: satis esse,fuisse litem contestatā super causa & actione;vt per Bar. in d.l. prima. d.fi. primæ col.ꝯ.de litiscontest. Decios hîc col.1.& 6.Mod.Taur.16. & per alios. Ideo quamuis posteà fiat emendatio, non euacuatur vis litis contestationis factę super actione, quæ non mutatur, sed tantùm emendatur: sufficit ergo litis contestationē factam fuisse super actione, & sic super eo, de quo principaliter agebatur. quę responsio non satisfacit mihi, quia super propositione & narratione actionis & causæ nō contestatur lis,nisi facta fuerit petitio, per quam & responsionē subsecutam inducitur litiscōtestatio.c.durum.el 2.de elec. in sexto c. primo de litiscontest. quatenus ergo super actione proposita non est facta petitio, eatenus non censetur facta litiscontestatio: ita Abbas in d. c.1. col.3.& 4. vbi Barb.col.28.versicu.Quid si in libello.& Socin.in 8.principali articulo, quæstione prima & etiam in 7. col. in fine. vbi dicit, quòd in quantùm dicitur sufficere negationem,vel contradictionem narrationi factę,vt inducatur litiscontestatio, intelligitur quando vltra narrata in libello aderat petitio, aliàs super non petitis nō fit litiscontestatio.ideo doctrina gl. & Bar. in d.l.prima.C.de litiscontest.procedit,quando ultra narrationem & propositionē actionis in libello, continebatur etiā petitio: quatenus igitur super actione non est facta petitio, non censetur etiam facta litiscontestatio. Ideò melius respond. quòd vbi fit emendatio additiua,lis de nouo contestatur; quum istud sit necessarium antecedens.l.secunda de iur.om.iud.& sen sit ita Alex.& etiam Curt.in 6. col.Non obstat tex. pro communi alleg.in auct.en.qui semel.infrà quo modo & quando iudex. quia respond.quòd intelligitur quando uellet differre iudicium, quod est prohibitum: ideo ibi dicitur debere actorem in lite usque ad finem persistere. Sed emendans non differt,uerùm in melius reformat; ideo talis emendatio permittitur: ut hac l. nostra,secundum Soci. in prędalleg.articulo 25.col.4. etiam est communis intelligentia ad illum tex. vt hîc pulchrè per Salic. col.quinta,& videbimus latius infrà in articulo de mutatione.

Sed non est à communi opin.recedendum, nec ab ea in iudicādo recederetur, secundum Deci. hîc col.7.Aquens.& alios suprà allegatos.maximè per rationem Alex. & Lancel. de qua suprà. Ad tex.l. nostrę respond. vt hîc per Lancel.col.3.& Deci.6.
77 Ad aliàs rationes,vt per Ripam in vlt.col.† Sed dolor & labor est, in respondendo ad §.si minus,qui omnium scriben. ingenia hactenus iniquè torlit; amodo auxilio Altissimi à laboribus (vt spero) requiescent posteri, uerò intellectu illius tex. per me aperto, ac enucleato. glos.ergo hîc, & ibi in verbo eodem iudicio, respond.quòd Imperator appellat idem iudicium propter identitatem personarum iudicis,actoris,& rei.In veritate tamen est aliud iudiciū illud,in quo ibi fit condemnatio in reliquū: quum lis iam esset contestata super primo, & sic in eodem iudicio, ideſt coram eodem iudice, in alia tamen instantia. sequitur Bar.& Alex.hîc in 1. col. & Rimin. 5. sustinens communem, quòd ibi esset lis cōtestata,& duo iudicia,seu duæ instātię:stantq; simul quòd sit noua instantia, & idem iudex condemnet. l.licèt,infrà de iudi.c.dispendia,§.fi. de rescript.in sexto. quam intelligentiam velut ineptam improbant hîc ambo Decij, Aquens. col.3.Curt. Mod.Taur.Ripa,& alij scriben.in §. si minus. tum quia uiolat,& inuertit illum tex.in eodem iudicio, ideſt in eadem instantia coram eodem iudice.quasi sit exponere album pro nigro; quia etiam nihil ineptius, quàm dicere,iudex condemnat aduersarium in eo iudicio,ideſt iudex coram eodem iudice.Tertiò,quia in alio iudicio id fieri poterat absq; constitutione illa Zenonis; ut hic per Deci. Curt. & alios Mod.& rationibus Rimi.de relatione,quæ fit in genere in omni specie per illa uerba in eodē iudicio, & de duobus iudicijs, respond.hic Curt. col.6. & per consequens declarationi gl. & prædicto intellectui. §. si minus, in eodem iudicio, ideſt in eadem instantia coram eodem iudice, & essent duæ instantię tanquam uiolatiuo litteræ & inepto, nequaquā adhærendum. nihilq; facit d.l.licèt,quia non dicitur tunc idem iudicium,ut uult tex.in §.si minus. sed dicitur aliud iudicium. ita clarè Imperator ibi, dum ait, in priore iudicio &c.

Alius fuit principalis intellectus ad §. si minus, ꝙ ibi non essent duo iudicia & duę instantię, sed unum iudicium tantùm super tota illa summa, uel fundo,de quibus ibi,non faciendo uim litterę, nec illis uerbis in eodem iudicio,quòd ibi non erat lis contestata.Ideo nimirum si potuit fieri emendatio secundum regulas cōmunes,de quibus suprà. quę intellect.sequuntur Alex.hic col.1.Deci.6.Aquēſ. 3.Moder.Taurin.16.quia uerbum petierit ibi, intelligitur de simplici petitione ante litem contest. facta.& hoc probatur inconuincibiliter secundum Aquēſ.quia ille tex. declaratur per uerba posita hic in principio si minus intentione fuerit complexus.& ibi, dare intenderit, quod pro libello exponitur.in §.si quis agens, ibi præcedenti, cum glos. ita declarante. Et sic uerbum petierit, sit ambiguum, & diuersimodè reperiatur in iure poni: ut hic per Alexand. columna prima, & Deci. 7. declaratur p præcedētia,vt de simplici petitione citra litiscontest. intelligatur. & consequēter ille tex. de iudicio inchoato,nō aūt de formato, vt hic ī vlt. col. & in rub.ꝯ.eo.col.2. dicebat Ripa,intelligitur.

Iste intellectus stare non pōt. primò,quia verbū peto in materia iudiciaria prolatū, intelligitur p litiscōtest.l.amplius nō peti,rē ratā haberi.Secundò, quia §.si minus, venit continuatiuè ad præcedentē & ad illius declarationē:ergo intelligitur post litiscontest.sicuti & præcedēs.quoniā pœna plures petētis,de qua ibi,post litē contest.tantū infligebatur: cū vsq; ad illud tēpus licita esset pœnitētia. l.j. ꝯ.de plus petitionib. & c.1.extra eo.tit.Tertiò, quia §.si quis aliud,immediatè ibi sequēs,loquitur post litē contestatā,vt hîc p Curt.in 5.col. per præcedētia ergo & sequentia declaratur tex.§.si minus,vt intelligatur post litē contestatā.Quartò confunditur præ dictus intellectus per uerba istius §.si minus,ibi,in reliquū verò nihilominus iudex aduersariū in eodē iudicio cōdemnat. & sic condēnatio,de qua ibi, nō est de tota summa,vel de tota re, facta emendatione libelli,sed de reliquo. Quintò, qa nō apparet factā ibi fuisse aliam petitionē de alijs quinq; vel de alia parte rei.absonū est ergo dicere,iudicē ibi condemnasse in toto; quū fatuus sit iudex,qui ultra petita condemnat,nō conformādo sententiā suā libello & petitioni,iuxta l.vt fundus.ff.communi diuidund.& l.fi.ꝯ.de fideicō.liberta.impartiendo officium suū vltra petita,contra l.quartā,in § hoc autē iudicium.ff.de dam.infec. Sextò,& vltimò, quia si Imperator ibi intellexisset de emendatione libelli ante litiscontest. vt prędicti dicunt, nō subijceret in reliquū verò, sed tōtinuatiuè & copulatiuè eundē casum prosequēdo dixisset: & nihilominus iudex aduersariū condemnabit.Ita ꝙ prædictus intell.ad §.si minus,procedere nō potest. tū quia ibi lis erat contestata; quo casu secundum cōmunes regulas non admittitur emendatio libelli: tum quia nulla quòd apparet facta fuerat ibi petitio,nec probatio super illo reliquo, nec emendatio libelli,vt dixi.

Non est etiā recipiēdus intell.Mod.Taur.hic col. 17. ꝙ ibi facta fuerit condemnatio ad totū ex constitutione Zenonis ad euitandum litem; attento ꝙ cōstabat iudicii de iure totius summę,vel rei. quia hoc est contra iura, vt per Imol. in l.scire, de verb. oblig.Soc.in c.fi.col.10.de libel.oblat.stultusq; esset iudex (ut dixi) cōdemnare ultra petita.neq; etiā apparet ibi ꝙ constaret iudici de iure aliorū quinq; vel alterius partis rei;& facta fuisset ei fides,aut ꝓbatio de hoc, ideo &c. Rursus est cōtra illū tex.ibi, in reliquum. non enim dicit in totū. Magis inepta adhuc est intelligentia Ripæ hîc,col.fi dum inquit, quòd verba illa eodem iudicio, intelligēda sunt de iudicio inchoato,nō de formato.quum intelligantur de eadem instantia, & litis ordinatione, iuxta tradita per Alex. Iaſ.& alios,in rub.ꝯ.de iud.ut patet ibi, condemnat; ergo includit sententiam: non autem loquitur de iudicio inchoato tantum:uides ergo quòd in §. si minus, non erant duę instantię, nec unum iudicium,aut una sententia condemnationis ad totum. tum quia lis erat contestata,& fieri non potuisset, tum quia nulla erat facta petitio,

nec probatio de toto: ergo nec sequi potuit ualida condemnatio super toto,nec per uiam emendationis libelli, nec sine ea. Quid ergo dicendum?

78 Verus† intell.ad illum tex.est: tractauit Imperator in superioribus, quam pœnā incurreret peteus plus debito; dicens ꝙ antiquitus cadebat à causa, remq; amittebat: hodie non,sed mitius agitur,imposita pœna secundum ordinationē ibi factā. dubitari poterat de casu contrario,quādo minus petitū fuit,puta ex decē debitis quinq;,vel ex fundo pars. Ideo Imperator hunc casum declarādo & decidendo subiungit: si minus quis petiisset, quinq; puta de decē debitis,vel partē fundi de toto fundo;quid iuris sit, videbatur enim ꝙ pariter amisisset rem, à causa cecidisset, aut aliquā pœnā incurrisset: prout quando plus petiit, propter præsumptā uexationē multiplicantis lites & iudicia: aut quia aliter pronūciasse videretur saltē tacitè, quū unius inclusio, alterius sit exclusio.l.cum prętor.ff.de iud.ut hîc p Curt.col.7.& tamen tex.contrarium ibi decidit, ꝙ agit sine periculo; quia nō amittit reliquū,nec pœnā patitur contestationē litis:quo tempore propriè agere dicitur. l.amplius nō peti.ff. rē ratam haberi. & id non ex contestatione Zenonis inducitur, ut hîc in 7.col.intelligebat Curt. sed per dispositionē iuris cōmunis, cum isto casu non reperiatur pœna à lege imposita, & pęna priuationis iuris sui locum non habeat, nisi in casibus à iure expressis.ut in auct.ent. de non elig. secund.nuben.in §.cum igitur. ibi, non est lex tale quid dicens. cum accumulatis
79 per scriben.in l.1.ꝯ.de transact.† & ex maiori summa partem possit quis petere, procedatq; libellus, nisi pars opponat: prout dicimus de libello generali,iuxta l.fi.ꝯ.de anna.except.& hoc casu oppositionis propter odium multiplicandarum litium,& ne in plura iudicia quis distinguatur, præsumptamq; uexationem nō procederet petitio: ut per Alex. & alios in l.si mihi & tibi,in prin.in 2.col.de leg.1.& Deci.in l. cum quædā puella.in §.1.de iurisd.om. iud. & scribentes. in l. quidam existimauerunt, si cer.pet.& isto casu opponendum est,quòd non potest actor diuidere petitionem, integrāda erit, aliàs repelletur, ut per Bald. hîc in repetitione paduana,col.2.& meliùs.is. prout etiam dixi in d.l.cum quædam puella,in §.1.& uerba illa ex constitutione Zenonis,non referuntur ad uerba illa, sine periculo agit, sed ad sequentem clausulam de condemnatione facienda in reliquo: aliumque habent sensum, ut statim dicam. Respond. ergo ibi Imperator,quòd sine periculo agit; quia non amittit rem, nec pœnam incurrit. sed dubitari poterat, dato ꝙ ageret, litemq; contestaretur sine periculo amissionis rei, uel alicuius pœnæ, de qua in præcedētibus dictū fuerat; & sic in processu per litis cōtestationē nō incurreret damnum autē pœnā; prout incurrit petens plus debito litē contestādo super pluris petitione. ut in §. pręcedenti, & in l.1.ꝯ.de plus pet. utrum in eodem iudicio sequi posset cōdemnatoria sententia, uel opponi posset,nō esse diuidēdam petitionem, sed reintegrandam,ut opus esset noua interpellatione & nouo iudicio: quem casum decidendo subiungit Iustin. in reliquū uerò,ideſt,in id

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod post litis contestationem factam super parte petita, superest agendum, iuxta §. reliquum, in auctor. de hær. ab intest. uenien. ultra quòd actor sine periculo agit, & litem contestatur: nihilominus etiam iudex in eodem iudicio condemnat aduersarium ex cõstitutione Zenoniana, quę hoc introduxit, quòd ultra quòd procedatur in iudicio inchoato impune, iudex eodemmet aduersario in eodẽ iu
80 dicio in parte petita. †Nec obst. exceptio diuisionis petitionis, & reintegrationis petitæ fieri, iuxta l. nõ est nouum. ff. de action. empt. & not. per Bal. hîc in repetitione paduana, col. 2. & 15. & Soc. in c. fina. col. 9. & sequen. de libel. obla. quia responderi potest, quòd talis exceptio est dilatoria, & post litis cõtesta. opponi non potest. c. inter monasteria. de re iudi. l. exceptionem. ĩ. de probationib. Felin. in c. 2. col. 3. de lib. obl. procedit ergo ibi inchoatum iudicium, in quo iudex aduersarium condemnat in eo quod petitum fuit. & consequenter uult dicere ibi Imperator, ꝙ si quis minus petierit, quàm ad eum spectaret & pertineret, ueluti quinq; de decem, vel partẽ dimidiã de toto fundo, sine periculo agit & litem contestatur: licèt secus sit quãdo plus petit. In reliquum uerò, idest in reliqua parte iudicii remanentis post litis contest. de qua prædixerat, nihilominus, idest: quamuis solùm petita fuerit pars summæ uel rei debitæ, tamen iudex in eodem iudicio cõdemnat aduersarium ex constitutione Zenonis, in parte scilicèt debitæ petita. & consequenter postquàm super parte lis est contestata, non circũducitur iudiciũ, sed in causa proceditur super parte petita, & imputatur conuento, si non opposuit, exceptionem diuisæ integrandæq; petitionis. & cõsequenter. §. si minus, ad hanc materiam emendationis libelli nihil penitus facit.

81 Limitatur conclusio suprà firmata †de emendatione libelli facienda usque ad litiscontest. tantùm, non autem post: nisi fieret in continenti, quia admitteretur: quum satis dicatur fieri ante, quod fit incontinenti post. secundum Alex. hîc in 3. col. per gl. not. in l. Póponius, in verbo rati. ff. de procur. cũ aliis alleg. hîc per Deci. in 7. colum. sequũtur cõiter doct. vt hic per Iaſ. col. 5. Aquenſ. & Cur. 7. & Feli. in d. c. 2. col. 11. & Mod. Taur. hic col. 25. declarantes; vt dicatur facta inconuenienti, qñ litis contestatio adhuc per notarium causę non est in scriptis redacta. & sequuntur simpliciter hic Mod. Mediol. sed est nimia restrictio, & nunquàm deduceretur ad practicã. Ideo Dec. intelligit procedere, qñ res esset integra: vt per eum. sicq; vult dici factam incontinenti, etiã quòd fuerit litisconteſtatio redacta in scriptis, modò res sit integra; & sic nihil sit actitatum post litisconteſt. & hoc verius & magis ſapit. Et istud est iudici arbitratiũ, iuxta. l. primã. ff. de iure delib. cum aliis alleg. per Dec. ĩ. in vlt. not.

Et quãuis gl. in d. verbo rati, ab aliquibus reprobetur, vt per Feli. & Dec. in locis præalleg. communiter tamen est approbata. sed in proposito nostro videtur valde obstare motiuum Lan. Decii hîc col. 3. quia per litisconteſt. fit quidam quaſi cõtractus, vt dictum est, à quo parte inuita non est licitum re-
82 cedere, vt suprà dixi. † Accedant quæ scripsimus in l. lecta in 17. not. si cer. pet. quòd vbi est quęstio momenti non procedit regula illa, paria esse, quid fieri ante, vel fieri post incontinenti, prout est tex. in l. 2. vbi notaui. ĩ. de pact. inter emp. & vend. Secundò obst. quia super additis post litisconteſt. quamuis incontinenti litisconteſt. non est facta; ergo sententia non posset validè proferri, sicq; dicendum videtur quòd emendatio libelli post litisconteſt. ẽt incõtinenti fieri non possit addendo, secus detrahẽdo, à ratione cessante: nisi de nouo super additis fieret litisconteſtatio, per ea quæ ĩ. post Alex. diximus. & quamuis Dec. hic hanc solam lim. ad conclus. prędictam ponat, tamen ampliatur & limitatur multis aliis modis per Doct. vt post Bar. ĩ. dicam.

Id eadẽ gl. ibi, cũ vna de cõcomitantiis mutatur, non est verum, quòd ad mutationem rei mutetur semper actio. vt. ĩ. per Bar. in secundo casu. dum ci tat. l. siue debemus, & per Mod. Taur. in 17. colu. Ideo Paul. de Caſt. hic in 3 col. & Are. instit. de act. in §. si minus, in 5. col. reprobata hac glo. aliter & clariùs respondent, vt per eos. reliqua circa. §. si detracta, declarabuntur. ĩ. cum doctrina Bar.

Et quia glo. non tetigit plenè & perfectè materiã emendationis libelli, Bar. eleganter post antiquos, pręmisso quid sit emendare, distinguit quatuor casus, vt hic per eum. Abb. in c. 2. col. 9. de libel. oblat.
83 † hanc materiã emendationis libelli periculoſam, ſubtilẽ, & prolixã dicit: ideo diligenter aduertẽdũ.

84 Quærit itaq; Bar. †quid sit emẽdare. & resp. vt p eũ. cuius verba particulariter & distinctè declarat hic Deci. in 4. col. Mod. Taur. col. 8. & prius Maria. Soci. in d. c. 2 c. 25. col. 1. nonnulla inferentes, & dicit Soci. doctrinã Bar. hic cõiter approbari. Idem faciunt hic aliqui moder. Alii in pluribus pungunt Bar. vt per Mod. Taur. Papien. & Ripam. in 2. char.

In primis ergo inquantum dicit quòd emendare, est mutare verba remanente sentẽtia. Mod. Taur. dicunt hanc non esse propriè emendationẽ; vt per eos. Pro solutione videte Dec. & Ripam. hic. Secundò dum Bar. dicebat quòd est addere. Dec. Moder. Taur. & Ripa. Bartholum impropriè loqui uolunt, quod uerũ non est, quia ille qui eo modo imperfectũ replet, & emendat, vt ĩ. de emendatione. C. in rubr. & §. 1. ibi, vel emendationẽ desiderabãt, iuncto versi. suprадictis. ibi, & tàm imperfectas replere. ex quo patet; quòd imperfectũ emẽdat, seu extra mẽdã ponit perficiendo: ergo est propriè emendatio. Tertiò ibi detrahere. Lanc. Deci. hic in 3. col. arguit Bar. de superfluitate, quum dixisset. ĩ. resecare superflua. omnes prędicti respondent ꝙ resecare respicit magis verba, detrahere substantiam aut rẽ. Clariùs dicas posse fieri, emendationem ex aliqua causa, etiam ꝙ in libello nihil sit superfluum, vt de se satis patet: Ideo Bar. reprehendi non meretur.

Quartò ibi declarare obscura. Bal. in 2. col. reprehendit hoc: quia quę ueniunt ad declarationẽ, non dicuntur continere emendationem. c. cum dilecti, de accusat. facit, quia potest quis libellum obscurũ declarare usque ad sententiam, vt videbimus infrà post Bar. & tamen non potest emendare lite contestata. Ideo Deci. Curt. & Modern. Taur. dicunt Bar. impropriè loqui. Socin. uero loco suprà allegato

gat. saluando ait, declarationem emẽdationem dici in quantùm obscuritas libelli tollitur: sicq; extra mendam obscuritatis ponitur. & hoc uerum largo
85 modo & impropriè, aliàs secus per prædicta, quibus non est responsum. Ripa hîc aliter saluabat, quando libellus adeò obscurus erat, quòd intelligi non poterat. restrictio nimia est, talisque libellus pro non producto habetur. l. de ætate. §. nihil interest, de interrog. actio. tradunt Felin. in c. ex parte Decani, col. 13. & 15. de rescript. Io. de Anania in consi. 25 cum ibi apostillatis, & Guido Papę. in decis. 242. & Deci. in consil. 540. ad finem. & consequenter esset transire de nullo in aliquod, quo casu non dicitur emendatio; ut post Bald. & alios diximus suprà: nec procederet hoc casu conclusio de libello obscuro declarabili post litisconteſt. usque ad sententiam. Aliter potest saluari Bar. quia vt infrà dicemus, non procedit doctrina eius strictè dif
86 finiendo emendationẽ libelli, vt intelligunt Doct. sed generaliter declarando quid sit emendare, quo casu sine dubio declarare obscura, est emendare vitium ipsius obscuritatis. d. §. suprадictis, ibi, & tàm imperfectas replere, quàm noctis obscuritatis obductas, noua climationis luce detegere. de emendatione C. de quo tex. vide pulchrè Bald. hîc in 1. charta. Deci. in 13. col.

Quarta conclus. post litiscontest. possum emẽdare libellũ, adẽdo. in his, quæ post ipsam cõtest. litis occurrũt, secus in occurrẽtibus ante, iuribus hîc per eũ alleg. videtur tamen parũ operãri emẽdatio ista, vt post alios dicit hîc Deci. in 10. col. quum iudex in istis accessorijs possit ex officio supplere. posteà subijcit esse vtilẽ ad remouendum dubitationẽ existentem inter Doct. an requiratur petitio.

Dicas meliùs, vt hîc per Curt. 1. col. 16. & Mod. Taur. 20. vtilẽ esse, quia licèt iudex possit facere, nõ tamen tenetur, si nõ fuerit petitũ. l. 4. § hoc aũt iudiciũ, cũ no. per Bar. & alios de dam. infec. vtilis igi
135 tur petitio erit & emendatio. Materia ampla est & practicabilis, & plura addi possent † ad tex. d. §. itẽ sciendũ, vt p scriben. instit. de actio. in princip. Practicũ Papien. in libello rei vendicationis super glo. in verbo & expẽsis. Paul. de Cast. in l. si quis missũ, in §. fi. col. 2. de dam. infe. Alex. in l. properandũ, in §. sin autẽ alterutra, col. pen. & fi. ꝟ. de iud. oẽs scriben. in d. §. hoc autẽ iudiciũ. in quibus locis concludunt cõmuniter Doct. prudẽter facere tàm actorẽ, quàm reũ si petant, etiã ea quæ accessoriè ueniunt ad rem principaliter petitã post litiscontest. quia licèt iudex possit in illis condemnare, nõ tamen tenetur, nisi requisitus. de his autẽ, quæ cõtingunt ante litẽ contest. iudex non debet se intromittere, nisi facta petitione ante ipsam litẽ contestatã. de tex. verò §. fi. l. at eius, cũ l. seq. de aqua plu. arcen. alleg. hîc per Bar. ultra scriben. ibi videte Curt. col. 16.

Ex tertio mẽbro doctrinę Bar. duæ colliguntur concluſ. prima, ꝙ vbi contingeret mutatio actionis

136 ꝓpositæ, aut substantiæ facti, †nõ admittitur emendatio libelli additiua, vel detractiua in qualitate. §. docere. & §. qui tamen, preall. cũ qua conclus. transeunt cõiter Doct. vt hîc per Aquẽs. col. 7. & Curt. 16. Abba. in d. c. 2. col. 11. de libell. obla. vbi Socin. art. 25. col. 5. dominus Ias. hîc, col. 8. improbat Bar. qui distinguere debebat inter tempus ante litiscontest. & post, ut fecit in primo mẽbro. & fuit considerat. Are. in §. si minus. col. 3. instit. de actio. Deci. verò in 10. col. versic. tertiò instat, & col. 12. versic. nec prædictę, dicit, Bar. non mereri reprehensionẽ, quia nõ negat ante litiscontestationem emendationẽ posse fieri; sed loquitur quãdo lis est contestata; vt ex verbis suis ꝑcedentibus apparet. Idẽ dicit hîc Curt. col. 16. ꝙ Bar. posuit istud mẽbrum de emendatione libelli in qualitate sub verbo emẽdationis fiendę post litẽ contest. tamen Bar. loquitur indeterminatè, & seperando casum, faciendo tertiũ membrum principale in materia hac emendationis, & nõ distinguit: ideo uidetur ꝙ uerba præcedẽtia nõ habeant declarare præsens membrum, quod ipse à præcedẽtibus expresè diuidit: quũ ex separatis male inferatur. l. fi. de calum. Mod. Taur. hîc col. 15. & seq. totũ contrariũ dicunt, ꝙ Bar. bene fecit non distinguere; quia nõ cadit emendatio respectu actionis, etiã ante litẽ contest. aucten. qui semel ꝟ. quomodo, iut quando iudex. sed æquiuocãt, quũ permittatur emendatio actionis, ut hîc, licèt prohibita sit quando differẽdo quis uellet hoc facere; ut dicã in materia mutationis, declarando tex. dictæ aucten. qui semel. Aquens. hîc col. 6. uers. 17. & col. seq. uers. sed ista sunt, sibi contrarius primò tenet cũ Bar. & cõi, ut ipse ait, quia circa substantialia nõ potest fieri dicta emẽdatio, ut hîc uult Bar. sed circa accidentalia ante litẽ contest. ut in ꝑcedentibus dictis Bar. Secundo loco Aquens. circa mutationem actionis dãnat Bar. uolens illã fieri posse, dũmodo nõ mutetur substãtia licèt bene mutetur actio ante litiscontestationẽ nõ obst. §. docere, quia secũdum eũ nihil dicit de emendatione, ut etiã uolunt Mod. Taur. loco proximè alleg. & in §. quid tamẽ, nõ agitur de emendatione in qualitate, sed in substantia; quũ aliud sit adulteriũ cõmissũ cũ uno, aliud adulteriũ cõmissum cũ alio, ut ibi dicit. iurisconsq. quid dicendũ? si intelligamus istud tertiũ membrũ Bar. positũ sub præcedẽti post litiscontestationẽ, ut Dec. & Curt. intellexere, & sustineri potest, ut saluetur ab impugnationibus quũ clarè nõ distinxerit tempora, põt teneri eum secundũ terminos præcedẽtis membri, & sic post litẽ contestatã. & tunc Bar. bene loquitur, quia terminus litiscõtestationis impedit emẽdationẽ prędictã, ut ꝛ. uisum fuit Si uerò istud membrũ doctrinæ Bar. generaliter capiatur, & intelligatur, quicquid dixerint præall. Bar. uidetur bene loqui. quia si contingit mutatio actionis, uel facti, nõ est emendare, sed mutare, & nouam actionẽ uel causam proponere. Ideo nimirũ, si emendatio nõ admittitur, quia istud nõ est emendare, sed mutare, uel cumulare. De qua materia uidebimus ꝟ.

Secunda conclus. Bar. si contingat mutatio facti, uel actionis propositæ, licita est emendatio libelli
137 in qualitate usq; ad sententiã. †l. in delictis. §. si de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tract.ff.de noxal.vbi ſi dominus noxali iudicio ſue
rit conuentus.i.propter maleficium à ſeruo com-
miſſum ſine noxæ deditione, aut detracta deditio-
ne noxæ,quaſi cũ conſcio dño actũ,abſolutoria la-
ta in ea actione pariet exceptionẽ rei iudicatæ,ſi ite-
rum agatur cum alia qualitate, videlicet cum noxæ
deditione: quia res in primo iudicio deducta eſt &
finita. lite verò pendente uſq; ad ſententiã poteſt
emendari libellus,addita noxæ additione:& ſic lici
tum eſt ad noxalem cauſam tranſire. Similiter ſi
actum fuerit cum noxæ deditione cũ illo qui ſcit,
non poterit lata ſententia detracta noxæ deditione
agi,quia res eſt in primum iudicium deducta & fi- 138
nita: iudicio verò pendente vſq; ad ſententiam põt
detrahi noxæ deditio, & argui ſcientia domini; &
conſequenter emendari libellum vſq; ad ſententiã
reſpectu qualitatis ſcientiæ. Ibi ergo ſecundũ Bar.
eſt licita emendatio libelli, addendo vel detrahẽdo
ſcientiam uel ignorantiam dñi, iudicio pendente;
quia non cõtingebat mutatio actionis vel facti po
poſiti,ſed augebatur vel minuebatur cõdemnatio.
Ale.hîc col.2.& Iaſ.8.poſt Ant.de But. & alios per
eos relatos conſiderationẽ & ſolutionẽ Bar.impro-
bant quia in §.ſi detracta,ex qualitate ſcientiæ dñi
vel ignorantiæ,non augetur aut minuitur condem
natio,ſiue.n.ſciente ſiue ignorante dño ſeruus do-
minum dederit,dominus ſemper condemnatur in
ſolidum,licèt ubi dñs ignorauit,habeat in executio
ne facultatẽ à lege dãdi ſeruum pro noxa,damnoq;
& nocumento.l.miles,in §.decem, de re iudi. ſicq;
verum non eſt, ꝙ ibi augeatur vel minuatur cõdẽ-
natio, ſed in executione adhibetur moderatio; vt
qñ ſeruus eo ignorante deliquit, poſsit dominus
vti deditione noxæ,aliàs ſecus. Tenent ergo. Butr.
Imol.Alex.& Iaſ.ꝙ aut per mutationem qualitatis
augetur uel minuitur condemnatio, & tunc non
admittatur uariatio & emendatio.d.§.eligere.l. ꝙ
in hęredem,de tribut.aut non augetur condemna-
tio,& locum habet.d.emendatio in qualitate vſque
ad ſententiam,ſi nõ mutetur actio vel factum. d.§.
ſi detracta. Et ſequuntur Socin. in præall.artic.25.
col.5.& Dec.hîc col.11.Rimin.verò in 10.col.tue-
tur Bar. ꝙ in §. ſi detracta, augetur vel minuatur
condemnatio propter qualitatem ſcientiæ vel igno
rantiæ domini,qm̃ ſi afficit ſcientia,cõdemnabitur
dominus ad æſtimationem ſine deditione noxæ:
aliàs cum noxæ deditione: & ſic noxæ deditio non
ſolùm eſt in facultate,ſed etiam in condemnatione.
d.§.decet, ex quo patet ꝙ per illam qualitatem au-
getur uel minuitur condemnatio,vt dicebat Bar. &
dato ꝙ in ſententia non haberetur talis ratio,in exe
cutione tamen augebitur vel minuetur condemna
tio ſecundum ꝙ erit æſtimatio ſerui, qui pro noxa
tradetur. & ſequuntur hîc Aquenſ.colu.6. & Cur.
16.Dec.autem in 10.col. & in ca.licèt cauſam col.
pręantepen.de proba.dicit Baſ.conſideraſſe effectũ
cum liberetur dando ſeruum pro noxa, qui fortè
minoris erit æſtimationis. Idem uolunt hic Mod.
Taur.col.19.licèt Dec.non referant.

Et quamuis dictæ conſiderationes ad ſaluandũ
Bar.ſubtiles ſint,tamen in puncto iuris malè ſuſti-
neri Bar. poteſt,licèt.n.forma ſententiæ in iudicio
noxali talis data,videatur condemnare in tãta ſum-
ma,vel noxam præſtare; ſola tamen æſtimatio dãni
eſt in condemnatione,deditio noxæ in facultate ſol
uendi d.§.decem. ad hoc ubique per ſcriben. alleg.
ergo(vt dicunt Butr.Alex.Imol.Socin.& Iaſ. præal-
leg.) non augetur nec minuitur condemnatio, ſed
eſt ſemper uniformis ad tantum pro damno dato.
Et quamuis dominus habeat facultatem dandi ſer
uum pro noxa,quando fuit ignorans,aliud eſt quã
do eo ſciente deliquit: uerè tamen condemnatio
non augetur nec minuitur, ergo &c. Prætereà ad-
uertendum eſt,ꝙ tex.in §. decem, vt ſtatim oſten-
dam.in diuerſis terminis loquitur †nam tex.in l.2.
.ff.de noxal. & inſtit.de offi.iudicis in principio tra
dentes formam ſententiæ in noxali iudicio,dicunt
iudicem debere condemnare ad æſtimationẽ dãni
decem puta,aut noxam dare.tex.verò in §. decem,
interpretatur qũo debeat intelligi qui iam pronun
ciauit & condemnauit decem vel noxam dedere;
quod cenſeatur condemnaſſe in decem, nõ autem
vt ſeruum det pro noxa, & conſequenter Iuriſcõſ.
ibi intelligit & declarat ſententiam eſſe latam ſecũ-
dum naturam cauſæ & obligationis, in aliis verò
.ll.ff.alleg.diſponitur circa officium iudicis ſenten-
tiantis, & ſic obligatus noxaliter ad æſtimationem
habet poteſtatem dandi ſeruum pro noxa, etiam ſi
lata fuerit ſententia ſuper iudicio noxali.d.§.decẽ,
quod multùm notat ibi Hercula.in 1.col. Cõdem-
natio ergo reſpicit ſemper certam ęſtimationẽ,ſicq;
nunquam augetur uel minuetur, licèt fiat cum no
xæ,vel ſine noxæ deditione: quia illa eſt in facultate
ſoluendi,licèt nominata in ſententia. Malè ergo po
ſuit hic Bar.dicta uerba de condemnatione augen
da uel minuenda,licèt mens ſua fortaſsis ea fuerit,
quam dicunt Dec.& Rimi.ineptè tamen loquutus
videtur,propterea Dynus in regula nullus pluri-
col.pen.de reg.iur.in 6.dicebat,quòd in §.ſi detra-
cta,nihil agitur quod inducat detractionem uel au
gumentum quantùm ad formam ſentẽtiæ. Ex qui-
bus patet ſolutio ad aliud motiuum Rimi. quia da-
to quòd in ſententia non haberetur dicta præſta-
tionis noxæ,in executione augeatur uel minuatur
condemnatio,ſecundum quòd erit æſtimatio ſerui
pro noxa tradendi, vel quia data ſcientia domini
tolletur facultas præſtandi ipſum ſeruum pro no-
xa. nam propterea non augetur aut minuitur con-
demnatio,quia uniformiter ſemper fit ad æſtima-
tionem damni. iuribus præalleg. licèt executio in
plus fiat uno caſu, quàm alio. Et ſic licèt uarietur
modus executionis, condemnationis tamen nun-
quam uariatur: ut dicunt reprehendentes Bar.qui
contrarium uoluit. propterea melius locutus eſt
Bar.in d.l. denunciare. in §. quid tamen, col.1.ff.
de adulter. dicens quòd in §.ſi detracta, illa quali-
tas ſcientiæ uel ignorantię domini diuerſificat effe-
ctum executionis. Ideò Curt. poſtmodum hîc in
17.col.fatetur quòd Bar. melius dixiſſet augeri uel
minui executionem ex additione uel detractione
illius qualitatis.

Et ex prædictis quæ ſcribunt præfati habetis. 139
† quòd in noxali iudicio in ſententia iudex poteſt
omittere præſtationem noxæ, & tamen intelligitur
hoc.

hoc.Idem dicit gl.in d.§.decem, in verbo ſolis con
demnatur,& etiã ibi Iaſ.in 1.not.quod eſt ſignan-
dum, quia tex.in d.l.2.& inſtit.de offi.iudicis. tra-
dentes formã ſententiæ,& quomodo iudex in con-
demnatione debeat facere dicunt, exprimendam
noxæ præſtationem in ſententia.Ego quoq; credo,
ꝙ ita facere debeat,& quàmuis noxę præſtationem
omiſerit, non nocet; quia eſt beneficiũ à iure con- 141
ceſſum; quod iudex non ſuſtulit, nec potuit aufer
re.iuribus vulgar. Repletur ergo ex lege,quod ſen
tentię iudicis deeſt,vt dicit tex.expreſſus in l.4.§.ſi
140 quis condemnatus.ff.de re iudi. volunt ergo com-
muniter præfati ſcriben. † quòd vbi non augetur
condemnatio,nec mutatur actio,aut factum,ſit lici
ta emendatio in qualitate vſq; ad ſententiam. d.§.
ſi detracta, cum aliis adductis per Felin.in c.2.col.
13. in uerſic.meritò dicit Bal.de reſcrip.Soci. loco
ꝫ.alleg.limitantem in caſu c.ab eo,de elect.in 6.eò,
quòd eſſet ibi acquiſitum ius conuento: ideo ni-
mirũ ſi tunc.nec in qualitate admittitur emẽdatio:
ut etiã per Aquenſ.hîc in 5.col.verſ.13.& verſ.16.

Succeſsiuè aduertendum, dum Bar. vult, quòd
in §.ſi detracta,non mutetur factũ, in contrarium
videtur tex. in l.2. in princ.ff.de noxalib.ubi ſi ſer-
uus deliquerit ignorante domino,tenetur ipſe do-
minus noxaliter cum poteſtate dandi ſeruum pro
noxa: ſi ſciente inſolidum,quia dominus ipſe cen-
ſetur deliquiſſe. Ideo ſunt duo delicta,& duo fa- 142
cta, cùm primo caſu dominus deliquiſſe cẽſeatur,
ſecundò non: ut hîc per Curt.col.18. facit tex.l.ſi
ex duobus, in fine ibi ex ſuo delicto, de noxal. &
in l.ſi communis famil.ibi,ſui enim facti nomine,
eo. tit. & ſic propter ſcientiam domini, etiam ipſe
dominus deliquiſſe uidetur, ergo mutatio facti
contingit, data ſcientia domini.

Reſpon. quòd factum & delictum uerè ſemper
unum eſt à ſeruo perpetratum & cõmiſſum, cuius
pœna augetur,vel minuitur ex ſciẽtia,vel ignoran-
tia domini.d.§. ſi detracta,& d.l.2.in prin.ſictè ta-
men & impropriè plura facta & plura delicta cen-
ſentur,quando dominus ſciuit & potens non pro-
hibuit: quia etiam domino tunc lex aſcribit deli-
ctum. Ideo tex. in d.l.2.in prin.vtitur verbo vide-
tur, quod improprietatem & fictionem ſignificat.
l.1.§.deiecisſe videtur.ff.de ui & ui armat.& quod
fit idem factum,& eadem res,patet,quia abſoluto-
ria lata in vno, parit exceptionem rei iudicatæ in
alio.d.§.ſi detracta.ergo cenſetur eadem res idem-
que factum aliàs, non obſtaret exceptio rei iudica-
tæ.l.conqueritur,de except.rei iudi.

Secundò contra Bar. concludentem,non muta-
ri actionem per mutationem ſcientiæ,vel ignoran-
tię, in d.§. ſi detracta, vt voluit etiam ibi glo.in fi.
videtur tex.in l. ſi plurimum, in §.1.ff.de noxalib.
ibi,differentia harum actionum.Sed reſpon. quòd
actio noxalis non eſt proprium nomen actionis,
ſed qualitas, vel adiectio,vt in actione de pecul. &
tributoria,vt hîc per Curt.in col.17.in fine:quam-
uis Deci.col.10.poſt Fulgoſ.teneat oppoſ.tex.ergo
in d.§. ſi detracta, loquitur potius de differentia
actionum in qualitate, quàm in ſubſtantia, ut in-
quit Curt. nec obſtat, quòd iura appellent actio-
nes, ergo non ſunt qualitates, quæ differunt à ſub-
ſtantia, l. pen. ſi cer.pet.l.Pompon.§.ſed & his, de
procur. quia non appellant ſimpliciter actiones,
ſed actiones noxales, & ſic cum illa qualitate. Ideò
nimirum ſi noxalis eſt qualitas,& in primo caſu d.
§.ſi detracta, ſcientia domini,& qualitas illa ſcien-
tiæ detrahitur, in ſecundò additur.

Tertiò aduerte circa intell.§.ſi detracta. † Deci.
in c.licèt cauſam,col.prætantepenul.de proba.con-
cludit, ꝙ licèt probaretur delictum ſerui, & factũ,
tamen non probata ſcientia domini in primo caſu
illius §. non obtinere agens in delicto & facto pro-
bato.Mod.Taur.hîc,col.19.tenent oppoſ. eò quòd
ibi non dubitetur de hoc, vtrũ agens expreſſa qua-
litate ſcientię contra dominũ in iudicio noxali non
probata ſcientia debeat ſuccumbere: nec ibi deci-
ditur hoc, ſed conſideratur contingentia facti, &
quæritur an ſentẽtia lata contra taliter agentem &
non probantẽ pariat ſibi exceptionem rei iudicatæ,
ſi inde agere voluerit detracta ſcientia domini: & 143
deciditur quod ſic,quum eadem ſit res, licèt quali
tas non ſubſtantialis mutetur. & incidẽter decidit
tex. quòd iudicio pendente poterit fieri detractio,
vel additio ſciẽtiæ,etiam poſt litem conteſt. ex quo
non fit circa ſubſtantialem qualitatem.Concludũt
tamen quòd emendatio non eſt neceſsaria, & ſic
detractio ſcientiæ in primo caſu.d.§.ſi detracta. fa-
ciunt not.per Feli.in c.2.col.13.de reſcripti.† dum
ponit,quòd non videtur quis ſe aſtringere ad pro-
bandum qualitatem,niſi quando mutat ſubſtantiã
actionis. Sed in §.ſi detracta,ut dixi,non mutatur
actio,ergo &c. Sed non eſt recedendum à declara-
tione Deci. immo Bar. in d.§.ſi detracta.& meliùs
in d.§.quid tamen,ubi pulchrè id probat. pro quo
pondero tex. ibi, ſi cum domino conſcio actum
ſit,qui conſcius erit abſolutione facta &c. & ſic in-
nuit factam abſolutionem, eò quia dominus con-
ſcius non erat.& conſequenter probata non fuerat
ſcientia domini circa delictum ſerui, ergo propter
qualitatem ſcientiæ non probatæ circa delictum
ſerui ſequuta ibi fuit ſententia abſolutoria. & dice
re, ut faciunt præfati Moder.non fuiſſe ibi probatũ
delictum ſerui,nihil eſt,quia niſi conſtaret de deli-
cto ſerui,fatua eſſet dubitatio ſcientiæ domini non
probatæ circa delictum: quod nõ eſſet,quum non
entis nullæ ſint qualitates.uulg.l.penult.ſi cer.pet.
Prætereà ſententia non eſſet conformis libello & 144
petitioni, ſi noxaliter condemnaretur, contra iura
uulga. obſtantęq; aliæ rationes, quas tangit Bar. in
d.§.quod tamen. Rurſus probatur per illum tex.
primò in uerbis illis, cum conſcio, qui non erat
conſcius, ſi non erat delicti conſcius,ergo præſup-
ponit fuiſſe probatum delictum,licèt non ſcientia,
& tamen lata fuit abſolutoria.

Secundò probatur ibi in uerſ.licentia agenti eſt,
ſi eum de ſcientia arguenda pœniteat, tunc ad no-
xalem cauſam tranſire. ſi enim probato delicto, &
non probata; ſcientia domini,ſequi poſſet condem
natio in facto principaliter intentato, fruſtra fie-
ret tranſitus ad actionem noxalem: & illa pœni-
tentia eſſet ſine effectu, ex quo ſequi poſſet con-
demnatio, etiam ſine pœnitentia & tranſitu præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicto: quod absonũ est dicere. facit uulg. regula, §. Diuus. l. prim̃e, ut legatorum nomine caueatur, quod fieri non debet, quod factum non releuat, & in §. quibus. in prima constitutione. C.

Tertiò, quia iurisconsul. ibi decidit, agentẽ cum domino quasi conscio posse iudicio pendente transire ad actionem noxalẽ, si cum pœniteat de scientia domini arguenda; ergo nisi cum pœniteat, non poterit obtinere in actione noxal Etiste videtur uerus sensus illius tex. De quo uide etiam quę ponit hic Curt. col. 17. cum sequẽ. & ad rationem Felini, quàm suprà allegaui, respond. quòd licèt in §. si detracta. qualitas non mutet actionẽ effectus, tamen condemnationis diuersus est, secundum Bar. in d. §. quid tamen, col. 1. in fine. Ideo, quum illa qualitas prędicta effectus diuersitatem causet, intentans talẽ qualitatẽ tenetur eam probare. faciunt cumulata per Deci. in d. c. licèt causam, col. antepenult.

Ex quartò & ultimò membro doctrinæ Bar. duę
143 colliguntur cõclusiones.† prima, obscuritas libelli consistens in intentione, vel verbis potest p ipsum libellantẽ declarari usq; ad sententiã. l. si quis intentione, cum gl. & Bar. de iudi. & cũ ista conclus. tran
144 seunt cõiter scriben. & ratio ipsius est, † quia qui declarat, non disponit, & nihil de nouo inducit, sed quid factũ in prętеritũ sit, ostẽdit. l. hæredes palàm, ff. de testa. vt hic per Deci. col. 11. Curt. 18. & Cardinal. in c. cognoscimus, infrà allegando. Et sic ista non est propriè emendatio, vt posit Bal. dicit Deci. præall. & Mod. Taur. col. 21. ideo nimirum si permittitur etiã post contestata litem. & ad tex. in vers. suprà dictis, de emend. C. qui videbatur probare,
145 ꝙ sit emendatio, respond. vt per Deci. loco s. alleg. & Feli. in locis infrà allegandis.† ad hãc conclus. de declaratione libelli, & de materia d. l. si quis intentione ambigua, multa dici possunt, de quibus poteritis videre in §. nihil cõmune, col. 8. Alex. fol. 5. Bo
147 logni. 3. Soci. & Aquẽl. 2 & alios Moder. ibi. Soci. in s. alleg. art. 25. & in c. fi. art. 33 de libel. obla. Fel. in c. qualiter, el 1. col. 13. de accusa. & in d. c. 2. col. 10. Deci. in consi. 25. colum 3. & hic in 11. col. vbi Aquẽl. 6 Curt. 108. & Mod. Taur. 21. prædicta intelligẽda sunt in declaratione propriè sumpta, alràs non esset permissa, quando potiùs saperet nouã dispositionem, vel faceret transire nullum in aliquid; vt per Deci. & Mod. Taur. in locis prędalle. & Card. Alex. in c cognoscimus, 34. distinctione. & ista declaratio inducitur etiam ex prosecutione causę, per
148 quam declaratur qualiter quis verba sua intellexerit & declarauerit, vt per Paul. Castr. in consil. 6. in antiquis. nunquid autem procurator hanc declarationem posit facere ponit Socin. loco s. alleg.

Sed contra theoricam Bar. mouco nõnullas difficultates. in primis obstat, quia si declaratio non dicitur propriè emendatio libelli, nec declarans dicatur emendare, ut dixi. sequitur, Bar. sub sua theorica malè posuisse istud membrum de declaratione. vt hic post Bal. in rep. scribit Deci. col. 11. & Felin. in locis prælleg. Respond. vt per Soci. in prædicto art. 25. col. 1. quòd declaratio dicitur emendatio in quantùm obscuritas libelli emendatur per declarationem, & fuisset necessariũ illud membrum propter id quod sublicit Bar. de emendatione declaratoria, quæ non potest per hæredem fieri.

Secundò obstat, quòd hoc casu non sit necessaria, nec requiratur alia emẽdatio, quum fiat à lege, vt vult tex. in d. l. si quis intentione. potest respondeti ex distinctione data hìc per Curt. col. 18. in articulo, an declaratio libelli sit necessaria, vel clarius dicas, aut est ambiguitas in facto, & tunc est necessaria declaratio, & consequenter emẽdatio. per tex. in l. Pomponius scribit si trumentum, in §. fi. ff. de rei vend. & per Alex. Soci. & alios in d. §. nihil cõmune, & locis suprà alleg. si uerò non sit ambiguitas in facto, sed re pectu iuris, distingue ut p Alex. & Socin. ibidem, & eundem Alex. in d. l. scire debemus, ad fin. principij de verbo. oblig.

Tertiò obstat alia dubitatio: videtur enim talẽ declarationẽ libelli non posse fieri post conclusum in causa, quum ipsa conclusio in causa, excludat omnia de noua allegãda & deducenda, & æquiparetur sententię. vt per Bar. in l. si mater, in §. eandem. in fi. de except. rei iudi.

Respondere quòd immo emendatio, quæ fit per uiam simplicis declarationis fieri potest etiam post conclusum in causa usque ad prolationem sententię, ut hìc dicit Bar. nam ut dictum est, qui declarat, nihil de nouo censetur disponere, vel inducere; sed quod prætеritum est ostendere, ut per Rimin. & Deci. in col. 12. & 7. cũ alijs, quæ s. allegaui. De qua quidem materia conclusionis in causa, plura scribit Felin. in c. cum dilectus. de fide instrument. Mod. Taur. in d. §. nihil commune, fol. 18. col. 3.

146 Notabitis tamen† quòd declaratio nõ potest fieri post terminũ præfixum ad declarandũ. l. qui fundum. ff. de contrahen. emp. de qua dixi plura suprà, in quinta conclus. primi membri doctrinæ Bart.

Secunda conclusio Bar. potestas declarandi li-
147 bellum † non transit ad hęredem. glo. in d. l. idem Pompon. scribit in §. fi. cum qua conclus. gl. & Bar. transeunt alii cõiter, ut per Alex. in l. inter stipulãtẽ, §. primo de verb. obli. Fel. in c. secundo, col. 10. de libel. obla. Deci. in c. cum veniissent, col. 2. de iudi. Aquens. hic, col. 8. & Curt. 18. quę conclus. intelligitur per Bar. & Docto. non solùm de declaratione obscuritatis in facto consistentis, vt erat in d. §. fina. sed etiam de obscuritate & ambiguitate sententiæ, ac verborum. ut in d. l. si quis intentione. Deci. hic, col. 12. sibi contrarius his, quæ dixit in
148 c. cum veniissent amplectitur contrariã opin.† primò, quia hęres potest declarare uoluntatem defuncti. l. si quis à filio. §. primo, de leg. primo, ubi electio transit ad hęredem, ergo declaratio voluntatis defuncti, ut per illum tex. dicebat Bar. in loco hic relato per Deci. Secundò eiusdem potestatis est hęres, cuius est defuncti. l. hęredem. de reg. iur. ergo. Tertiò factum nomine defuncti ratificari per hęredem potest. l. si fine. §. si procuratori, rem ratam
149 haberi.† Quartò iuramentum quando lege defertur, potest per hęredẽ præstari, licèt secus sit quando defertur ab homine. l. generaliter. hìc per eos allega. ergo similiter declaratio libelli per defunctum producti debet posse fieri. Et hanc opinio. licèt Deci. non referat, tenuit Laso. in leg. inter

inter stipulantem, in §. 1. col. pen. de verbo. oblig. & Lanc. Deci. in d. l. si quis à filio, in §. 1. sequuntur Moder. Taur. hìc, & mouentur etiam prætati, quia
150 hæres & defunctus censentur vna & eadem persona, §. 1. auctent. de iureiur. à morien. præstit.† Item quia iuramentum suppletiuum defertur hæredi quando potuit habere notitiam facti. vt per Bar. in l. bonę fidei. ff. de rebus creditis. facit etiam quia instantia transit in hęredem. l. si cum hominẽ, cum not. ff. de fideiuss. similiter error confessionis reuocari potest per hęredem. l. error suprà de iur. & fac. ign. ergo & ius declarãdi ad hęredẽ transire debet.

Ad §. fi. cum glos. l. idem Pompon. respon. prætati, quòd nihil facit. quia ibi erat ambiguitas facti, & conclusum in causa: ideo nulla declaratio potuit fieri. nec dubitatur ibi de declaratione facienda, sed præsupponitur non fuisse factam, estq; penitus diuinatiua expositio glo. ibi.

151 Non est tamen à communi opin. discedendum. eò, quia hæres non potest certus esse de mente† & voluntate defuncti. quum solus Deus secretum animi nouerit, iuxta glo. in §. alię, instit. de actio. ipse enim solus est scrutator cordium, vt dicitur in Euangelio. Tradunt Cano. per illum tex. in c. no uit ille, qui nihil ignorat. de iudi. vbi Deci. in 1. col. Barb. in consil. 83. col. pen. lib. 3. Soci. in d. §. nihil commune, col. 8. Et hãc conclus. sequitur ipse met Deci. in d. l. hęredem de reg. iur. quàmuis ergo communis conclus. non probaretur per d. §. fi. cum glo. ibi, probatur tamen per rationem prædictam.

Non obst. modò adducta in oppos.† & in primis tex. in d. l. si quis à filio, in §. 1. quia non dicitur ibi hęredẽ declarare mẽtem & voluntatẽ defuncti, nec tractatur de hac declaratione mentis defuncti, sed dicitur, ꝙ si testator plures Stichos habens Stichũ legauerit, nec de quo Sticho senserit constet, hęres vnum eligere debet quẽ præstet, & hoc est fauore vltimæ voluntatis, vt effectũ sortiatur. l. 1. s. de Sacrosa. l. vel. necare. ff. quemad. test. aper. & quia qua lemcunq; Stichũ præstet hęres, legatarius nó potest nisi lucrũ sentire. vt ibi per gl. Bar. & alios, & sic interest legatarij in oẽm casum euentũ, hęredẽ eligere potiusq; contra hæredẽ quàm cũ eo inductũ censetur. sed in terminis quæstionis nostræ, si hæres declararet, posset aduersarius damnificari, ut per Bar. & alios, in d. §. 1. Et sic sua interest, declarationẽ fieri nõ posse, vt actore nõ probante ipse absoluatur. l. qui accusare. ff. eo. ex quo patet responsum ad motiuũ Lanc. in d. §. 1. dum dicebat, ꝙ si hęres declaret in terminus d. §. 1. & d. §. fi. dabuntur nouę dilationes cõuento, si contingat fieri declaratio super alia re, quàm ea, super qua reus defensiones fecit, sicuti si declarasset defunctus. nam interest ꝙ potius absoluatur, & in expensis condemnetur actor. d. l. ꝙ accusare, cum l. eum, quem temerè. ff. de iudi.

Ad secundum, ꝙ hæres sit eiusdem iuris, cuius
153 defunctus, vt dicebat Deci. respon. verũ esse in his, quæ ad eum transire possunt, † in aliis non. l. cum hęredes. ff. de acquir. poss. Actus enim actiuorum, ut inquit Philoso. sunt in partiente bene dispositio. secretum animi ad hęredem (vt dixi) transire non potest: ergo &c. Tertiò non obst. ꝙ hæres & defunctus censeantur eadẽ persona. quia illud est impropriè & iuris fictione, vt per Barb. in consil. s. alleg. col. fi. & tex. §. 1. in auctẽ. de iureiur. vtitur dictione improprietatem denotantes, quia dicit esse quodãmodo eandem personam. quę fictio locum non habet, vbi non solùm in specie, sed esset in genere aliquid est possibile: quod casu lex non fingit. l. qui ad certum, ibi fieri non posse. ff. locati. tradunt Bar. & alii in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. sed in proposito nostro in specie, & in genere impossibile est hominẽ esse informatum & certum de mente & voluntate alterius soli Deo nota, ergo &c. & di-
154 cit tex. in d. l. generaliter. † multùm discrepare, hæreditarium iuramentum à principali sacramento: sæpe enim bono succedit improbus, vt ibi per glo. & Bal. Quartò nó obst. ꝙ iuramentum suppletiuũ iurandiq; facultas quando à l. defertur, per hęredẽ prędstari adimpleriq; possit, & similiter declaratio fieri. quia respon. tale iuramentum deferri posse hæredi, quando est tale factum, quod sibi & testatori notum est, aliàs secus, vt per Iaf. in l. si quando, col. fi. ff. vnde ui. sed declaratio voluntatis, & mẽtis defuncti non est talis, ut dixi, ideo &c. ꝙ si hæres dicat se habere notam uoluntatem defuncti. ut quia sibi declarata, non creditur illi in facto proprio. l. omnibus, cum vulga. ff. de testi. Non obst. ꝙ instantia transeat in hęredẽ, quia non est hoc mentem alterius declarare soli Deo notam. Nec obst. quòd de reuocatione confessionis erroneę dicebatur, quia procedit errore probato tantùm, ut dicitur in d. l. non iccirco. & sic nihil facit in proposito, quum aliud sit in declaratione. ut etiam hìc per Aquens. in principio ult. col. Item non obst. ꝙ electio transeat in hæredẽ. d. l. si stipulatus fuerim, quia ex quo illud, aut illud quis stipulatus esset. & sic electionẽ ex duobus, id pariter pro hęrede suo stipulatus censetur. l. si pactum. ff. de proba. nimirum si hæres potest eligere. nec electio talis, declaratio est uoluntatis alterius, sed ipsius hęredis eligentis.

155 Et† quemadmodum declaratio libelli nõ potest fieri per hęredem, ita non poterit fieri per procuratorem sine speciali mandato, quãdo libellus fuit à principali productus secundum Ang. in d. l. si quis intentione. Alex. & alios in d. §. 1. l. inter stipulantem. Felin. in d. c. 2. col. 10. & probatur à fortiori. quia si non potest fieri per hęredem, qui censetur eadem persona cum defuncto, multò minus poterit fieri per procuratorem: secus tamen est in mutatione libelli, quæ per hęredem fieri potest quemmadmodum per libellantem. ut hìc per Aquens. col. 8. & Curt. 20. latiusq; dicetur infrà.

Limita prędictam conclus. 1. ut per Iaf. in l. post dotem, col. 9. uersic. 2. ultra scriben. fol. matr.

Secundò in declaratione & interpretatione, quę
156 fit ex mera uoluntate, prędicta procedere,† secus in declaratione, quæ fit per uerisimilia, siue ex coniecturis & actibus uerisimilibus secundum Bart. in d. l. inter stipulantem ad finem. §. 1. ubi dicit hanc declarationẽ cuilibet successori competere, de quo uide Soci. in c. fi. col. 23. & sequenti. de libelli obla. Barb. in consil. 83. col. penult. in fin. lib. 3. ubi inquit, ꝙ iuxta talem declarationem potest successor

Universidad de Deusto
Biblioteca

intetpretari ſententiam ſui prędeceſſoris licèt ſecus ſit in declaratione meræ voluntatis, vt etiam pulchrè per Feli.in c.qualiter & quando,el 1.col.15.& ſeq. de accuſ.& in c.cum veniſſent col.1.in qua declaratione quæ fit per ueriſimilia arguimus à priori, poſteriori,& à geſtis in ipſo actu. ut per Soc.in conſi. 136.col.3.vol.3. & in terminis iſtius limitationis ceſſat ratio ſuper qua fundatur prędicta concluſio de ſecreto animi ſoli Deo noto.

Tertiò ſciendum eſt q̃ non facta tali declaratio-
157 ne per libellantem, † quàmuis non poſsit fieri per hęredem, fiet tamen à iudice interpretãte libellum in fauorem libellantis,iuxta d.l.ſi quis intentione, vt per Soci.in d.§. nihil commune.8.col.

Ex prędictis,vt uidetis,duę poſſunt colligi regulę cum declarationibus ampliationibus & limitationibus. prima affirmatiua,emendationem libel-
158 li vſque ad litiſconteſt. fieri † ratio in ſuperioribus dicta fuit.

Ampliatur primò hæc regula in criminalibus, vt.ſ̃.dixi. quam ampliatio. ẽt intelligatjs niſi emendatio ſaperet deſiſtentiã ab accuſatione in parte aliqua,quia non fieret impune, quãdoquidem incurreret pœnam Turpiliani.ut hîc per Ale.in 2.col.& Feli.in d.c.2.col.9. tamen ante inſcriptionem, non dicitur deſiſtentiam ſapere ut per Soci.in d.c.2. artic.26.col.3.quę uerò ſit pœna dicti Senatuſconſul-
159 ti Turpil. † uidebitis in l.3.cum gl.ff.de pręuari.

Secundò ampliatur, vt procedat etiam in libello producto in cauſa appellationis.l.ſi quis libel. cùm glo.& Bal.j̃.de accuſ. Ale.hîc col.4. Aquen.6.laſ.9. & Dec.in 17.in verſi.& talis mutatio. facit tex.alleg.cùm not.per Abb.in d.c.2.col.5.vbi Are.2. Felin.6.& Soc.artic.25.col.6.in uerſ.circa ſecundum membrum.

Tertiò ampliatur etiam ſi mutaretur actio, ut poſt Aquenſ. contra Bar. in ſuperioribus dixi:

Ampliatur etiam aliis modis, ut per Socin. loco paræall.col.2.

Limitatur prædicta regula multipliciter. quinq; limitationes ponit Aquenſ.in 6.col. quando mutaretur actio uel factum. Secundò quando lapſum eſſet tempus præfixum à lege uel ſtatuto. Tertiò quando ius parti quæſitum fuit ex productione libelli.quas limitationes ex Barb.dicit colligi. Tertia tamen non colligitur, quia.l.1.j̃.de plus petitionibus,alleg. per Bar. quam fortè Aquenſ. referre voluit,loquitur poſt litem conteſt.nos ante. niſi dicas non admitti ibi emẽdationem detractiuã, licèt regulariter ſecus propter ius quęſitum parti propter litiſconteſtationem. quæ ratio militat etiam ante litem conteſtatam,vt tunc non admittatur emendatio ſi fuerit parti ius quæſitum.& hanc limitationẽ etiam ſequitur hîc Alex.col.2. verſi. item fallit. & dicunt Mod.Taur.in 9.col. Alex. exemplificare in caſu.l.quamuis.ff.de in ius voc. Sed uerum nõ eſt, quum exemplificet expreſsè in caſu c.ab eo de elec. in ſexto,adducendo inde ad comprobationem d.l. quamuis,cum ibi not. Nec poſſe exẽplificari in ca-
160 ſu d.l.quamuis. † quia ibi defectus nõ eſt in libello,ſed in citatione illegitima,vt ex natura Tit. appareat ibi: ergo non cadit emendatio libelli non exiſtente in illo defectu. nec eſt verùm, quòd ſoluta pœna,vt dicunt præfati Moder. permiſſa ſit emendatio ad debitum conſequendum parte inuita. ut per Alex.laſ.& alios in l.ſi.j̃.eod. quum oppoſ. dicant. & licèt actor admitteretur ad proſequendum in cauſa ſoluta pœna, tamen non eſſet emendatio libelli qui non fuit vitioſus,ſed citatio tantum.& circa hanc lim.datam per tex.c.ab eo.videte Abb.in d.c.2.col.12.ad fi.materię emendationis.vbi Fel.col. 9.in 10.lim.ponunt caſum illum pro ſpetiali,& aſſignant rationem.& iſta limitatio poteſt exemplificari in §.eligere.l.quod in hęredem.ff.de tributo. vt.ſ̃.per Aquenſ.col.5.verſi.13.in quantum Bar.

Quarto limitatur quãdo libel. cõtineret aliquid in fauorem parti aſſertiuè.Alex.ſ̃.col.1.Aquenſ.6. in fine. & Mod.Taur.9.& Felin.in d.c.2.in 9. col. oppoſ.tamen tenui.ſ̃.in 4.not.ibi uidendum eſt.

Quinta limitatio ubi ſtatutum diſponeret, productionem libel.habere uim litiſconteſt. vt hîc per Alex.col.2.& Felin.loco pręalleg. ſed iſta limitatio non eſt bona,quia non eſt de regula. iuxta not. per Paul.de Caſt.in l.in his.ff.de.ll.Regula.n.& cõcluſio procedit ante litem conteſtatam, & ſtante dicto ſtatuto non eſſemus ante tempus litiſconteſta. ergo &c.Sexto fallit,quando quis vellet pluries emendare,quum ſemel tantum ſic licita emendatio,vt dixi in notabilibus. Mod.tamen Taur.loco pręall. li-
161 mitant † quãdo libellans iuraret de calumnia.quia tunc ex cauſa bis emẽdare poſſet.l.ſi.in fi.ff.de bon. auctor.iud.poſsiden.ſed in illo tex. nulla erat variatio.petebat.n.creditor copiam deſcriptionis inſtrumẽtorum debitoris quam ſemel habuerat. Et quia contra eum ſtabat præſumptio calumniæ ex quo illam iam habuerat, non admittebatur ad eam iterũ petendam niſi iuraret. ſe id non faceret cauſa calumniandi. quo iuramento pręſtito, lex ſtatuit copiam iterum fieri ſublata prædicta ſiniſtra ſuſpitione calumnię propter iuramentum pręſtitum. Sed in hac materia nõ admittitur emendatio libelli, niſi ſemel,quia eſt uariatio quędam,& ſic odioſa,vt dixi. per quod quidem iuramenti non tollitur præſumptio dictæ calumniæ,ſicuti ſit in caſu d.l.ſi. Septimò & vltimò vtiliter ſecundum Felin. fallit,vbicunque iudici ęquum non uideretur emendationẽ prędictam fieri per hanc l. noſtram in fine. vt per Felin.in d.c.2.col.9. & latius uidebimus in glo. ſi. Et hęc limitatio multas alias cõprehendit, quas tangit Soc.in d.c.2.art.25.ſed potius ſunt caſus in quibus exemplificabilis eſt limitatio iſta.

Secunda Regula negatiua † poſt litem conteſt.
162 non eſſe licitam emendationem libelli. quam concluſ.ut communem & ueram defendi ſuprà in prima parte glo.

Ampliatur hęc regula multipliciter, vt per Soci. prędalleg.col.4.& ibi Felin.10.& ubi lis non conteſtatur non poterit fieri emendatio ſi de meritis cauſæ tractari cœptum fuerit † quum talis actus habea-
163 tur pro litiſcõteſtatione.l. nulla cum not. j̃.de procur.Cur.hîc col.9.& Mod.Tau.13.& licèt Aquen. hîc,in pen.col.oppoſ.teneat quia hoc tendit ad celeriorem litium expeditionem.habeturque eo caſu lis pro conteſtata quantùm ad repellendum exceptiones

ptiones dilatorias tendentes ad differendũ iudiciũ.

Ab opin. tamen prædictorum Mod. non uidẽtur eſſe recedendum per tex.d.l.nulla,cum ibi not. per Alex.ubi talis actus in meritis facit procuratorem dominũ litis,& illos operatur effectus,quos litiſconteſtatio: ut ibi per Alex. & per conſequens prohibitionem emendationis libelli prout etiam facit litiſconteſtatio.

164 Limitatur prædicta regula multis modis. † vt p Soci.loco proximè allegato,Aquenſ.hîc col.6.cum ſeq.& Moder. Taur. fol.4. & ſeq. ſed quatuor tantùm quas hîc poſuit Bar. & reaſſumit Aquenſ. uidentur bonæ.nam contra quintam Alex. hîc in 3. col.ait q̃ incontinenti poſt litem conteſt.poſsit fieri emendatio.per gl.l. Pompo. in §.rati.ff.de procur. & approbatur ab aliis,vt per Feli.loco prælleg.laſ. hîc col.5.& Aquenſ.7. cum not. per Iaſ. in l. error col.2.ſ̃.de iur.& fac.ignor.

Obſtare tamẽ uidebatur quod hîc in 3.col. Lãc. dicebat,quia per litiſconteſt.fit quidam quaſi contractus.d.l.3.§.idem ſcribit.ff.de pecul. & à cõtractu vel quaſi etiam incontinenti deſcendere nõ eſt licitum.l.ſicut,cũ vulg.j̃.de actio.& oblig.Et addu cta per doct.pro hac opin. non loquuntur in contractu vel quaſi, vt in terminis limitationis noſtrę, quàmuis poſſet replicari ex his, quę hîc in 8. colu. Deci. ſcribit. fortius in contrarium facit. quia ſuper additis poſt litiſconteſt. quàmuis incontinenti non reperitur facta ipſa litiſconteſtatio,ergo ſententia non poterit ſuper illis ualidè proferri ſine conteſt.litis.hæc enim eſt ratio impeditiua emendationis poſt litem conteſt.ut dixi.ſ̃. & hoc ubi emendatio fieret per uiam emendationis, aliàs ſecus à ceſſante ratione.

Sextam limit. Specul. quando nondum eſt præſtitum iuramentum calumniæ,reprobant Alex.hîc col.3.laſo.9. Aquenſ.in 7.diſtinguit, volens limitationem procedere quãdo non mutatur actio uel factum, aliàs ſecus: ne ſententia feratur ſine conteſtatione litis. Sed tunc iuramentum calumnię omiſſum,non eſſet cauſa iſtius limitationis vt videntur præfati uelle: immo iſtud eſſet regulare.d.§.ſi detra-
165 cta.Moder.Taur.col.20.diſtinguũt,vt per eos,quæ diſtinctio procedit, quum uerum non ſit, † quòd iuramentum calumniæ petitum & non præſtitum ante litem conteſt. rẽddat ipſam conteſta. nullam, immo iuramentum calumniæ quod eſt iuuentum ad ſolemnizandum iudicium,pręſtari poſsit ante litem conteſtatam.l.2.cum ibi not. per Bar. Paul. & alios.j̃.de iur.calum.& per Pau.in l.1.eiuſdem tit. & ſi litiſconteſtatio annullaretur, eſſemus in tempore ante litem conteſtatam, ita quòd limitatio nõ eſſet bona. tutiùs igitur eſt tranſire hîc cum Alex. limit. hanc reprobante.

Septima limitatio, de qua per Aquenſ. & Mod. prælleg.quando libellus eſt ineptus, uel litiſconteſtatio nulla, non eſt bona: quia litiſconteſtatione nulla exiſtente non ſumus tunc poſt litem conteſt. quum nulla ſit conteſtatio.

Octaua limitatio Aquenſ. quando pars non opponeret;ſimiliter non procedit:quia partium conſenſus in hoc diſpenſare non poteſt: ut hîc per Iaſ. col.9.& Felin. in d.c.2.col.10. quando emendatio fieret per uiam additionis uidelicet, ſecus ſi per uiã detractionis.

Nona limitatio quam tradit Soc.2.loco. in pręal leg.artic.2.per l.fin.de anna.except.includitur in limitatione data per Bar. in quarto membro de declaratione.

Decima limitatio quam ibidem refert Socin.per l.licèt,de iudi.quando quis non eſt proſecutus generaliter petitionem,nõ eſt propriè limitatio. quia dato quòd unam ſpeciem tantùm fuerit proſequutus,per hoc tamen non fit emendatio libelli,quę in faciendo,vt ex prædictis apparet,conſiſtit, non autem in omittendo.

Aliæ limitationes ut fatentur præfati Doct. non procedunt. & hæc ſatis circa materiam emendationis.

166 Tranſeamus modò † ad materiam mutationis minus prolixam, quàm fuerit procedens. & pro expeditione capio ſecundam partem glo. quæ in duas particulas ſubdiuiditur. In prima deſcribit mutationem. In ſecunda quæ eſt ibi,circa,ponit uſque ad quod tempus poſsit fieri mutatio. & cum iſta particula iungenda eſt ultima tertiæ partis principalis,quæ eſt ibi,quod dixi. Tractat.n.de hac materia mutationis.

Ex iſta ſecunda parte gl. colligite deſcriptionem
167 mutationis, † quando ueteri relicta,eligitur noua, & ſic eſt una omittere,& aliam nouam proponere. Sequitur Bar.col.5.ad fi.materiæ emendationis,& Dec.12,& ſcriben.communiter allegantes.tex.in l. mutari.ff.de procu.& in l.vnica.j̃.de mutat.nom. quem titulũ limita ut per Bar.in §.nos verò, procemij Digeſtorum. Feli.in proœm.Gregoriano. col. 8.& in c.j.in 6.requiſito,de fide inſtru.& Socin.in conſi.62.col.3.lib.1.ſed quia gl.ſolùm loquitur de mutatione actionis,& ex multis aliis modis contingit mutatio: ideo dicendum eſt poſſe tripliciter in genere,in ſpecie,& in ſpecie ſpecialiſsima, in genere tot modis dicitur mutatio, quot modis dicitur motus. ſecundum Bal. hîc in rep. Perufina. & de hac non tractamus hîc. In ſpecie pro mutatione libelli de qua in l.noſtra. & dicitur mutatio eius qđ deductum fuit in iudicium,ſiue mutetur cauſa, ſiue actio,ſiue res: vt poſt Bal. exemplificant hîc pulchrè Pau.de Caſt.col.3.& 4.laſ.9. & Soci. in d.c.2. artic.25.& 26.de libelli oblat.& Feli.ibidem in 12. col. In ſpecie ſpecialiſsima pro mutatione actionis, de qua loquitur glo. & dicitur propoſitio nouæ actionis omiſſa primò deducta legitimè facta in iudicio,ut per hanc l.gl.& prædicta apparet. libellus ergo dicitur mutari, quando id quod eſt ſubſtantiale in totum tollitur,& aliud in eius locum ſubrogatur,vt poſt Io.Andreæ tradit Soci. loco prælL. & ſecundum Bal. hîc in 2.col. paduanæ repetitionis:
168 † digreſsio quæ fit à primo libello nullo,ex eo intelligibili formaliter remanẽte. dicitur mutatio, quãdo ſcilicet tota concluſio libelli emendatur. quando uerò in aliqua parte mutatur concluſio, uel reformatur in melius, eſt emendatio ſecundum eũ; vt uidimus ſuprà. Ex quibus patet malè hic dicere Aquenſ. in 7. colum. mutationem non eſſe licitam

ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

ante litem conteſt. ſi contingat fieri mutationem ſacti uel rei: quod cõfunditur per prædicta. Id quod poſſet tñ procedere in emendatione quę (vt vidimus) perſiſtentiam in re uel ſubſtantiam pro parte ſaltem dicit; nõ autem in materia mutationis, quæ dicitur vbi res vel factum ſubſtantiale tollitur, uel mutatur, & ita tenet & declarat hîc Dec. in 12. col. & quàmuis dicat mutationem fieri etiam quando poſitum pro parte tollitur, iuxta l. iuriſgentium, in §. adeò. de pact. ibi, & pars mutari. hoc tñ non procedit in materia noſtræ legis, quæ diſtinguit emendationem à mutatione. & quando fit diminutio, eſt emendatio libelli, vt diximus. ſ. & in alio poſito ſubiungit ipſe met Dec. ſuſtinẽdo dictum Bar. .ĩ. alleg.

169 Nunquid autem † prohibita mutatione cẽſeatur prohibita. additio. Dec. in col. 12. cõcludit ꝙ ſic per ſolemne dictum Bar. in fi. per illum tex. C. de ꝓx. ſacro. ſerin. lib. 12. vbi voluit ꝙ prohibita per ſtatutum mutatione numeri Antianorum ciuitatis, erit ſimiliter prohibita additio & augmẽtatio numeri. & ad hanc l. quæ videbatur in oppoſ. facere, reſpon. vt. ſ. diximus. Et dictum Bart. ſequitur etiam hîc Aquenſ. col. 7. & Feli. in d. c. 2. col. 12. de lib. obl. & in c. ſuper his col. 5. de maio. & obedi. nam contra dictum Bar. videbatur facere hæc lex cũ prædictis, ꝙ quia addit, aut detrahit libello, non dicatur mutare, patet, quia doct. ponunt addentem vel detrahentem in caſu emendationis, mutantem uerò in membro ſeparato, facientes expreſſam mentionem inter eum qui libellum mutat, & eum qui addit libello: concludendo, ꝙ addens nõ dicatur libellum mutare. facit tex. in clem. ne Romani. de elec. in verbo detrahi, mutari vel addi. vbi prędicta ponuntur tãquàm diuerſa. de quo eſt melior tex. in §. quibus. in prima conſtitut. C. ibi, adiicientes quidem & detrahẽtes, immo & mutantes. Ita ꝙ appareat plus eſſe mutare, quàm addere vel detrahere. & concludit Feli. loco præallegato attendi debere ac inſpici ſubiectam materiam ad cognoſcendum & iudicãdum an additio ſub mutatione contineatur, & addens mutare dicatur. & quũ ſit facta expreſſa diſtinctio inter prædicta in materia noſtra, non eſt mirum, ſi non continetur mutatio ſub emẽdatione: vt etiam hîc dixit Dec. tacito auctore. & in caſu Bar. alia eſt ratio, vt ibi per Felin. Ideo nimirum ſi prohibitus mutare, ſit etiam prohibitus addere. ſed regulariter & generaliter loquendo, addens nõ dicitur mu-
170 tare. propterea concludit ibi Feli. † ꝙ licèt mutatio detractiua ſit prohibita reſpectu legis diuinæ, quæ dicitur immutabilis, aliud tamen erit in mutatione additiua; vt ibi per eum. Qui autem interpretatur actum præcedentem, ſeu implicita exprimit, explicitè non dicitur mutare nec addere, licèt ſuperficiem litteræ mutet, intellectu non offenſo. ca. cognoſci-
171 mus, cum glo. 34. diſt. vbi Card. Alex. † inferens in actu practico, ꝙ poſt terminum datum ad articulãdum poterit quis facere articulos declaratãtes & interpretantes capitula iam producta, quum talis nõ dicatur addere.

172 †Secunda uidẽdum eſt pro expeditione ſecũdæ partis glo. vſque ad litem conteſta. tantùm & non poſt. ſequuntur cómuniter ſcriben. vt hic per Alc. col. 4. laſ. 9. Dec. 12. Cur. 20. & per alios: vt per Feli. in c. 2. col. 11. de libel. obl. ubi Socin. artic. 26. hæc concluſio in prima parte probatur per l. noſtram & per rationem, quare emendatio permiſſa ſit vſq; ad litem cõteſt. de qua. ſ. diximus. Pro ſecunda parte, glo. allegat tex. in l. non poteſt. ff. de iudi. quę nihil facit, licèt Dec. ſimpliciter tranſeat. loquitur. n. in iure de futuro. & quod ſuperuenit inchoato iudicio, vt ibi per Bar. vt dixi. ſ. in materia emẽdationis. † meliùs probatur in l. de qua re. alleg. etiã per
173 glo. quia de qua re prætor cognouit de eadem debet & iudicare, ut hic etiam per Alexan. col. 4. Feli. & alios Modern. in locis prælallega. Item per tex. l. noſtræ ut hic per Deci. in 12. col. & intelligitur d. l. de qua re. ut hîc pulchrè per Salice. in 5. colum. & Dec. 9. Alex. aſsignauit rationem de quaſi contractu celebrato per litis conteſta. à quo non licet diſcedere, quæ tamen ratio, ut etiam ait Deci. impugnari poteſt ex dictis ſuperioribus ut per eum. Ego tamen ibi illam defendi in materia emendationis, ideo ratio iſta ſatis bona erit: quia tũc actor quum ſit obligatus inſtantiæ, ut dixi ſuprà, nimirum ſi nequit mutare. poſſumus etiam aliam rationem aſſignare de qua per Alex. & alios in materia emendationis prohibitæ poſt litem conteſta. per uiam additionis, ne ſuper additis contingeret ſine litis conteſtatione ſententiam ferri contra l. prolatam, cum no. ĩ. de ſen. & interlo. om. iud. quæ ratio militat etiã in mutatione, quæ fit ſubrogando aliquid noui, ut dictum eſt ſuprà. Non eſt igitur mirum, ſi non admittatur poſt litẽ conteſtatam, quæ mutato libello ſuper additis nõ ſit facta, & huiuſmodi poſt litem conteſtatam prohibita fieri non poterit, etiã
174 de conſenſu partiũ, quia † ſubſtantialia iudicii prout eſt litis conteſtatio iuxta d. l. prolata, cõſenſu partium remitti non poſſunt. glo. in c. de cauſis. ubi. Cano. de offi. deleg. ut poſt Bal. & Alex. ſcribit hic laſ. in ult. col. facit l. ius publicum. ff. de pact. Deci. hic in 13. col. licèt de laſ. non faciat uerbum, tenet oppo. per tex. in c. fi. cum ibi no. de proba. Reſpondendo ad rationem Alex. ꝙ ex quo ſemel litis conteſtatio facta fuit de conſenſu partium, reiterari & prorogari poteſt. Cur. hic col. 20. & prius Socin. in d. c. 2. col. antepen.

Sed non pendendo à dextris neq; à ſiniſtris fœdere diſtinctionis concordari poſſunt opinio. hoc modo: aut uolunt partes procedere ſuper libello mutato abſque noua conteſt. litis, & non poſſunt, nec ualeret ſententia tanquam prolata ſine conteſtatione litis. nec obſt. tex. in d. c. fi. qui uidetur uelle poſſet partes ſuper litis conteſt. diſponere, illam prorogando. quia plures habet intellectus, & ibi multa concurrebant, propter quę partes diſponebant circa litis cõteſtationem ut ibidem per ipſum Dec. nec etiam probat, quod ſine litis cõteſtatione poſſent partes facere, ut ſententia ualida ferretur. & ita procedat opinio. Bal. Alex. & laſo. Aut uerò partes ſuper libello emendato iterum litem conteſtari uolunt, & poſſunt, nec quicquam tunc repugnaret. ceſſat enim ratio ſuprà aſsignata: quia ſententia dabitur præcedente litis conteſtatione, non autem

autem ſine ea. & ita procedat Socin. Deci. & Curtii opinio.

Modò ex doctrina Bar. in materia mutationis, quatuor concluſiones colligo contra glo. in vltima parte tertiæ principalis, quam coniunximus cum
175 iſta ſecunda parte, & contra Petrum, Cyn. & ſequaces. † quòd d. l. iſta nõ corrigitur per tex. in aucten. qui ſemel. & in corpore vnde ſumitur, infrà quomodo & quando iudex. etiam ꝙ libellus iudici ſit porrectus, & facta copia iudicialiter parti quia adhuc libellus mutari poterit ante conteſtationẽ litis, vt dicitur in l. noſtra. quã correctam eſſe per dictam aucten. qui ſemel. dicendum non eſt, quum enitanda ſit. ll. correctio. l. præcipimus, in fi. de infrà de appell ſancimus. ĩ. de teſti. c. cũ expediat, de elec. lib. 6. Item quia iura noua diſtinguũtur & declarãtur per antiqua, aucten. cum offeratur, cum gl. ĩ. de litis conteſt. l. ſciendum, cũ ibi no. ff. qui ſatis. cogan.

Tertiò quia lex iſta in materia mutationis attenditur & potius derogat generalitati prædictæ aucten. quàm econtrario. argumento regulæ generi per ſpeciem, de reg. iur. & eſt communis, vt hîc per Alex. col. 4. laſ. 9. & Deci. 12. cum ſequenti. Mod. Taur. hîc in artic. de mutatione tenent contrarium ſtudentes Bar. contradicere. & eius dicta improba-
176 re, vt hîc latè & tediosè per eos.

competentes rei contra principalem transeunt in fideiussorẽ. vnde differentia facta per Pau.de Cast. non procedit, quoniam de fideiussore iudicandũ est, vt de principali, & contra Paul. (Iudice Riminaldo) est tex.in l.3.ff.si fam.fur.fecisꝰ.dicatur. vbi illud, quod dicitur in domino locum habet in emptore, vt durante iudicio inchoato cum domino conueniri non possit: quia haberet contra dominum regressum,prout fideiussor.in d.l.cum quærebatur. Curt.hic, col.24.nitebatur defendere Paul. de Cast. ab impugnationibus prædictis, sed alleg. per eum non loquuntur, quando ille alius est habiturus regressum contra primum, quo casu pro vno reputantur.Alex.hîc col.5.dedit aliam nouam solutionẽ ad l.cum quęrebatur. Ideo ibi illud contingere, quia secundũ iudicium plenius erat, quũ detur ad interesse,& damna, quæ fortè non emerserant ante primum iudicium,vt hic per eum.Ideo nimirum si admittitur cumulatio. Sed in casu Bar. ambo iudicia, siue actiones eiusdem erant naturæ. quam sol.vt no.comprobat Aquens.in 8.col.quia ad hoc vt impediatur cumulatio,requiritur quòd sit possibile,tantum consequi ex prima, quantum ex secunda. si ergo possibile sit plus consequi ex secũda,quàm ex prima,ut in casu suprà ꝓposito, nó debet secundum Aquensem impediri cumulatio. Rimin. in 15. col. improbat sol. Alex. quia posset procedere respectu illius pluris, quod consecuturus fuerat agendo prima actione in primo iudicio. & sic respectu sortis & expensarum litis,quas fuisset consecuturus.hoc dici non potest l.1.ff.ui bon. rapt.cum not.per Bar.in l.1.in §.dixerit.de publicanis.& per Aret.instit.ui bon.rap.ad fi.principij.

Sed Alexandrũ sustinere niutur hic Curt.in 25. 223 col.sed non placet. dum vult quòd in l.cum quęrebatur, non intentetur nouum iudicium,nec sit noua instantia contra fideiussorem, quum sit nouum iudicium lite prima pendente contra fideiussorem inchoatum,in quo lis contestatur,vt ibi dicitur: & sic seruantur in iudicijs ordinarijs requisita. Ideo potest respon. quòd quãdo est vnum factum, licèt sint plures tituli criminis,seu diuersæ formæ agendi,ut in actione furti,& ui bonorum raptorum,nó admittitur cumulatio, qa possibile est,sic fieri sententiam in prima, quòd obstabit exceptio rei iudicatæ in secunda,ut per Bar.j.in 3.genere cumulationis,sed si actum sit ex una puta, furti, & obtentum,postèa agi potest ui bonorum raptorum in eo tantum quod excedit d.l.1.Ita procedũt dicta Bar. in locis prælle.ut per eundem in l.1.§.unde quæritur,col.2.uersꝰ.secunda regula de publicanis. Sed quando facta sunt diuersa, ut in l. cum quærebatur,ubi principalis conueniebatur ex facto suo auctorumue suorũ & fideiussor similiter suo,uidelicet ex stipulatione interposita per eũ de defendendo reum, iudicatumq; soluendo, & utilitas possit verti. In secunda actione cumulationis nõ est prohibita,ut per Are.in d.§.si minus, col.antepe.in 5. casu nimirum si super omnibus fieri possit cumulatio,quamuis agens unica solutione debeat esse cõtentus. l.si ex duob.§.fi.ff.iudica. solui.cum adductis per pract.Papiensꝰ.in forma actionis hypotheca riæ, ut in glo.super uerbo ex memoratis. col.5.

Secundò principaliter contra istam limita.& regulam Bar.efficax videtur oppos.Salice.de absolutoria ferenda in primo iudicio, quod possit parere exceptionem rei iudicatæ in alio, ergo comprehenditur sub prima regula Bar.& sub prima limi.quic quid dicat Alex.vt hîc per Rimin.col.15.Are.in d. §.si minus, fol.vlt.col.1.Deci.hic col.14. & Curt. 24.sed respon.verũ non esse,hãc limit.comprehendi sub prima,vbi absolutoria lata in vna actione est illa, quę parit exceptionem rei iudicatæ in alia. sed hic est consecutio rei petitæ, quę ab alia liberat, vt j.per Aquens.col.pen. nec videtur absolutoria lata in primo iudicio in casu §. fi.d.l. primę parere exceptionẽ rei iudicatæ in secundo. actũ enim fuerat cõtra dominũ actione furti, prætextu furti cõmissi per vnũ ex seruis suis. licèt enim tũc absolueretur dominus ab actione contra eũ intentata, nomine vnius serui, aut quia furtũ non fictũ ab illo seruo, vel quia non probatum datis debitis dilationibus, & sic diffinitiuè, iuxta not.in l.qui accusare.j.eo. posset postmodũ conueniri furti, nomine alterius serui: quia licèt ille, cuius nomine institutum fuit iudiciũ id furtũ nõ fecerit, potuit alius fecisse, quũ ex diuersis non inferatur.& propterea tex. vult, ꝙ actio aliorum nomine intentetur: sed sustineatur pendente iudicio primo. quia possibile est, ꝙ tantũ consequatur ex actione intẽtata nomine vnius, ꝙ pręcludetur via intentandi actionẽ nomine aliorum.& si continget liberatio,vt ibi dicitur,nó autẽ assignat rationem, quia absolutoria lata,&c.

Tertiò principaliter videtur refragari, quòd limitatio nõ probetur iure,ergo &c.l.illam.j.de col lat.† nam in §.fi.l.1.ex eodem facto,& eadẽ actione agitur ex furto à familia seruorum facto, quod unicum reputatur vnáq; actione petitur. l.si familia.ff.de iurisd.om.iud. quicquid hîc dixerit Alex. ut per Rimi.in 15. col.& Soci.ultima. Quum ergo hic sit unica actio,malè allegatur per Bar. ad materiã cumulationis actionũ, quæ plures requirit. Põt respon. quòd ibi tractatur de cumulatione pluriũ iudiciorum,ut in summario illius tex.dicit Bar.'un de intelligi debet Bar. hic de pluribus actionibus, idest de pluribus iudicijs, secundum l.per eum alleg.uel quòd arguat à simili,quod sicuti plura iudicia cumulari non possunt, quando executione facta in uno cum assequutione, de qua ibi obstat exceptio rei iudicatæ in alio, ita dicamus in plurib. actionibus.Et sic facit in ratione decidendi secundum Socin.hic,col.fi.& Curt.24.Postremò aduertite,quòd Iurisconsul.in §.fina.d.l.primæ ad hunc effectum ponderat litis contest. quia antea liceret uariare: sed cumulatio nullo tempore procedit secundum Aquens.hic in 8. col. Non igitur sine ministerio tex.ibi ponit illa uerba de litis contest.

Quinto limitatur prædicta regula,quando plures actiones sic se habent,quòd ratione maioritatis

224 †una aliam secum non recipit: tunc non admittitur cumulatio secundũ Bar. per l.fi.de ordine iud. & l. per minorem.ff.de iudi.sed quando una causa non esset alia maior, uerum essent paris potentiæ, tunc utraq; agi potest. Ita à contrario sensu ex præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictis infertur, concludit Bar.in l.si inter, ad fin.ff. de except. rei iudica. & Bal. in l.1. col.3. infrà qui accusare dicens quòd quando secunda accusatio maior est prima ratione maioritatis prima cedit secundæ,sed in paribus iudicijs super vtraque proce di seruato ordine temporis in singulis actibus succesiuè,vt qui prius accusauerit,prius litem contestetur : & sic in alijs articulis causarum. iuxta l. qui prior.ff.de iudi. nam ratione paris potentiæ seruatur ordo ex tempore.natura enim parium secundū
225 eum est, † vnum in alterum nihil posse : quum & asinus intumescat, si per comparem se comprehen di videat. facit §.intempestiuum.l.ille, à quo.ff.ad Trebell. & est hæc regula fundata in ratione natura li,ideo tex.in d.l.fi.dicit,quòd maius merito mino ri prefertur.hinc l.3.ff.de alien.iudi.dicit,q̃ potentioribus pares esse non possumus. diciturq; una actio,vel causa maior altera multismodi, vt per Bar. & Pau.de Cast.in d.l.per minorem,& in alijs ℸ. allegandis : & maximè criminalis respectu ciuilis .

226 Sed pro declaratione presentis materiæ . † malè enucleatę per Doct. diligenter aduertendū est, aut enim ciuilis , & criminalis nō intentantur ab eodē, sed ciuilis ab vno , & criminalis ab aduersario : & tunc absq; dubio criminalis facit preiudicium ciui li , quum maior trahat ad se minorem. l.per minorem,& l.fi.ꝛ.alleg.vbi text.dicit,quòd finis negotii criminalis initium tribuit ciuili , & ideo suspenditur processus ciuilis,siue supersedetur in causa ciui li , donec terminata fuerit criminalis,secundū Bar. & alios in iuribus præalleg. quę loquuntur in his terminis.ita quòd nihil faciunt ad materiam cumu lationis,quę fit ab eadem parte, vt per Aret.in d.§. si minus,col.15.Salice.hîc, & Curt. infrà in primo
227 genere cumulationis. † & est ratio, ne si accusatus de crimine accusatorem iudicio ciuili inquietaret, eum cogeret ab accusatione desistere,contra publi cam vtilitatem.l.ita vulneratus,ad l.aquil.Aquens. hîc,col.9.vel accusatus omitteret suas defensiones, si super vtraque causa procederetur , vt post Cyn, Bal. & alios vult ibidem Aquens.

228 Ex quibus infertur ad practicam,† quàm si mer cator debitis inuolutus conueniatur à creditoribus suis,cautelam esse, vt accuset illos de aliquo crimine.procedetur enim in criminali, & superseden dum erit in ciuili . secundum Angel. & Imol.in l. interdum, col.fina.de publ.iudi.

Item si actum fuerit ciuiliter pro debito, & accu sem te de falso propter testes falsos in causa ciuili productos,aut subornatos,suspendetur ciuilis pro cessus , & super sola accusatione à causa criminali procedetur tanquàm super maiori. ita Bal. in l. si quis testibus, col.pen. ℸ.de testibus.sequitur Alex. in l.2. §.1.in apostillis ad Bar.ff.ui bono rapto .

Aut ciuilis & criminalis intentantur ab eodem,
229 † & tunc si à principio fuit mota lis ciuilis, non po test cumulari causa criminalis,sed erit supersedendum,& procedendum in ciuili.l.vnic. ℸ.quando ci uilis actio preiudicet criminali. & d.l.interdū, ubi Imol.ratione assignat,quia absolutoria lata in una, potest parere exceptionē rei iudicatę inter easdem partes in alia criminali: ideo nimirū si inter easdem partes supersedetur potius in criminali, quàm in ciuili primò mota. & sic prędicta conclusio videtur intelligenda , quando una est præiudicialis ad alteram, secus si causę sint separatę : quia vna non impediat cursus alterius : quum ex separatis malè inferatur. l. Papinianus exuli. de minor quicquid dicat Bar. secundum Salice. Aret. Deci. hîc col.15. Mod. Taur. & Curt. prealleg. respondentes ad l.per minorem. & l.fina.de ordine iudiciorum. quòd lo quuntur , quando ciuilis intentatur ab vno, & criminalis ab aduersario,& sic non faciunt ad materiā cumulationis , quę fit ab eadem parte.

Sed communis est cum Bar.† quòd etiam si cau sæ sint separatæ,criminalis faciat prejudicium ciuili,vt interim supersedeatur in ciuili. & vt per Soci. in d.c.fi.col.8.& Aquens. hîc 9.quę conclusio pro batur in generalitate.l.per minorem.& l.fi. præall. maximè in ratione ibi expressa . quòd maior merito minori præfertur . quę ratio locum habet in cumulatione facta ab vna parte , sicuti in iudicio per aduersarium proposito . Prætereà tàm ex parte accusatoris,quàm ex parte accusati militant rationes post Cynum,Bal.& alios assignatæ per Aquens. in 9. col. vt diximus ex parte accusatoris , ne cogeret reum omittere suas defensiones . si etiam in causa ciuili haberet respondere , & ciuili negotio insistere ex parte accusati, ne relinquat defensiones suas, quibus renunciare non potest in criminalibus. gl. l.inter hęredes,ff.de pact.cum similibus .

Ad l.rerū amotarū,dabitur responsum. ℸ. in pri mo genere cumulationis ciuilis,ergo & criminalis, nec successiuè , nec simultanè possunt inculcari, aut cumulari , iuribus præall. & §.1.l.2.ff.ui bon. rapt.l.interdum de publ.iudi.cum no.vtrobiq; per Bar.& etiā in l.unica. ℸ.quando ciuilis actio præiu dicet criminali. & Corn.in cōs.8.in 4.dubio,lib.3.

231 Limitatur prædicta conclusio † in casu Bar.in l. interdum, in §.qui furem.ff.de furt. quando inten tata principaliter accusatione peteretur in eodem libello restitutio rei ablatæ, aut emēda damni dati, per illū tex. uidetur enim libellans intentare princi paliter accusationē criminalē, & incidenter implorare officiū iudicis super restitutione rei, uel emen da damni, quod permittitur : & sequuntur cōmuniter Doct.ut hîc per Dec.col.15.& per Imol.in d. l.interdum, col.fi.& Soci. in d.c.fi.col.8.declaretis tamen prædictam restrictionē, ut procedat tantùm in terminis casus Bar. non autem generaliter. per Corn.in d.cons.8.in 4.dubio, ubi consuluit , non posse quem accusare alium de pace rupta,& petere
232 illum puniri ad pœnam in contractu pacis conten tam: † quum regula sit,quòd ciuilis causa descendens ex maleficio,non inculcatur cum causa crimi nali ex eodem maleficio descendēte. d.l.interdum, & §. hoc edicto. l.secundæ.ff.ui bon.rapt.

Nec obstat, inquit, si dicatur regulam tertiam procedere quando quis simul & semel uellet accu sare criminaliter & ciuilem inculcare, utrunq; si mul intentando , secus si incidenter,ut inquit Bar. in d.§.qui furem.quia respond.quòd si illud sem per procederet , regula prædicta distrueretur. Ad quid enim uellet quis principaliter ipsam ciuilem intentare,

intentare , si per officium iudicis incidenter implo ratum idem quod per principalem obtineret; & sic esset potius imposita verbis, quàm rebus , & ludi brio.contra.tex.in l. 2. ℸ. communia de lega. & in c.commissa,de elect.

Ad §.qui furem , cum no.per Bar. respon.quòd loquitur in relarctione rei amissæ vel damni dati. & iura magis fauent tractanti de damno quàm de lucro,vt facit petens pœnam.l.fin. ℸ.de codicill. vbi ergo non tractatur de damno euitando, remanebit firma regula prohibitiua cumulationis , quam credimus procedere, etiam quòd subordinatè prædictę actiones intentarentur. quia licèt tunc non obstet regula contrarietatis, vt ℸ. dixi , obstabit tamen ista maioritatis , quæ non remouetur per practicam prædictam.

Restringitur nunc prædicta quinta limitatio,
233 † quando actio minor penitus esset separata à maiori , vt si de crimine te accusauerim ; hoc non impedit quominus petam à re decem ex causa mutui. l.rerum amotarum actio. ff. rerum amotarum . & sic regula.l.per minorem. & d.l. fina. videntur pro cedere in causis connexis, quādo per actionē mino rem fieret præiudicium maiori,vel vna aliā absorbe ret: secus videtur in separatis secūdū Lanc. hîc col. 7.& Philippum col.18.Soci.in l.si post,col.j.de excep.& prius per Paul.de Cast.in d.l.fi.de ordine co gnit.vbi dicit hanc opin. rationabilē esse, & si contraria sit communis , quę confunditur per illum tex.in sui generalitate.

Et tenendo cōmunē vt prędicta conclusio proce dat siue causa ciuilis sit cōnexa cū criminali siue se parata,q̃ non admittatur simultaneus processus: ra tio posset assignari,vt hîc per Aquens.col.9.

Secundò restringitur,vt pulchrè hîc per Aqu.in 10.col.in uersic.Item dum dixi.

Tertia restrictio vbi immineret pęna mortis, qa tunc potest cumulari ciuilis & criminalis secundū Bal.in l.j.col.2. ℸ.de appell.sequuntur Alex. in apo stil.ad Bar.§.j.l.secundæ vi bon.rapt. & Feli.in c.cū oporteat,ad fin.de accusa.quod dictū dubiū videtur.Ratio enim secundum Bal.est, quia post mortē non posset conueniri & condemnari: ideo dicit per mitti cumulationem sed non poterit conueniri ci uiliter eius hæres,vt per l.primam ℸ.vt actiones ab hęredibus & contra hæredes incipiant.ita quod nō euanescet actio; ergo non debet infringi regula cu mulationis prohibitiua. prætereà videntur contra dicere ll.in generalitate sua,dum volunt, crimina lem facere cessare ciuilem & restringere, quando imponeretur pœna mortis , est manifesta diumatio & violentia.

234 Ex prædictis vtiliter infertur. † quòd si quis pro miserit non rumpere pacem , vel non contraueni re sententiæ arbitramentali sub pœna centum au reorum applicanda pro dimidia fisco, & pro altera dimidia offenso & obseruanti , vt quotidie fit ; si contrauentum fuerit , non poterit pars quæ obser uauit petere partem quæ contrauenit condemna ri ad dictam pœnam fisco & sibi æqualiter : quia cumularet ciuilem & criminalem contra prędicta. tam quò ad partem pœnę fisco applicandę causa di cit criminalis, vt plenè per Roma.in cons.152. præ sens accusatio . quò verò ad partē pœnæ applican dæ parti obseruanti causa dicitur ciuilis, quæ causæ non possunt simul cumulari. & ita consuluit Corn. prędall.cons.8.in 4.dubio.

Sextò principaliter limitatur hæc conclusio,
235 † quando plures actiones sic se habent, quòd ratio ne ordinis vna aliā debet prędecedere ; nō admittitur cumulatio.iuribus hîc per Bar.alle. vbi non cumu latur rei vendicatio cum actione ad exhibendū: pe titoriū cum possessorio : querela inofficiosi:testamē ti cum petitione hæreditatis dicitur autē ordo mo
236 dus agendi, quo omisso nihil rectè agitur secundū Bal.in cōs.scismatis. & Alber. in dictionario in ver bo Ordo.vbi alio modo describit. & vbicunque ra tione ordinis vna actio debet prius intentari , cumulatio nō admittitur, quia esset inordinatè proce
237 dere:† quod legislatori displicet.l.j. cum ibi no.per Bar.in secunda col. ℸ.execu.rei iudi.natura,n. secū dum Arist.ibi relatū à Bal.est omnibus causa ordi nationis , incipiendumq; est quandoq; rōne ordi nis prius ab vno quàm ab alio:secundum Bald. ne effectus præmittatur suæ causę. De qua materia ple nè per Felin. in c.cum dilecta, col. 21. de rescrip.

Salice.hic & Are.in d.§.si minus.fol. vltimo re
238 prehendunt Bar.hic, quia † cumulatio petitorii & possessorii non est prohibita.c.pastoralis , de causa poss.& propr.l.cū fundū,ad finē,ff.de vi & vi arma ta. vbi cū rei vendicatione cumulari potest interdi ctum vnde vi, quod ad recuperandum possessionē datur.l.j.in prin.ff.eo.tit.& l.j. ℸ.si per vim vel alio modo . nisi in petitorio & possessorio retinendæ, quo casu prohibetur cumulatio ratione contrarie tatis.& sic per aliam regulam de qua ꝛ. ut per Bar. in d.l.incerti.ergo hęc est superflua , ut hic etiā per Cur.col.25.Aquens.in 9.col.saluabat Bar. uno ca su.Deci. col. 15. latiùs saluat.tamen in petitorio & possessorio dictum Bar. non procedit , nisi in casu Aquens.Ideo Bar.in d.l.incerti, in uers. sed contra hoc,melius loquens quàm hic, dicebat ratione con trarietatis facere , ne ista duo iudicia petitorium & possess. retinendę admittantur : ratione ordinis , ut possessorium prefertur d.l.in certi respectu ue rò diuersarum possessionum bene admittitur cu mulatio secundum Aquens.hic in 9.col.& pulchrè Paul. de Cast. in consil. 286. uidetur dicendum , in antiquis . ubi consuluit posse in eodem libel
239 lo † plura possessoria cumulari , ut retinendę , & adipiscendę uel recuperandę , respectu detentionis & finis possessionis , & sic respectu diuersatum possessionem.

Septimò potest limitari prędicta regula in casi bus in quibus proceditur simpliciter & de plano
240 † quia non admittitur cumulatio actionum ne li bellus sit intricatus & duplex ; ut post Bal. uolunt Are. Socin. Parpal. & alii in princ.de uulgari. & in l. j. in §. si quis simpliciter, de uerbo. oblig. sed Aquens.ibi & Mod. Auinio.reprobant : distinguen dum est,ut hic per Aquens. pen.col.quem sequun tur Mod.Taur.in 46.col.

Octauam limitationem ponebat Are. in d.§. si minus, col. j. ultimæ chartæ post Salice. hic : post-

modum

Universidad de Deusto
Biblioteca

modum tamen illam tanquàm superfluam damnat, ut ibi per eum.

Alias ponunt limitationes Are. & Soc. ℣. in ult. col. & ubicunque militaret aliqua ex dictis fallentiis, semper impediretur cumulatio: & ideo in casibus Bar. ℣. in generibus cumulationis quando ex diuersis actionibus cõueniretur, uel ex eodem uel ex diuersa causa, ad eandem rem uel diuersas res, an hoc fieri possit, inspiciendum est utrum aliqua ex dictis rationibus militet, tunc non permittitur
231 cumulatio, aliàs uerò sic. & † est in summa sumarium in hac materia. secundum Are. ℣. in ult. col.

Successiuè Bar. eleganter suo diuino ingenio
242 † materiam cumulationis per quinq; genera prosequitur loquẽdo legistarũ more, qui specié pro genere sæpe accipiũt, & appellãt. l. 2. §. mutui datio. ubi Pau. Cast. & alii no. ff. si cep. ideo Soci. in d. c. fi. col. 3. Pau. de Cast. Aqueus. & alii hic & Ias. in d. l. si idẽ col. j. hęc cumulationũ genera semper appellant species cumulationũ. Mod. Taur. hic modos cumulan
243 di dicũt quia ignoratis principis, †& ea quę sequũtur ignorari necesse est §. si minus, in aucten. de nõ alien. §. argentarius. ff. de eden. l. j. cum nõ. de orig. iur, à principiis permissiuis & prohibitiuis cumulationum incipiendum fuit, ut inquit Dyn. in regula nullus pluribus. col. 3. de reg. iur. in sexto. Ideo Ber. tractaturus hanc materiam, premisit prędictas regulas in genere, postèa descendendo ad praxim, & tradendo elegantẽ theoricam, docuit modo quibus fit cumulatio in negotiis occurrẽtibus decidẽdo per regulas supradictas, in quibus casibus est licita ipsa cumulatio & in quibus non.

Ex dictis Bar. in primo genere seu prima specie cumulationis tres principales colligi non possunt
244 conclus. prima est, † si diuersę actiones ex diuersis causis, & ad diuersa nullo modo se contingẽtes cõpetant, cumulatio regulariter admittitur. l. si idem de iur. om. iud. & l. fin. ℣. de anna. except. quæ iura quicquid dicunt Mod. Taur. optimè probant, vt aliàs hic diximus respondendo eorum motiuis. & cũ hac conclu. Bar. tenẽt cõiter scriben. hic & in d. l. si idẽ. Pro qua conclus. facit regula ℣. posita, ꝙ cumulatio regulariter sit permissa. facit pariter secundũ Dec. tex. in l. cũ fundũ in §. fi. de ui. & ui armata.
245 † vbi petitorium & possessoriũ simul possunt cumulari, & super vtroq; vnico processu actore volente procedi, vt per illũ tex. cõcludit Alex. in cõs. 117. col. j. li. 2. & latiùs Abbas. in c. pastoralis col. 8. vers. 3. dic de causa possessionis & ꝓprietatis. quàmuis ad illũ tex. respon. posset. esse ibi speciale odio inuasoris, vt per Abba. ibidem col. 7. versic. sed circa. Ideo conclus. probatur melius per alia prædallegata.

Ampliatur dicta conclus. duobus modis. secundum Dec. hic in primo genere cumulationis sed in terminis primæ suæ ampliationis, quando vna est præparatoria ad alteram impeditur cumulatio ratione ordinis. ita clarè dicit Bar. ℣. in primo genere. quàmuis admittatur hic subordinata propositio, vt loquitur glo. in d. l. qui de inofficiosa. Sep propriè non est cumulatio vt inquit Bar. & sic Deci. minus bene loquitur: prout etiam apparet ex dictis Bal. in l. si quo tempore, col. 3. ℣. de restit. militum. & tradunt etiam Mod. Taur. ℣. in 50. col.

Secunda etiam non procedit, quia conclus. Bar. est quando actiones sunt ex diuersis causis se non contingentibus, quo casu non admittitur cumulatio contra plures debitores l. ad officium. ℣. communi diuidundo, sed solum quando actiones competunt ex eisdẽ causis, vt ꝓ Alex. in d. l. si idem, col. j.

Limitatur prædicta conclus. Prima secundum
246 Bar. quando obstaret regula maioritatis, vt in ciuili & criminali, quia non admittitur cumulatio sed criminalis tanquàm maior facit cessare ciuilem. l. per minorem. & l fin. ℣. alleg.

Et licèt Mod. Taur. prælle. & Cur. in 26. col. opposi. teneant, quia prædicta iura non loquuntur in actionibus separatis, sed in connexis & se contingentibus, & sic vbi vna alteri præiudicium facit; vt clarè apparet ex d. l. per minorẽ. & probatur ineuitabiliter secundum Cur. in d. l. rerum amotarum actio. ff. rerum amotarum quam destruit solutio diuinatiua ibi per glo. & doct. accomodata.

Attamen non est recedendum à Bar. & receptiori sententia, quę est cum eo. vt etiam prælegati sa
tentur: & d. l. fin. vt dixi ℣. in quinta regula Bar. clarè eam probat in ratione ibi assignata, & similiter. l. per minorem in sui generalitatem.

Nec obstãt ꝙ nõ loquãtur in separatis, maximè. l. p minorẽ dũ se defundat in iudicio, ergo loquitur vbi causę se contingunt, quia hoc nõ dicitur in d. l. fi. & in d. l. per minorẽ, prędiciũ illud considera
tur respectu supersessionis, quia criminalis interim facit supersedere in ciuili, vt declarat ibi Bar. ad finem, & probatur in illis verbis, cognitioni prędiciũ fieri & ibi, maior quęstio minorẽ ad se trahit; quia pendente criminali nõ cognoscitur de ciuili.

Ad. l. rerum amotarum. † tenenda est fol. j. Acursij, & Bar. hic, ꝙ ciuilis & criminalis per diuersas ꝑsonas proponebantur, & sic non tractatur de cumulatione quæ fit ab eadem parte. & est solu
tio à scriben. recepta vt per Alex. in l. reum criminis, col. 2. ℣. de procurat. nec est nouum legem illã declarare ac restringere per alia iura. ℣. alleg. prę
tim, quia ibi non dicitur vxorẽ fuisse accusatam à viro: diuinare igitur est, hoc dicere. Ideo vt iura iuribus concordentur, intelligamus fuisse accusatam ab alio; & sic ꝙ essent iudicia inter diuersas perso
nas. & ratio assignari potest, qa quãdo tertius vult agere contra accusatũ ab alio cessat suspitio. ꝙ id faciat causa impediendi criminale iudicium: esset; valde iniquum, quòd ex facto accusatoris tertius impediretur ius suum prosequi. Ita intelligitur & procedit d. l. rerum amotarum. secũdum Aquens. hîc in 9. col. facit vulg. regula non debet alteri, de reg. iur. & §. ante omnia. l. si vnus. ff. de pact.

Secundo limitatur prędicta conclus. secundum Bar. ibi ratio ordinis esset impedimento: prout in petitorio & possessorio, in actione ad exhibẽdum, & in rei vendicatione Moder. Taur. hîc transeunt cum primo exemplo Bar. quia causa possessionis, & proprietatis diuersę sunt. vulg. §. nihil commune. in secundo subsistunt, quia non videtur talis separatio inter prędictas actiones, quę se habent sicuti pręparans ad præparatum, vt etiam hîc dixit Dec.

Deci. in 18. col. Cur. in 26. col. approbat secundum exemplum reprobato primo, nisi quando petitorium ab vno intentaretur, & ab alio possessorium: quia tunc ratio ordinis operatur effectum de quo loquitur Bart. tractandum tamen tunc non est de cumulatione, quæ dicitur ubi ab eadem parte plura coadunantur, non autem quando à diuersis. nõ est recedendum à Bar. & receptiori sententia. optimumq; est secũdum exemplum, de actione ad exhibendum, & rei vendicatione.

Nec obst. ꝙ vna actio sit præparatoria alterius, quia propterea non fit, quin sint diuersę, & separatę actiones, ac diuersa cõpetentes, prout titulorum
248 diuersitas indicat. de rei vend. & ad exhibendum. † Bene verum est, quòd licèt æquè principaliter & simpliciter prędicta in eodẽ libello non cumulentur, conditionaliter tamen, & subordinatè intẽtari possunt: quia nulla regula impeditiua actionis tũe obstat. ita loquitur Bar. in l. si de inofficioso, ad finem, cum alijs. hîc in 16. col. alleg. per Deci. vt ét per Feli. in c. 2. col. 13. de libel. obla. tunc. n. ut dixi, non est cumulatio, sed subordinatio. primũ verò exemplum Bar. de petitorio, & possessorio non est bonum, quia petitoriũ, & possessoriũ non prohibẽ
tur cumulari ab eadẽ parte ratione ordinis, sed ratione contrarietatis. Ratio autẽ ordinis bene facit, vt præferatur possessorium, vt dixi. ℣. in v. regula Bar. nec quãdo intentatur petitoriũ ab vno & possessorium ab alio, vt in terminis declarationis Cur. hîc tractatur de cumulatione, quæ dicitur vbi eadem parte fit, vt suprà diximus.

Tertiò limitatur conclus. Bar. per regulam l. fundi. & l. fundum. ff. de excep. secundum aliquos. sed non est bona limitatio: quia regula est, quando diuersæ actiones se nullo modo cõtingũt. in dictis legibus se cõtingebãt, patet, quia per sentẽtiã ferendã in vno pót alteri fieri prætudiciũ, vt ibidẽ dicitur: ideo Bar. mer. hîc tanquã separata hæc potuit. pót etiam dici quòd ibi vna est accessoria, vel quòd ratio ordinis id operatur in dictis ll.

Quartò, & vltimò lim. potest, quando ratio contrarietatis obstaret, vt quando actiones sunt contrarię. quo casu impeditur cumulatio l. j. ℣. de fur. eum alijs suprà adductis in secunda regula impeditiua cumulationis, quę hîc etiam videtur posse adaptari, & sic tertia regula Bart. quicquid dicant Dyn. Petr. Cyn. & Bar. in hoc primo genere. potest impedimento esse cumulationi, quia in d. l. j. sunt plures actiones ex diuersis causis descendentes, & ad diuersa competentes, vt per Bar. in l. si ser
tius. ff. commodati. & ratione contrarietatis nequeunt cumulari. in quo labuntur Moder. Taur. hic dicentes prædictam regulam hic adaptari non posse. ex quo ibi plures actiones nunquàm fuerunt eodem tempore in esse productæ, prout hic consideratur. nam (vt dixi) in tertia regula eodem tempore, & à principio erant ibi natæ actiones, licèt omnes simul prohiberentur intentari ratione in, superioribus dicta. per quę malè etiam videtur hic sentire Aquens. colũ. 9. dicens non videre quomodo possit cadere contrarietas, ex quo actiones ex diuersis factis competant. Sed hoc clare declarat Barto. in d. l. si seruus, & dixi suprà in regula contrarietatis.

249 Secunda principalis concl. Bar. † quando plures actiones ex diuersis causis, & ad diuersa cõpetentes numero specieq; differentes. puta, cõmodati, depositi, locati & similes cumulãtur, sunt plures cõclusiones, plures instantię, & plures libelli. si verò actiones sint similes, & eiusdem farinæ ac speciei, vt plurium societatum, hæreditatum, depositorũ, fiet cumulatio in eodem libello, vna erit cõclusio, & vnum iudicium: vt hic per eum.

Pro prima parte concl. Bar. nihil allegar. & doct. cõiter tenent opp. quòd immo plures actiones specie, & numero differentes possint simul in eodẽ libello cumulari. vt hic ꝓ Pau. de Cast. & Alex. col. 5. & Aquen. 9. & Mod. Tau. ac Roma. in cons. 240. & Soci. in c. fin. col. 4. de lib. obl. per tex. in d. l. si idẽ in sui generalitate. aliàs. n. secundùm Pau. Ca. esset de indubitabili si ibi cumulatio facta fuisset in diuersis libellis. nec obst. responsio Rimin. hic col. 17. & Mod. Tau. quòd erat ibi dubiũ propter identitatẽ personarũ actoris iudicis & rei. quia respon. vt hic per Cur. col. 27. vel aliter. quòd pluralitas libello-
250 rum gemmatorũ nó præsumitur, † sicuti nec aliorum actuum. l. omnium cum gl. in verbo cõprobetur. ℣. de test. & no. per Ias. in l. 2. col. 5. ℣. de secun. tab. dicendum ergo quòd in d. l. si idẽ, vnus tãtum fuerit libellus, & vna charta, quum nó appareat, ꝙ fuerint plures, nec pręsumatur pluralitas. secundò probatur per l. fin. ℣. de ann. excep. vbi admittitur cumulatio plurium actionum specie differentium in eadem petitione, & super eodẽ libello procedi tur facta declaratione, si per partẽ de generalitate, & obscuritate fuerit oppositum, & non aliter. Sed est diligenter aduertendũ, quia Bar. non meretur reprehendi. Idem. n. dixit & ipse quod reprehendentes, vt ex verbis suis clarè colligitur. loquitur. n. respectu conclus. in qua modus agendi substantialiter consistit: vt hic per Bald. in 9. col. quòd ex quo sunt intentatę plures actiones specie, & numero differentes, plures requiruntur conclusiones: & hoc respectu dicuntur esse plures libelli. Sed non negat Bar. quin istæ conclusiones possint fieri in eadem charta, prout loquuntur contradicentes, qui hoc modo ad concordiam sunt reducendi, vt post Rimin. & Lanc. Deci. uolunt hic dominus Philippus Deci. col. 16. & Curti. 27. sicque Bar. loquitur de libello legaliter, et intellectualiter magis, quàm materialiter. & quàmuis Modern. Taur. hic dicant, Bar. exigere non tantum pluralitatem conclusionum, sed etiam chartarum. quum in c. quęstionis. non solum quęsierit de libello, sed etiam de conclusione. ex quo apparet intellexisse de pluralitate chartarum, idest, vt respectu cuiusque actionis vna scriptura vnusque libellus offeratur. iuxta aucten. offeratur. ℣. de litis contestatione. Attamen respondetur, quòd Bar. se ipsum declarat, accipere libellum pro conclusione. dicit enim, Erunt ne duo libelli, & duę conclusiones. & stat declaratiuè pro ideſt. l. si in venditione, cum glo. 2. ff. de euic. & not. per Deci. in c. cæterum col. 7. de iudi. vult ergo quærere Barto. nunquid erunt

duo

Universidad de Deusto
Biblioteca

duo libelli, ideſt duæ concluſiones, quum tot dicantur libelli, quot ſummę petitæ, & concluſione factæ: vt dicunt doct. & plenè tradit Alex. in l. ſcire debemus, in princ. de verbo. oblig. & de multiplici ſignificatione dicti verbi libelli, † Socin. videas in rubr. de libel. obl. col. fin.

251

Et ex prædictis, vt intelligatis vtilitatem diſputationis, † infertur ꝙ ſicut tot cẽſentur libelli, quot
252 actiones differentes ſpetie deductę & cumulatæ in libello, ita tot gabellę ſoluendę erunt ſtante ſtatuto ꝙ de libello ſoluatur gabella, licèt ſit vna charta ſecundũ cõiter ſcriben. vt hìc per Bal. col. 14. 15. quę ritur. Paul. de Caſt. Aquenſ. col. 10. & Deci. 16. vbi limitat. & Fel. in d.c.2.col.13. de libel. obla. Item caſu quo petitio eſſet inepta reſpectu vnius actionis libelli penitus non corrueret, nec pars inepta vitia
253 ret partem libelli aptam † ſeu actionem competentem, vt hìc per Aquenſ. col. 10. verſi. ſed nunquid. de quo vide Roma. in conſ. 441. col. fi. Alex. conſil. 106. ad fi. lib. 3. Are. in c. examinata, col. 2. vbi Barb. 22. de iudi. facit vulg. regula. vtile per inutile. &c.

254 Tertiò infertur in practica vtiliter, † quòd ſicuti plures ſunt concluſiones & libelli, plures erunt inſtantiæ, plura iudicia, & plures proceſſus. Et ſic erũt ferendæ plures ſententiæ, maioresq; fient expenſę: vt voluit Bar. ℣. ad fi. iſtius membri. dum inquit ꝙ in ſecundo caſu, quando cumulantur plures actiones differentes numero & non ſpetie, vna erit concluſio, vnumq; iudicium. alio caſu vult oppoſitum eſſe idq; à contrario probant iura alleg. per Bar. loquentia de vno iudicio, quando ſunt actiones numero tantum differentes. & hæc iura eodem modo probare poſſunt primam partem cõcluſionis Bar. ad hocque illa voluerit Bar. allegare, qui ſe clarius declarat. ℣. in quarto genere. & ſequitur Aquenſ. in 10. col. Mod. Taur. hìc col. 53. cum ſequenti in verſic. poſitis, tenent contrarium, quòd erit tantũ vna inſtantia & vnum iudicium, & conſequenter vnus proceſſus. atteſtando communem cõtra Bar. & alios. & ita dicunt ſeruari in practica. quę opinio multis placuit, & etiam mihi aliàs: quia Cumulatio vt ℣. vidimus, & in ſequẽti quæſtione dicemus, tendit ad euitandum multitudinem litium & iudiciorum, & niſi eſſet vnus proceſſus, & vnum iudicium, non haberetur finis cumulationis: iccirco preſuppoſita cumulatione dicendum eſſe vnum iudicium, vnumq; proceſſum fieri. & ita in practica quotidie fieri videbam.

255 † Nunc autem mutata ſententia credo Bar. bene loqui, & immeritò reprehendi. prout ℣. in concluſ. principali dictum fuit. quia licèt ſit vna charta & vna ſcriptura, in qua continentur omnes prædictæ petitiones ſpetie diuerſæ, & ſic vnum videatur iudicium, & vnus proceſſus conſpiciatur, ſuper quo cauſa actiones intentatæ conſiſtunt & vertuntur, prout in actu practico materialiter & oculo corporeo videmus, intellectu aliter tamen ac legaliter, & quò ad effectum iuris, quot ſunt actiones ſpetie diuerſæ tot erunt in effectu libelli, proceſſus, inſtantiæ & iudicia, quia diuerſitas actionum in homine, & diuerſitas petitarum rerum diuerſitaſq; concluſionum faciunt de neceſsitate rem diuerſam. quia quodlibet diſcernitur; ideo omni cõſideratione habita cenſentur plures libelli ſecundum Bal. in 15. concluſ. & Ruin. in conſil. 26. lib. quarto ſicuti ergo quot ſunt res in ſtipulationem deductæ tot ſunt ſtipulationes. l. ſcire debemus. de verbo. oblig. Ita quantum ad effectum iuris, licèt ſimulancè procedatur in cauſis cumulatis, tamen erunt plures proceſſus, et plura iudicia. ideo quãuis vna generali ſententia ſuper ipſo libello ferenda terminentur omnia, tamen in effectu tot erunt ſententiæ, quot actiones ſpetie differentes. vt ꝙ Alex. in d.l. ſcire col. prima & Socin. in d.c. fi. col. 15. ſatisq; habetur cumulationis effectus, quia vitãtur labores, & multæ expenſę, quæ aliàs eſſent neceſſariæ faciendo plures proceſſus ſeparatos, & citius ad ſententiam cumulatorum peruenitur. & prædicta procedunt in Cumulatione ſimultanea, ſeu quæ fit à principio. ſecus ſi fieret poſt litem conteſt. quia nouus libellus exigeretur, ſecundum Paul. Caſtren. in vlt. col. & ſequuntur Mod. Taur. dicentes, quòd ſi etiam ante litem conteſt. poſt tamen oblationem libelli noua proponatur actio, nouus libellus videtur neceſſarius, etſi vnum iudicium eſſe poſsit vt prius hìc poſt Mod. Peruſ. dicebat Lanc. Deci. in 8. col. quando autem ſunt plures actiones numero tantum differentes, vnus tantum cenſetur libellus & vnum iudicium. l. non eſt nouum. ff. de actio. emp. ſecundum Bar. & Bal. in rep. Paduana col. 14. verſic. 15. quærit, dicebat ſi genus inſpicias, eſt vna concluſio & vnus libellus, ſecus ſi inſpiceres ſpetiem. & cum Bar. tranſeunt communiter alij, vt hìc per Deci. col. 16. & Cano. in d. c. 2. & fin. vb Socin. col. 4. ex quo infertur, quòd ſi eſt vnus libellus & vnum iudicium, vna tantùm gabella ſoluenda erit ſtante ſtatuto, quòd de quolibet libello ſoluatur talis gabella. ut per Pau. de Caſt. ℣. in pe. col. Socin. in d.c. fin. col. 4. & 15. Felin. in d.c.2.col.13. Deci. hìc col. 16. & Ruin. in conſ. præalleg.

256 Aquenſ. tamen, hic in 10. col. reſpectu gabellæ tenet oppoſ. atteſtando communem contra Paul. de Caſt. ſed labitur, cum communis ſit pro eo, ut patet ex ſuprà alleg. & non tantum poſſunt prædictæ actiones numero ſolum differentes in eodem libello cumulari, † uerum etiam actor facere compelletur reo petente, ut hìc per Mod. Taur. & prius per Socin in d.c. fin. col. 9. & de re integranda petitione plura diximus ℣. in materia emendationis circa intellectum §. ſi minus.

257 Poſtremò aduertendum † quia tex. in d. l. non eſt nouum, per Bar. alleg. non uidetur poſſe adaptari ad terminos queſtionis noſtræ. quum in caſu illo non poſsit actor niſi unicam actionem mouere, per quam conſequitur commodum duplicis emptionis, & cumulatio ad minus duo exigat. Mod. Taur. reſpon. Bar. allegaſſe potius glo. ibi, quàm tex. uel quòd actiones uerè duæ ſunt quamuis fictione iuris una cenſeatur actio: hanc difficultatem prius mouit Lanc. hìc colum. 8. reſpondens, Bart. habuiſſe reſpectum ad effectum cauſarum quę plures ſunt & cumulant. Aquenſ. uerò in 9. colum. dicebat, quòd immo hìc eſt propriè cumulatio, quia iſtę actiones eiuſdem generis

ris ſunt diuerſæ, & differentes tanquàm homo ab homine. quod & ſi verũ ſit clareq; probetur in d l. non eſt nouum, ibi, duas eſſe actiones in eiuſdem perſona cõcurrentes, & in l. ſi is qui Stichum. ff. de act. & obl. tamen ſi vna tantùm mouenda ſit, vt ibi dicitur, nõ eſt cumulatio. Cur. hic col. 27. tenet vnã tantùm moueri poſſe, vt ibi dicitur, p quam conſequatur cõmodum vtriuſq; contractus, & tamẽ nõ prohibeatur ambas cumulare ſi voluerit: quũ hoc ibi non prohibeatur. & fuit conſideratio Bal. hìc, quam refert & approbat ſimpliciter Soc. in d.c. fin. col. 4. & 10 cum ſequ. ſed non ſatisfit oppoſitioni. allegatur. n. ad materiã cumulationis, quando vnã actionem intentat, & tamen tunc (vt dixi) non videtur poſſe de cumulatione tractari. Præterea non videtur verum, quòd in caſu l. eſt nouum, poſsint duæ illæ actiones eiuſdem ſpeciei in eodem libello ſimul intentari. hoc. n. confunditur per illum tex. in prin. dum concludit, quòd ſi illæ cui competunt, uelit ſeparatim cõmodo earum vti ante aditam hęreditatem, vnam intentare debet, & alteram poſt alterã, quòd ſi prius adierit, vt facere nequeat. ergo vult quòd iſto caſu non poſsit eas cumulare. & ſic verbum poteſt, ſtat pro debet, iuxta. l. ſæpe, cum gl. de offi. præſid. & in d.l. ſi is qui, de cumulatione nihil dicitur. ſed ſolùm dubitatur an vna ex dictis actionibus per alteram intentatam conſumatur: & reſpondetur quòd non.

Ego puto ꝙ in l. non eſt nouũ, non tractetur de cumulatione actionũ, ſed contractuũ. Ideo tex. ibi dicit, ꝙ poteſt vnam actionẽ mouere, ita vt per eã vtriuſque contractus commodum ſentiat. & ſic cumulat plures contractus, intentando vnam actionem pro omnibus ipſis contractibus.

8 Ex dictis Bart. in ſecundo genere cumulationis tres colliguntur concluſiones. prima quòd † non admittitur cumulatio, quando plures actiones ad idem ex eadem cauſa competunt. exemplum in §. in tutela. l. primæ. ff. de rationibus, & tutel. diſtrahen. vt poſt voluit Soci. in d.c. fi. col. 3. vel in actione mandati, & certi conditione, quę ex eadem cauſa ad idem competunt, vt ff. ſi cer. pe. l. certi conditio. cum no. Pro hac concl. Bar. allegat tex. ff. de excep. rei iud. in l. de eadem. vbi caſus ſecũdum Bar. iuncta. l. ſingulis. & licèt Lanc. hìc col. 9. Aquen. circa principium materię cumulationis velint iura alleg. per Bar. non probare eius concluſionem; quũ de cumulatione nihil dicant: ſed probare, quòd abſolutoria lata in vno, &c. & ideo melius probari eius concl. in l. nemo ex his in §. quotiens, de regu. iu. & idem vult hic D. Phil. Deci. col. 16. allegando illum tex. tamen optimè probatur concluſio Bar. in d.l. ſingulis, inducendo vt hìc per Cur. in 27. col. in iſto ſecundo genere cumulationis.

Secundò Bar. pro concluſ. adducebat rationem, quia abſolutoria lata in vna pareret exceptionem rei iudicatę in alia: ex quo de eadem re ageretur, licèt diuerſo genere actionis. d.l. eadem. & ſic obſtat prima regula impeditiua cumulationis. quæ ratio communiter approbatur, vt hic per Deci. col. 16. Soci. in d.l. fundum, & in d.l. ſingulis. reformãdo tamen aliqualiter conclu. vt hic etiam per Curt. col. 28. poteſt etiam alia ratio aſsignari, quare impediatur cumulatio in terminis concl. prædictę: quia deficit ibi cauſa finalis introductæ cumulationis ad euitandam multitudinem iudiciorum, & litiũ, vt vidimus ſuprà. ſed ſi tantum ex vna quantum ex alia conſequeretur, & non plus, cumulatio nihil ſuffragaretur: ideo nimirum, ſi impeditur, aut vnã actionem eligere debet actor.

Limitatur per Bar. dicta concl. niſi actor eſſet dubius, & incertus facto aduerſarij. l. j. §. quia autem.
259 ff. quorum legatorum. † & approbatur cõiter per Doc. ſed contra hanc concl. quatuor obſtare videntur. primum, quia. §. quia autem procedit non ſolùm quando incertitudo facto aduerſarij cauſatur, verum etiã ſi aliunde abſq; culpa agẽtis. ita probat ille tex. in verſic. quemadmodum, vt per Ale. & Iaſ. in l. vbi autem, in §. qui illud, de ver. obli. per ſcrib. in §. ſed iſtę inſti. de actio. ideo Aquen. hic col. x. & Cur. 28. reprehendunt Bar. ſed immeritò, verum eſt. n. quod dicit, nec ipſe negat, quin etiam ſi aliunde emerſerit incertitudo, quòd procedat quod ibi dicitur, quàmuis hoc expreſsè non dixerit Bar. igitur optimè ſaluari poteſt.

Secundum quod obſtat, eſt, quia petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum de quibus in §. quia autem, non videntur ex eadem cauſa dari nec ad idem, ſed ad diuerſa. pro ſolutione uidete hic clarè Lanc. in pen. col. Aquenſ. x. Deci. 16. & Cur. 28.

Tertiam oppoſitionem ſoluite, ut per Cur. loco præallegato.

Quartum quod obſtat, quia incertitudo illa uidetur potius procedere facto, & culpa hæredis nõ interrogantis an aduerſarius pro poſſeſſore poſsideat, ſed pro legato. iuxta. l. j. & l. ubicunque de interrogatoriis actionib. & l. cogi. ℣. de per. hered. reſpon. quòd conuentus nolebat reſpondere & acto rem certificare, ut ibi per gloſ. ideo incertitudo illa facto conuenti cenſetur cauſari.

Ex illo no. tex. §. quia autem, infertur quòd pro
260 cedat libellus generalis † ubi facto aduerſarii cauſatur incertitudo, ad plures no. quæſtiones in actu practico, ut ibi per Bar. & doc. in d. §. quia autem. Alex. & Iaſ. in d. §. qui illud. & Deci. hic. col. 16.

261 Secunda principalis concluſ. Bar. eſt. † quòd licèt actio perſonalis, & hypothecaria tendant ad eundem finem, quia perſonalis competit, ut ſatisfiat de debito. §. j. inſti. de acti. hypothecaria, ut res tradatur poſsidenda, donec fuit de debito ſatisfactum. l. ſi cum uenditor in princi. ff. de euict. l. fina. ℣. de luit. pigno. Practic. Papien. in forma libelli actionis hypothecariæ in uerbo relaxandum Alex. conſi. 138. lib. 2. Corn. conſilio. 190. lib. 1. & 228. uolumi. 2. adeoque ſe inuicem contingant, quòd abſolutoria lata in prima, pariat exceptionem rei iudicatæ in ſecunda. l. ſi deferente. ff. quibus modis pign. uel hypoth. ſoluit. Cumulatio tamen prædictarum actionum contra principalem debitorem permittitur. §. ſed neque, in auct. de fideiuſſo. quę concluſio confundi uidetur ex dictis in prima regula in dictisq; in primo cumulationis genere.

Hic eſt ualde dubius, & difficilis articulus ſecundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundum ſcriba & Soc.in d.c.fi.col.7.Bar.reprobatis duabus ſolutionib. antiquorũ concludit eſſe ibi ſpeciale in permiſſa illa cumulatione, eò quia creditor grauatur in vno,vt non poſsit uenire contra tertios bonorum poſſeſſores,niſi prius diſcuſſo principali,propterea releuari in alio, ut contra principalẽ debitorem perſonalem & hypothecariam ſimul & ſemel contra regulas cumulationis intẽtare poſsit. Ale.& Iaſ.poſtquam multas ſolutiones relatas, eas impugnarunt,& maximè ſolut.Bal.de coniunctione,quam prędictę actiones inuicem habent:quum tendant ad eundem finem ut creditori de debito ſatisfiat: quantò.n.maior eſt cõiunctio,tantò fortius militat ratio impeditiua cumulationis,ne fruſtratio in alia contingat. ut hîc per Lanc.col.8.Rim.28.& Aquen.10. Ale.& Iaſ.tandem ſequuntur ſolu.Bar. .s. relatam.quam etiam approbãt Aquenſ.& Mod. Taur.Item Alex.hîc in pen.col. poſt Paul. de Caſt. Deciusq; & Rimi.dicunt ſolu.Bar.tendere ad refugium miſerorum, uidelicèt ſpecialitatis. iuxta glo. vulg.in l.filium quem habentem.ff.fam.ercis. Bar. aſsignat rationem ſpecialitatis, quæ ratio regulat omnem diſpoſitionem.l.quod dictum, cum ſimil. .ff.de pact.

Fortius obſt. contra Bar. quia ibi non ſtatuitur de nouo poſse cumulari perſonalem cum hypothecaria,immo ſtatutum erat de iure antiquo, cũ fundetur diſpoſitio illa in l.antiqua,vt patet ex illis verbis,quę dudum à nobis dicta eſt. ergo ſolutio Bar. ꝙ de nouo illud ibi ſtatuatur ratione per eum aſsignata,non eſt bona,vt hîc per Rimi.& Dec.col.17. & Cur.29.Ex quo patet ſolu.ad motiuum Aquen. hîc in 11.col. & Mod. Taur. ponderantium uerba illius tex.ibi omnem damus licentiã. uolentium ex hoc propterea colligi diſpoſitionem ſpecialitatis, quum habeant illa uerba relationem ad l.antiquã, vt patet, dum ſubiungit Imperator, quæ dudum à nobis dicta eſt. & ſi dicas ad quid ibi concedit Imperator de nouo ſi iam data erat? Reſp.ꝙ paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere.l.duo ſint Titii. de teſtamentaria tutela. Sed de illa antiqua.l.non conſtabat. ideo neceſſaria fuit diſpoſitio illa. corrigiturq; .s. ſed neque ius antiquum, quod ius permittebat cumulari perſonalem & hypothecariam in eodem libello cõtra debitorem & extraneos poſſeſſores,ut in l.ſi.ff.de act.& oblig.cum ibi not. per Bal.diſponendo hodie non poſſe conuenire tertios bonorum poſſeſſores ante excuſsionem factam de principali & fideiuſſore.declarando tamen id procedere & intelligi debere in cumulatione, quæ fieret in eodem libello contra principalem debitorem & tertios poſſeſſores; ſecus ſi fieret cumulatio perſonalis & hypothecariæ contra principalem debitorem iandudum data. ergo non per l.illam, vt ibi per Bar.Rimi.hîc col.17. aſsignando aliam rationẽ ſpecialitatis. dicebat.n.hypothecariam introductã fuiſſe, ut creditori ſit magis cautum, ut per eum: ideo nimirum ſi ſimul cumulari poſſunt. quę ratio confunditur per tex.s. quotiens.ff.allega. & quia abſolutoria lata in una,parit exceptionem rei iudicatæ in alia; ut diximus. Item quia non ſunt iſta in poteſtate creditoris contra ordinationem legis cumulatæ.l.nemo poteſt,de leg.1.l.ius publicum, de pact.alia eſt ratio Rim.de executiuis,ꝙ hypothecaria tendat ad executionem perſonalis, 262 †ideo poſſet fieri cumulatio diuerſorum,vt per Bar. in l.conſentaneum,col.fi.ff.quomodo & quando iudex. & ꝙ plura remedia executiua poſsint cumulari,probant Are.in vlt.col.& Iaſ.in l.nulli.col.pen.ff.de iudi.& in princ.l. unicæ col.6. ſi quis ius dicen. non obtemp.ſed ſi id uerum ſit, ꝙ hypothecaria & perſonalis ſit executiua, incipiendum eſt prius à perſonali tanquàm remedio ordinario, non ab hypothecaria executiua.l.1.ff.de execu. rei iudi.

Datur alia ſolu.per quoſdam alios,quia non intereſt rei impedire cumulationem hypothecariæ: quia nec plus nec minus in hypothecaria quàm in perſonali, ideò admitti cumulationem ſecundum Bald. in c.cum dilecta.colum.penul.de cauſa poſſeſſ.& propriet. ſed ſi plures actiones ad unum tendentes cumulari prohibentur, licèt actor non ſit plus conſecuturus ex omnibus quàm ex una.s. quotiens, prælleg. à fortiori hoc eſt dicendum in hypothecaria acceſſoria, ut hîc per Dec.col.17. Socin. hîc in fine dicebat id contingere, quia actio hypothecaria intentata contra principalem debitorem cenſetur intentari contra diuerſas perſonas ad idem, quia debitor,qui conuenitur perſonali,conuenitur tanquam contrahens, per hypothecariam autem conuenitur tanquam poſſeſſor. quo caſu quando actiones ad idem contra plures tendunt, cumulari non prohibentur, ut per Bartol. inſrà in quinto genere cumulationis, & Socin. in dicta l. fundum, columna 3. & probatur in terminis in l.fin. infrà de action. & obliga. & hanc ſolut. tanquam meliorem ultimo loco poſuit Dec.hic in 17. colum.

Sed falſum uidetur præſuppoſitum, quòd agatur ad idem, quum per hypothecariam agatur ad euocandam poſſeſsionem. ut per Bar.in l.rem alienam.ff.de pign.actio. cum aliis ſuprà alleg. ſed per perſonalem agitur ad rem ipſam.s.1.inſtit. de act. prout in alio propoſito contra Bal. dicebat hic Rimin. in 17.col. & ſenſit etiam Socin. in d.l. fundum, tranſeundo ad alias ſolutiones, ſentiens non agi ad idem,licèt ad eundem effectum,ut ſtatim dicam.Cur. hîc col.30. alium tradit intell. ad iſtum §. ſed neque, qui eſt contra illum tex. ibi, ſiue ambabus, iunctis præcedentibus. loquitur enim adueraſtiuè quòd poſsit ibi creditor diſiunctim uel coniunctim actionibus illis uti, ergo cumulare à principio.

Solutio Soc. per Dec. vt ſuprà retuli, approbata minus periculoſa uidetur. nec obſtat quòd tendant ad diuerſa, non ad idem, quia reſpon. poteſt, quòd conſiderato effectu, qui attendi debet.l.3.cũ not.ff.de inſtit. & ſubſtit.l.cuius effectus, de regu. 263 iur. ſatis dici poſſunt ad idem competere † propter eundem effectu ad quem dantur,& licèt abſolutoria lata in una, pariat exceptionem rei iudicatæ in alia d.l. ſi differente.ff.quibus mod. pig. uel hypothec.ſol. cum not. per Socin.in d.l.fundum.col.3. & Mod.de Fano in tract. de pign. in 8. parte principali in prima particula illius octauæ numero 10. & in 2.

& in 2. parte, col.fi.admittitur tñ cumulatio cõtra diuerſas pſonas pp diuerſitatẽ perſonarum.s.fi.l.3. præall.vt per Bar.in ff.5.genere cumulationis, pſertim fauore litiũ finiendarũ, vt poſsint contra fideiuſſorẽ conueniri,& contra tertios poſſeſſores; nõ autẽ toto tẽpore vitę ſuę habeat litigare,anteq; poſſit cuncta prædicta facere,vt p Soc.in d.c.fi.col.8.

Rurſus videtur Bar.hîc contradictionẽ ſibi implicare,dũ vult oppoſitionẽ prędictã de §.ſed neq; adaptari poſſe etiã ad primũ genus cumulationis, quod eſt qñ plures actiones ex diuerſis cauſis & ad diuerſa cõpetunt nullo modo ſe contingentes, hîc quando plures actiones ex eadẽ cauſa ad idẽ. Sed 264 reſp. vt hic p Lanc.Philip.Dec.col.17.& Curt.29.

Tertia conclu.† in eodẽ libello actio ,p re,& pro 268 fructibus cumulari non poteſt.l.fundi.ff.de excep. cuius opp.quotidie in practica ſeruatur: quicquid malè dicat hic Iaſ.vide melius Soc.ibi in vlt.col.

Circa tertiũ genus, Doct. communiter tranſeũt hic cum Bar. ꝙ non admittatur cumulatio, vt per Aquenſ. Dec. & Curt. exemplificari pót dictũ Bar. 265 † de actionibus competentibus ex eadẽ cauſa ad diuerſa ſecundũ plus & minus,vt in actione ui bon. rapto. & furti nõ manifeſti. quarũ j. datur in quadruplũ, altera videlicet furti non manifeſti in duplũ.l.j.ff.ui bon.rapto.cuius rei rõnẽ aſsignat Are. inſti.eo.tit.ui bon.rapt.ad fi.principij in diuerſis & ſeparatis.exemplũ poteſt in actione furti & conditione furtiua,quarũ j.datur ad pẽnã,ſecunda ad rẽ, l.ſi pro fure. §.1.ff. de cond.furti. & ſic ad diuerſa penitus. vt per Soc.c.fi.col.3. de libell.obla. Ratio eſt ſecundũ Bar.quia poſsibile eſt ſic fieri abſoluto riã in j.quod pariat exceptionẽ rei iudicatę in ſecunda,vt hic p eũ.Mod.Taur.hic col.41. tenent contra Bar.ꝙ actio furti,& ui bon.rapto.à prin. cumulari poſſunt. per tex.in d.l.1.in fi.vbi licèt actũ ſit furti, non eſt deneganda actio ui bon. rapt. ut tamen id quod amplius in ea eſt,conſequatur.Et idẽ per illũ tex. voluit hic Curt. & ante eos Fulgo. vt hic refert 266 Aquẽſ. in vlt.col.per §.1.d.l.ſi pro fure.& l.ancill. ff. de furt. vbi † actio furti, & conditio furtiua ſimul competunt: & ſic videntur poſſe cumulari.

Ad alleg. in oppoſ. per alios.reſpõ.Curt.& prędicti Mod. ſuper iſto genere cumulationis.

Non recedẽ à Bar.& cõmuni. Quę concl. probatur per primã regulã, ꝙ licèt abſolutoria lata in vna &c.quam regulã s.defendimus.& ſi Bar.hic & ibi in allegatione iurium ſibi nõ conſtet. optimèq; probatur in l.interdum,alleg.per Bar.vt dixi in prima regula,& probatur etiã in l.duobus.§.colonus, cũ l.ſeq.de iureiu.quicquid de illo tex. dixerit Bar. 267 in j.regula.nam in §.ſi quis iurauerit,nõ probatur, vt ibi notanter declarat Bar.† ſed optimè probatur in §.colonus,& in §.qui iurauit, ſequenti. quòd ſi cum colono propter ſucciſas arbores agatur, & iurauerit ſe non ſuccediſſe,ſi poſtmodum conueniatur.l.12.tab.de arboribus ſucciſis ſiue ex. l.aquilia damni dati,ſiue ex interdicto,quod ui,aut clam,de fenditur exceptione iurisiur.& conſequẽter ſi fuerit iuratum ſuper facto & in genere, obſtabit exceptio rei iudicatę in qualibet ſpetie, ad propoſitũ voluit dicere Bar.ꝙ ſi iuratum ſit ſuper actione furti, obſtabit exceptio volenti poſtmodũ agere actione ui bono.rapto. quia actio furti generalis eſt, & ui bon.rapt.ſpetialis,& ſub actione furti,ꝙ eſt genus, continetur: vt per Bar.& Doct.in d.§.ſiquis iurauerit.ad remotionẽ ergo generis ſequitur remotio ſpetierum. l.iuris iurandi. §.ſed ſi fraudandi. ff.de pact.cum ibi no.per Alex.& alios.Si pronuncietur furtum factũ non fuiſſe obſtabit exceptio rei iudicatæ volenti poſtmodũ agere ui bon.rapt.ſiue conditione furtiua vnde cumulatio nõ deberet admitti,vt hic per Curt.col.28.& prius Are.in d.§.ſi minus. chart. vltima in ſecundo & texto caſu.

Sed difficultas eſt, quomodo conſideretur per Bar. poſsibilitas pariendi exceptionẽ rei iudicatæ. † nam licèt pronuncietur ſuper facto,id non videtur fieri poſſe, niſi reus in ſe aſſumat onus probandi,quo caſu talis poſsibilitas non videtur attendenda: quũ non ſit ſecundũ communẽ curſum cauſarum, vt per Bar.in d.l.fundũ,cum alijs s.alleg.eapropter non videtur procedere dictũ Bar.Rim.hic col.18. ſaluat.Bar. vno modo Dec. alijs modis in 15.& 16.col.melior videtur j.ſaluatio,quando data eſſet dilatio ad probandũ, quum iſtud ſit ſecundum cõmunẽ curſum cauſarũ.& hanc videtur etiã 269 dare Curt. hic in iſto genere cumulationis. † non obſt.d.l.j.ui bon.rapto. ſecundum verum intellec. vult enim, ꝙ ſi actum fuerit furti ſcilicet non manifeſti, poſsit poſteà agi ui bono. rapto.in eo quod ſupereſt ad duplum: ſi furti nõ manifeſti actione, actor duplum,de quo in prin.loquitur tex. conſecutus fuerit. & ſic intelligitur ille tex. quando iudicium ſuper actione furti peractum fuit,& iudicatũ contra furem, ꝙ poſsit poſteà contra eundem inſtitui actio ui bono.rapto.in eo, quod ſuperem. & ſic ad materiam cumulationis nihil facit.

Sed quare non poteſt fieri cumulatio à prin.ſicuti poſt expeditũ primum iudiciũ addi poteſt.Curt. in iſto genere cumulationis tenebat id fieri poſſe: 270 †quũ non fiat differentia inter cumulationẽ ſimultaneã & ſucceſsiuã. vt per Aret.in l.3.in §.fi.col.3. de duobus reis, probantẽ id verũ eſſe per l. fundũ præal.ꝙ vbi eſt prohibita cumulatio vno modo,ſit etiã prohibita alio modo.vt per eundẽ Curt.s.in 4. regula,in pri. & hoc prius voluit expreſsè Bar.s.3. genere cumulationis all. illa iura. ſed fateor cumulationẽ fieri poſſe ſucceſsiuè quando fieri poteſt ſimul,& econtratiò,vt præfati dicunt.Sed furti & ui bon.rapt. actionũ cumulatio fieri nõ poteſt ſimul, nec ſucceſsiuè,per rationem Bar. de qua ſuprà niſi in actione furti non manifeſti,& ui bon.rapt.quas cumulari poſſe ſimul à princ. & ex poſt facto, per rationẽ Bar.diximus. quia abſolutoria lata in j.circa ſpetiem furti non parit exceptionem rei iudicatę, in 2. ui bonorum rapto. alterius ſpeciei ſecus ſi eſſet deducta actio furti in genere,vt diximus s.per §.colonus. & de furto non manifeſto loqui tex. in d.l.j. ad l.ſi pro fure,in §.1.reſpon.vt ibi per Paul. de Caſtr.& Curt.ff. ad finem iſtius generis.

271 Abſoluta hæc fuetunt Paduæ † vltima Martij. M D XLVII. nec potuimus ſuperueniẽtibus vacationibus ad finẽ vſq; proſequi;ſed quę ſequuntur, ſtudio camerario pro complemento addita fuere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

postremò aduertatis circa intel.d.l.primæ vi bo.raptorũ,dum vult, non esse denegandã actionem vi bon. rapt. in eo qđ supereſt, ſi ante actum ſit furti, † ꝙ illud plus eſt duplum ex quo furtum fuit non
272 manifeſtum,vt ibi dicitur.ſed ſi furtum fuiſſet manifeſtum, actio furti competeret ét ad quadruplũ; res aũt nó continetur in duplo uel quadruplo quæ non continetur etiam in quadruplo, vi bonorum rapt.§.fi.inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur. iuncto principio inſtit.ui.bon.rapt. vbi Ang. Are. circa fi.ipſius principii rationem aſsignat.

Circa quartũ genus cumulationis, ex dictis Bar.
273 † colligo tres concl.j.eſt. ꝙ pluriũ actionum ex diuerſis cauſis ad idé competentiũ nó admittitur cumulatio,ſi ſic ſe habeãt, ꝙ facta executione in vna, alia tollatur l.j.in fi.ff.ſi fam.fur.feciſ.dicatur l.oẽs. ff.de acti. & oblig.& §.duorum. l.Mæuius.de leg. ſed'o.vbi quãdo eadem res ex duabus cauſis lucratiuis debetur, facta executione ex vna,altera tollitur.Et cũ hac concluſ.Bar.tranſeunt cóiter ſcriben tes,vt hîc per Aquenſ.Deci.& alios,& per Ang. & re in §.ſi minus.col.antepen.inſt.de actio.

Sed contrariũ tenẽt hîc Mod.Taur.col. 32. cum ſeq.quia d.l.j. in fine nó loquitur de cumulatione. & §. duorum, diſponit, ꝙ ſolutione facta reſpectu vnius cauſæ lucratiuæ cõtingat liberatio ab alia: tñ nó negat cumulationẽ poſſe fieri.Ideo dicebãt prę-fati poſſe vtrãq; actionẽ cumulati cũ proteſtatione, ꝙ vnius exactione actor intẽdit eſſe cõtentus, maxi mè quãdo à principio agens non eſt certus,quæ a-
274 ctio ſit efficatior futura † l.j.§.quia autẽ quorũ leg.

Non eſt recedendũ à concl. Bar. & cói vt etiam diximus.ꝛ.in 4.regula.& licèt §.duorum, nó ꝓbet concludenter.d.concluſionẽ,probatur per d.l.primam in fine fm inductionem Soc.vt in d.4.regula
275 viſum fuit.probatur etiã aliis rõnibus † q, ſatis eſt, etiam ſi lege expreſsè non cauetur. l. ſcire oportet §.ſufficit. de excuſ.tuto. Iaſ.in l.dedi, in §.ſi liber. colum. 2.ff. de condi.cauſ.dat. & Deci.in c.ſecundò requiris.in tertio not.de appell. Nam ex quo facta executione in vna contingit liberatio ab alia.d. l.omnes, & ſic effectus cumulationis eſt prohibitus,ergo & ipſa cumulatio.arg.l.oratio.ff.de ſpõſalibus,ſecundũ Are.in d. §. ſi minus col. antepe. & quod fieri poteſt per pauciora, per plura non eſt faciendum. l. dominus teſt. ff. de condi. inde. & ne ſumptus litium multiplicentur, quæ rationes impeditiuæ ſunt cumulationis,vt in ſuperioribus dictũ fuit; quia etiã deficit natura cumulationis quæ inducta fuit ad vitandũ multitudinem iudiciorũ, & lites breuiandũ.gl.l.non eſt nouũ. de act. empt. ſed ſi facta executione in vna, contingit liberatio ab alia,ſatis ceſſant lites & iudicia quò ad eã, ergo.

Nec reſtagatur, quòd fortè alia actio erit futura efficatior,quia imputatur actori ſi neſcit eligere,ex quo eſt in poteſtate eius, quãdo velit debitorem cõuenire.l.purè.in fine.de exce. doli. vbi tamen probabiliter de competentia actionis dubitaret,admitteretur bene cumulatio aliàs prohibita. præalle. §.
276 quia autem.†cum adductis latè in ſuperioribus ad illum tex.conſiderabis tamen tu quòd d.l.j.in fi.nõ poteſt adaptari ad terminos iſtius quarti generis,in quo plures actiones ex diuerſis competere dicuntur,& Bar. dicit non admitti cumulationem per d. l.j.in fi.vbi dicitur eſſe exemplum. ibi.n.vna tantũ competebat actio, vt in 4. regula diximus & dato ꝙ eſſent plura iudicia cumulari prohibita, vt ſaluãdo Bar.dicebat Soc.ibi relatus, non erant ex diuerſis cauſis fm terminos iſtius generis, ſed erat vna cauſa tantũ,ſcilicet furti,quod eſt vnum delictum, & ſi factũ ab vna familia.l.ſi familia.de iuriſd. omiud. Nec videtur poſsibile iſtud 4. genus, vt dicit Bar.exemplificari in d. l. j. Non eſt tñ recedendũ à concl.Bar. ꝓpter alias rõnes ꝛ. relatas, facitq; illa l. j. in rõne decidẽdi fm inductionem Soc. de qua.ꝛ. qa ſicut non admittitur ibi cumulatio pluriũ iudiciorũ,ex quo executione facta in vno contingit liberatio in alio, idẽ eſſe debet in pluribus actionibus ex eadẽ cauſa,ſeu diuerſis cõpetentibus, dummodo facta executione in vna contingat liberatio ab alia,propter identitatem rationis. per iura vulg.

277 Limitatur prædicta ꝯncl. niſi cumulãs † poſſet plus conſequi ex 2.actione q̃ ex j.ut hîc p Aquenſ. col.pe.nec mirũ quia tũc in eo qđ plus ꝑt cõſequi, nõ contingit liberatio ab alia, ut ꝛ.dictũ eſt.notabi tis ét ꝙ ubi plures actiones ad idé cõpetunt ex diuerſis cauſis,quarũ una non dependet ab altera,nó admittitur cumulatio. l. ſingulis. cum not.ibi per Soc. ff. de exec.rei iudi.cum aliis all.ꝛ. in 2.genere.
278 Scđa concl.pluriũ actionũ † ad idé competentiũ admittitur cumulatio ſi ſic ſe habeant, ꝙ facta executione in una non tollatur alia: ut qñ competunt ex diuerſis cauſis non lucratiuis, uel quarũ una nó eſt lucratiua.l.huiuſmodi.§.q ſeruũ,de leg.j. l.ſi is, ff. de actio. & obli. & ultra exẽplum Bar.hîc potes alio mõ exemplificare,ut per Soc.in c.fi.col.3. de libel.obla.Et cum iſta concl. tranſeunt cõiter ſcribe. licèt Mod.Tau.hîc col.32. cũ ſequenti ad rõnẽ Bar. reſp.pro Petro.§.quotiens generaliter loqui,& generaliter intelligi debere non aũt reſtringi, ut facit Bar.qñ plures actiones cõpetũt ex eadẽ cauſa,ſed ꝑt replicari ut per Are.in d.§.ſi minus,col.antep.ſubeſſe rõnem ita reſtringendi, & intelligendi illũ tex. nã ſi cauſæ & facta plura ſint & diuerſa,eſt quid imputetur contrahẽti aut facienti: ideo nimirũ ſi pluribus actionibus põt vexari: & unius actionis effectus extendatur ad æſtimationem ipſius rei: ſicq; non ꝓcedit tũc ille tex.ex quo non ſubeſt ratio impeditiua cumulationis, & militat ratio permiſsiua
279 euitandi multitudinẽ iudiciorũ † dicunturq; actiones ꝓdictæ ad idẽ dari, licèt dentur ad rẽ & preciũ, quæ uidentur diuerſa; eò quia pretiũ ſuccedit loco rei.l.ſi rẽ & preciũ.ff.de petit.hæred. & preciũ rem æſtimat.l.ſi ita fideiuſſorem accepero.de fideiuſſoribus.pulchrè Soc.in l.2.§.j.colum. 2. ſi cer. petat.

Circa prædicta moueo difficultatẽ.uolunt ſcrib. quòd in §.qui ſeruum,hîc per Bar. alle. admittatur cumulatio diuerſarũ actionum ad idẽ, licèt una de
280 tur ad precium,qđ ſuccedit loco rei.† querò an eo caſu actor cõſequi debeat preciũ ſolutũ, an preciũ æſtimationis rei qđ poterit eſſe maius,ultimum uerius uidetur,quũ tex.ibi dicat,precium poſſe conſequi,ac ſi res fuiſſet in initio euicta ſed re euicta qđ ſua intereſt, conſequi debet. l. emptor. ff. de euic.

Si

Si igitur maioris æſtimationis eſt hodie res,intereſt actoris talem æſtimationem cõſequi potius quàm pretium ſolutum, vt per Raph. Com.in conſil.33.

Contrariũ tñ amplectaris opin. tanq; verioré,vt pulchrè & ſubtiliter docet Soci. conſulendo.lib.3. conſ.16.col.fi.vbi põderat multipliciter tex.in d.§. qui ſeruũ.& reſp.rationib. Raph.Com.vt ibi p eũ.
281 Circa tertiã cõcl.quæ põt colligi ex Bar.† hîc,an cumulatio iſta fiat in vno libello vel pluribus,vnaque ſit inſtãtia,aut plures;videda ſunt quę diximus ꝛ. in 1.genere Sed dũ Bar.hîc in fine theoricę all.l. non nouũ, in hoc 4.genere,ubi actiones ad idẽ tendũt,& tñ in 1.genere allegauit qñ tẽdunt ad diuerſa. Mod. Ta.hîc,col.52.verſ.3.cogitate, põderãt & reſp.vt p eos.Sed fuit inuentũ Lanc.Dec.hîc in iſto 4.genere.ex quo.n.pretiũ ſuccedit loco rei,poſſunt actiones dici ad idẽ competere, & ita adaptatur in hoc 4.genere.quia tñ in veritate res & pretiũ diuerſa ſunt, hoc reſpectu conuenire põt 1.generi. & ad hoc ꝙ ea,q̃ in eſſentia ſunt plura,conſiderẽtur quãdoq; vt vnũ pp aliquam particulare actionẽ. videte pulchrè Are. in l.3. §.fi.col.1.ff.de duobus reis.
282 Circa 5. genus cumulationis † qñ plures actiones ex eadẽ cauſa cõpetũt ad idẽ cõtra plures, an ſimul in eodẽ libello poſsin cumulari: Bar.ſe remittit ad dicta p eũ in d.§.fi.& in auct.hoc ita,col.2.ꝯ.de duobus reis.& concluſ.eſt,ꝙ ſic.Mod.Tau.hîc col. 33.cũ ſeq.aliqualiter ſe extẽdũt. poſſent multò plura adduci,de quib.in cõſil.ſcribẽ.hîc citatis p Deci. ſe remittentẽ ad illa. & p Iaſ.in l.de pupillo, in §.ſi pluriũ,ad fi.de no.ope.nun.& pulchrè p Pa. de Caſtr.& Are.in d.§.fi.l.3 Soc.in c.1.in 4. mẽbro principali art.8. de libel.obl.& ibid.in vlt.mẽbro 7.art.
283 principalis, in quibus locis plenè inuenietis nũquid plures poſsint agere,accuſare,† vel cõueniri i eodẽ libello,& nunquid vnus conuentorũ poſsit petere ſe ſeparatim conueniri.& ad dicta Bar.in hoc 4. genere videndum etiam eſt,quod ponit hîc Rim.in.

Duo alia genera cumulationis addũt hîc Aquẽſ. & quidã alij in vlt.col. ſed primũ de l.ſi pariter,de liberali cauſa.quę probauimus in ſuperioribus,ſecundũ de remedijs accuſatiuis declarãdũ eſt, vt diximus in 2.genere circa §.ſed neq;. Aliud genus cumulationis adiungunt alij p l.nemo prohibetur cũ no.de excep.ſed eſt cumulatio exceptionũ,nõ actionũ,neq; remediorũ actori cõpetentium,prout nos
284 loquimur. & dicebat Bal.in l.bona. ꝯ.famil.erciſc. † triplicẽ eſſe cumulationẽ rerum & hæreditatis,vt ibi mixtã hęreditatũ & perſonarũ.§.ſi inter.l.hæredes.ff.fam.erciſ.& cumulationẽ actione, vt in l.noſtra.ſequitur Soc.in d.c.fi.col.3. ſed ẽ & alia cumulatio duarũ inquiſitionũ: itẽ accuſationis & inquiſitionis.vt per Soci.loco præall.col.13. ltẽ plurium
285 exceptionem, etiam diuerſarũ. d.l.nemo de excep.

Poſt genera cumulationũ quærit Bart. † ſi facta fuerit cumulatio,quę ſecundũ regulas ꝓdictas eſſet prohibita,& pars nõ oppoſuerit,an valeat iudiciũ? & reſp.diſtinguẽdo vt per eũ.cum quo Doct.tranſeunt, vt hic dicunt Rim. Iaſ. Aquenſ.& Dec.Aliã diſtinctionẽ in hoc articulo faciebat hic Bal.quẽ ſequũtur Are.in d.§.ſi minus, col.antep.& Soc.in d.c.fin.col.13. ſed non comprehendit illud mem-

brum de ſimultanea cumulatione actionum, quæ electione tolluntur.

Habetis igitur ex dictis Bar.colligere primò concluſionẽ,ꝙ vbi ꝓhibetur cumulatio ex prima,quarta,quinta,vel ſexta regula,de quib.ꝛ. ꝓcedit cumulatio, & valet iudiciũ parte nõ opponente: qa iura de hoc loquentia oppoſitionẽ requirere videtur.vt impediatur cumulatio ſecũdũ Bar. cũ alijs ſimilib. hic all.p Dec.in quib.valet ꝓceſſus & ſententia parte nõ opponẽte, quæ aliàs nõ ſubſiſteret. plura alia cumulãte Fel.in c.inter monaſteriũ, col.12. & ſeq. de rei iud.Iaſ.in l.à patre,in 4.no.de his,q ſunt ſui,
286 vel alieni iuris.†Eſt ergo vtile in iudicio ſemper opponere cõtra adducta, ꝓ lucta vel requiſita à parte, aliàs multa fiũt,& tenẽt, q̃ aliàs nõ ſubſiſterẽt: vt p Bar.& alios in l.1.ꝯ. de rela.Barb.cõſ.90.co.5.vol. 3.Alex. in cõſ.77. col.fi.lib.2.& Iaſ.in l.1.co.3.de ferijs.& in l.vniuerſa,ꝛ. de precib.Imperat.offerẽ.

Et intelligitur hęc concluſio, ſi iudex permittat, ita ꝙ ipſe non opponat, nec ſuppleat repellẽdo, qñ põt ratione ſui intereſſe,ac vtilitatis publicæ: vt pulchrè per Soc.in l. ſi poſt, col.2.ff.de excep.& Alex. ac Mod.in l.4.in §.hoc autem iudicium.ff.de dam. infec. Mod. tamen Taur.hic in 47.col.nituntur improbare Bar. dum dicit,ꝙ non impeditur cumulatio parte non opponente,quando ſecunda impeditur propter executionẽ factam in alterã. per l.1. in fi.ſi fam.furtũ feciſ.dicatur,vt per eos.Sed vt ꝛ.dixi de cumulatione in actione nõ probat, ſed bene de cumulatione iudiciorũ ſecundũ Soci.ꝛ.relatũ, nec eſt verũ,iudicẽ in caſu prędictę quartæ regulæ poſſe cumulantẽ tanquam ſine actione agentẽ repellere.quia alia non tollitur,niſi executione facta: quũ ergo ſibi cõpetat,requiritur oppoſitio partis. Præterea, vt ꝛ.dixi, concl.Bar.intelligitur ſano modo parte non opponente,ac iudice nõ repellente, & ſi contra prædicta inſtes,in caſibus,in quibus nõ admittitur cumulatio hoc publico fauore contingit,ne multiplicentur lites.l.ſingulis,prę.all.ergo partium conſenſus non debet poſſe in contrarium operari l.nemo poteſt, de leg.1 l.properandum,in princi. ꝛ.de iudi.Reſpo.quòd eſt fauor publicus ſecundarius,& non principalis: ideo priuati poſſunt illi renunciare,vt per Bar.& ſcrib. in l.pen. ꝯ.de pact.

Limita etiam prædicta non procedere in caſu.l.
287 maritus,la 2.in §.fi.de adulter.vbi libellus † in quo cumulatur accuſatio contra adulterum & adulteram, ipſo iure non procedit, & ſi pars non opponat. quod eſt ſpeciale ſecundum Bar.ibi.

Limita etiã in caſu, c.cum dilecta, de reſcrip.vbi proceſſus agitatus omiſſo ordine dato per Pontificẽ eſt ipſo iure nullus. Sed eſt ét ibi ſpeciale, ꝓpter mandatũ,cuius forma diligenter eſt obſeruanda.

Item cõtra prædicta obſtare plurimùm videtur tex.in l.fundi.ff.de excep.ibi,& vtrobiq; prętorem intervenire debere, nec permittere petitori priusꝙ de eius intentione cõſtet huiuſmodi iudicijs expediri. ergo non procedit iudicium quamuis pars non opponat. Pro ſolu.videte Soc.ibi in 6.not.

Secunda conclu.quæ colligitur ex dictis Bar. eſt
288 † admitti cumulationem actionum, quæ electione tolluntur, ſi fiat ab initio, & pars non opponat

Universidad de Deusto
Biblioteca

quin procedit iudicium. §. quia aũ. ꝫ. all. vt hîc latiꝰ p eum, quem improbant Mo. Tau. in 42. col. vt p eos. sed non est recedendum à Bar. qui hic cõiter à scrib. approbatur, & per Are. in d. §. si minus col. pe. dicentẽ libellum gñalem non electiuũ procedere, si non opponatur. nam quo ad iudicem conclu dit parte tolerante libellum. præall. l. fi. & rationes Bar. secundum Rim. hîc. in 20. col. subtiles sunt. nec obs. §. eligere, vbi actor vĩ cogi ad eligendum. qua electione minimè facta iudicium vĩ nullum tanꝙ factum contra dispositionem legis. quia resp. Rim. non esse inconueniens illud intelligere parte oppo nente, ut dicitur in l. 2. ℑ. de iur. cal. & facit d. l. fun di, cum ibi no. per Soci. in 6. no.

Non obstant motiua dictorum Mod. quia resp. ꝙ imo ꝑsupponitur ibi cõtumacia nolẽtis resp. Est n. ibi tex. ꝙ vbicunq; incertitudo ꝓcedit facto rei, admittitur libellus incertus. vt ibi p Bar. Ale. & Ias. in §. qui illud. l. vbi aũt de verb. obl. nisi reus fuisset ibi interrogatus; & noluisset certificare actorẽ qũo posideret, dici nõ posset, incertitudinem procede-
289 re facto suo. † & ita illum tex. declarat gl. in d. §. eligere, allegans illud adagium. A cotal mottone, cota le bottone. si non vis me certificare an posideas ꝙ hęrede, vel pro legato, non te certificabo an agam petitione hæreditatis, vel interdicto quorũ legatorum par pari referendo. Non ob. quòd reus qui nõ vult resp. hĩ pro confesso. quia glo. ibi resp. quòd si actor voluisset, ad respondendum potuisset illum cogere: sed non curauit contentus par pari referre.

Nec obst. quòd tacens sibi non ꝓiudicet, qñ scit iudicium non tenere. §. sicut, præall. quia iudicium tenet parte non opponente, vt ꝫ. dixi post Rimin. & Ang. Are. Item non obs. ꝙ iudex possit ex officio re pellere talem cumulationem. nam Bar. intelligitur parte non opponente, & iudice non repellente libellum, quemadmodũ intelligitur sua j. concl. vt ꝫ. dictum fuit. vel aliter resp. iudice non posse ex offi cio reiicere talem cumulationem quũ sua non interfit. d. §. hoc át. nec ob. quòd possit supplere circa libellũ gñalẽ, vt declaretur, quia sua interest, vt cer tã possit ferre sniam. vt p Ale. in l. age. ℑ. de transa. quia ibi non est aliqua incertitudo, quum constet de actionibus intentati, & cumulatis, & fieri debet interpretatio, vt erit vtilius libellanti. l. si quis in tentione. de iudi. cum alleg. in superioribus.

290 Tertia concl. q̃ colligitur ex d. Bar. est, † quòd qñ sunt plures actiones, q̃ electione tolluntur, & ab initio vna ꝓposita fuit, & alia inde cumulata ꝓcessus est nullus, etiam parte non opponẽte: quia alia actio fuit ipso iure sublata. & cũ Bar. transeunt cõiter alii, ut hic p Rim. col. 2. & est necesse partem opponere non exceptionem iuris, ut dicit Bar. sed intentionem & facti. qñ iudicium de facto ꝓcedit, si non opponatur. hæc tñ exceptio postq̃ arguit iudicium retro nullum, opponi ꝑt vsq; ad sniam. l. cum putarem. fa. erc. Ex quo. n. lex. dat exceptionem, intelligitur parte opponente, sicuti qñ dat exceptionem, vt dicunt scrib. in l. 1. §. sublata. ff. ad treb. iudex tñ isto casu videns accumulantem sine actione
291 expediri, † ꝑt ex officio, si vult eum repellere. ut hic p Lanc. Bal. in l. 1. col. 6. vers. à, modo. ℑ. si plures v-

na snia. Aq. in l. si Titius, de ver. obl. & in d. §. nihil cõe, col. pe. vbi defendit hanc concl. Bar. à quadam impugnatiõe Are. ibi. & dum Bar dicit, necesse eẽ, quòd in secundo iudicio fiat fides de ꝓcessu habito sup j. actione. vltra alleg. p Tau. in hic col. 48. videte pulchrè Soc. in l. gñaliter, de exce. & Aq. i d. §.
292 nihil cõe, col. fi. † Vsq; verò ad quod tps fieri possit oppositio prædicta ad impediendũ cumulationem declarat pulchrè Are. in d. §. si minus. col. pe.

Sed instat difficultas circa prędicta: ponamus, quòd pars opponat, & iudex non obstante oppositione procedat, † nunquid processus ipso iure nul-
293 lus erit, vel appellatione opus erit? videte hic Are. col. fi. & pulchram dist. Dec. hic.

Circa vltim. concl. Bar. qñ cumulatio impeditur ratione contrarietatis an sit necessaria oppositio, †
294 Bar. se remittit communis est, quòd non. quia cumulans contraria, se ipsum repellit. l. 2. §. sed si alius. ff. qñ appellandum sit. ut hic per Dec. & præfatos Mo. col. 49. Are. d. §. si minus, col. pe. & Soc. pleniùs in d. c. fi. col. 19 de libe. obla. & Aqu. in d. §. ni hil commune, col. fin.

295 Quærit postmodũ Bar. † nunquid sup actione cumulata iurandum sit de calumnia, & distinguit vt p eum. cum quo alii cõiter transeunt. ut hic per Rim. & Aq. ac Soci. loco præall. sed Mo. Tau. hic in 52. col. cum seq. reprobato Bar. adhærent gl. cũ qua transit Ale. post alios p eum alleg. quòd iurandum sit de nouo de calumnia, quod clarè probatur secũ dum aliquos, quia iura. cal. non præstatur, nisi post litem contest. l. 2. in principio. §. i. cum ibi no. p Bar. & Pau. de Ca. ℑ. de iur. cal. si igitur cumulatio sit facta iurato iam de calumnia, & post litem contest. necesse est, quod fiat sup cumulatis, & consequenter ꝑstetur aliud iuramentum nouum calumniæ. nec obst. quòd sit super tota lite iuratum, & sufficiat semel fuisse iuratum. auc. in isto. ℑ. de iur. calu. quia intelligitur super tota lite actionis intentatæ. c. pe. de iure iu. vbi liquet iuramentum non extendi ad superuenientia super quibus non censetur iuratum, si tamen cumulatio fieret ante litem contest, sufficeret unum generale iura. cal. & vna contesta tio litis, ut dicũt hic prędicti mod. in 53. col. Et istud non negat gl. quæ de cumulatione. quæ fit post litis contest. quærit. ex quo dubium est post iura. ca-
296 lum. quod (ut dixi) prędictum post litem contest. † intelligendo de iura. calum. inuento ad solennizandum iudicium, aliud in iuramento calumnię, & malitię, quod semper petit prędictumque potest. ca. 2. de iura. calum. in 6.

Sed contra primum membrum dist. Bar. vĩ tex. in l. non est nouum, præallega. secundum Lanc. hic, sed respon. ut per Soci. in d. c. fin. col. 4. & Modern. Tau. hic col. fi. vers. ĩstam primam. Ex dictis Bar.
297 hic † colligitur secundum quosdam cumulationẽ fieri, etiam post litem contest. usque ad sententiam. Ex. quo iuramentum calumnię post quod Bartol. dicit posse fieri cumulationem non præstatur nisi lite contest. ut dixi. & sic fieri poterit usque ad sententiam, immo etiam in causa appellationis. ut per Bar. in l. per hanc. colum. 2. ℑ. de tempor. appella. Socin. in d. c. fin. column. 4. & 13. de libell. obla. &

Are.

Are. in d. §. si minus, col. pen. & sequuntur etiã hîc Mod. Taur. col. 48. cum sequentibus. Est verum ꝙ si fiat ante litis contestationem vna erit instantia, vnum iudicium, & una sententia omnes actiones terminabuntur. Sed si fiat post litem contest. erunt diuersa iudicia. vt hîc per Paul. de Cast. col. pen. & præfatos Mod. & ita intelligi debet Aquẽs. hîc col. 9. dum dicit talẽ cumulationem fieri posse usq; ad litis contest. intelligitur enim quò ad hoc, vt unum sit iudiciũ, & procedatur unico ꝓcessu. In diuersis autẽ iudicijs posset fieri (prout dixi) vsq; ad sententiã in causa principali, idest vsq; ad conclusionẽ in causa, non post. iuxta not. plenè per Alex. in l. 3. in
298 §. si seruus, de acqui. pos. & Feli. in c. cum dilectus, col. 2. de fide instrumentorũ † concludentẽ etiam post sententia in causa appellationis posse deduci in facto consistentia, eò quia est noua instantia, & nouus modus procedẽdi. faciunt quę de reconuentione scribit Bar. in aucten. & consequenter, col. 4. vers. sed iuxta. ℑ. de sent. & interloc. vide tamẽ quæ dixi in primo genere cumulationis circa finem.

Quærit successiuè Bar. an super utraque actione cumulata sit iurandum de calumnia. & concludit vt hîc per eum. cum quo transeunt Doct. ut hîc per Aquens. col. fi. de qua quæstione videte Soc. in d. c. fi. col. 14. Mod. Taur. hîc in art. de cumulatione in vlt. col. & quicquid dicant præfati Mod. verius videtur quod gl. & Soci. dicunt, quòd quum absolu-
299 toria lata in prima parit prędiudicium in secunda, † non sit super prima iurandum; quia frustratoria esset sententia secunda hoc casu, ergo &c. quum frustratorijs non sit vtendum.

In sequenti quęstione Bar. concluſ. est, quòd si
300 feratur sententia super vna ex actionibus cumulatis valet † & non vitiatur, licèt super vtroq; fuisset pronunciandum. quia quando sunt plura in vno iudicio deducta, valet sententia super vno, quàmuis non feratur super omnibus, vt per eum. & sequuntur communiter scriben. vt hîc per Aquens. col. vlt. Mod. Taur. loco prędall. & latiùs Feli. c. inter
301 monasterium, col. 3. & sequentibus de re iudi.

Circa vltimam quęstionem Bar. † Doct. cõmuniter concludunt, ꝙ vbi fit cumulatio nouæ actionis, dandæ sint nouæ induciæ deliberatoriæ, nisi reus ex deliberatione prima posset esse instructus in secunda, vt hîc per eos. & Alex. allegantẽ tex. no. ad hoc in c. litteræ, vbi Abb. notat de dilationibus: daretur tamen dilatio ad opponendũ, vt per Soc. in
302 d. c. fi. col. 14. & Mod. Taur. hic loco prælleg.

Quæro vltimò post. Bar. † an rei vendicatio, & petitio hæreditatis possint simul cumulari. Pau. de Cast. in l. 2. ℑ. de peti. hæredit. & in cons. 6. in antiquis concludebat ꝙ sic. Sed cõis est ad oppos. vt per
303 Alex. in cons. 89. col. 1. lib. 2. Are. in cons. 103. in 3. dubio. & Mod. Tau. hic, col. 45. † Sed quid de querela inofficiosi test. an possit cumulari vnà cum ipsa petitione hæreditatis, discussi in rub. ff. de inoffi. test. circa finem.

Glo. in uerbo prout, declaratur vt hic per Bar. & Doct. quos Mod. Tau. hic in vlt. art. incongruè lo-
304 qui dicunt. † ꝙ dictio prout significet tempus & qualitatẽ, quum natura talis dictionis non sit apta prędicta importare, sed bene refertur ad ea. Sed gl. & Bar. habuerũt sanum intellectũ, ꝙ dictio prout, ea significet scilicet relatiuè, ex quo relata id important, prout clarè declarat ipse Bar. in extrauagãti ad reprimendũ in verbo prout, dicens hic limitationẽ esse circa tempus & qualitatẽ. ponderant etiã prędicti, Bar. fuisse sibi contrariũ, quia hic vult, ꝙ tempus importetur p vltima verba l. nostrę, ibi, ius dicentis decernit æquitas, quæ non patitur has mutationes fieri post litẽ contest. & tamen ℑ. in princ. vlt. col. & vers. quæro quid vult dicere. concludit per hæc vlti ma verba designari facultatẽ & cognitionem circa condemnationem expensarum. quod vltimum ve rius dicunt, quia ꝙ emendatio, vel mutatio nõ fiat post litis contestationẽ non fundatur in æquitate iudicis, sed in rigore: nec discretioni iudicis committitur: quum sit traditum à lege pro forma.

Sed respon. Bart. non fuisse sibi contrariũ. quia licèt in vlt. col. dicat, expensarum refectionẽ venire in illorum verborũ, vel ius dicentis decernit æquitas. non negat quin etiã illa verba habeant relationẽ ad tempus. vtrumq; igitur potest stare, ꝙ habẽt relationẽ ad tempus, & ad condemnationẽ expensarum non obst. motiuũ d. l. non potest. quę in primis non probat, quum loquatur in iure de futuro, vt ibi declarat Bar. & Lanc. ꝫ. in princ. magnæ gl. & prædicta verba vltima ꝫ. ponderata, respiciunt tempus, nõ quod est post litis contestationem, vt dicit Bar. sed quod est ante & vsq; ad litẽ contest. secundum eundem Bar. & in hoc iste tex. in fi. est no. & singularis. vult enim, ꝙ licèt emendatio & mutatio regulariter sit permissa vsq; ad litis contestationem istud tamen intelligitur & procedit, nisi ex aliqua iusta causa æquitati iudicis videretur conueniens, emendationem, vel mutationem minimè fieri: qa tunc non erit licita, etiam ante litem contest. istud est quod expressè vult tex. noster in illis verbis finalibus, vel ius dicentis decernit æquitas. secundũ Soci. in c. 2. art. 25. de libell. obla. & ibidem Feli. in
305 9. col. † Septem verò casus, in quibus ante litẽ contestatam non admittitur emendatio, vel mutatio propter æquitatem iudicis, de qua ꝫ. ponit Soc. ibidem. Iccirco ista vltima uerba nostrę l. respiciunt etiam tempus, non post contestationem litis, sed ante, quia (ut dixi) licita est emendatio, uel mutatio usque ad litis contestationem, prout ius dicentis decernit æquitas. quia si ea nõ esset æquitas, iudex non admitteret talem emendationem & mutationem, etiam ante litem contestatam.

306 Successiuè concludit Bar. † ꝙ ista dictio prout, stat hic, limitatiuè, cum censeatur facta dispositio limitatè secũdum quod in locis hic relatis habetur, & sequuntur cõmuniter Doct. ex quo illud, quod hic refertur. est de præterito, de quo constat, ut hic per Deci. & alios Mod. per Bar. in d. extrauag. ad reprim. in uerbo prout. Fel. in c. 1. col. pen. de proba. Francis. Pauinum. in tract. de potestate capituli. in tertio præludio, col. fi. Ias. & omnes scriben. in l. admonendi, cum glo. 1. ff. de iureiu. ubi ponunt posse multis alijs modis dictionem prout stare.

307 † Et ex prędictis infert Bar. ad no. dictum Innocẽtij in c. 1. col. fi. de proba. Nunquid actor faciens

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentionē in libello de aliquo instrumento, etiam ante litē contestatā, teneatur illud reo edere. & distinguit, ut hic per eum. an fiat mentio assertiuè de instrumento in libello, an limitatiuè. Cū quo transeunt cōiter Doct. ut hic p Alex. Rimi. Deci. & alios Mod. Feli. & Deci. latè in c. 1. char. ult. de proba.

308 Succesiuè quærit Bar. † quid operetur clausula saluo iure addendi, uel diminuendi, solita in libellis apponi. Concludit nihil operari, cùm nemo possit iuris dispositionem immutare. & cum Bar. transeunt communiter alij, ut hic per Alex. & Iaſ. col. fi. & alios Mod. & per Barb. in consil. 22. col. fi. lib. 2. & Feli. in c. inter dilectos, col. 7. de fide instrum.

Solent etiā quidam practici uti alia clausula in libellis, quòd si plus, uel minus debito facta esset
309 petitio, † reducunt rem ad debitam quantitatē. de qua clausula facit mētionem Alex. consil. 90. col. 1. uol. 1. non in materia libelli, sed sententię, si iudex illam clausulam in sentētia adijciet, an aliquid operetur. Sed in libello uidetur quòd equipolleat clausulę & plus & minus. de qua p Soci. in c. 2. col. 60. in quinta quęstione de libell. obl. ubi concludit, ꝙ contineat incertitudinē, sed parte non opponente ꝓcedit: parte uerò opponente declarari debeat. & hic si esset plus debito petitum sine iusta causa plus petendi non euitaret condemnationem expensarū in illo pluri. ut per Abba. & Soci. loco prælegato.

Glo. in uerbo perpetui, diuiditur in tres partes, ut hic per Iaſ. in pen. col. reliqua, ut hic per Doct.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Auctentica, de qua hic est sermo & auctenticum quo modo differant, & de sis latè.*
Irnerius antiquus glossator fuit ille, qui ex lib. auctēticorū auctenticas has extraxit utiliter & cōpendiosè, & in C. inseruit. quæ propterea non habent uim legis, nisi quatenus probantur in corpore unde sumuntur; ideò sæpe reprehenditur Irner. quòd malè transtulerit. ibidem.
2 *Scripturarum genera duo sunt, quædam sunt publicæ quæ fidem faciunt, quædam priuatæ, quæ non faciūt fidē, de quibus nō loquitur ista auct. sed quando unū instrumentum de alio fidem facit, & quibus nominibus hæ scripturæ nuncupantur. & nu. seq.*
Exemplar & exēplū quomodo differant. ibid. cū seq.
4 *Exemplare, auctenticare, & insinuare differunt.*
5 *Materiæ duæ diuersæ hic tractantur: An scilicet exemplū fidē faciat, & utrum unum instrumentū faciūs mentionem de alio probet, si non constet de relato.*
Ordo auctoris in interpretatione istius constitutionis.
6 *Casus figuratio cum rationibus dubitandi & decidendi ad hanc auctē.*
7 *Difficultates quædam motæ contra hunc tex. & resolutiones, & nu. seq.*
11 *Referenti instrumento producto intra terminū præfixū an attribuatur probatio, aut potius attribuatur instrumento relato post terminū producto. & nu. seq.*
Probatio facta per instrumenta an attribuatur primo instrumēto producto intra terminum, uel instrumento relato ad confirmationem postea producto. ibid.
12 *Tex. §. 1. l. si donatæ. ff. de don. inter uir. & ux. quòd si sponsus sponsæ muneri alienū annulū miserit, et post cōtractas nuptias suū pro eo dederit, efficitur mulieris, quia potius cōfirmare iam factā donationē uidetur, quàm nouā inchoare & facere. & nu. seq.*
13 *Dilatione data ad probādum & probatum habendum per omne genus probationis ad talem diem, an post lapsum termini possit fieri probatio per instrumenta, uel produci instrumenta ad confirmationem iam productorum intra terminum. & nu. seq.*
15 *Exactio debiti in termino istius auct. utrum dicatur fieri ex instrumento referente, aut ex instrumento relato postea exhibito.*
16 *Ex, præpositio regulariter denotat causam proximam & mediatam, sed aliquando ratione subiectæ materiæ causam remotam.*
17 *Producens instrumentum non se astringit quin aliàs probare possit, quàm per instrumentum.*
19 *Auctent. ista non est noui iuris introductiua, nec iuris antiqui correctiua, sed recitatiua, & ubi sit ius istud antiquum. & nu. seq.*
20 *Relatio quando est certa & explicita facta, fidem facit, licèt non constet de relato, quando referens potest id de nouo disponere.*
21 *Exemplum fidem facit contra dantē etiā si in exemplatione nō interuenerit iudis auctoritas. & nu. seq.*
23 *Tex. §. neq; instrumēta. l. in fraudē, de iu. fis. declaratur.*
24 *Tex. §. prohibet. l. si quis ex argentarijs, de eden. declaratur.*
Exemplum sumptum ab eodem, qui scripsit originale an faciat semper fidem. ibidem.
25 *Originale debet remanere penès notarium, & quod nam dicatur esse originale.*
26 *Scribere & subscribere diuersa sunt in facto, non autē in iure, quum ex subscriptione scriptura ita habeatur consensus, sicuti ex scriptura manu alicuius in totum facta. & an prædicta subscriptio & scriptura in totum manu alicuius facta æquiparentur, & quid in materia statuti. & nu. pluribus sequen.*
31 *Exempla auctoritate iudicis facta probant, parte uidelicet citata, et alijs concomitantijs requisitis concurrentibus. & nu. pluribus seq.*
34 *Exemplum auctoritate iudicis sumptum in antiquis an probet, si non constet de citatione partis.*
35 *Expensa præsumitur facta ab eo, qui ad eam tenebatur.*
36 *Exemplū an et quādo probet ubi statutū requirit instrumentū scriptum esse manu notarij de illo rogati.*
41 *Exemplum solemniter sumptum an fidem faciat in casibus requirentibus scripturam.*
42 *Exemplari extra iudicium an possit instrumentum de consensu partium, ut fidem faciat, & nunquid talis consensus debeat esse specialis & specificus, uel sufficiat generalis. & nu. seq.*
45 *Actus nostri uoluntarij non obligant, nisi de necessitate id inferatur.*
Instrumenti tenor, itē contenta in eo quomodo & qualiter probari possint per testes: & an testes debeant dicere se cognoscere literas notarij, qui instrumentū scripsit. ibid.
Tex. §. si quis igitur, in auct. de instr. cau. & fid. declaratur. ibidem.
50 *Instrumenti tenor, seu contenta cōtra furem uerum, uel præ-*

præsumptum quomodo probetur.
51 *Exemplum scriptum & factum per quatuor immo centum notarius non plenè nec semiplenè probat, sed aliqualem præsumptionem facit. & nu. seq.*
53 *Exemplum exempli an & quando probet. & nu. seq. Tex. l. 3. C. de diuer. rescrip. declaratur. ibidem.*
54 *Firmum & perpetuum nihil est sub sole.*
57 *Exēplū exempli quibus casibus fidem facit. & nu. seq.*
58 *Exempli auctoritas & ualitudo à consensu partium, non autem iudicis dependet.*
59 *Exemplatio iudicialiter facta parte præsente & nihil opponente, plenè probat, sibique præiudicat.*
60 *Exemplū exēpli authoritate iudicis factum. & citata parte, quādo de illius amissione timetur, an probet.*
61 *Exemplum regulariter non probat. & ampliatur regula, limitaturque etiam pluribus modis usque ad nu. 71. ubi latissimè de materia.*
63 *Legitimationis priuilegium factum à Comite Palatino, in quo exprimitur tenor ad uerbum de concessione & potestate legitimandi sibi à Principe tradita, an probet ipsam potestatem.*
64 *Exemplum non probat quantumcunque à pluribus notarijs fuisset exemplatum.*
65 *Exemplum probat contra dantem illud: & uide ibi non nullas alias fall. & per plures nu. sequ. quando exemplum probet.*
72 *Instrumentum faciens mentionem de alio instrumento an probet de illo.*
73 *Lex optimam de contrah. empt. declaratur. & nu. 77. 78. & 79.*
74 *Dispositio relatiua quando locum habeat.*
75 *Relatio de libro ad librum ut sæpe faciunt mercatores in eorum rationibus scribendis an probet.*
76 *Editio clara & explicita differt à concisa et truncata.*
80 *Verba enunciatiua & relatiua quando non probant, & quando probant. & nu. 88. cum sequen. ubi regula cum fall.*
81 *Acta an præsumantur interuenisse pro ualiditate sententiæ.*
82 *Notario in instrumento referenti aliud non creditur, nisi constet de relato. & nu. seq. ubi ampliatur. limita ut nu 94. 96. 97. & 98.*
84 *Relatum censetur inesse in referente.*
86 *Notario se referenti ad instrumentum per ipsum confectum an credatur de illo. & nu. seq.*
93 *Priuilegia principū an probēt quādo in eis cōfirmatur aliquid per uerba relatiua, puta, si diceretur prout antecessores tui tenebāt, uel genitor noster cōcessit.*
94 *Principis scriptura referens se ad aliam, probat, licèt illa alia non producatur.*
95 *Principis narrationi an & quando standum sit.*
98 *Instrumentum faciens mentionem de alio ad illudque se referens quando probet. de quo etiam suprà latè nu. 82. ubi traditur regula cum ampliationibus & limitationibus usque ad finem commenti.*

Auct. Si quis in aliquo documento.

PRAESENS Autentica & si non fuerit eleganti stylo conscripta, notab. tamen reputatur, materiam habet utilem & aream, quæ in uſu quotidiano uersatur, ideò nota est omnibus quæ in palatijs & iudicijs versantur. sed illam intelligunt superficialiter & in enigmate, uos facie ad faciem, intus & in cute eam (ut spero) cognoscetis; & ad medullam usque pene trabitis, nisi per uos steterit; quo casu uobis erit imputandum.

1 De hac auct. † & aliis q̄ sunt in C. & de lib. autēticorum unde sumuntur, & sic gnāliter loquendo, uidēda sunt quę scripsi in auct. ex cā. §. de lib. ꝓter. Et quia iura autenticorū unde hæ auct. sumuntur nouissima sunt & communiter ponunt decisiones nouas, uel. ll. ueteres corrigunt. Ideo Irnerius antiquus glossator, ut de his prōptior & indubitata haberetur cognitio ab illo autēticorū lib. has extraxit cōpendiosè & breuiter & ingeniosè in lib. isto codicis inseruit, prout ei melius conuenire uisum fuit.

2 Secundò præmitto, †ꝙ duo sunt scripturarū genera, quędam sunt auctenticę plenā facientes fidē, aliæ sunt scripturæ priuatæ. scripturę primi generis pluribus nominibus nuncupantur, & propriè strictēq; loquendo, instrm publicum, ut in l. præcedēti, & in ti. de fide instr. alibi auctenticū ut in c. 1. & 2. de fide instr. & in l. 2. eo. tit. ff. non nunquàm publicum documētum, ut hic & in corpore unde sumitur, sępe originalia. c. fi. de fide instr. c. qm̄ cōtra, de proba. l. 3. §. de diuer. refer. in l. 1. §. si quis in duob. ff. de bon. poss. secundum tab. appellatur exēplar. & per gl. l. 2. ff. de fide instr. ac per scribentes hic, allegant carmen illud; Exemplar liber est, exemplum sumis ab illo. facit c. fi. de fide instr. de instrumentis propter uetustatem uel aliam causam exemplādis. tex. tamen. in ca. 1. de fide instr. exemplaria appellat exempla ipsa, ita ꝙ prædicta uocabula quandoque confunduntur: quum exempla quandoque exemplaria dicantur. appellantur etiam dictæ scripturæ aliquando acta publica in l. 2. §. eo. & in d. cap. qm̄ contra. & consequenter sex modis nuncupantur prędictę scripturæ instrumentum, auctēticum, documentum, originale, exemplar, acta publica.

3 Scripturę alterius generis, †quę nullum firmitatis robur obtinēt, ut dicitur in c. 1 & 2. de fide inst. in l. instrumēta, & in l. exemplo. §. de probat. diuersis nominibus similiter appellantur. index & exemplum in l. 2. ff. de fid. instr. & est exemplum similitudo quædam. l. in testamento, la 1. ff. de condit. & demonst. copia in l. præcedenti, & in §. edere l. 1. ff. de eden. secundum doct. hic. De quibus scripturis priuatis exemplis. l. quicquid dixerit Bal. nō tractat auct. nostra, sed lex præcedens secundum Bar. §. in prin. Pau. Ale. Iaſ. & alios dicentes hanc auct. loqui in diuersis terminis, uidelicet quando in uno instrumento fit mentio de alio Doct. tamen quia materię connexę uel similes simul & in eodem loco tractandæ sunt, materiam exempli propter quam Irn. hic auct. nostram inseruit hoc loco posuerunt & tractarent & est locus ad quē in occurrentibus quęstionibus semper in hac materia recurritur.

Appellatione autem scripturarum ueniunt tàm publicę quàm priuatæ, nisi ratio subiectæ materiæ refragetur, ut per Afflict. in decis. regni. 272.

4 Tertiò præmitto † quòd ista plurimùm differunt, exemplare, auctenticare, & insinuare, ut per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abb.& alios in c.fi.de fid.instr.Aquenſ.hic col.1. Iaſo.in l.2.ff.de teſta.vbi latè de publicatione ſcripturarum de qua per Bald.ff. in vlt.col.& dixi in l. 2. ſuprà eod.

5 Quartò ſciendum eſt, † duas diuerſas materias hic tractari : an & quando exemplum probet fidemq; faciat. Item an ſtetur, & credatur inſtrumento referenti, non conſtito de relato.

Quas materias Bar.ſeparatim abſoluit per oppoſitiones,& qõnes. nunquam.n.ipſe hãc viã procedendi per regulas,ampliationes, & lim.tenere voluit; melius feciſſet,& clariorem tradidiſſet doctrinã,ſi per regulas ampliationes, & limi.eas expediſſet,prout poſteà fecerunt Dec.& alij quos libenter ſequerer. ſed ne contemnam eum cuius veſtigia ſequi ſolemus, dicta ſua circa primam materiã excutere primò decreui,poſtmodũ reaſſumpta materia ponere regulam cum amplia.& lim.quas in ſua theorica Bar.tetigit: iungendo inde quæ deficient. & ſic complebimus,& abſoluemus primam materiam.Poſtmodum ſecundam eodem ordine. & ſic vtrique parti ſatisfaciam,& nihil omittam, breuitati quantùm potero adhærendo.

Summatur iſte tex.vt hic per Bar.quem ſequuntur Alex.Rimina.& alii communiter. Diuiditur in quatuor partes,ut hic per Iaſo.& alios.

6 Caſum poteſtis figurare † vt hic per Mod.Med. Ratio dubitandi,quia ex quo relatio,& narratio de qua hic facta fuit in publico documẽto, videbatur prima fronte dicendũ,ut,inquit,Iuriſcõ.& l.50.ff. de prob.quòd faceret fidem,& probaret. quia (ut ſ.dixi)inſtrumenta publica probant, & fidẽ faciũt, etiam enunciatiuè loquentia inter contrahentes.l. optimam.ff.de contrah. & commit. ſtip.ut hic per Are.& Cur.col.j.

Contrarium tamen hic deciditur. ratio decidendi multiplex eſt.Bal.& Are.hic in princi. aſsignant quatuor rationes,ut per eos. Ex quibus colligitur clara reſpon.ad rationem dubitandi.

7 Contra hunc tex.†moueo in primis aliquas difficultates.Prima eſt à ſufficienti partiũ enumeratione.ꝙ hic tex. non poſſet procedere. nã quantũ ad tertium ſatua eſſet dubitatio : quũ res inter alios acta aliũ non afficiat,iuribus vulga.& totũ non probaret exemplum.Reſpectu uerò contrahentiũ obſtat tex.in d.l.optimam,cum aliis prealleg.

Are.hic & Cur.non facta mentione de Aret.reſpon.ꝙ relatio truncata erat, & limitata ideo non probat,aliàs ſecus eſſet. quæ ſol. nõ eſt ſine magna diuinatione, ꝙ hęc iura loquantur vbi relatio truncata eſt,& confuſa.Ideo poteſt forſitan melius reſpon.ꝙ lex optimam procedit ſolùm in his,quæ interuenire potuerunt tempore confecti inſtrumenti,& in quibus partes potuerunt ſibi præiudicare, aliàs non,ut per Bar.ff.col.fin.vbi dicemus. & ita poteſt intelligi tex.noſter, & in caſibus prædictis poſſet procedere hæc auct. Vel etiã aliter reſp.põt, ꝙ diſpoſitio iſta quando vnum inſtrumentum de alio mentionem facit,procedit ac loquitur, quo caſu non probat relatũ,niſi illud exhibeatur, uel aliter probetur,per rationes Bald.Sal.& Are.hic in j. col.& ſic ibi enũciatio,& aſſertio per partes fiebat, hic per ſolum notarium, qui partibus non poteſt pręiudicare.non ſtatur ergo referenti, niſi conſtet de relato,ubi relatio eſt truncata,& imperfecta aut relata,non dependent à poteſtate partium, uel ubi relatio fit per notarium, non per partes aſſerentes veritatem relati.

Quaſdam alias dubitationes uidebitis motas,& reſolutas hîc per Cur.

8 Sed obſtat ineuitabiliter † ſuperfluitatis uitium & culpa,quia bis idem in eadem clauſula ſine effectu reperitur hic poſitum, ibi, quantitatis debitæ probatio exhibeatur ; ꝙ quantitas relata debeatur: alterum.n.ſufficiebat. ideo in corpore unde ſumitur non ſunt illa verba quantitatis debitę. ab iſta obiectione, & reprehenſione non poteſt ſaluari Iacerius quin malè fecerit, prout uult etiam hic Cur.in 1.colum.

9 Alia ſimiliter obſtat difficultas. † quia tex. auct. noſtræ ad materiã de edendo,nihil videtur facere. ergo malè fuit hic poſita.§.quibus,in prima cõſti. C.& in proœm.decretaliũ.videtur tantũmodò facere ad propoſitũ lex pręcedentibus. & ad eã hoc mõ venit,& põt adaptari,quia ſicut ibi exẽplũ non facit fidẽ ꝓbatoriã ita ſimiliter relatio facta in vno inſtrumento de alio inſtrumento nõ ꝓbat:ſed quã tùm ad ti.& rub.de eden.nihil facere uidetur.

Niſi reſpondeas, quòd immo facit ad titulum dum dicit, niſi aliud documentum proferatur.i.edatur,& exhibeatur,in hoc ergo facit ad iſtam rubri.de edendo.

10 Notandum eſt primò † ex iſto tex.ibi,mentioné faciat : id quod dixi in ſummario,ꝙ vnum inſtrumentum faciens mentionem de alio non probat, niſi illud aliud producatur.rationes aſsignant Bar. in 2.col.latius Bal.Sal. & Are.in 1.column.& corroborat hic Rimi. aliquibus mediis : & latius dicam.ff.ampliando, & limitando multis modis, ut ibi videbimus.

Ex prędictis apparet, quòd auctentica iſta loquitur quando vnum inſtrumentum de alio mentionem facit,non quando vnum inſtrumentum ſumitur,aut copiatur ex alio. propterea ſecundum Are. deceptus eſt Bal.ſummans,ꝙ exemplum non probet,ſi non oſtendatur exemplar. Adhęrendum eſt igitur ſummario Bar.ſuperius relato.

11 Secundo no.ibi†nulle ex hac memoria fiat exactio,niſi aliud documẽtũ proferatur.à cõtrario ſenſu ꝙ prolato inſtrumẽto de quo facta fuit mentio, fieri poterit exactio uirtute primi inſtrumẽti. & ſic ꝓbatio attribuitur primo inſtrumẽto referẽti, quũ aliud producatur ad iuſtificandum, & implendũ, quod dicebatur in primo inſtrumento.

Ex quo notatur, & utiliter infertur ſecundum Deci.hic ad probationem ſingularis dicti Bald. in c.1.de fide inſtrumenti. ꝙ licèt productio originalis inſtrumenti facta ſit poſt terminum, probatio tamen dicitur facta in termino uirtute primi in-
12 ſtrumenti intra terminum producti. † argumento tex.in l.ſi donate.in §.primo.ff.de don.inter vi. & vxo.& melius tex. noſtri hic,& ita prius dicebat Rim.hic ad fi.4.col.& ſequuntur Modern.Mediol. ſuper uerbo memoria.& tam legendo,quàm con-

conſulendo ſequutus ſemper eſt Dec.in c. licèt cauſam,col.10.de proba.in c.1.col.1.de fide inſtrum. in conſil.467.& 539.

Id parum referre uidebatur, quia ẽt poſt terminum fieri põt probatio p productionem inſtrumẽtorum,quum ceſſet tunc cauſa proteſtationis iudicii & ſuſpitio diffugij.Fel.in d.ca.licèt cauſam, col. 10.in verſi.limita 3.per tex.in ca.cum dilectus, de fide inſtr. & per conſequens quàmuis probatio facta non ſit in tempore, tamen per productionem inſtrumenti lapſo termino fieri poterit, vt in terminis noſtris. ſicq; non uidebatur multùm intereſſe, ꝙ probatio attribuatur magis inſtrumento referenti,quàm inſtrumento relato. quia cuicunq; inſtrumento attribuatur,probatio pariformiter fit & ad-
13 mittitur tàm in termino,quàm poſt terminum.

†Niſi reſpondeas,quòd immo plurimùm intereſt, quia ſi fuerit data dilatio & facta aſsignatio ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis infra tale tempus,ut fit à peritis in practica, non poſſet tunc fieri probatio poſt terminum : quicquid dixerit Abb.ut plenè tradit Dec.in d.c.licèt cauſam,col.11.

Sed poteſt fortè reſp.prędicta procedere in productione inſtrumentorum, quæ fit ad finem probationis, prout videtur loqui tex.loquens de concluſione in cauſa in c. cum dilectus, de fide inſtru. hæc non fit ad probandum, ſed ad confirmandum productionem inſtrumenti iam factam.præcipuè, quum ſint multi caſus in quibus inſtrumenta & iura produci poſſunt poſt concluſionem in cauſa : ut per Feli.in d.c. cum dilectus.

Vultis modò ſcire an & quando natura termini ſic excludere poſt terminum : & utrum illud quod nõ fuit factum intra terminum, fieri poſsit poſt terminum,ultra ea quę ſcribunt Can.in d.c. licèt cauſam,videte Rom.in conſi.15.& 431.Alex. in conſ. 194.col.fi.li.7.Are.in l.uentre, col.16. de acq.hęr. Fel.in d.c.cum dilectus,col.8.& in c.paſt.char.vlt. & in c.exceptionem,col.1.vbi etiam per alios Can. de except.

14 † Tex.aũt.§.primi d.l.ſi donatę,not.& ſingul.in multis locis reputarunt ſcribentes ex illo ad multa inferentes,vt per Rom.in conſil.146.ad fi.& 328. circa fi.Soc.pulchrè in conſi.123.vol.1.Fel.in c.1. in 1.not. de fide inſtr.& in c.inter dilect.col.9 eod. tit.Lanc.Dec.ad fi.l.vltimæ.ff.eo.laſ.in conſ.23.li. 2.& Dec.in c.1.col.20.cum ſeq.de proba. qui tex. uidebatur ẽt probare confirmationẽ rei nullæ non eſſe nouã dationem, ſed confirmationem propriè. contra Bar.& cęteros in l.& quia.ff.de iur.om.iud. ꝓſuppoſito ꝙ donatio rei alienæ nulla ſit, quũ donatio ſit doni datio.l.Senatus.§.donatio.ff.de don. cau.mor.& ſic requiratur tranſlatio dominii, quũ dare ſit dãnium transferre.§.ſic itaq;. Inſtit. de act. Dec.fortè põt,ꝙ donatio rei alienæ non eſt nulla ipſo iure,ut probatur p tit. pro dona.quẽ ti.pręſcribẽ
15 diius nõ dare, ſi talis donatio ipſo iure eſſet nulla.

Tertiò notabitis † ex eodem tex.ꝙ exactio debiti dicitur fieri ex ipſo inſtrumento p quod probatũ fuit debitũ : idq; ſiue ſpeciali aliqua ratione inſtrumẽtum habeat executionem paratã ſiue non, quũ tex. noſter & in corpore auctẽticorum generaliter loquatur ut hîc per Dec.& Mod.Med.nam potiſſima cauſa exactionis eſt inſtrumentũ,quum in probationibus conſiſtat victoria cauſæ.l.1.& l. qui accuſare.ubi Bal.& alii notant.ſ.eo.Iccirco nimirum ſi exactio dicitur fieri ex ipſo inſtrumento, & effectus attribuitur cauſæ potiſsimæ.l. ſi quis nec cãm .ff.ſi cer.pet.& inducitur etiã hîc per Dec. & Mod. ad aliam not. quæſtionem de quarto denario : de qua plenius ſcripſi in l.1.col.pen.ff.de orig.iur.

16 Et ſic licèt†præpoſitio ex, cauſam proximam & immediatam importet ac ſignificet.l.nõ dubium, vbi laſ.in 9.not.ſ.de legib.l.ex hoc iure,ubi omnes not.ff.de iuſt. & iur. & per Deci. hic tamen in hoc loco non refertur ad cauſam immediatam.i.ad ſententiam,cuius uirtute fit exactio & executio : ut in tit. de execu.rei iud.ſed ad inſtrumentum, & ſic ad cauſam magis remotam. nec in conuenit ratione ſubiectæ materię remotam cauſam importare, ut etiam in l.1.in §.ex hoc incendio. cum ibi not.per Bar.ff.de incend.ruin.& nauſr.cum ſimil.

17 Quartò no. † ex eo.tex.ibi,niſi aliud documentum proferatur aut alia ſecundum leges quãtitatis debitæ probatio exhibeatur. ꝙ producens aliquod inſtrumentum ad probandum eius intentionem, non ſe aſtringit, quin poſsit etiam aliter probare : vt hîc per Rimin. in 2.not. de qua materia latè per Can.in c.2.de proba.& in d.c.licèt cauſam, in glo. aſtrinxit. facit tex.l.pen.in fi.ſ.de hęred.inſtit.cum ibi not.per Bar.& alios de facultate probandi,quæ non eſt auguſtanda.

18 Quintò not. † ex eo. tex. duo ex quibus inſtrumẽto relato fides imponitur per exhibitionem originalis,aut probando per alias probationes contenta in relatione uera eſſe ſecũdum aliquos. ſed probatio tunc non fit per exemplum,nec uirtus probationis illi attribuitur, ſed originali, uel teſtimoniis poſteà productis.

19 Vltimò not.†ex fi.iſtius tex.ꝙ hęc conſtitutio nõ eſt noui iuris introductiua neq; correctiua, ſed iuris antiqui recitatiua. quod quidem ius antiquum eſt in l.proximè præcedenti fm gl.in corpore unde ſumitur,& Rimi.hic inferentem ꝙ omnis lex præanteà facta,dicitur vetus reſpectu nouę vt p eum,& Mod.Med.adducentes tex.in l.2.ff.de probat. Quę iura loquuntur de exemplo ꝙ illi non creditur,niſi producatur originale. auct. iſta loquitur de inſtro aliud inſtrm referente,cui non creditur, niſi cõſtet de relato. & ſic iura iſta loquuntur in diuerſis terminis,vt hic uoluerunt Bar.Alb.Pau.Ale. & alii,vt ẽt diximus.ſ.propterea,quum tex.iſte non dicat,ꝙ illud quod hic deciditur in legibus ueteribus innuebatur,non põt intelligi de l. prędcedenti loquẽte in diuerſis terminis,ſed eſt neceſſe intelligere de a-
20 liis ueteribus.ll.quæ licèt nõ repentiantur, †per hoc diſpoſitio iſta nõ efficitur inualida & inefficax aut nullius momenti,ex quo Iuſtinianus Imperator loquens & diſponẽs habebat poteſtatem id de nouo faciendi ac diſponendi,quo caſu ſtatur referenti,licèt non conſtet de relato : quum habeamus certitudinem de uoluntate referentis per relationem perfectã & explicitè factam ; ut per omnes ſcriben.

in l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l.admonendi.in gl.1.ff.de iur.iur. & dicam latè .ℑ.in secunda materia relationis.

Omissis gl.quæ expedientur cum Bar.& aliis.ℑ. vt promissis stem, descendo iuxta pollicita ad doctrinam Bar. Ex dictis suis in prima oppos. habemus,quòd exemplum probat contra dãtem ipsum exemplum.l.in fraudem.§.neque, ibi, actorũ suorum exempla.ff.de iu. fis.

Duo hîc discutienda sunt: an dictum sit uerum in se quòd contra dantem exemplum fidem faciat. Ex nunquid d.§.sed neque,probet conclu. Bar. secundum ueram intelligentiam.

21 Quò ad primum † oẽs scriben. hîc sequuntur. Bar.ꝙ licèt contra alios exemplum non probet, tñ contra ipsum dantem probabit: ut hic per Alex. Rim.Dec.Aquen.Cur.& alios,& Soc.in consi.11. col.1.vol.3.& Dec.in consil.36.col.1.

Ratio potest esse, quia dans exemplum uidetur fateri omnia in eo cõtenta esse uera.l.cum precum, ubi glo.ℑ.de libe. causa. quam sequuntur ubique communiter Doc.item quia scriptura priuata probat contra scribentem.l.1.ℑ.eo. Aquen. hîc col.1. dixi latiùs in d.l.1. ideò nimirum si contra ipsum dantem scripturam & exemplum fit probatio sedum Doct. prælleg.

22 Ex † istud procedit, etiam ꝙ non interuenerit auctoritas iudicis mandantis copiam fieri, ut hîc per Alex.Aquensꝰ.Moder.Taur.in j.char.quicquid sentiat & velit Bar.dando cautelam ut per eum, & Rim. hîc in 3 col. Et per consequens cautela Bart. non est necessaria secundum præfatos. quod potest comprobari per rationem d.l.cum principium. iuncta glo. quia totum istud dependet à consensu partis, non autem iudicis.

Et quicquid dixerit Rim.ℑ.relatus, conclusio prędicta uera est & receptior, modò interueniat consensus partis: & etiam per Feli.in c.Alber.col.1.de testib.& in c.fin.col.vlt.in quinta limit. de fide instru. ubi ait talem copiam ut originale fidem facere. idque contingere non auctoritate exemplationis,quæ propriè non interuenit, sed propter consensum partis.

23 Modò circa intellect.§.neque. † Deci.hîc col.3. reprobat intellectum Bar.uolens quòd ille tex. loquatur & intelligatur de originalibus, quæ parti fuerunt tradita pro accipienda copia, ut hic latius per eum,exempla ibi pro originalibus & exemplaribus accipientur & intelligentur quod est contra illum tex. ibi actorum suorum exempla edit, non ergo originalia,quum exemplum actorum ab actis & originalibus ipsis differat.c.quoniam contra. de probat.nec est uerisimile,ut hic in j.col. dicit Cur. quòd fiscus det alicui priuato originalia sua, quæ penès ipsum dominum debẽt remanere. d.c.quoniam contra in fi.l.procurator.ℑ.eo. & l.3.ℑ.de diuer.rescrip.ideò Dec. sibi ipsi contrarius in consil. 36.col.1.in fi.sequitur intellect. Bar.& communiter scribentium.

Cur.hic in 1.col.dicebat, tex. illum intelligi debere de exemplo solemni ut auctentico, quod fidẽ facit,sicut originale,vt.ℑ.dicam, non tantùm contra fiscum,sed etiam contra alios contra quos petebatur editio,vt per Cur.& prius per Dec. faciẽtem dictas ponderationes.Et iste intellect. ad illum tex. mihi magis placet per rationes suas, & non discedendo à uerbis Iurisconsulti ibi de exemplo loquẽtis confirmo per illa uerba quæ ibi subiunguntur: ne his actis utatur. ergo non loquitur de exemplo propriè, sed de exemplo solenni, quod postèà acta appellat,quia facit fidem sicut originale. c.2. ac pe. & fi.de fide instr. & latius.ℑ.dicetur.

24 Circa † secundum contrarium §.prohibet. Bar. concludit ꝙ loquatur.in exemplo sumpto ab eo ꝙ originale scripsit,ꝙ fidẽ facit sicut originale ipsum; quum eadem sit persona & eadem auctoritas,quæ scripturæ fidem imponit.l.1.ℑ.§.si quis in duob.ff. de secundum tab.l.vnum.ff.de testa. & sequuntur hîc communiter doct.& Lud.Gozad.cons.6.in fi.

Sed hæc conclusio Bar.& doct. uidetur malè posse defendi. aut.n.intelligimus de exemplo ab eodẽ notario ut esset exemplar & originale sumptum ut in iuribus.ℑ.alleg. Et tunc licèt concluſ.uera sit per suprà alleg. indubitata est & inepta, quia talis scriptura originale dicitur & exemplar,non autem exẽplum. iuribus prædictis, ut hic per Socin. Deci.& Mod.Taur.in prima charta, & per eundem Dec.ℑ. col.5.in versic. quantum tamen,& per Are. in d.l. vnum. & Feli.in c.fi.col.2. de fide instr. Aut intelligimus propriè de exemplo,& non est uera, quia exemplum non facit fidem, licèt datum & factum fuerit ab illo qui originale scripsit,quando dedit illud vt exemplum, per tex.d.§. si quis in duobus; concludunt hîc Alex.Soc.Dec.& alii.ℑ.alleg.Quicquid dicant præfati scriben. Bar.hic loquitur,quando dedit ut originale & auctenticum,patet dum dicit,quòd eadem est persona & auctoritas,quę vtrique scripturę fidem imponit. ergo loquitur quando id dedit ut auctenticum: & est in se verisimũ, indubitatum, tamen & malè à regula exceptum; quum,ut dixi,non sit de regula.

Et tex.in d.§.prohibet,declara & intellige & hic per Fulg. & Aquensꝰ. in 2. col. & ego dico quòd id voluit Bar.hic in 2.oppo. dum concludit,tex.illum in §.prohibet, non intelligi;ut exemplum fidem faceret contra ipsum petentem,id non consonat. nõ etiam pro petente, quia pro se & in sui fauorem id facere non potest omni lege & ratione repugnante: uult ergo quòd intelligatur respectu aliorum inter quos argentarius instrumentum fecerat & rationem scripserat.

Et quàmuis Bart. hic ab omnibus approbetur, tamen uidetur quòd malè loquatur, dum subiungit de exemplo agens, ita loquitur hic. quia iste tex. non loquitur de exemplo, sedem de uno instrumento aliud referente, ut suprà declaraui, & dixit ipse met Bar. ℑ.in principio.nisi saluando Bar. respondeas quòd intellexerit hic.i.in lege codicis procurator uidelicet, quam hic examinat, eiusque materiam explicans,ut suprà se facturus dixerat.& quòd ista fuerit mens Bar. patet ex dictis suis infrà in tertia quæstione uersic. quæro quid. ibi, non probat exemplum ut hac lege. intelligitur enim de d.l.procur.

Rursus secundo loco non uidetur quòd Bar. & Doct.

Doct.bene dicant,ꝙ tale instrm sumptum per eun
25 dem notarium † qui de illo rogatus fuit, dicatur originale; quia originale dicitur ipsum prothocollũ, quod remanere debet penès notarium.l.quædam .§.is autem.ff.de eden.c.qm̃ contra, de proba. tradit post alios Ripa in rep.l.admonendi, col.27. de iu.iur.concludendo non posse originale dici, licèt probet. sanius igitur loquendo auctenticum appellari poterat,quod originali æquiparatur. c.1.& 2.de fide instr.l.3.ℑ.de diuer.rescrip.uel aliter dicatur, Doct.appellare illud originale respectu fidei & probationis, quũ probet sicut originale & in effectu originale uidetur.iuribus.ℑ.alleg.no.Pau.Cast. in d.l.3.& post Car.Dec. hîc col.3.

Retenta communi de qua suprà, ꝙ exemplum scriptum p notarium qui originale fecit, probet tã-
26 quàm auctenticum: ampliatur,ẽt ꝙ † notarius tantummodò se subscripsisset, quia dicitur satis scriptura sua: eandemque vim & virtutem habet ac si
27 notarius totum scripsisset. † ista.n.æquiparantur ꝙ scriptura sit per aliquem subscripta, vel ꝙ sit in totum manu eiusdem scripta & confecta.l.emptor .§.Lucius,cum ibi not.per Bar.& alios.ff.de pact.l. 1.in prin.ff.de consti.pec.tradũt hîc Rimi.Ias.Dec. Aquen.& Cur.in j.charta,& Ias.in fi.commenti & Pau.Cas.cõsi.230.inci.dubitatur.ad fi.in antiquis. vbi cõsuluit sufficere prothocollũ subscriptũ esse manu ipsius notarii.Idẽ voluit Pe.de Anc.ĩ cõs.24.

Sed oppos.tenuere Ale.in cons.41.vol.1.& Fel. in c.inter dilectos,circa fi.de fide instr.licèt de prędictis non fecerint mentionem. sed opinio Pau.& Per.de Anch.uerior uidetur, quia vt dictum fuit, subscriptio æquipollet scripturę manu alicuius scriptæ: quàmuis matrix & prima scriptura per alium, quàm per ipsum tabellionem de illa rogatum scribi nequeat.§.nos autem.in auct. de tabel. secundũ Bal.in consi.85.lib.2.

Ex prædicta locum habent etiam in materia sta-
28 tutaria, † quia licèt statutum loquatur de scriptura manu debitoris facta, locum sibi uendicabit etiam in subscripta tantummodò per prædicta: ut per Alex.Aret.Aquensꝰ.& alios in §.Grisogonus.l.si ita stipulatus.ff.de verb.obli.& si Ias. hîc in 2.col. firmet oppos.eò quòd in statutis fictio locum non habeat,vt per eum.Cui motiuo resp.hîc Rimin.in 5.
29 col.Dec.& Curt.in 3.& 4.sed fuit Are. in d.§.Grisogonus,col.3. † quia scribere & subscribere,diuersa sunt in facto, vt patet ed sensum: in iure tamen pro eodem accipiuntur, iuribus.ℑ.alleg. nisi statutum pro forma requireret scripturam, vel vtrunq; exigeret subscriptionem cum scriptura: quia tunc alterum non sufficeret, vt ibi per Are.

Attamen prędicta de exemplo scripto vel subscripto eadem manu vt parem vim & virtutem ha-
30 beat cum originalibus, & probet sicut originale ipsum, † limitantur & restringuntur, vt non procedant in casibus scripturam requirentibus ex forma statuti vel ex dispositione iuris communis. qui casus enumerantur per gl.& Doct.in ca.1.de censib. lib.6. quia substantia consistit in prima scriptura: propterea non sufficit alia manu eiusdem notarij; vt per Bal.in rub.ℑ.de fide instr.col.11.in 2.quæst. per l.contractus,illo eo.tit.& l.2.de testa.ℑ.sequuntur Rom.in locis hîc per Dec.alleg.in 4.col. & etiã Rim.col.4.& Aquen.2.Pau.de Cast. in consi.230. Dubitatur. in antiquis,col.pen.& Fel.in c.fi.col.2. de fide instr.

Sed contrarium tenent Ale.hîc ad fi.1. col.Dec. 4.Aquensꝰ.& Cur.2.& 3.Paul. Cast. in d.l.contractus in fi.Ias.ad fi.l.2.ℑ.de test.& Brun. in tract. de forma in art.& rub.de proba. & pręsumpt. solem. & for.fol.antepen.col.1. & hęc opinio mihi magis placet,quum sit benignior & probationibus fauẽs. Et scriptura secunda eadem manu facta ut auctentica sit & fidem faciat,originalis in effectu,vt.ℑ.dictum fuit, appellari possit.

Quæ verò in hac secunda oppositione tradidit Barr. ampliari & limitari multis modis possunt, ut hîc per scriben.sed dicam latiùs.ℑ.in materia.

31 In 3.oppos.† Bar.procludit ꝙ exempla auctoritate iudicis sumpta probant.§.illud,& l. chyrographis,cum suis gl.hîc alleg.per Bar.quem oẽs approbant.nec mirum,quum pro eo sit tex.apertus in c. fi. de fide instru. vbi dicitur ꝙ talia exempla parem vim atque auctoritatem habent cum originalibus hocq; contingit propter præsentiam iudicis, quæ cessare facit omnem suspitionem fraudis.l.2.ℑ.de offi.ciuil.iud.c.in prędentia,de renun. cum simil.

Quæ quidem conclusio multifariam declaratur per scriben.hîc,& in locis.ℑ.allegan. Reseruo.ℑ.in discussione articuli.

Pro declaratione istius tertię opp. & eius materię,Bar.formauit quinq; qõnes not.In prima nunquid pars sit citanda ad uidẽdum exemplari instru-
32 mentum.† concludit ipse ꝙ sic: quum ex isto actu posit lædi,ergo citanda.l.nã ita Diuus.& l.de vno, per eum all.& sic conclusio ista,ꝙ exemplũ iudicis auctoritate factum fidem faciat & probet,intelligitur qñ pars ad hoc videndum fieri citata fuit: aliàs exemplatio nullius erit robotis: vt hîc per scriben. consuluit Ruin.in consi.92.col.fi.lib.4.faciunt plura similia accumulata per Fel.in c.cum olim, col.8.
33 de re iud.& per scriben.in d.l.de vno. † Et si persona contra quam fit exemplatio seu quæ lædi ex eapót,certa sit,citatio debet esse specialis, aliàs p proclamata in genere. & pluribus aliis modis declaratur & limitatur dicta conclusio per oẽs scribentes hic, quos uidere poteritis. & vltra per Ang. instit. de legit.parent.tut. Alex.in consil.112.li.4.150.li. 6.101.col.3.lib.7.Lanfr.de Oria.in rep.c.qm̃ contra,in gl. sequitur instrumentorum productio. vbi Parisi.in pen.char.de proba. Feli.in d.l.cum olim, col.8.in ca.Alber.col.1.de testi.in ca.2.& fi.de fide instr.Ias.consi.114.& 129.vol.1.Dec. in c.dilecta, col.fi.de confir.vtili in consi.36. & 445.col.4. ubi
34 concludit ꝙ propter antiquitatem † exemplum legitimè sumptum pręsumatur, parte videlicet citata,& cum auctoritatẽ iudicis propter præsumptionem,quę stat pro antiquitate, vt cõstat ex pluribus accumulatis per Fel.in d.c.Alb. in vltimis col. & p Brun.in tract.de form.in art.de proba.& pręsump. solem.& for.char.3.& seq. Et ista est magis cõmunis opin.vt ex prędictis liquet,ẽt ꝙ exhibito exẽplo non appareret,quòd prędicta interuenerint citatio

partis

Universidad de Deusto
Biblioteca

artis & iudicis auctoritas in exemplatione videlicet. & sic videretur cessare illa præsumptio, quæ ex antiquitate insurgebat tanquàm sublata per productionem exempli, quod videtur ostendere prædicta non interuenisse; vt tenuit Dec. hîc in 5. col. in 7. lim. & in consil. 584. col. 4. cóis. n. est ad oppos. vt dixi propter antiquitatem, quę facit omnia illa & si extrinseca præsumi interuenisse, vt dixi, & respon. Feli. & Bru. in locis ꝛ. alleg. ubi etiam dicunt, quòd res dicitur de antiquo si lapsum sit decennium, modò agatur de modico præiudicio: aliàs requiri tempus 30. annorum. immo cõmunis opinio doct. videtur esse, ꝙ requiratur tempus centum annorum, vt res dicatur esse de antiquo, vt dixi. ff. de re. iur. in l. velle non creditur. Item quia citatio committi non debeat, nisi ad instantiam partis, præsumitur id factum, & similiter exemplationem fuisse factam ad instantiam partis, quum hæc impensam requirant; ideo præsumitur facta ab eo qui illam
35 facere tenebatur. †vt p Bar. & alios in l. cum seruus .ff. de verb. obl. & Rui. in consi. 14. col. pen. vol. 4.
36 Et ad hoc† ut exemplatio auctoritate iudicis facta probet, plura alia vltra citationem requiruntur, videlicet quòd dictus iudex competens sit uel specialiter delegatus. item quòd ipse & scribens diligenter inspexerint, quòd instrumenta exemplata in nulla parte fuissent uitiata, & fiat ipsa exemplatio propter vetustatem, obscuritatem vel caducitatem scripturæ afferentem, vel aliam iustam causam, ꝙ fiat per manum publicam; & iudex pronunciet fidem esse illi tanquàm scripturæ publicæ & auctenticæ adhibendam. c. pen. & fi. de fide instru. Are. ꝛ. circa fi. & Alex. in consi. 112. lib. 4. quem sequitur Deci. hîc in 4. Quod tamen dicit Are. de pronunciatione, non ponitur per Ale. in consi. ꝛ. alleg. nec est necessarium, immo dicta pronunciatio facta est à iure, vt patet ex tex. in d. c. pen. & fi.

Subiungit etiam hîc Dec. dictam concl. nõ procedere, quãdo statutum requireret instrumentum scriptum esse manu notarij de contractu rogati,
37 quia tunc non sufficeret instrumentum †esse exemplatum auctoritate iudicis, vt per illum tex. concludit Bar. in l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. 12. In eandem sententiam est Dec. quando statutum proforma id requirirur; puta, quia vltra procedit annullando actum: aliàs secus, vt hîc per eum.
38 Sed non est recedendum à Bar. † quem Docto. communiter sequuntur, vt hîc per Ale. Cur. Mod. Taur. & alios in primis col. & Are. in d. c. Alber. circa fi. de testi. Barb. in c. 1. col. 6. de lib. obla. in c. fi. in §. is quoque. fol. 1. de offi. deleg. in cap. tua nobis, col. 10. versi. nota ibi per manus. de testa. & in consil. 76. char. 1. lib. 4. Ias. in l. 2. in §. 1. in 2. not. ff. sol. matr. & in l. quòd quis, col. fin. ꝛ. de procur. & Feli. in c. licèt ex quadam, col. 2. de testi. in quibus locis prætati scriben. confirmant decisionem Bar. pluribus similibus.

Non obst. ratio Decii hic in contrariũ adducta, quia resp. ꝙ statutum requirens instrumentũ manu notarii de contractu rogati scriptum esse, satis hoc pro forma uidetur requirere, & in dustriã personæ eligere: ut per Fel. in locis ꝛ. alleg. ideo &c.

39 Intelligatis etiam dictum Bar. ꝛ. alleg. † nisi primus notarius de contractu rogatus mortuus est, vel absens, longóve impedimento detentus, aut periculum esset in mora: ut hic per Dec. in 3. col. & per alios Mod. plenius per Fel. in cap. quoniam contra col. 2. de proba. nam in casibus prædictis ex causa necessitatis receditur à regula communi. Et idem est quando exemplatum esset subscriptum manu eiusdem notarii, vt post Rimin. tradit Cur. in 2. col. faciunt quæ scribit Dec. col. 5. in versi. quantum tamen.

Et quàmuis instrumentum exemplatum in casu
40 prædicto stante statuto. ꝛ. mentionato† non haberet executionem paratam, quia non subscriptum iuxta formam statuti manu eiusdem notarii, qui de instrumento illo, vt dicebat Bar. rogatus fuit: uerum tamen est dicere quòd tale instrumentum plenam faciat fidem, quum statutum contrarium non disponat secundum Rim. hic in 4. col.

Et similiter restringitur conclusio Bar. de exemplo iudicis auctoritate sumpto citata parte proban
41 te ac fidem faciente, † vt non procedat in casibus scripturam requirentibus: quia non sufficit quòd exemplatum fuerit auctoritate iudicis, si nõ interuenit scriptura facta manu eiusdem notarii, secundum Bal. quem tandem sequitur hic Dec. col. 5. in versi. quantùm tamen. sed Alex. in fi. 3. limit. tenuit oppos. quòd tale exemplum iudicis auctoritate factum probet, per tex. in d. c. cum P. de fide instr. & hoc magis æquum videtur, & Ale. sequuntur Cur. hîc col. 2. & Moder. Taur. 4. de quo dicam latius. ꝛ. in materia.

Et an conclusio Bar. restringatur pariter vt non procedat in casu l. 3. ꝛ. de diuer. rescr. dicam latè. ꝛ. examinando intellectum illius legis.

42 In secunda quæstione Bar. † an instrumentum extra indicium exemplari possit de consensu partium sine auctoritate iudicis ut faciat fidem, concludit Bar. quòd si simpliciter consentiant exemplationi, non confirmãtes uel affirmantes primum tanquàm validum & auctenticum, sed consentiant exemplationi citra fidem approbationis & instrumenti, exemplatum non probabit: secus si confiteantur instrumentum illud verum, & exempletur de uoluntate ipsorum contrahentium, per l. optimam ut hic per eum. Cum quo transeunt communiter Doct. vt hic per Alex. Ias. Aquens. & Cur. in prima charta Fel. in c. fi. col. 2. de fide instrum. Et in casu not. tradit Ruin. in consi. 131. lib. 5. & Are. ꝛ. circa finem.

Sed est diligenter aduertendum, quia † ardua est difficultas, an requiratur, ꝙ ille consensus approbatiuus specialis sit uel specificus, aut sufficiat quòd sit generalis de exemplando. concludit Bar. quòd requiratur expressa approbatio de stando exemplato, quia tunc partes sibi præiudicant. sed si consentirent simpliciter exemplationi dictum instrumentum non probaret: quia hoc de necessitate non infertur ex illo consensu simplici exemplationis instrumenti: ut declarat hic Dec. in 5. col. limitatione 4. Imo. in c. fi. de fide instru. quem sequitur hic Socin. col. 3. oppos. tenent, quòd consentientibus

tibus partibus exemplari instrumentum probet, & faciat fidem absque alia speciali approbatione, nam, si petens exemplum instrumenti sibi edi, illud approbat & confirmat. l. si quis ex argentarijs, §. prohibet. ff. de edend. multò magis quando partes exemplationi consentiunt.

Curt. hîc in 3. col. se valde inuoluit, tandem distinguendo concludit, quòd simplex consensus de exemplando præiudicet quantùm ad hoc, quòd exemplum sit & probet, sed specialis consensus operetur, quòd valeat in vim confessionis, & quòd contra ipsum non possit posteà opponi. per tex. in c. illud, de præsump. cum ibi not. Et consequenter Curt. in sententiam Imol. & Soc. transit, quòd sufficit simplex consensus de exemplando ad faciendum vt exemplum probet. Idem tenent hîc Mod. Taur. in 5. col. sequentes Soci. quia præsumendum
44 non est partes voluisse actum frustra facere. l. hæc stipul. in §. Diuus. ff. vt lega. nom. caue. † Sed communis est ad oppos. quandoquidem in contraria opin. sint Bar. Alex. Are. Aquens. & Deci. ꝛ. relati, Card. & Felin. in d. c. fi. vbi dicunt, quòd si partes confiteantur vera esse, quæ in primo instrumento continentur, tunc primum exemplatum facit fidem tanquàm confessio & pactum inter partes ipsas plenè probans. l. optimam. ꝛ. de cõtrah. & committi. stip. & sic requirunt expressum & specificum consensum approbatiuum. id quod etiam patet ex dictis Fel. ibidem, & partes rogauerunt de hoc notarium vo[illegible] perpetuò &c. Et ab ista receptiori sententia non est discedendum in consulendo, aut iudicando per not. in locis vulgaribus.

Et probatur etiam, quia actus nostri voluntarij
45 † non obligant, nisi quatenus ex eis de necessitate infertur. l. voluntariæ. ꝛ. de excu. tuto. cum alijs allegatis in l. si certis anuis. ꝛ. de pact. sed iste consensus simplex de exemplando non infert de necessitate approbationem & confirmationẽ scripturæ exemplatę, ergo &c. verba enim intelligũtur secundum subiectam materiã & naturã rei subiectæ. l. si vno. ff. loca. l. in condi. §. si patronus, ad fi. ff. de cõd. & demonst. consentiẽtes ergo exemplationi videtur consentire secundũ naturã exemplationis, quæ est quòd exempla non probant, vt inquit hîc Dec. col. 5. & priùs Are. relatus hîc per Soc. in 3. col.

Ad §. prohibet, allegatũ per Soci. & ad rationem Mod. Taur. patet solu ex dicti Soci. & Decij. ꝛ. all.

Et licèt quidam ponderent Bart. velle hîc contrarium in illis verbis, non quòd per hoc illud approbemus, & sic videtur requirere expressam protestationẽ, ꝙ exemplationi consentiunt citra illius approbationẽ. & consequẽter sine tali protestatione, videtur Bar. velle ꝙ consensus præstitus exemplationi præiudicet, exemplatumq; conualidet, vt hîc per Decium in quinta columna, & Curt. 3. Respon. tamen, quòd licèt verba prædicta possint cauillari & trahi ad plures sensus attamen Bar. in effectu voluit solùm facere differentiam inter tacitam probationem exemplati & expressam. patet manifestè, quia secundo loco ponit membrum diuersum à præcedenti, concludendo quòd si partes confiterẽtur instrumentum illud verum esse, & consensu ipsãrum exemplatum faceret fidem quantùm ad ipsas partes: ergo vult, quòd in præcedenti casu posito aduersatiuè, si partes illud in specie non approbarunt, secus sit. & consequenter verba illa, nõ quòd per hoc illud approbemus, ex abundanti posuit Bar. pro clariori declaratione. Idem tamen vult esse etiam quòd nõ fuissent apposita, vt ex sequentibus apparet: & scriben. communiter, quos ꝛ. retuli, intelligunt.

46 Circa tertiam quæstionem. † An instrumentum possit per testes probari: concludit primò Bar. tenorem instrumenti probari per testes deponentes se vidisse instrumentum talis tenoris: quando testes sunt valde periti & cognoscunt literas notarij, qui dicitur instrumentum recepisse probata amissione instrumenti. allegat tex. not. in c. cum olim, el j. de priuil. quæstio est vtilis & frequens, eam sæpe vidi & tractaui in practica, & in arduis causis. Multa dici possent tàm circa tex. d. c. cum olim, quàm circa concluſ. Bar. quæ & si malè probetur in d. c. cum olim, vbi plura concurrebant, vt Doct. dicunt, numerus 10. testium super hoc deponentium, attestationes Cardinalium, inspectio scripturæ adhibita per ipsum Pontificem, qui Abbatem Eugubij non obstante excommunicatione tanquàm non ligatum per excommunicationẽ prædictam ad osculum admiserat, quod ibi valde ponderatur: quę in terminis concluſ. Bar. non concurrunt: naturalibus tamen rationibus communiter à scribentibus approbatur: vt hic plenè per Rimin. col. 5. Deci. 7. Aquens. & Curt. 3. & 4. Feli. latè in c. sicut. de re iudi. Atilic. in decis. Regni 277. & 302. Dec. cõs. 82. & 415. Mod. Taur. in l. 1. col. 22. & sequen. vbi Ripa 14. ff. si cer. pet. omnes in l. sicut iniquum, infrà de fid. instrum. vbi hanc concluſ. Bar. approbant & multis modis declarant. Et cognoscetis esse valde difficile in actu practico concludenter facere talem probationem & obtinere victoriam, vt sæpe expertus sui. Quia tamen probandi facultas augustanda non est. l. quoniam, in fi. suprà de hæretic. concurrẽtibus requisitis per Bar. & Doct. à conclusione sua non esset recedendum.

47 Aduertendũ tamen in quantùm Bar. hîc † inter alia requisita exigit, quòd testes cognoscant literas notarij, qui instrumentũ recepisse dicitur, de hocque deponant iuxta §. 1. & in §. si quis igitur, in auctentico de fid. instru. hoc videtur alienum à veritate, nec posse procedere: quia sequeretur maximum inconueniens, ꝙ tenor antiqui instrumenti deperditi non posset per testes probari, qui præsentes scripturæ instrumento non potuisset esse, & uidere notarium scribentem & literas illius cognoscere; iuxta suprà allegata, ut per Dec. in cons. 615. nec de hoc (quicquid dicat Bar.) est uerbum in d. c. cum olim. Et practica, quę est optima legum interpres, ut sæpe dixi, contrarium ostendit & seruat: sufficit ergo quòd testes deponant de substantialibus instrumenti, ut per Alex. in cons. 153. lib. 2. & Curt. Iuniorem in consil. 162. De quibus substantialibus habetur in c. 1. & 2. de fide instrum.

Et tex. in auct. de tabel. maximè in §. si quis igitur, cum not. ibi per Ang. & alios scribent. in lo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

48 cis.¶.§.citatis † loquitur in aliis terminis, videlicet in apocha: & in probatione quæ fit per comparationem literarum, ubi requiritur ꝙ testes illã scribi uiderint, & literas cognoscant: & insuper fiat cõparatio literarum per rõnem ibi assignatã. & declarant Doct. in locis præall. & Deci. in c. 2. col. 5. de fide. instr. Aflic. in decisione regni 181. & Cur. Iun. in cons. 162. secus in probatione, quæ fit de tenore instrumenti publici prout in quæstione nostra. Et ꝙ termini d.§. si quis igitur, nõ sint adaptabiles ad quæstionẽ nostram, probat etiã Rimin. hic in 5. col.

49 Secundò concludit Bar.† contenta instrumento seu substantiam negotii probari posse per testes cõmunes. quæ conclusio uera est & recepta & probata in l. testium. ¶. de testi. in l. sicut, et in l. in exercendis. ¶. de fid. instr. cum ibi no. per Doct. & per Feli. in d.c. sicut, char. j.

50 Tertiò concludit Bar. † quòd contra furem instrumenti perditi uerum aut præsumptum non requiritur ita exacta probatio instrumenti deperditi & subtracti, vt diximus. ¶. requiri in probando tenorẽ amissi instru. hoc plenius tangit ipsemet Bar. in d.l.2.§.diuus, col.fi.ff.de iu.fisi. & omnes doct. concludunt cum Bar. quòd contra furem verum legitimè probato furto instrumenti de super tenore instrumenti aduersus subtractorem statur iuramento furtum passi & subtractionem instrumẽti. l.si de possessione. ¶. de proba. iuncta l. si quando, infrà unde ui.ut. ¶. per Are. & Alex. in vlt.col. Paul. de Cast. in d.l.si de possessione, & in præall. l. sicut, Fel. latius in d.c. sicut, in 4. declaratione.

Sed contra furem fictum uel præsumptũ de quo in d.§. Diuus, oportet probare tenorem instrumenti, quod deperditum dicitur, aliter quàm per iuramentum: satis tamen sit probare quòd instrumentum illud continebat factum ad causam fisci pertinens, vt ibi per Bar. & Alex. hîc col. fi. ubi Rim. col. 5. & Cur. 4. & Feli. in loco ¶. allega.

51 In 4. quæstione Bar. † de instrumento exemplato per tres aut quatuor notarios. Bar. primò concludit, quòd si prędicti 4. notarii uel etiam centum ut in j. col. inquit Iaſ. atteſtarentur ſe legiſſe, uidiſſe & auſcultaſſe tale inſtrumentum non abolitũ, non cãcellatum &c. non crederetur eis, nec probaretur instrumentum prædictum. quia licèt periti sint, tamẽ non fuerũt examinati, ut testes nec iurati deposuerunt, neq; rogati, ut debent & solent notarii. Et scripturam notarii non facere fidem, nisi fuerit à partibus rogatus: & de his quæ partes ipsæ faciunt & rogationis tempore. Ex quibus infertur ad plures noquæstiones, & cõmuniter approbatur. Materia positiua est & trita, utilis tamẽ ideò uidebitis hîc omnes scribentes, Canon. in c. j. & in c. cum P. de fide instru. Fel. & alios in c. series, de testi. & pleniùs in c. cum in ecclesiijs, de maio. & obed. Bar. in rubri. ¶. de fide instr. col. 4. Pau. Cast. limitantem in l. prætor, ad fi. principii de eden. cum simil.

Secundò concludit Bar. quòd licèt exemplum à plurib̃ notarijs, ut dixi, sumptum non probet,
52 † facit tamen aliqualem præsumptionem utilem ad multa. Alex. hîc in pen. colum. ponit duos effectus. sequuntur Deci. hîc col. 8. Aquens. & Cur. 4. & Felin. in c. series, ad fi. j. col. de testi. Et notate quod diximus de aliquali præsumptione, nõ enim probat etiam semiplenè tantùm regulariter loquendo. videte Cur. seniorem in repetitione l. admonendi, col. 44. in vers. quærit Bar. ff. de iur. iur. ubi Ripa col. pen. & alii mod. pariter tradunt.

53 Quinta & ult. & quæstio Bar. est, † an exemplũ exempli probet. Bar. concludit ꝙ non, per l. 3. ¶. de diuer. reſcri. & consequenter exemplum non posse amplius exemplari. intelligendo sanè ſm Bar. quando primum exemplum non erat auctẽticum, aliàs secus; ut puta, quando sumptum fuisset cũ auctoritate iudicis parte præsente & consentiente, aut eius conditione reiecta. rationẽ assignant Bar. quia istud exemplatũ solemniter sumptũ loco originalis est, & vt auctentica scriptura probans. l. chyrographis. cum gl. ff. de admi. tut. c. pen. & fi. de fide instr. ergo exemplabilis & auctenticabilis. & hanc rationem dicit esse optimam Aquens. hic in 2. col.

Deci. hîc col. 7. dicit quòd Cyn. Alex. & Corn. per eum alleg. & communiter scribentes contrariũ tenent, ꝙ exemplum exempli non probet indistinctè, per d. l. 3. & respond. ipse rationi Bar. ꝙ bene infert exemplum ab originali sumptum probare, quia solemniter sumptum cum auctoritate iudicis auctenticatum, ideò probare debet: sed ex hoc non bene infertur ad exemplum exempli, de quo loquimur. & fuit respon. Paul. de Cast. in d. l. 3. licèt Deci. non referat. & hanc opinionem receptiorem esse attestatus est ipse Bar. hîc & sequitur Sali. in d. l. 3. dum colligit ꝙ insinuatum & exemplatum insinuari & exemplari amplius nequeat, prout etiam uolebant ibi Ricard. Malum & Bal. Alber. Are. & Iaſo. hic & Mod. Taur. col. 4. in fin. & ista opinio est hodie canonizata & seruatur in practica. nam intelligendo l. 3. secundum Bar. & prælleg. de simplici exemplo ꝙ exemplari non possit, lex illa esset de in dubitabili secundum Aquens. hic & Cur. colum. 4. & 5. nam si primum exemplum non est solemne nec probat, cui dubium ꝙ exemplatum inde sumptum non probabit? facit illud vulg. nemo dat quod non habet. l. traditio. ff. de acqui. rerum domi. quomodo ergo exemplũ sine fide alii fidem & auctoritatem dabit?

Ipſi tamen Aquens. & Cur. post Raph. Comensem in consil. 158. incip. uiſis, col. j. sequuntur opi. Bar. hic, ꝙ exemplum auctenticum & solemne exẽplari posset, & fidem faciet exemplum ipsius exempli. nam, vt dicit Aquens. opinio Bar. fundata est in optima ratione, cui tamen respondimus. ¶. referendo Pau. de Cast. in d.l. 3. quę opinio potest confirmari. nam originale consumitur, ideo introductũ reperitur, vt fiat exemplum solemniter, cui de necessitate stetur. c. pen. & fi. de fide instru. eadẽ ratio militat in exemplo solenni: quia etiam ipsum con
54 sumetur, † nihil. n. firmum & perpetuum est sub sole. l. eum debere columnã. ff. de seruit. urb. prędio. & Ostendunt illa catmina.

,, *Tempus edax rerum, tuq; ò inuidiosa uetuſtas,*
,, *Paulatim lenta conſumitis omnia morte.*

Ergo ratio finalis exemplationis de qua suprà, locum sibi uendicat in exemplo exempli: eadem

dẽ igitur debet esse iuris disposition, l. quod dictũ, ff. de pact. cap transl. to, de constit. maximè, quum iustum & æquũ sit probationes conseruare. l. quoniam, in final. ¶. de hæret. c. fi. de fid. instr.

Et tenendo hanc opin. Bar. quę in puncto iuris
55 videtur verior, & mihi placet, † ad l. d. 3. potest respon. vt hîc per Alber. quem sequitur hîc Aquens. col. 4. esse ibi casum singularem & speciem in rescripto Imperatoris, vbi exemplum exempli non probat: quia in exemplo non potest esse solemnitas sigilli & subscriptionis, quæ erant in originali rescripto, prout in simili de testamento dicebat hic Alex. ad fi. 1. col. pro quo ponderetis tex. in d.l. 3. ibi, ex nostra etiã manu subscripta, vult ergo quòd talia rescripta insinuanda, sint originalia manu Imperatoris subscripta, vt olim seruabatur, & etiam hodie in rescriptis magnæ importantię: quæ quidem subscriptio non potest esse in exemplo quantumcunque solemni: ergo &c.

Hæc resp. cum ratione, aures (vt aiunt) demulcet, sed non satisfacit, nec difficultatem tollit. Quia in omni instrumento notarij debet esse subscriptio manu ipsius notarij cum signo tabellionatus eius. l. cõtractus. infrà de fide instr. gl. in l. generali. C. de tabula. lib. 10. latè tradunt Cano. in c. 1. & 2. de fide instru. prout in rescripto Imperatoris sigillum & subscriptio manu sua, quæ solemnia instrumentorum, subscriptio manu notarij, & sigillum tabellionatus eius non possunt esse in exemplo solemniter sumpto ab alia persona: ergo pariformiter tale exemplum quàmuis solemne, non deberet posse exemplari quemadmodum, nec rescriptum Imperatoris. Et tamẽn prętati scribentes sequentes opin. Bar. contrarium volunt.

Dicam quod sentio, concordant calamus, cor,
56 & lingua. tex. in d.l. 3. † nõ est fundatus super firmã petram, nec in ratione irrefragabili. nam si exemplum solemniter factum propter pręsumptionem, quam pro se habet, censetur auctenticum & fidem facit, quum eandem vim & auctoritatem habeat cum originalibus. d.c. pen. & de fid. instru. nulla est concludens ratio, cur nequeat exemplari quem admodum primum originale fuit exemplatum: aliàs non haberet eandem vim, quam habent originalia. Item quia aliàs non daretur modus conseruandi ius suum & probationes imperpetuũ, quod esset absonum, propterea in secreto iuris credo hãc opin. Bar. veriorem esse. & tex. d.l. 3. fundatum esse in harena.

Nihilominus in consulendo & iudicando non esset recedendum à communi, & à tex. d.l. 3. cui debetur reuerentia tanquàm loco sacro.

Quæ quidem communis opin. limitari posset
57 multis modis. † Et j. quando tale primum exemplum sumptum fuisset ab originali de voluntate partium afferentium velle id valere, prout sumptum & copiatum fuit, siue illi fidem perpetuò adhiberi. nam hoc casu ab isto exemplo sic facto sumi poterit aliud exemplum auctenticum. ratio est in promptu, quia prædictum primum exemplum dicto modo exemplatum non potest dici copia & exemplum simplex, sed originale quemadmodum si de primo instrumento non esset facta mẽtio, sed notarius rogatus fuisset de ea, quod in illo continetur. ita Aret. hîc col. final. reputans valde nota. immo hoc expressè voluit Bar. hîc in versicul. sed quantum in hoc. Et sic valebit, & probabit tale exemplatum, quia non erit exemplum exempli, sed copia & exemplum originalis scripturæ, & sic exempli: & consequenter limitatio non est de regula, & sic minus bona, in se tamen vera est, & amplectanda.

Et licèt Bar. hîc loquatur, quando interuenit auctoritas iudicis in exemplatione, † tamen tota vis,
58 stat in cõsensu, prout ipse Bar. dixit ¶. in 2. quæstione per l. optimam. & l. 1. & 2. in fi. ¶. de relat. & voluit post alios Fel. in c. Albericus, col. j. in fi. de testi.

59 Secundò limit. † quando prædicta exemplatio fieret iudicialiter parte præsente & non opponente, quàmuis non consentiente expressè dictæ exemplationi. nam nihil opponendo, nec contradicendo, videtur consentire: ideo sibi præiudicat. l. 1. & 2. proximè alleg. Dec. hîc col. 4. circa fi. 4. limitat. & Paul. de Castr. in d l. 3. in fi. immo secundum Bar. hîc, procederet hæc limit. etiam quòd pars contradiceret, & ea cõtradictione nõ obstante processum fuisset ad exemplationem. hoc tamen non procedit retenta opin. communi, de qua ¶. quòd exemplum exempli non probet: & sic requiritur consensus expressus, vel tacitus.

Tertiò limitari posset secundum Aquens. hîc in
60 4. col. † nisi exemplum exempli factum esset cum auctoritate iudicis, & parte citata, quando de illius amissione timeatur. potuisset allegare tex. in c. fi. de fid. instru. & iudicio meo id expressè voluit hîc Bar. Quæ tamen limit. & conclusio procederet secundum opin. quam ¶. veriorem dixi, non secundum communem intelligentiam ad d.l. 3. vbi insinuatio & exemplatio apud acta, & sic solemniter facta, parte citata apud acta: quemadmodum intelligitur ille tex. quæ aliàs dubium non haberet fidẽ non facit, nisi exhibitis originalibus.

61 Expedita theorica Bar. in j. materia † iuxta pollicita, vt permisis stem, reassumendo materiam, facio conclusionem, quòd exemplum regulariter non probat. l. procurator. ¶. eo. l. 2. ff. de fid. instru. c. 1. eo. tit. vbi omnes Cano. d.l. 3. secundum vnum intell. de diuer. reſcr. Paul. de Cast. ¶. circa principe rationes assignant hic Bal Sal. & Aret. multos effectos inde resultantes, ostendentes.

62 Hinc etiam est, quòd † exemplum testium visum eò quòd nõ probet, non operatur, nec facit, vt quis censeatur testificata partis aduersæ didicisse: vt post alios scribit Deci. ¶. in 1. col.

63 Hinc etiam infertur vtiliter, † ꝙ legitimationes, quæ fiunt hodiernis temporibus per Comites Palatinos, in quibus inseritur verbo tenus tenor & exemplum priuilegij eis per principe concessi, vt possint legitimare, non faciunt fidem, nisi producantur originalia, vel exemplum esset solemniter sumptum cum auctoritate iudicis, & parte citata, quum lædi possit: vt hîc per Socin. Iaſo. & Deci. colum. prima, Rimin. quinta, Seueri. in rep. d. l. admonendi. col. undecima, & Soc. in cons.

Universidad de Deusto
Biblioteca

120.vol.j.quod est diligenter no. & idem est quando aliquem promouent ad gradum Doctoratus, vt dicebam pridie in facto.

64 Ampliatur prædicta conclusio, † etiam quòd exemplum sumptum & copiatum fuerit à persona publica, immo ab infinitis notarijs attestantibus se vidisse & legisse primum instrumentum integrum, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum: dixi suprà in 4. quæstione Bar. cuius oppositi, vulgares communiter putant, ideò notate.

Secundò ampliatur etiam si ille, qui exemplo vtitur, sit persona valde priuilegiata, vt fiscus, vel Ecclesia.l.2. de fide instr. Mod. Taur. hic in 2.col.

Tertia ampliatio est, quòd licèt pars tacitè consentiat exemplo iudicialiter producto, tamen iudex posset reijcere tanquàm priuatam scripturam fidem non facientem: vt per Dec. ℸ. in 7.col.limit. 10. vbi dicetur.

Quartò ampliatur vt procedat etiam in exemplo solemniter sumpto ab alio exemplo solemni prælleg. l.3. de diuer. rescrip. secundum communem intell. de quo plenè dixi suprà.

Quintò ampl. etiam quòd notarius, qui exemplum sumit, sit ille, qui rogatus fuit de primo instrumento ex quo sumit exemplum. l.1.§. si quis in duobus. ff. de secundum tab. Alex. & Soc. hic col. 1. & 2. & dixi ℸ.

Sextò ampliatur, vt etiam Papa non posset facere, vt exemplum probet & fidem faciat c. 2. de fid. instru. & post Roma. dixit hic Curt. col. 2. contrarium tamen voluit hic Deci. in 2.col.num. 12. sed magis placet quod dicunt Rom. & Curt.

Septimò ampl. vt ea, quę de exemplo publici instrumenti ℸ. dicta fuere, præcedant etiam in alia scriptura, quæ fidem faceret: vt per Aquens. ℸ. in fi. commenti.

65 Limitatur prædicta conclus. † multis modis, sex limit. colligi possunt ex dictis Bar. ℸ. cum alijs, quæ ibi scripsimus secundum Curt. sed si bene consideris nulla ex ipsis limit. est bona limit. ad conclusionem prædictam, exceptis prima & tertia.

Prima limitatio est, ꝙ contra dantẽ exemplũ probet: vt per Bar. ℸ. in prima oppo. vbi plenè dixi.

Secunda est in exemplo ab eodẽ notario, qui de primo instrumento rogatus fuit sumpto; vt p Bar. ℸ. in 2. opposit. quæ limitatio est contra tex. in §. si quis in duobus. ℸ. alleg. prout latius in dicta secunda oppos. Bar. scripsi. Et vbi hoc dictum esset in se verum, prout exemplũ datum fuisset, vt exemplar & auctenticum esset, limit. inepta foret, quia sermo non esset de exemplo, sed de exemplari & originali auctentico: vt etiam dixi in secunda oppos. Bar.

Tertia limitatio in exemplo auctoritate iudicis citata parte, & alijs necessariò requisitis interuenientibus sumpto, vt dixi post Bar. & alios suprà in 3. oppos. Bar.

Quarta limit. in exemplo sumpto de consensu & voluntate partium asserentium velle stare exemplo & ei perpetuò credi debere, vt in prima quæstione Bar. plenè dixi. sed tunc tale sumptum non est exemplum, sed originale, vt ibi diximus: ergo limitatio inepta.

Quinta limitatio & restrictio, quia tale exemplum facit aliqualem præsumptionem vtilem ad multa, vt per Bar. ℸ. in 3. oppos. Hæc limit. est etiam inepta, quia conclusio est de plena probatione non de præsumptione, & de ista videte quę plenè scripsi in prælleg. 3. oppos. Bar.

Sexta limi. ex Bar. in exemplo exempli solemniter sumpto ab exemplo solemni & auctentico, vt suprà per Bar. in vlt. quęstione.

Hęc limit. secundum communem scribentium intellect. ad l.3. ℸ. de diuer. rescrip. quòd exemplũ exempli non probet, vt ibi dixi, non est bona: secundum autem opin. contrariam, quam ibi dixi & probaui veriorem esse in puncto iuris, quòd exemplum solemniter sumptum ab alio exemplo solemni probet, limitatio ista satis includeretur in 3. de qua suprà.

Quinque alias limit. post alios scribentes recol-
66 legit, & posuit Deci. hic in 2.chart. Septima † est quando de archiuio publico extraheretur exemplum: nam propter auctoritatem loci probabit. auct. ad hæc, infrà de fide instr. quod enim in dicto archiuio bene conseruato & custodito inuenitur, præsumptionem magnam pro se habet: vt ibi habetur, secundum Are. hic in 2. col. sanè intelligendo, quando non appareret prædictam scripturam, vt exemplum ibi esse. Et notarius communis, vel archiuij attestaret chartam illam extractam & exhibitam de scripturis archiuij esse, vt hic per Deci. in 6. limi. extractamque fuisse parte citata, vt hic per Aquens. col 2. De qua materia videte omnes scribẽ. in d. auct. ad hæc. Corn. cons. 112. col. 3. vol. 3. Feli. in c. cum in iure, col. 3. de offi. de leg. in c. cum causam, col. 3. de proba. latissimè in c. ad audientiam, col. 4. & seq. de præscrip. vbi etiam per alios scrib. Declarantes latius quàm hic faciat Dec. suprà relatus quomodo procedat hæc limitatio, quæ vt vidistis, aut non est bona, aut ineptè posita.

67 Octauò limit. † propter antiquitatem, quàmuis non constet exemplum sumptum fuisse auctoritate iudicis & parte citata: quia propter antiquitatẽ temporis prædicta præsumuntur interuenisse: vt hic per Ias. in 3. col. quicquid hic teneat Deci. col. 6. in 7. limit. eò quòd illa præsumptio ex antiquitate temporis proueniens cessat, & tollitur exhibito exemplo, quod de sui natura non probat. Respondeo vt per Feli. in d.c. Albericus, col. pe. & fi. & Bru. in tract. de for. in art. de proba. & præsumpt. solen. & form. char. 3. in 4. limi. vbi plura pro communi congerit, & dixi ℸ. in 3. oppos. Bar.

68 Nonò lim. † in exemplo in actis verbo tenus registrato, quòd probat. l. fi. ℸ. de fide instr. citata parte, vel præsente & nihil opponente contra exemplum productum & registratum: vt hic per Alex. in 2.col. Deci. 7. in 8. lim. Aquens. 2. in fi. & Felin. in d.c. fi. col. vlt. de fid. instr. & in c. quoniam contra, col. pen. & fi. de proba. vbi etiam per alios Cano. propter vim igitur & calorem actorum, exemplum acquirit & assumit robur, vt probet.

69 Decimò limit. † quando exemplum colligitur per notarium, cui alterius notarij mortui committitur officium. c. cum P. de fide instr. vt hic per Ias. & Aquens. col. 3. & Deci. 7. quàmuis hæc non sit propriè limitatio, quum notarius iste loco mortui surrogetur, & instrumentum sit auctenticum; ut hic per Deci. & plenè per Feli. in d. cap. cum. P. col. 2. & seq.

70 Vndecimò limit. † quando non opponitur per eum contra quem producitur exemplum, nec iudex reiicit: vt hic per Dec. col. 7. in vlt. limitatione quàmuis uideatur ꝙ parte non opponente iudex non posset reiicere, quum istud respiciat fauorem partis cui renunciare potest. l. pen. ℸ. de pact. tradit Fel. post alios in c. intimauit, col. fi. de testi. Sed respon. ꝙ ubi constet aliquid iudici ex actis supplere pot, & repellere, etiam parte non opponente, & si non cogatur: quia quando notorium exactis constat, releuat etiam ab onere proponendi, ut per Fel. in c. cum ordiné, column. 8. & seq. de rescr. & pars acquiescendo reiectioni exempli, quæ fieret per iudicem, reuocat illum tacitum cõsensum, & cum iudice censetur exemplo contradicere: aliàs reclamare deberet. l.j. & 2. cum no. ibi per Bar. ℸ. Quo casu uolente parte exemplo stare crederé iudicem non posse repellere, quum agatur de commodo & fauore partis, cui potest (ut diximus) renuntiare.

Et retenta hac lim. quòd parte non contradicente exẽplo producto, & iudice non repellente, exemplum probet. Ad l. procur. ℸ. eo. & l.2. ff. de fid. instru. quæ iura uolunt generaliter & indistinctè ꝙ exemplum non probet. respond. intelligi non debere per prædicta, nisi pars non contradiceret nec opponeret, nec iudex repelleret: quia tunc assensu partis nihil opponentis probat. l.2. in fi. ℸ. de relat.

Duodecimò & tertiodecimò limi. potest conclus. ut hic per Aquens. col. 2. in 9. 10. limit.

71 Quartodecimò lim. † ut hic ꝑ Ias. col. 3. uersi. 7. fallit, quando habens originale nollet illud exhibere, ut per eum. nam tunc magna insurgit præsumptio contra nolentem illud ꝓducere. & habui hoc in facto diebus præteritis cõtra quendam mercatorem, qui librum patris usum penès eum noluit unquàm producere: magna contra illum (ut dixi) insurgebat præsumptio: & fuit urgentissima coniectura ad faciendum illum condemnari.

Similiter ratione ueritatis præsumptæ exẽplum probat, puta quando secundum originale exemplatum sæpe fuisset iudicatum: maximè in antiquis, ut Parisi. in cons. 104. col. uol. j.

Probat etiam exemplum semiplenè quando allegatur & probatur originale de perditum. Parisi. in cons. 17. circa fi. lib. 4. & Ripa in rep. l. admonendi, col. 27. in fi.

Vltimò probat, quando testamentum puta, esset exemplatum de uoluntate testatoris, ut per Ruin. in cons. 131. lib. 5.

Venio ad aliam secundam materiam, quę est propriè farrago nostri libelli. An unum instrumentum de alio mentionem faciens probet? Bar. format duas oppos. & duas quæstiones.

72 In prima oppos. concludit † quòd prædictum instrumentum non probat inter alias personas, ut hic, sed bene inter easdem inter quas est factam d. l. optimã, exẽpli gratia quum scriptum fuit, Titius procurator Sempronii, vt constat instrumento rogato per talem &c. ego contrahens non potero opponere quòd titius nõ esset procurator Sempronii, sed bene Sempronius uel alius; ut hic per Cur. col. 6. & Mod. Mediol. in vltima apost. exemplicari simi liter posset in casibus duarum illationum, de qbus per Ias. ℸ. in ult. col. & cum Bar. omnes doct. transeunt, vt hic dicunt Deci. & Cur. in pen. col.

Ex quo potest inferri ad duas no. quæstiones, ut per Ias. prælall. attamen in terminis conclus. prædicte Deci. hic & ℸ. in vltima col. tenuit oppos. † quia
73 lex optimam, loquitur quando uerba enunciatiua simpliciter & absolutè proferuntur à contrahentibus, secus autem ubi uerba ad aliud referuntur, ut in terminis nostris, quo casu partes non uidentur simpliciter confiteri, sed quatenus in instrumento continetur: ideo oportet constare de relato ut hic per eum. Et per consequens dicit hanc auct. non limitari per l. optimam, sed potius legem illam limitari per istã magis specialẽ propter relationem in ea ponderatam. Idem voluere Mod. Mediol. in vltima apostil. faciunt quæ scribit idem Deci. in consil. 463. colum. 3.

Sed defendendo Bar. & communem, respon. potest argumento Decii vt hic per Cur. col. 7. uel clariùs ut aliàs dixi, quòd licèt opinio Bar. non probetur per casumd. l. optimam, tamen probatur per rationem ipsius legis, ꝙ ex quo partes potuissent disponere super enunciatis & assertis uerba enuntiatiua fidem faciunt inter partes, ut hic per scribentes & ff. de uerb. obl. l. sciendum, & Ancha. in cons. 179. prima facie.

74 Nec verum est † præsuppositum Decii & Mod. Mediol. hic, ꝙ ita demum locum habeat dispositio relatiua, quando apparet de relato: quia licèt de illo non appareat, quando dispositio relatiua certa est, & explicitè, facta, probat. l. fi. ubi Bal. nota. ℸ. de fals. causa adiect. leg. ut hic per Are. Soc. & Rim. in primis col. & Mod. Taur. in pen. col. Seueri. in rep. d. l. admonendi col. 12. ubi Ripa & alii mod. supra gl. j. Et Dec. sibi ipsi contrarius. ℸ. in ult. col. in cons. 169. col. fi. 360. & 539. col. 2. & in l. edita, super gl. in uerbo prout, ubi etiam Mod. Taur. dum examinant doctrinam Bar. de relatiuo illo prout, & Soc. hic, Seue. & Ripa in d. l. admonendi, inferuntad
75 quotidianam quæstionem, † de mercatoribus rationes suas reportantibus de libro in librum cum relatione ad illum alium librum de quo non appareat. concludentes probare & fidem facere, dummodo relatio clara sit & perfecta, per. ℸ. allegata & est tex. opt. hic in fi. & in corpore auct. ut dixi in ult. no. & dicam etiam. ℸ.

76 Est & in alio differentia † inter editionem claram & explicitam, & editionem concisam & truncatam, ut declarat not. Bar. in l. postquàm in §. 2. ut ff. vt leg. not. caue.

77 Circa d. l. optimam, & eius materiam † plura dici possunt, si uolueritis, uidete ultra prælleg. Soci. consi. 11. lib. 3. & 68. 4. Felin. in c. 2. col. fi. de fid. instr. Vital. de Camb. in tract. clau. fol. 27. cum sequen. Ias. in consil. 36. liber. 3. Afflic. in decisione

Universidad de Deusto
Biblioteca

sione Regni 83.omnes mod.in d.l. admonendi super glo.prima. Dec.in l.ex his,col.fi.ĩ.de testa.mil. in conſ.42 col.5 in conſil.118.col.2.& 213.col.fi. Brun.in tract.de forma in art.3.alle. in tribus ultimis char.cum aliis quæ inſequenti concl. dicẽtur. Et ſic in caſu prædicto relatio non eſt in conſideratione,ſed creditur partibus de actu geſto,quem notarius retulit etiam ſi nullum inſtrumentum præceſſiſſet,& propter confeſsionem & partis diſpoſitionem,ut hic per Aquenſ.4.col.

Rurſus inter perſonas inter quas inſtrumentum eſt factum eatenus probat quatenus neceſſarium eſt ad inducendum ualitudinem actus, ꝙ geritur: ut in d.l.optimam,puta, quando promiſi decẽ Stichо Titii ſeruo ad hoc ut ualeat promiſsio, probat illum eſſe ſeruũ Titii ut ibi; ſecus ſi poſteà de enunciato contingat ad alium effectum principaliter dubitati ac diſputari,per tex. no. in d.c.illud,de præſumpt.ſecundum communiter ſcrib.ut hic per Dec.Rimin.Iaſo.Aquenſ.col.pen.& fi. Cur. 7.Mod. Taur.pen.& Mod. Mediol.in ult. apoſtil. Aquenſ. in l.ſciendum.col.5.uerb.obli.Fel.in d.c.illud,col. ſecunda,& Deci.in l.ex his,col.fina.& in conſiliis. 3.proximè allegat.

Et prædicta intelligẽtia & declaratio Bar.& doct. quòd lex optimam, procedat inter eaſdem perſonas,diſpoſitio tex.noſtri quòd non ſtetur referenti, niſi conſtito de relato inter alias perſonas magnam continetur diuinationem.

78 Et fortè melius eſt dicere,† ut etiam ſuprà ſcripſi, quòd in d.l. optimam, uerba erant prolata à partibus, hic uerò à notario ſe referente ad aliud inſtrumentum,de quo non conſtat, ideo nimirum ſi contra ipſas partes non faciunt fidem.

79 Et concluſio prædicta† fundata ſuper l. optimam, ut ſtatim concludit Bar. in ſequenti oppoſ. procedit in his, quæ potuerunt interuenire tempore confecti inſtrumenti ac relationis factæ, aliàs non. l.j. cum glo. C. de fide inſtrumen. & iu. haſt. fiſ.lib.10.ubi ſubhaſtatio relata & enunciata in inſtrumento, quia tunc interuenire non potuit cum habeant tractum temporis non præſumitur, ſecundum Bar. quem ſequuntur communiter Doct. vt hic per Deci.Iaſ.& Cur. in ultimis col. Alex. conſ. 98. lib.j. Cano. in d.c.cum in iure peritus. de off. de leg.& Bru.loco.3.alle. inferentem ad multas no. quæſtiones.

Intelligite hæc ſanè quando enunciantur talia, quæ non potuerunt interuenire tempore actus celebrati, & ſunt talis naturæ quod partes renunciare non poſſunt.ſi verò talia ſint enunciata quòd dependeant à poteſtate partium, illisq; poſſent renunciare, ſecus, & inter contrahentes probant: vt.3.dictum fuit.& tradunt Bar.& alij in d.l.ſciendum.Aquenſ.hîc col.fi.Deci.in d. l. ex his. col.vlt. & Bru. loco præal.fol. pen. col. j. verſic. ſed inter. & Fel.in c.ſicut,char. 4.de re iud. nam hoc caſu militat ratio aſsignata. 3. ad l. optimam, quia ſi partes diſponere poſsint & velint, enunciata & relata fidem facient inter partes ipſas. Et rectè ponderando, hoc vult Bar. hîc in j. quæſtione, quòd verba illa quæ apponi ſolent in alienationibus rerum eccleſiaſticarum, præcedentibus legitimis tractatibus, non probant nec fidem faciunt inter eaſdem perſonas, quia talia nõ dependent à poteſtate partium neque illis renuntiare poſſunt: aliud ergo vult eſſe quando talia dependerent à poteſtate partium & illis renunciare poſſent.

80 In prima quæſtione† concludit Bar.quòd in his quæ non dependent à poteſtate partium verba enũciatiua & relatiua non probant. iccirco ſit alienatione rei eccleſiæ dicatur habita licentia Epiſcopi & legitimis tractatibus præcedentibus, non propterea probatur nec præſumitur prædicta interueniſſe: vt hîc per eum. & ſequuntur communiter Doct. vt hîc per Alex. Iaſ. Deci. & alios in vltimis colum.& alios ſcrib. in d. l. ſciendum, & Brun. loco ſuprà allegato.vbi inferunt ad alias no. quæſtiones.

81 In vlt.quæſtione, Bar. concludit† acta requiſita pro ualiditate ſententiæ,vt litiſconteſt.iuramẽtum calumniæ & ſimilia præſumuntur interueniſſe & præceſsiſſe, qñ enunciantur partibus præſentibus & non contradicentibus,vt per eum cum quo alij tranſeunt ut hic per Cur.in vlt.col.ſed non eſt ſine difficul.ut per eum.& Deci.in d. c. quoniam contra,ſol.pc.& Bru.loco ſuprà alleg.cum preſentia & taciturnitate de quibus hic per Bar. requirentium lapſum 10.dierum, qui facit ſententiam tranſire in rem iudicatam, alias ſecus: quia non cenſentur tacens cõſentire quia poſsit intra tempus legitimum appellare.auct.hodie.ĩ.de appel.

Abſoluta theorica Bar. in ſecunda materia facto modò concluſionem ſecũdum terminos iſtius
82 auct. † quòd non creditur inſtrumento aliud referenti, niſi conſtet de relato: ſeu quòd vnum inſtrumentum de alio mentionem faciens, non probat nec fidem facit,niſi illud aliud proferatur. aut aliter probetur, vt hic, & in corpore unde ſumitur ſecundum Bar. & alios. facit tex.in l. in teſtamento la j. ff. de condi. & demonſt.quòd vbi non conſtat de exemplari deficit exemplatum, ſecundum Bal. & Are.hic in j.col.

Ex qua cõcluſ.inferri poſſet ad multas no. & vtiles quæſtiones quemadmodũ uidere poteritis per Are.& Rim.hic in j.col.Deci.& Aquenſ.in pen.& ult.Mod.Taur.vj.Fel.in c.illud,col.2.de præſump. Dec.in c.quoniã contra,char.pen.de proba.& Bru. loco ſuprà alle.in pe. charta quando autem conſtat de relato ipſum relatum cenſetur eſſe in referente. Et id quod continetur in ſcriptura relata, videtur eſſe & contineri in ſcriptura referente. l. aſſe toto. ubi Bar. & alii nor.ff.de hær.inſtit.l.inſtitutio talis. ſi.de condi.inſtit. l. ſi ita ſcripſero,cum ibi not.per Doct. ff. de conditionib.& demonſ.& l.ait prætor. §.j.ff.de re iudi.

83 Ex quibus inferri poſſet† ad plures not.quæſtiones. videte Alex. in apoſtil.ad Bar. in d.l. aſſe toto. Iaſo.in d.§.j.Felin.in c.illud, col. 2. de præſumpt. Corn.in conſil.62.lib. 4. Deci.in conſil.507. col. 2. & in conſil. 538. colum. 2. & 647. & Pariſi. in conſ.89.col.pen.lib.j. declarando prædictam concluſ. ut pulchrè per ipſum Deci. in conſilio. 539. col. ultima.

Ampliatur

86 Ampliatur† prædicta concluſio primò ut procedat, etiam ꝙ notarius ſe referat ad inſtrumentũ per ipſum factum & receptum, dicendo, ut apparet ex tali inſtrumento à me rogato & cõfecto, adhuc non probet.ita poſt Ang.concludunt hîc communiter Doct.ut per Iaſ.in 4.col.Dec. penul.& in 2.no.Cur.& Moder.Taur.antepen. Barb. pulchrè in conſil.38.uolum4.& Socin.conſil.366. lib. 2. & Deci.in conſil.302.num.15. rationibus de quibus ibi per eos, & ſatis apparet per rationes Bald. Salic. & Are. aſsignatas pro rationibus decidendi hîc in j. colum.

87 Secundò ampliatur prędicta concluſio† etiam ſi notarius referens aliud inſtrumentum,atteſtetur ſe illud uidiſſe & legiſſe non cancellatum, non abolitum, &c. vt hîc per Iaſ. col 4. & alios ſcriben. & Feli.in c.ſi.col.4.de fide inſtru. id enim eſſet teſtimonium reddere,non auctenticare ſecundum Fel. prælleg.

In oppoſ.citatur dictum Spec.de inſtr.edit.in §. reſtat,in vlt.col.quod multi reprobant.Alexan.hic ſaluat Spec.uolens illius dictũ procedere inter partes ipſas contrahentes,quo caſu verba ipſa enunciatiua & relatiua plenè probant d.l.optimam.ĩ.de contrahen. & committ. ſtipul. ſecus quantùm ad alios,vt.3.uidimus Dec. hic in ult.col. oppoſ.tenet & dictum Spec. non procedere indiſtinctè, ſed reprehenditur per Cur.in pen.col.& ſcribentes communiter ſequentes concordiam relatam per Alex. vt hîc per Rim. Aquen.& Cur.in vltimis col.& eũdem Deci. ſibi contrarium inclinantem poſteà in hanc partem.ĩ.in vlt. col. & Seuer. in rep.l.admonendi,col.11.& Soc.in conſi.120.col.1.lib.1.

Alienumq; eſt à veritate ꝙ Spec.fundet ſe in illis verbis à me viſo & lecto,vt inquit Deci. ſed narrat Specu. Vber.de Bobio cuius fuit hoc dictum,quòd licèt non conſtet de inſtrumento relato,tamen referens probabit inter contrahentes per iura præalleg. & quia iſtud cenſetur nouum originale. & ſic uides non eſſe verum quòd Specu. ſe fundet in illis verbis viſo & lecto,vt ait Dec.qui uerba Spec. tunc originaliter non viderat.

Ad aliud motiuum Decii quòd verba non fuerunt prolata ſimpliciter, ſed ſecundum quid cum relatione videlicet ad inſtrumẽtum, quod eſt exhibendum & producendum, prout hîc dicitur.

Reſpon.uerum eſſe, ubi de præiudicio tertij tractatur,ſecus quando de damno & præiudicio ipſorum contrahentium, & relatio certa eſt & explicita: vt dixi.3. & voluit ipſe Dec.ĩ.in vlt.col.in verſi. vlt.dicit Alex.mutata opin. in melius.

Tertiò poteſt ampliari vt per Aquenſ.ĩ.in fine commenti. Quartò ampl.ut pulchrè per Dec.3.in
88 2.not.

Limitatur nunc prædicta concluſ.†pluribus modis. Et primò. ut non procedat inter partes contrahentes inter quas verba enunciatiua & relatiua probant,& fidem faciunt in his, quæ dependent à voluntate & poteſtate partium, & certam explicatamque habent relationem: ut hic per Dec.in pen. col. & dixi latiùs.3.in oppoſ. Bart. iſtius ſecundæ materiæ.

Secundò principaliter limitatur concluſ. prædi-
89 cta† ut non procedat,quando referens habet facultatem & poteſtatem ſic diſponendi; quia tunc non exigitur productio ſcripturæ ad quam fit relatio, ſed diſpoſitio referens probat, & ſola fidem facit, quando relatio certa eſt, & explicitè ac perfectè facta: ut per Bar.& alios in d.l.admonendi in glo.1. Aquenſ.ĩ.col.fi.cum aliis quę allegaui.3.in oppoſ. Bar.iſtius ſecundæ materiæ. & licèt ſcriptura relata non appareret,id nocumento non foret, ſufficit.n. ſcripturam quæ refert, eſſe ſolemnem ſecundum Anch.in conſi.189.prima facie. per tex. vulg.in l. aſſe toto.ff.de hęr.inſtit.De quibus eſt tex.optimus hic in fi.& in lib.auct.vt etiam dixi.3.in vlt. not.

Intelligite hanc lim, quando per ſcripturam relatam non apparet realiter ſe habere, aliàs relatio tanquàm erronea nõ attẽderetur, ſed potiùs quod
90 in relato continetur, †quia per exhibitionem & lecturam ſcripturarum liquet & apparet de errore, vt per Dec.ĩ.in vlt.col.& in ca.2.col.3. de reſcrip. in conſi.62.col.3.& in conſi.350. & Ripam in d.l. admonendi,ſuper glo.1.

91 †Similiter intelligatis, niſi facta fuiſſet relatio hiſce verbis,prout conſtat tali inſtrumẽto ad quod habeatur relatio.quia tunc propter mentem & voluntatem referentis oportet conſtare de relato, ut poſt Bal.ſcribit Aquenſ.in d.l.ſciendum,col.2. reputans perpetuò not. pro limitatione eorum quæ hic dicuntur. idem uoluerunt Moder. Mediol. hic
92 ſuper uerbo uetteribus. † quæ reſtrictio non videtur mihi uera nec poſſe procedere,quia quãdo referens habet poteſtatem diſponendi,valet diſpoſitio; nec reſtringitur ad relationem, etiam expreſsè factã,vt per Bar.in extrauag.ad repri.in verbo prout. Dec.in c.2.col.3.de reſcr.&.ĩ.col.fin. in uerſic. & iſta. Aret. pulchrè in conſil.76. incip. diligenter, col.2.vbi dicit,quòd licèt hę dictiones ſicut,prout, ſecundum,& ſimiles,ſui natura relatiuæ ſint & cõditionales, tamen in priuilegiis & contractibus de quorum natura eſt aliquid de nouo diſponere,ponuntur cauſatiuè. Et falſa cauſa uel demonſtratio, quando diſpoſitio eſt de ſe certa, non uitiat: ideo valet diſpoſitio,quàmuis non conſtet de illa cauſa: vt ibi per eum,quem ſequitur Deci.in conſil.169. col.fi.& 360.

Et dictum Bal.in l.inciuile,allegatũ per Aquenſ. intelligitur quando relatio clara non erat & explicita,vt voluit Rim.3.in j. nota.

93 Et per prædicta† determinari poſſunt infinitæ quęſtiones in actu practico quotidie occurrentes, preſertim circa confirmationes priuilegiorum quę fiunt per principes aut ſuperiores relatiuè iuxta morem preteriti temporis,puta, vel ſecundũ quod anteceſſores tui facere conſueuerunt: uel ſicut genitor noſter conceſsit; aliisve modis ſimilibus, an probent & fidem faciant abſque productione eorum,quæ referũtur? uidete plenè Iaſ.Dec.Aquen. & Moder.Taur.ĩ.in vlt.col.Fel.in c.inter dilectos, de fide inſtrum.Dec.in conſi.169.Mod. ſcribentes in d.l.admonendi, ſuper glo.1. & Ripam lib.2.reſponſorum cap.6.& 24.

94 Tertia limitatio † in ſcriptura principis referentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentis aliam scripturam, quæ probat, licèt illa alia non producatur.gl.in c. si Romanorum. in verbo desunt.19.distin.secundum Dec.Aquens.& Mod. Taur.hic in vlt.col.Hęc tamen lim.secundum Dec. satis erat inclusa in præcedenti,quando quis habet potestatem de nouo disponendi. in his.n.in quibus princeps non potest liberè disponere in præiudicium aliorum, non statut assertioni suæ: ut hîc per Aquen.col.fin.in versic.prędicta tamen procedunt,secus in aliis.clem.1.cum glo.de proba.

95 † De quo articulo an & quãdo standum sit narrationi & dicto principis in præiudicium alterius, quia incidit,si placet,videte Anchar. in consil.398. Pau.de Cast.in consi.158.col.pen.& fi.in antiquis Are.consi.23.in 2.dubio.& 164.col.3. Alexan. in consi.114.col.2.lib.4.& consi.15.in 5.vol. Socin. seniorem in consi.27.col.2.lib.3. & in consi.87.in quinta diffic. eo.vol.Fel.in c.ad aures,col.6. de rescr.Dec.in c.cognoscentes, in vlt.col.2.lect.de constit.in consi.528.544.& 604. Hippol. de Marsil.in l.1.in §.si serui.ff.de quæstio.

Quarta limitatio in casu not. consultationis Ra-
96 ph. Comens. in consi.6. ubi consuluit † quòd licèt in instrumento solutionis alicui factæ tanquàm procuratori creditoris narretur, recipientem procuratorem esse prædicti creditoris constante instrumento rogato per talem,id non sufficiat fideiussori vel alteri soluenti pro recuperando solutum à debitore,per hunc tex. & prædicta: facit tamen tale instrumentum magnam præsumptionem, quòd noluerit soluens suum iactare. uulg.l.cum de indebito.ff.de proba. & similiter pro tabellione qui asseruit illum procuratorem.l.sicut. cum no.ff.de fide instru.unde cum incidenter, non autem principaliter de hoc dubitetur, credendum erit actori asserenti cum iuramento illum esse procuratorem, & reus erit condemnandus. nec sit graue, si cauere uelit de defensione: & sic prædictis concurrentibus hoc casu referens faciet aliquam fidem, licèt non constet de relato. sequitur Cur.hic in fine cómenti decisionem istam tanquàm not. extollens: quæ tamen est fundata in quadam naturali æquitate,stricto.n.iure non probatur.

97 Quintò limitatur † nisi tabellio de uoluntate partium inspexisset instrumẽtum & retulisset, quia tunc crederetur referenti, etiam non constito de relato: ut hic per Aquens. in vlt. col. per ea quę in superioribus diximus. Istud intelligatis, quando partes dixissent & asseruissent instrumentum illud verum, præcipiendo notario quòd ita referret de consensu ipsarum partium, per ea quæ diximus in prima quæstione Bar. quæ duo hæc copulatiuè ibi requirit ad hoc vt exemplum probet de uoluntate partium sumptum,quòd confiteantur instrumentum verum,& ϕ exemplatio fiat de voluntate partium: vt vbi latiùs diximus.

98 Sextò & vltimò lim. † nisi instrumentum aliud referens à parte productum fuerit.nam,quum censeatur fateri omnia in eo contenta uera esse,contra eam probabit. Soc.consi.11.col.1.lib.3.uerum tamen quia eo modo producens instrumentum non censetur simpliciter fateri,sed prout in ipso instrumento continetur,si non constet de relato,non dicitur ipsum fateri, per hunc tex. & prædicta. ideò Mod.Mediol.hic super uerbo veteribus, post alios Mod. damnant Socin. si tamen relatum tale quid esset de quo referens liberè posset disponere,& relatio certa esset ac explicitè facta,tunc probaret contra referentem.

Paduæ XIIII. Ianuarij. M D LI.

Laus Deo.

HIERONYMI CAGNOLI
PATRICII VERCELLENSIS,
IVRISCONSVLTI EMINENTISSIMI,
ET SERENISSIMI DVCIS SABAVDIAE SENATORIS,

In secundam Codicis partem elegantißima commentaria.

ORATIVNCVLA AD AVDITORES,
nonis mensis Nouembris habita Paduæ. 1548.

AVRIS ciuilis scientiam Commilitones carißimi, Auditoresq; spectatißimi pro ueteri instituto, iusta oratione non prædicabo, neque extollam. Nam id mihi in præsentia parum conuenire uidetur. quum potius lector, quàm orator adueniam: quotidieq; per repetentes & disputantes farraginem hanc & materiam exagitari notum sit. Neque ad legum studia uos hortabor; tempus in hoc conterendo: quum ex luculenta oratione à doctißimo iuuene pridie in templo habita ad id uos satis animatos uideam. Ad alia igitur transeundum. Hi sunt dies, Filij dilectißimi, à nobis tantùm desiderati. Hæc est hora principij studiorum uestrorum, quam toties exoptastis. Ecce aduenit, gaudete. Quid enim (ut Catullus ait) datur à Dijs fœlici optatius hora? gaudete inquam, ego uobis non deero, studio, diligentia, fide, ac beneuolentia, quæ omnibus numeris explicabo. Pernitiosis subtilitatibus quas irrident Iudices, uos non detinebo. Tritas regulas, & uulgatißima dicta auribus uestris non inculcabo: superfluis non immorabor: nec uos seducam: flosculos quosdam tangendo: facilia delibando: super scientiam nostram superficialiter ambulando, ut uidear clarus, ut omnibus parum studentibus placeam: quos tandem bonis literis, & legali disciplina uacuos relinquam. Sed eum me uobis præstabo, ut, nisi lingua & uires me deserant, ea quæ difficilia & abstrusa putantur, Spiritus sancti comitante gratia, plana & clara me redditurum sperem, confidam & profitear: uosq; uolentes ueros Iurisconsultos facturum. Deum Optimum Maximum interim rogemus, ut propositum adiuuet, nosq; omnes & studia nostra fortunare dignetur. Omnipotens igitur Deus à quo est scię tia nostra, & omne bonum, actiones nostras aspirando præueni & adiuuando prosequere, uti omnis actio nostra à te incipiat, & per te cœpta secundum uoluntatem tuam finiatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 Bonorũ possessionis materia utilis est, et nõ contẽnenda.
2 A leuioribus inchoandum.
3 Bonorum possessio differt à bonorum possessore & rerum, & à poss. hæred. petitione.
4 Possessio an sit iuris uel facti.
5 Bon. poss. an sit una dictio, & an recipiat interpositionem alterius uerbi.
6 Poss. hæred. pet. est actio.
7 Bon. poss. diuiditur in Edictalem & Decretalem.
8 Titulus iste an loquatur de edictali uel de Decretali.
9 Bon. poss. unde nomen sumpserint.
11 Succedendi modi plures.
12 Bon. poss. dãtur etiã per prætorem uocatis à iure ciuili.
13 Potestates ciuitatum nostri temporis an æquiparetur Prætoribus, & quomodo. & num. seq.
14 Causæ ex quibus à lege uel statuto recedi potest, sunt plures. & nu. seq.
15 Iuramentum ex generali consuetudine præstatur à magistratibus nostri temporis, & est tenaciter obseruãdum. Et quis dispenset. & nu. seq. & an requiratur absolutio. quando ex causa receditur. iide nu. 21.
16 Tex. l. si hominem. ff. mand. ornatur. & nu. seq.
23 Tex. l. unicæ. cum glo. ut armor. usus interdic. sit inscio principe. quomodo intelligatur.
24 Argumentum à simili non procedit, quando sunt plures differentiæ, quàm conuenientiæ.
25 Potestates nostri temporis rectè prætores nuncupãtur.
26 Prætor quo potuerit corrigere. l. xij. tabul. admittendo emancipatos & alios incognitos à iure ciuili, quum non posset legem condere, & quare. & nu. seq.
Prætor quare non posset facere hæredem, quum tamen alia iura directa introduceret. ibidem. & num. 34.
28 Obseruata de facto proinde habentur, ac si de iure ualerent.
30 Bon. possessionis agnitio hodie non curat de contradictore, nec admittitur, & quare.
31 Populus Rom. solus poterat legem olim facere, alij diuersa iura constituebant, hodie secus.
32 Prætor non habuit potestatem legis condendæ per prius, nec per posterius, & nu. seq.
35 Prætor poterat remedia perpetua introducere, quando ius ciuile non refragabatur.
36 Tex. §. quo aũt, nouiter & bene declaratur. et nu. seq.
39 Bonorum possessores quare non efficiantur hæredes post quàm ius prætorium est redactum in corpore iuris ciuilis & approbatum. & nu. seq.
40 Directo fieri, & ipso iure fieri, diuersa sunt.
41 Statuta Ducũ, Comitum, Marchionũ, & Episcoporum an sint ius prætorium, uel ius ciuile. & nu. seq.
42 Legatus de latere perpetuus est, uel ad beneplacitum, quod idem est.
43 Statuendi potestas à iurisdictione dependet.
44 Sententiæ magistratuum etiam temporalium & non perpetuorum cur perpetuò durent.
47 Infeudati de iurisdictione habent iura utilia, licèt non habeant suprema potestatem, nisi in certis casibus.
48 Bonorum poss. principaliter inuenta fuit propter emancipatos & alios incognitos de iure ciuili.
49 Infrà & intrà confunduntur.
50 Rubr. ista quare fuerit potius cõcepta affirmatiuè quàm negatiuè. Et cur potius compilatores dixerint, qui admitti, quàm qui petere, uel agnoscere bonorum poss. possint. & nu. seq.
52 Qui admittatur, & qui repellatur à bonorum poss.
53 Legitimatio personarum an fieri debeat in quocunque iudicio, etiam summario. & nu. seq.
Tex. l. si quæramus. ff. de testa. declaratur & ornatur. ibidem.
55 Bonorum possess. non agnoscitur, nec expeditur in forma iudicij, sed extra solemnitatem iudiciariam.
58 Agnoscens bonorum poss. an teneatur probare se debito tempore agnouisse. & nu. seq.
59 Tempus quando est fundamentum intentionis alicuius, probandum est ab eo.
60 Appellans quid probare debeat.
62 Tex. §. cõmodũ. instit. de interdic. declaratur. et nu. seq.
65 Decretum Iudicis licèt habeat præsumptionem prosæ, contrarium tamen probari potest.
67 Tex. l. si filius. C. de pet. hæred. non procedit quando agitur de magno præiudicio.
69 Bonorum possess. non fuisse agnitam quomodo opponendum sit. & nu. seq.
Pars debet petere quando lex sibi prouidet de remedio. ibidem.
72 Coniuncti præsumuntur habere scientiam & notitiam mortis defuncti coniuncti.
73 Continuatio istius rub. quomodo fiat.
74 Rubr. ista quare potius concepta fuerit à personis, quam à re; & oppositum factum fuerit in digestis.
75 Exẽplar debere præcedere exẽplatũ, quo intelligatur.
76 Rub. ista quare in principio studij legi inchoetur in omnibus studijs Italiæ. & nu. seq.
77 Legislatori debetur reuerentia tanquàm loco sacro.
79 Bonorum possessionis diffinitio quæ et qualis esse debeat. & nu. seq. & 87
81 Poss. hæred. pet. datur etiam ad uniuersitatẽ. et nu. 101
82 Bonorum poss. quare aliter diffiniatur, quam hæreditas.
83 Bon. poss & hæreditas an & quando idem sint.
84 Bon. poss non est actio, est tamen ius non factũ. et nu. seq.
88 Bonorum possessiones an sint omnes de iure prætorio, et nulla sit de iure ciuili. & nu. seq.
91 Actus attribuitur primæ causæ non secundæ. Et denominatur ab ordinante et disponẽte, nõ ab exequente.
92 Extraordinariè facta non habentur in consideratione, sed potiùs ordinariè facta.
93 Tex. l. iij. ff. unde leg. declaratur.
94 Tex. l. unicæ. ff. ut ex. ll. declaratur nouiter.
95 Hæres aliquando in iure ponitur pro bonorum possess.
96 Poss hæred. petitione agens an uideatur per prius agnouisse bonorum poss. & nu. seq.
97 Consequens uolens, uult omne necessarium antecedens, etiam quòd sit maius suo consequenti. & nu. seq.
98 Iudici constare & liquere debet, quod fit coram eo.
100 Tex. l. primæ. C. unde leg. declaratur.
102 Aditio hæreditatis inducitur, etiam ex datione minima rerum hæreditariarum.
104 Bon. poss. agnitio inducitur per receptionem solutionis à debitorib hæred. corã iudice extraiudicialiter factã.
105 Bon. poss. agnoscens non tenetur exprimere ad interrogationem iudicis ex quo capite agnoscat.
106 Coram iudice fieri, & apud illum fieri, in hac materia, an differat.
107 Voluntas declaratur etiam ex actu nullo.

108 Statutum quòd mulier non possit se obligare, nec adire hæreditatem sine consensu proximorum, numquid dictus consensus præstitus mulieri cum alio contrahenti inducat additionem hæreditatis, & censeatur præstitus ad adeundum hæreditatem.
109 Bonorum possess. agnitio, & poss. hæred. petitio an cumulari possint in eodem libello.
110 Bonorum possessiones an sint duæ: Edictalis, & Decretalis, uel una solum, latè declaratur. & nu. sequenti.
111 Decretalis olim, hodie iudicialis dicitur.
112 Decretalis est duplex, causalis, & formalis.
113 Hæreditas non adita aliud est ab hæreditate adita.
114 Tex. §. decretalis, l. pen. ff. de success. edict. ornatur & declaratur. & nu. seq.
116 Iuri de futuro an possit renunciari. & nu. 121.
117 Fmiri dicitur aliquando quod nunquam fuit in esse.
119 Decretalis an possit repudiari.
120 Repudiare, & renunciare differunt.
122 Bonorum possessionem an sit dare in genere.
123 Diffinitio sit de genere, puta de animali, licèt non reperiatur animal in genere.
124 Bon. poss. an sit actio, uel officium iudicis.
125 Absolutio à iuramento an concedatur parte non citata.
126 Citatio partis an requiratur in agnitione bonorum possess. & nu. seq.
127 Tex. §. si causa cognita. l. 3. ff. de bon. poss. declaratur.
128 Bonorum possessionis materia quomodo ad practicam deducatur: & an admittatur contradictor, & qualitas iudicij mutetur. & nu. seq.
131 Bonorum possess. an hodie sint necessariæ, & utiles. & nu. seq.
134 Hæreditatem repudians, censetur etiam repudiare bonorum possessionem, & ibi etiam an econtrario repudians bonorum possess. censeatur hæreditatem repudiare de iure ciuili. & nu. seq.
139 Bonorum poss. an possit acquiri, & repudiari per procuratorem.
142 Bonorum possessionem agnoscens an censeatur etiam adire de iure ciuili ubi potest. & nu. seq.
145 Bonorum possessor an habeat tacitam uoluntatem defuncti.
146 Bonorum possessor an teneatur facere inuentarium. Et an possit intentare beneficium. l. fi. C. de edicto diui Adria. ibidem.
147 Bonorum possessor habet iura utilia, non directa. & quis sit effectus.

In Rub. C. Qui admitti.

NOTANDVM est in hanc Rubr. scripta, tàm per antiquos, quàm per moder. ut difficiliùs esse uideam cum laude hinc egredi, quàm ingredi. Doctiq; & discreti uiri iudicio opus est, qui superflua & futilia, nugasq; resecet, utilia autem & necessaria non omittat. Id quod quantùm poterimus, facere curabimus; Deoque fauente peragemus.

Multi sunt, qui materiam istam bonorum possessionum tanquàm parum utilẽ, & usu quotidiano minimè frequentatam paruipendant. † Sed hi (ut aiunt) tota errant uia. Et utilem esse ac necessariam infrà ostendam, tãtæq; subtilitatis ut ad quascunque difficultates edomandas ingenia Scholarium præparet, disponat & nutriat; sola intellectus uestros ad hanc legalem scientiam capescendam potens illuminare. Absoluta Rubr. legam. l. j. cum l. emancipata, ac l. fi. in quibus uis totius rei sita est. Cælumq; & sydera testor, etiam iuuenes, qui uoluerint studio incumbere, posse postmodum in hac materia docere.

Sed quia præfationes nos libentius ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & quum eò uenerimus, euidentiorem nobis præstant intellectum. bene est, ad declarationem & intelligentiam tituli, ac totius materiæ aliqua (ut etiam faciunt alij scriben. sequentes consilium Iurisconsulti in. l. i. de orig. iu. & in. l. i. ff. si cer. pet.) præmittere. eò maximè quòd materia bonorum possess. quam tractaturi sumus, solemnis est, & inter rub. Iuris nostri, quæ publicè ordinariq; leguntur, in speculationibus & subtilitatibus (ut iam dixi) principatum tenet.

Et quum à leuioribus & uniuersalibus inchoandum sit, † ut in Institutionibus de iust. & iur. & in primo Physic. tradit Aristo. ut dixi in rubr. de regu. iur. & in. l. j. per illum tex. si cert. pet.

Præmitto in primis pro iuuenibus ne æquiuocent, † bonorum possess. de qua hic agitur, differre à possessione bonorum & rerum, & pariter à poss. hæred. pet. Bonorum possessio magis est iuris, quã corporis, ut dicit Iurisconsul. in. l. 3. in prin. ff. eo. & ibi Bar. not. Est. n. ius persequendi, retinendiq; patrimonij defuncti à prætore introductum. d. l. 3. in §. bonorum. de quo latiùs. † possessio uerò bonorum, facti magis quàm iuris est, secundum iurisconsul. in princ. d. l. 3. & in. l. denique. ff. ex quibus cau. maio. l. i. §. si uir. ff. de acquir. poss. l. j. §. Scæuola. ff. si qui. testa. liber. esse iuss. fue. & significat corporalem rerum tenutam & insistentiam in re. l. i. in princip. cum sequenti. ff. de acquir. possess. prout est. n. quasi pedum positio, corporaliq; instrumento tenetur, factum designat, & in facto, ut ad sensum patet, consistit. & de ista loquitur titulus de acquir. possess. † Sed prout intellectualiter consideratur possessio in substantia, ut est quæsita, dicitur iuris & est ius. l. possessionẽ, &. l. peregerè. ff. de acquir. possess. secundum moder. communiter in d. l. j. in princ. de acqui. possess. & in d. l. peregerè, Bar. & alios in. l. deniq;, cum l. sequenti. ff. ex quib. cau. maiores. in l. fi is qui pro emptore. ff. de usucap. & Balb. Taurin. in tracta. præscrip. fol. 23. col. j. ver. his sic præmissis, ex quibus infertur ad plures not. quæstiones, ut ibi per Iaſ. in v. col. vbi Aquens. ij. Et consequenter bonorum possessio. penitus iuris est, possessio uerò rerum uel bonorum, tàm in acquirendo, quàm in retinendo & conseruando, est inseparabiliter coniuncta facto propter animum, quia est necessaria concomitantia, sicuti calor Solis & splẽdor ignis. Quatùm autem ad effectum & substantiam postquàm est in esse producta & acquisita, dicitur iuris. d. l. peregerè, in principio, ibi, ius possessionis, & uerba tunc disiunctim accipiuntur: ita, ut uocabulum possessio à uerbo bonorum separetur. Sed quando est iuris, ut in materia nostra, uerba stant coniunctim,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctim,& est dictio composita, significans (ut dixi) ius persequendi. glos. & Bartol. in dicto. §. bonorum. Bal. hic in decima quæstione. Barba. colum. decima,& sequenti.& Ange. Aret. instit. eodem in principio.

5 Et dictum uerbum bonorum, † quando ad hæreditatem adaptatur,ut hîc,& in d.l.3.ff.eod.& toto titu. accipitur in ciuili significatione.l.bonorum appellatio.cum glo.de uerborum significa.d.l.3.in princ.Dec. in.l.luetur. in. 6. not. C.de pact.quandoque tamen in medio dictionis prædictæ bon. possess.scilicèt,interposita est dictio aliqua, ut in.§. liberis,instit.eod.ibi, bonorum aliquis possess.& in d.l.3. in. §. bonorum igitur possess. immo Iurisconsul. in. l. si duobus, aliàs si ex duobus,de contratab. ff. uerbum possess. ante terminum bonorum ponit ibi poss. bon.competat. Sed text. est corruptus, & in bonis Codicibus uerbum bon. est præpositum, & est una dictio. hocque ostendunt iura titu. prædicti de bono. possess.& id uerum est cõmuniter & ut plurimum, aliquando tamen secus, & sic dicta præposteratio non attenditur,ut post Bal.tradit pulchrè hîc Dec.

6 Possessoria uerò hæred. pet. † de qua est factus specialis titulus in.ff.est actio, quæ datur ei qui hæres effectus est de iure prætorio, mediante bono. possess. qua agnita per illam posse.hæred. petitionẽ, hæreditaria postmodum bona consequitur; ut per Barto. & Pau.Castr.in.l.prima.in primis col. infrà eodem.

7 Aduerte tamen,† quòd glo. hîc, & communiter Docto.malè appellant illam bon.possess.hæred.petitionem.addito illo uerbo bonorum.superfluit.n. & superabundat propter uocabulum hæreditatis, quod idem sonat. d.l.3.in prin. & in. §. bonorum. patetq; ex rub. & nigro.ff.de possess.hæred. pet. ubi uerbum bonorum non ponitur, prout aduertit hîc Bulg.Senen.in prin.j.colum.

Et huiusmodi bon. possess. de qua hîc agitur, diuiditur in edictalem & decretalem, de quibus in l. prima.ff.de succ.edict.ubi glo. & scriben. & post Sali.Are. & Barb.tradit hîc Dec.in penul.colum.& alij latiusq; uidebimus infrà.

Sed an hic titulus loquatur de edictali, decre-
8 tali ? † uidetur quòd de edictali. ut patet ex. l. prima, secunda, & sequenti. Sed quòd de decretali,probari uidetur in.l.3.& sequen. j. eodem. Confirma,ponderando uerbum admitti, in rubr. positum iuncta. l. j. &.l. seruus, cum glos. in uerbo admitti.ff.cod.quæ glo. interpretando id uerbum, ad decretalem refert.

Vel melius dici potest,quòd loquitur de utraque bon. possess.edictali,& decretali: tractat enim quibus bon.poss.competat, decernique possit, & intra quæ tempora: ut in. l. prima, secunda, quarta, & duabus sequentibus: & sic de edictali, & iura petendi,& consequendi decretalem. De decretali uerò in.l.3.& in.l.antepen. In. l. fina. tractat de iudiciali, seu coram Iudice agnoscenda, quæ succesit loco decretalis. Et hoc modo Rubr. erit generalis ad nigrum,de edictali,decretali,&iudiciali tractãs: ad quæ omnia uerbum admitti, conuenire adaptariq; potest. Quum enim dicitur, quòd admitti ad bon.possess.de edictali potest intelligi,quæ defertur personis,& intra tempora de quibus infrà. & nuncupatur edictalis ante concessionem factam à Iudice & decreti interpositionem. Quum fuerit admissa petitio & concessa, ut in. l. 3. & antepen.decretalis etiam,ut in.l.seruus,prælleg.Iudicialis,quę coram Iudice agnita fuit, ut infrà in.l.fina.& in.§.fina. instit.eo. ad quam agnoscendam admittuntur, hi qui bus competit edictalis, & olim concedebatur decretalis.d.l.fin.

9 Et prędictæ bon. possess. † sumpserunt nomen à principio edicti sic incipientis secũdum quosdam, uel ex mente & effectu: quia dabantur uenientibus ab intestato ad successionem, & eo iure inde ueniunt liberi,ut hîc per Bal. colum.3. & Barb.colum.21

Tu dic meiius, quòd aliquando sumpserunt denominationem à personis, quibus competunt, ut in illa unde liberi cum tribus sequentibus, quia prædictis personis competunt ac deferunt. aliquando ab effectu, seu à causa,ut in bon. poss. contratab. & secundum tab. edictalis, & decretalis ab edicto prætoris, quo competit, uel à decreto per quod conceditur.

Secundò, quia tractatus iste est de successione
10 prætoria: † sciendum est plures fuisse inuentos modos succedendi, sed principales duo sunt, unus de iure ciuili, alius de iure prætorio: ut per Ias. post alios.in l.qui se patris, col.5.j.unde lib. & Dec. j. col.9. & in consi. 494.col.j.

Quantùm ad propositum nostri tractatus attinet,
11 † modus succedendi de iure prætorio inuentus fuit à Prętore Popu. Romani, qui fuit magistratus iuri dicundo, reddendoque præpositus. l. secunda, in principio, uersicu. eodem tempore. & uersic.cunque Consules.§.post originẽ,ea.l.Quum enim animaduerteret ius percipiendarum hæreditatum angustissimis finibus per legem duodecim tabularum coarctari eò quòd sui tantùm hæredes, & eis non existentibus proximi agnati admitterentur exclusis emancipatis, & cognatis quamuis sanguine coniunctis, propter utilitatem publicam & ex bono & æquo dilatauit, admittendo emancipatos,cognatos,& alias personas à iure ciuili incognitas.l. pronunciatio,in principio.ff. de uerborum significatio.§.emancipati.instit. de hæred. quæ ab intest.& de leg.agnat.succes.in principio.& de Senatusconsulto Tertyl. in principio,& in uersi. primo, ibi, sed hæ iuris angustæ, & de succes. cogna. & de bon. possess. in.§.quos autem.cum.§.sequenti.pro quibus person s, & consecutione successionum in casibus prædictis inuenitur istud remedium bon. possess. mouebatur autem prætor semper propter publicam utilitatem & æquitatem, quam habebat ante oculos.l.ius autem ciuile.§.primo.ff. de iust.& iure.§.emancipati, &. §. quos autem.prælleg.l.æquissimum. ff. de usufr. &. l.quòd si Ephesi. de eo quod certo loco.

12 Et quia prætorum intentio fuit † per eorum edicta,non solùm ius ciuile corrigere, sed supplere, & adiuuare. iurib. proximè alleg. Ea propter bonorum possess. etiam uocatis per ius ciuile deficientibus, ut instit,eodem titul.& tradunt hîc Bald. Paul. & omnes

& omnes modern. Quod quidem ius prætorium cum ratione sua à iure ciuili approbatum auctumq; fuit. ubi enim ius prætorium uocabat cognatos solùmmodo post agnatos, ius ciuile notissimum agnatos & cognatos, secundum propinquitatem graduum simul pariterque uocauit, & emancipatos cum existentibus in potestate.§.nullam uerò,in auct̃en.de hæred.ab intest. uen.notant Ias.& alij in l. si emancipati, in ultima columna. C. de collatio. & Curt. hic in prima columna. Dictum ergo beneficium & ius prætorium introductum fuit gratia adiuuandi, supplendi, & corrigendi ius ciuile.

13 Et eodem modo † secundum Bald. hîc columna prima se habent potestates nostri temporis,qui per eorum banna, seu bannimenta & ordinationes adiuuant aliquando disposita à statutis terrarum, non nunquam supplent; ut per eum. Et sæpe prætorum instar ex iusta causa, ac propter publicam utilitatem corrigunt.ut si statutum disponeret, neminem debere uel posse arma in ciuitate deferre, ob quod uidentes potestates scandala plurima euenire, & homicidia sequi, mitterent bannum, & proclama facerent publicari, quòd omnibus petentibus licentiam deferendi arma potestatem facerent, præstita cautione de non offendendo. tunc à statuto prohibitum, promissu potestatum ac prætorum licitum erit, & permissum; ut per ipsum Baldum. quem articulum latiùs prosequuntur hîc Barbat.columna uigesimaprima. & sequen. & omnes Modernio. & Aret. institut. eodem titulo, in principio.

Per indirectum igitur Prætores & Potestates nostri temporis contra ius commune & dispositionem statutorum poterunt aliqua concedere ex causa, suadente æquitate, ac subsistente publica utilitate: licèt regulariter id facere non debeant, nec
14 possint.ut instit.de offic.Iud. in princ. † Plures uerò causas ex quibus à lege, uel statuto licitè recedi potest, pulchrè congerit Aret. in. l. & si seuerior. ad finem.j.alleg.

Circa hanc æquiparationem prætorum, & potestatum nostri temporis, cum dependentibus annexis, & connexis quæstionibus, Docto. hîc latissimè instant, multos difficillimos articulos tangentes, & de apicibus iuris: propter quæ hanc rubricam solemnem, & difficillimam reddiderunt.

Visum mihi quandoque fuit, Baldum, & alios impertinenter hîc ista tractasse, contra. §. quibus, ibi, & congruis titulis subdere,in prima constitut. C.quia hic tractatus est de successione prætoria, non autem de æquiparatione Prætorum ad potestates nostri temporis, nec de his, quæ fieri possunt per potestates nostri temporis: ut ex inscriptione titu. patet. tamen Bald. rem ad practicam reducendo, uolens ostendere quòd licèt prætores Romanorum, qui introduxerunt bono. possess.euanuerint,potestatem tamen prætorum penitus non cessasse. Ideo eis æquiparauit potestates nostri temporis: uagando postmodum, ut per eum & ceteros, qui utcunque sit, numium dilatarunt sim-
brias: conterentes tempus, quod in sequentibus legibus utiliùs fortè potuisset collocari. Quantùm igitur fieri poterit, breuis esse conabor: non negligendo, quæ utilia, & necessaria mihi uidebuntur.

In primis aduertendum, quia non uidetur quòd potestates nostri temporis possint aliquid facere, aut disponere contra statuta locorum,quibus præsunt, propter iuramentum de obseruandis statutis loci, quod ex generali consuetudine hodie præstant. quod quidem iuramentum generaliter &
15 † tenaciter est seruandum. cap. debitores, cap. & si Christus, de iureiuran. Secundò, quia inferior non soluit legem superioris, nec contra illam potest disponere. cap. cum inferior. de maior. & obed. l.formam.C.de offic.præf.prætor.cap.erit autem lex,quarta distinct. & clemen. ne Romani,de elect. facit ad prædicta de iuramento præstando à potestate & magistratu. text. in auct. ius iur. quod præst.ab his.

Roma. & Barb. ut refert Dec. & alij respond. id esse propter causam de nouo superuenientem,
16 † propter quàm licitum est leges transgredi secundum Innocen. & alios in capitulo primo, de constitut. argumento text. not. in. l. si hominem ff. mand. ubi procurator generalis qui ordinatus per dominum contrauenire nequit, nec disposita per eum immutare: tamen ex causa iusta, quam ignorauit dominus, potest id facere. quem tex. qua draginta pulcherrimis decisionibus exornauit Barbat. hîc in sexta,& septima charta. quibus adde Felin. in capitulo primo,colum. decimaquinta. & sequenti.in septima limitat. de constitut. & Corsi. in
17 singul. in uerbo Iuramentum. † Intelligendo tamen quando superior. de facili consuli non posset, aliàs ad superiorem recurrendum esset. l. ad bestias.ff.de pœnis.l.Diuus. la secunda. ibi, Imperatori rescribatur. ff. de fals. & lege prima, in fine, de quæst. secundum Barb.& Felin.prælleg.& Felin. in capitulo quòd super his, columna secunda, in fine,de maiori. & obed. ubi ita restringit Iurisconsultum in dicta. l. si hominem, ut etiam per Deci. hîc in secunda columna, & in dicto capitulo primo ad fin. secundæ lect.

Contra prædictam considerationem & resolutionem surrexit Bulgarin. Senens. hîc in secunda columna, quia prætor uocauit emancipatos contra. l. duodecim tabularum, non ex causa de nouo superuenienti, sed ex causa, quæ satis erat nota, & cognita tempore ipsius legis, satisque notoria; & patebat propter coniunctionem sanguinis, & naturale parentum uotum, uidelicet admittendi descendentes ad hæreditatem & successionem ipsorum ascendentium. iuxta. l. nam & si parentibus.ff.de inoffic. testamento. &. l.scripto,in fine. ff. unde libe. De qua ratione, & causa non curauit lex duodecim tabularum, quæ emancipatos, cognatosque excludebat. §. emancipati, institut. de hæred. quæ ab intesta. & de succes. cog. stricto enim iure utebatur, agnatos tantùm ad hæreditatem uocando. dict. l. pronunciatio. in.§. primo. De quo numero nõ erant cognati, nec emancipati

Universidad de Deusto
Biblioteca

amissa familia, & agnitione, per emancipationem l.liberos.& l.fina.ff. de capit. dimin. & d. § emancipati.& l.tertia.§.penultimo.ff. eodem. Potestates uerò nostri temporis disponerent in casu prædicto contra statuta ex causa superuenienti de nouo,& prius incognita. Ita quòd termini non sunt pares, disponerent ergo potestates prædicto casu contra statutum, non ad similitudinem prætorum, qui uocarunt emancipatos & cognatos contra .l. duodecim tabularum. Sed quia hic casus in prohibitione inclusus non censetur, considerata mente statuentium, ideò nimirum si contra statutum possent disponere.argumento dictę.l.si hominem, &.l.fina.qui satisda.cog.quia in effectu non dicuntur disponere contra statuta, çonsiderata mente sta
18 tuentium, † quæ magis attendi debet, & considerari,quàm uerba.l.tertia.C.de lib.præter.c.intelligentia, de uerborum significatio.non enim res sermoni,sed sermo rei debet esse subiectus: ut ibi dicitur.

Sed prætor directò disponebat contra uerba, & contra mentem. l. duodecim tabularum, emendando & illam corrigendo, ut in iuribus suprà allega. dicitur: termini igitur non sunt pares, nec æquiparatio bona.

19 Et prædicta consideratione † de causa à statuentibus non præuisa,usus est alibi in simili Bald. ipse, ut per Feli.in d.c.quòd super his,ad finem secundæ columnæ.

Dec. hic in prima charta uolens ostendere acumen ingenij, & utranque partem se esse paratum tueri; primo nititur defendere opinionem Bald. respondendo motiuis Bulgar. & minus bene. nam dum ait quòd licèt tempore.l.xij.tabularum excludentis cognatos & emancipatos nota esset causa, propter quam prætor illos admisit, tamen non erat in illa consideratione, ut fuit posteà temporibus prætorum: quod patet, quia di positio prætoris fuit inde per ius ciuile approbata.

Quia ita nota erat tunc, ut posteà, quòd erant sanguine coniuncti & emancipati filij, quamuis non agnati. Sed dispositio prætoris contraria in naturali ratione, & æquitate fundata, uisa fuit iustior & benignior: ideo approbata à iure ciuili reiecta dispositione. l. duodecim tabularum nimis stricta & rigorosa.

Ex quo patet etiam solutio ad secundum motiuum Decij,quia non est bona consequentia: edicta Prætorum fuerunt postmodum pro legib. recepta. ergo ex huiusçemodi approbatione datur intelligi factum à prætore fuisse ex intentione eius, qui illud comprobauit,& confirmauit. Nam existentibus dictis duabus dispositionibus contrarijs,dispositio prætoris fuit approbata, non eò quòd esset talis intentio compilatorum legis duodecim tabularum: immo erat contraria & ad oppositum. sed tanquàm iustior & benignior fuit recepta & approbata.

Neque etiam subsistit quod dicunt Ange. Aret. prællega.& Rimin. infrà in penult. colum. quòd quemadmodum ex causa & æquitate propter utilitatem publicam prætore contra.l. duodecim ta-
20 bularum disponebant, † ita potestates nostri temporis hodie utilitate publica suadente poterunt disponere aduersus statuta ciuitatum: allegantes dictum Barto.in.l.nauarcorum.C.de nauicul.lib. xj. Barto. enim ibi loquitur quando utilitatis publicæ ratio à statuentibus non fuit præuisa. patet ex uerbis suis ibi, & compertum fuit, quòd si ordo ille seruaretur, ciuitas remaneret sine Rectore. uult ergo id à principio non fuisse præuisum,nec consideratum. Stabit igitur firma improbatio Bulgar. Senen. quòd prætor in casibus prædictis contra.l. duodecim tabularum disponeret, non ex causa de nouo superuenienti, sed ex ratione naturali, & æquitate,quæ satis patebat tempore ipsius.l. duodecim tabularum. Potestates uerò nostri temporis in casu suprà posito disponerent ex causa à statuentibus non præuisa, sed de nouo superuenienti: ita æquiparatio prætorum & potestatum nostrorum non procedit.

Et prædictam opinionem Bulg. contra Bald. & sequaces firmat posteà etiam ipse Dec. in colum. penul. in additionibus nouis num. 23. Cuius fun-
21 damentum ultimo loco factum † de iuramento potestatum de seruandis statutis fuit Feli.in.d.c.j.col. xvj.in vij.limitatione.de constit.ubi propterea improbat Bald.hic, quòd potestates auctoritate propria non possint uenire contra statuta iurata ex causa, quia aliàs non esset petenda solutio à iuramento: quia nunquàm conceditur fine causa, ut ibi per eum.

Sed non est uerum, quòd dicto casu requiratur absolutio à iuramento, quia quum recedat à statuto iurato ex causa non cogitata,nec considerata,nõ incidit in periurium.l.fina.ff.qui satisda. cog.& facit ex potestate sibi per.l.concessa. d.l.si hominem, & in iuramento semper intelligitur excepta auctoritas legis, & superioris d.l.fina. ergo non requiritur aliqua absolutio,quia etiam talis casus non uidetur comprehensus in iuramento, per regulam d. l.si hominem,&.c.ij.in fine de renun. Quæ rationes cessant in casibus.de quibus hic per Dec.& Fel. loco prællegato.

Et quòd non requiratur aliqua absolutio,tenent Bald.in.l.& si seuerior,suprà de infam.Rimin.infrà in ult.colum.Corsi.in singu. in uerbo Iuramentum. Bal.in.l.clari.C.de fideicommiss. Aret.notanter in d.l.& si seuerior,in fine.& Dec.in.l.in ambiguis,in §.quotiens,de reg. iur.

Præterea quòd æquiparatio prædicta non sit bona,probatur: nam prætor admittebat emancipatos contra dispositionem.l.duodecim tabularum liberè,& alterius cõsensu non expectato.Sed potestates nostri tẽporis nõ possunt cõtra statuta auctoritate propria uenire,etiam ex causa non præuisa, uel de
22 nouo superuenienti.† quia, ut dicunt scriben. prælleg.non possunt potestates contra statuta, auctoritate propria uenire, ubi adest, qui legem potest soluere; uerùm ille consulendus est. l. Diuus, cum alijs prælleg. in ciuitatibus adsunt consilia populum repræsentantia, iuxta gloss. rubr. infrà quæ sit longa consuet. & populus statuti auctor. l. omnes popul.ff.de iust.& iure. ergo auctoritate propria non poterunt potestates contra statuta uenire, & disponere, ut faciebant prætores contra.l. duodecim

tabularum;sed exigere consensum alterius populi uidelicet,uel consilij ciuitatis populum repræsentantis.

Videtur tamen quòd non requiratur in casu prę dicto consensus populi, nec alterius.quia dictus casus non censetur inclusus in statuto, ut dictum est, ergo non agitur de tollendo statuto, uel de dispensando contra ipsum: ut sic requiratur superioris consensus ulterius.

Prætor habebat merum Imperium, Potestates non, ut infrà per Dec.in x.colum.translata enim iurisdictione in Cæsarem iuxta.l.primam. de constit. princip. dicimus,magistratus nostri temporis nullam habere iurisdictionem, nec potestatẽ, nisi quatenus reperitur eis concessum; ut plenè per Alex. in.l.prima.colum.prima.de offi. eius. Respõderi tamen potest huic motiuo, quòd immo etiam potestates ciuitatum habent omnes Imperium, ut uidemus, ideo &c. meliores ergo sunt rationes præcedentes.

Malè ergo uidentur dicere Bal. & præfati sequaces. quòd sicuti Prætores gratia supplendi ius ciuile, ius prætorium introduxerunt. d.l.ius autem ciuile, cum prællega. ita potestates nostri temporis proponunt aliquando banna, supplendo; ut quando faciunt edicta & proclamata, ne per ciuitatem, uel districtum audeat quis arma deferre, hoc.n. uidetur esse de iure communi dispositum.l.unica cum glo.C. ut armorum usus &c. ergo potestates non
23 faciunt id supplendo, sed exequendo id quod iuris est.†Nisi dicas, quicquid ibi scribat gloss. prædictam.l.unicam non loqui de delatione armorum, sed de bello non mouendo, nec indicendo inconsulto principe. de quo uide Præposit. & alios in tit. de pace ten.in.§.si quis rusticus.

Concludendo, quum plures sint differentiæ, quàm conuenientiæ inter prædictos magistratus, & maior esset auctoritas prætorum, quàm potestatum nostri temporis: æquiparatio, seu argumen-
24 tum à simili non procedit,† ut per Bald.in.l.prima. in secundo no.C.de iure emphy.& Dec.in.c.translato,in iij.col.i.lect.de cõstit.facit.l. cum quæritur. ff. de sta. hom. &c. quod in dubijs, cum ibi not.de consecr.eccl.uel alta.

Quia tamen in aliquibus conueniunt potestates nostri temporis cum prætoribus Roman. ut suprà per scribentes: Ideò rectè hodie dicti potestates
25 prætores nuncupantur. † eò maximè quòd prætor largo modo quilibet Iudex ordinarius dici potest. l.ubicunque.ff.de reg. iur. ubi per Alberi.& Dec.& conuenit etymologia uocabuli, quum dicatur prætor à præeundo, ut dixi in.l.ij.de orig. iur.

26 Sed instat ardua difficultas contra prædicta, † quomodo prætor potuerit corrigere. l. duodecim tabularum, ut dicitur in iuribus prællegatis, admittendo emancipatos,& cognatos, quum non haberet potestatem legis condendæ, ut hic per Bald. Paul. & Curt.colum.prima. Et probatur in.§. constat. institut. de iure naturali. ubi dicitur ius ciuile constare ex diuersis generibus,ex legibus,Senatusconsultis, plebiscitis, edictis prætorum. & consequenter edicta prætorum ponuntur tanquàm separata à legibus, ergo prætores non habebant potestatem faciendi legem,sed edicta. Idem & clarius probatur in d.§.quos autem.institit.eodem,ubi dicitur, quòd prætor non poterat facere hæredem, quia hæredes tantùm fiunt per legem, uel per prin-
27 cipales constitutiones, † ergo prætor non poterat legem facere, quicquid malè dicat Dec. hic in. x. col. loquens contra iura prælleg. & text. institit. de perpet. & temp. act.in principio.

Curt. dicit se nunquam uidisse realem solutionem, esseq; necesse fateri & dicere, quòd licèt non haberet auctoritatem, & potestatem legis condendæ, tamen durante suo magistratu habebat auctoritatem & potestatem mitigandi rigorem iuris ciuilis, prout æquum ei uidebatur; non per modum legis condendæ, sed per modum effectualis obseruãtię. per text.not.in.§.media.institut.de leg.agna. succ. & d. §.prætorum.institut. de iu. naturali. facit quod dici solet de statutis inualidis de iure, quæ si
28 seruentur de facto, perinde est † ac si de iure ualeant. gloss. in.§.primo.l.qui habebat.ff.de ma. tes. cum accumulatis per Decium in.l.prima. in princ. colum.iij.ff.quod quisque iuris.& Iaf. in.l.dedit,in §. si libertus.ff.de condi. ob cau.Et miror quòd taceat auctorem: fuit enim Bal. ut Rimin. hic in penult. col. refert.

Quæ consideratio mihi non placet. perinde .n. est,ac si diceret,quòd licèt prætores de iure id facere non possent, de facto tamen id faciebant: quorum potentia disposita per cos seruabatur. quæ solutio non est bona. Erantque propositi prætores ad faciendum de iure,non de facto. & in d.l. ius au rem ciuile, dicitur quòd ius introducunt,etiam corrigendo, non ergo de facto tantùm, prout etiam dicitur institit. eodem titulo. propterea uidetur dicendum, quòd condere seu facere legem, & corrigere legem sint penitus separata: ideo ex separatis malè inferatur.iuribus uulg.

Non est igitur mirum quòd posset legem corrigere suadente æquitate, & ex causa publicæ utilitatis lege permittente. Sed non posset legem condere.l.prohibente, ut dicitur in iuribus prælleg. Et ratio potest esse, quia P O P. R O M. eam potestatem legis condendæ sibi reseruauerat. dicto .§. constat. corrigendi uerò propter publicam utilita-
29 tem prætori permiserat. † Et si dicas, de natura legis est, quòd sit perpetua, & futuris negotijs formam det.l. leges, prima & secunda, suprà de legib. potestas uerò prætoris anno terminabatur, ut institit. de perpet. & temp.act.ideo nimirum si non poterat facere legem duraturam ultra tempus sui magistratus. Sed correctio in instanti perficitur,ideo nimirum si potius corrigere posset legem, quàm fa-
30 cere. faciunt quæ contra Odofred. † scribit Alex. in.l.fina.infrà eodem titu.quòd hodie in agnitione bon.possess. non admittitur contradictor; quia agnitio statim trahit secum effectum, nec superest, quòd per contradictorem possit impediri: ideo non admittitur contradictor.

Obstat text. in.§. sed uidendum.l. primæ. de succ. edict. ubi prætor annos tres liberis concedebat ad agnoscendum bon. possess. in bonis patris ex tribus capitibus, de quibus ibi, & erant tempora utilia, quæ sic multùm excedebant metam temporis

Universidad de Deusto
Biblioteca

poris præturæ. id quod adhuc clarius probatur, institut. de perpet. & tempo. act. ubi probatur, prætorē potuisse introducere ac introduxisse remedia, etiam perpetua. quamuis ergo prætor non posset legem perpetuam introducere, quia intra annum imperium eius finiebatur, remedia tamen duratura ultra annum introducebat: cur ergo non poterat hæredem facere, qui ultra annum adire posset? nisi dicas quod licèt remedia ultra annum duratura possint inducere, legem tamen perpetuam non, quum post annum remaneat priuatus.

Quòd solus Pop. Romanus legem (ut dixi) facie
31 bat, † alij diuersa iura constituebant, & introducebant. d.§. constat. immo dispositio principis post translationem Imperij uim legis habebat. ut dicitur in dicto §. constat, & in .l. prima de constitut. princip. & sic non erat lex, licèt esset loco legis. prout bon. possess. est loco hæredis, sed non est hæres. Senatus uerò legem facere poterat. l. non ambigitur .ff. de leg. Hodie autem princeps uendicauit sibi totam auctoritatem & potestatem, ut dicit tex. in. l. fi. C. de legib. quod soli Imperatori concessum fit. l. condere. Solus ergo populus tempore prætorum Roman. legem facere poterat: prætor autem & si legem non posset facere, ius tamen introducebat & constituebat. dicto §. constat. &. §. prætorum. & tradit Feneſtella in titulo de Prætore, ibi, penès hunc magistratum adeò omnis publici, priuatique iuris potestas fuit, ut illi ius condere, & uetera abrogare facultas esset: ideo nimirum si legem corrigebat, ius contrarium introducendo & statuendo.

32 Et licèt prætor † non habuerit potestatem legis condendæ per prius, iuribus prælleg. habebat tamen per posterius, secundum Paul. de Cast. hîc & in. l. si filius qui patri. ff. de uulg. cò quia edicta recipiebantur à Pop. Romano, & pro leg. seruabantur. & sequuntur communiter scribentes, ut per Alex. hîc in apostil. ad Bald. Rimin. in penult. colum. post Io. Fab. per eum relatum, per Ripam in. l. prima, in §. bonorum. colum. prima. ff. ad Trebel. post alios dicentes post Bar. in. l. prima. Quod quisque iuris. quòd post trãslationem Imperij per legem regiam factam, edicta prædicta non seruabantur pro lege. argumento. l. formam. C. de offic. præf. prætor. quia Pop. à quo prætorum dependebat auctoritas & potestas, rigorem & potestatem suam amiserat.

Et prædicta conclusio quòd prætor non haberet potestatem legis condendæ per prius, quicquid uelit hîc Dec. in decima colum. reprehendendo Paul. de Castr. est communiter recepta & uera. probaturque clarè in. §. constat. in. §. quos autem, alleg. & inductis suprà in uersicu. sed instat ardua, & in
33 alijs iuribus ibi citatis. † & alleg. per Dec. probant quòd prætor haberet potestatem iuris condendi, seu constituendi, non autem legis complendæ, quæ diuersa sunt, ut dixi. &. §. prætorum, alleg. per Dec. probat potius contrarium, quòd prætor non haberet potestatem legis condendæ, sed bene ius prætorium introduxit & constituebat: non habebat ergo prætor potestatem legis condendæ per prius, secuudum Paul. Alexan. & alios Modern. communiter, quicquid dixerint Dec.

Nec etiam bene sentiunt Paul. Alexan. & alij dicentes, quòd solùm talem potestatem haberent per posterius: id enim nusquã probatur, ergo &c. Item ius prætorium fuit receptum & approbatum, cum causa sua & qualitate, ideò remedia prætoria remanserunt annalia, ut prius. institut. de perpet. & temp. act. in principio, cum similibus, ut infrà dicetur. & ipsi prætores id ius honorarium introduxerunt, ergo ius suum non dependet ab approbatione iuris ciuilis. Nec uidetur uerum, quod dicunt Paul. Alexan. Io. Fab. Rimin. & sequaces, quòd ius à prætore introductum consequeretur ualiditatem & efficaciam ex approbatione iuris ciuilis, & sic per posterius: anteà uerò inefficax esset & inualidum: ut hîc per Dec. colum. x. & per alios Moder. Ferrarien. & moderniores Papien. probaturque clarè in d.§. prætorum. & institut. de bon. possess. in principio. Et de perpet. & temp. act. in principio, ibi, ex propria prætoris iurisdictione pendent. ergo non aliunde, & sic à iure ciuili non pendent. Nec uidetur etiam uerum facta translatione Imperij, prætoris potestatem cessasse, quum populi illa fuerit potius concessio, quàm translatio propriè. Ita quòd populus adhuc habebat pristinam potestatem, ut dixi in. l. ij. de orig. iur. quam posteà paulatim amisit, principibus omnia sibi uendicantibus.

Sed instat alia difficultas haud leuis. Quare prætor non faceret directò hæredem, ut directam introduxit actionem, ut patet in titu. de dolo. & in tit. quod met. causa. Et pariter directum transferebat dominium, ut per Bart. in. l. 2. ff. eodem. & in. l. ex asse, ubi etiam alij ad Trebell. & per Bulgar. Senen. ĩ. in sexta questione, colum. v. uersic. tertiò, ꝙ per agnitionem. Sed loco hæredi faciebat bonorum possessorem. d. §. quos autem. maximè, quum ius prætorium dicatur uiua uox iuris ciuilis. l. nam & ipsum. ff. de iust. & iur. militet regula. §. omnia. n. l. secunda. C. de uet. iu. enu. quæ omnia nostra facimus &c.

Paul. de Cast. hîc, et in d.l. si filius qui patri. col. fi. ex prædictis soluebat, dicens id esse, quia prætor non habebat potestatem legis condendæ per prius, sed per posterius. uolens cum solummodo hæredem directò facere posse, qui habet potestatem legis condendæ per prius. quam rationem sequuntur alij posteriores, ut hîc in x. col. Dec. ait. & alij moder. Papien. & Ferrar. Dec. in nouis addit. in. x. col. contra Pau. Castr. ait, quòd immo prætor habebat potestatem legis condendæ per prius, ut hîc per eum loquentem contra tex. in d.§. quos autem, ut in superioribus dixi.

Magis uidetur obstare quod dictum est de alijs remedijs directis, quæ introducebantur per prætorem, quare non est istud? Præterea, hoc satis certum est, quod prætor non poterat hæredem facere, sed tantum per habentes potestatem legis condendæ, uel similem constit. fiebant. Sed quæramus rationem: Christophorus Portius in d.§. quis autem, respondebat, istud esse propter formam à prætore datam decreti interponẽdi, uel præsentiæ Iudicis in agnitione bon. poss. adhibendę hodie. l. fi. ĩ. eo. ideò quum sit opus iudicis mysterio, non est mirum si ipso iure hæreditates fieri per prætorem nequeunt.

Quam solutionem reprobant hîc Dec. colum. x. Curt.

Curt. & Moder. Ferrar. & alij, quia d.§. quos autẽ. l. prætor. de reg. iur. & l. 2. ff. eo. fit. de bono. possess. tol lunt omnem potentiam, uolentia quòd nunquam præter facere posset directò hæredem; & sic, licèt uoluisset facere absque illa forma. Item illa uerba ipso iure, habent alium sensum quàm doct. credat, & quàm sit prædictus, ut infrà declarabo, ideo &c.

Alberi. de Rosa. dicebat rationem esse, quia prætor in cõtrarijs. ſ. alleg. introducebat directas actiones, directaq; iura transferebat, quia illis casibus nõ erat aliter prouisum & dispositum per legem ciuilem, non sic quando prætor uocabat emancipatos contra dispositionem iuris ciuilis. d.§. emancipati. Iura enim directa sunt adeò affixa ossibus nostris, ut inde auelli non possint. l. quis ergo casus. §. de pecul. l. & si sine. §. sed quod Papi. in fi. ff. de minor. institut. de hæred. qualit. & differentia. §. sed sui, cum. §. sequenti.

Hanc solutionem damnant hîc Dec. col. x. Curt. & Mod. Ferrar. 4. quia solùm locum habet in suis, qui inuiti hæredes efficiebantur, non in agnatis, qui non efficiebantur hæredes inuiti: & sic non esset generalis. Si igitur Prætor eodem tempore quo lex, & sic statim à morte defuncti detulisset ali cui successionem, deferreq; potuisset, ita citò & uelociter transtulisset iura directa sicuti lex; ergo cõsideratio Alberi. quòd id sit eò quia iura directa essent in alium iam translata, non est bona.

Decius hîc colum. x. & sequenti, & Curt. 2. dicunt, istud esse propter resistentiam iuris ciuilis. potestas enim prætoris per legem ciuilem in hac limitata fuit & restricta. d.§. quos autem. propterea ubi non esset resistentia iuris ciuilis, nec spes translationis iurium directorum in alterum, Prætor posset hæredem facere, & iura directa transferre. ut probat tex. d.§. quos autem. ibi, solus uocat. secus ergo quando non solus prætor uocat. Et fuit intellectus Bulgar. Senensis hîc in v. colum. 6. quæstionis principalis.

Quæ consideratio non satisfacit: quia quum prætor haberet potestatem corrigẽdi legem, eamq; tollendi, & contrariam dispositionem introducendi. d.§. emancipati, cum prælleg. ipse prætor non curabat de resistentia iuris ciuilis, ergo &c. Præterea præfati scribentes non reddunt, nec assignant rationem ad prædicta, sed solùm respond. id esse, quia per legem hoc prætori concessum non est. de hoc non est dubium. d. §. quos, cum suprà alleg. sed quærimus rationem cur hoc facere non possit, sicuti potest alia facere: & iura directa introducere.

Dicebam aliàs quòd regulariter remedia prætoria erant annalia, prout eorum officia. Institut. de perpet. & temp. act. l. in honorarijs. ff. de act. & obligat. ideò nimirum, si non poterat prætor directò hæredem facere. quia sic introduxisset remedium perpetuum, quum directus hæres perpetuò possit adire & aequirere. l. licet, cum sequenti. & glo. fuis infrà de iu. delib.

Sed nunc non satisfacit, quandoquidem prætor
35 introducere poterat remedia perpetua, † quando ius ciuile non resistebat. d.§. primo, institut. de perpet. & tempo. act. & d. l. in honorarijs, in principio & circa finem, ibi, anno finiet, quia contra ius ciuile datur. Et ibi Barto. & Ange. notant. Et tamen tex. in. d.§. quos autem. denegat indistinctè omnem potentiam faciendi directò hæredem, & quando uocatus à prætore, uocatus esset a iure ciuili, ut statim dicam.

Item quia Imperator in dicto §. quos autem, assignat aliam rationem: quia hæres solùm fit per legem uel similem constitutionem.

Dicere ergo & assignare rationem, cur istud sit, difficillimum est. tamen quando ius ciuile resistit uocando, puta, alium ad hæreditatem, dici posset rationem tunc esse, quia (ut dixi) perpetuus hæres est, & perpetuò potest adire. Sed hoc casu propter resistentiam iuris ciuilis Prætor non potest introducere remedia directa perpetua, ut dixi, ideo nimirum si non potest hæredem facere.

Maior est difficultas, quando ius ciuile non resisteret. Bulgarinus, Decius, & Curt. prælleg. dicunt hoc casu prætorem posse hæredem facere, & iura directa transferre. ponderãdo tex. in d. §. quos autem. in uerbo solus prætor, ut suprà etiam retulit: & sensit id Alber. de Rosa. ante eos.

Sed contrarium uidetur uerius per tex. d.§. quos autem, ibi, non potest. uerbum quod denegat oẽm potentiam. glo. in. c. j. de reg. iur. in sexto. omnes in. l. Gallus, i principio ubi latè Ias. colum. 4. de lib. & posthu. & sic Prætor nunquam potest hæredem facere, ut per Alex. post Fulgo. in. l. ex asse, colum. fi. ff. ad Trebel. probatur etiam in. l. 2. ff. de bono. poss. & in. l. prætor. ff. de reg. iur. quæ iura uolunt non in omni casu prætorem hæredem facere, sed possess. bonorum, qui loco hæredis habetur: ergo non est hæres, ut per glo. in. l. mercis, de uerb. signific.

36 Non obstat text. in d.§. quos autem, † in uerbo solus, ponderatus ut suprà per præfatos. nam habet alium sensum. uult. n. dicere, quòd si ad hæreditatem non solus prætor, sed etiam ius ciuile aliquem uocet, quòd talis ipso iure hæres fieri poterit, non beneficio prætoris, sed iuris ciuilis, quando constat de animo adeundi, ut per Barto. & Alexan. in. l. puberem, infrà de iure deliber. non est ergo prætor, qui fecit tunc illum hæredem, sed ius ciuile. Ita declarauí iam multis annis præteritis: & idem uolunt hic Moder. Ferrar. me in hac materia clarè citãtes. Et quòd iste intellectus tex. d.§. quos autem, sit uerus & genuinus, probo ex dictis ibi, immediatè in præcedentibus, quæ declarant sequentia. l. si seruus plurium .ff. de lega. j. immo magis instituunt in ea, quàm econtrà. l. quisquis, cum Bar. ff. de leg. iij. Ait enim ibi Imperator, sed & remota quoq; bon. possess. ad eos pertinet hæreditas iure ciuili. Et sic patet, quòd loquitur de uocato ad successionẽ de iure ciuili, & de iure prætorio: quia tanquàm uocatus à iure ciuili est hæres, tanquàm uocatus à prætore bono. possessor: oportet recurrere ad. l. non omnium .ff. de legib. satis est ergo, quòd lex noluit hoc prætori concedere, nimirum si non poterat facere.

Est etiam summè difficilis tex. dicti. §. quos au-
37 tem, † in illis uerbis, hæredes quidem ipso iure non fiunt. circa quæ uacillant hîc Dic. & Curt. colum. ij. & x.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed clarius loquendo,nõ uidetur quòd ille tex. posſit procedere,quum enim dicat,quos ſolus prætor ad hereditatem uocat,heredes quidem ipſo iure non fiunt, innuere uidetur aliud eſſe in uocatis ad hæreditatem de iure ciuili, quòd hæredes ipſo
38 iure fiant ac efficiantur. hoc aut eſt falſum, † quia uocatus à iure ciuili non fit hæres, niſi mediante aditione hereditatis,que facti eſt.l.gerit.l.pro here de.ff.de acquir. hæred.et.§. pe.inſtit.de hære. qualit.& differentia,& ſic non ipſo iure, ut uidetur dicere Imperator in d.§.quos autem.

Quemadmodum ergo bon. poſſeſſor non acquirit ſucceſſionem, niſi mediante conceſſione à prætore facta,ſeu bono.poſſ.decretalẽ.l.i.§.decretalis. ff.de ſucc.edicto.aut hodie agnitione ſimplici coram Iudice facta.l.fi.ℨ.eodem.ita nec hęres de iure ciuili acquirit ſucceſſionem abſque facto,non ipſo iure. Quomodo ergo poſſunt ſtare illa uerba ipſo iure.in.§.quos autem, quæ uidentur eo reſpectu conſtituere differentiam inter bono.poſſeſſorem, & hæredem: quod tamen nõ eſt uerum, ut.ſ.oſtendimus,dixi aliàs declarando illũ tex.quòd prędicta uerba ipſo quidem iure, intelligi debent, ideſt de ſubtilitate iuris, ſiue ſecundum ſubtilitatem iuris, iuxta tex.in.l.quod,cum glo.ff.de ſeruit.titu.generali.l.primã.C.de leg.&.C.de iud.l.placuit.inſtit.de perpet.& temp.act.§.i.ibi autem ipſo iure competunt, aut à prætore dantur.

Imperator ergo in d.§.quos autem,uoluit dicere quòd licèt uocati à iure ciuili,& prætorio, ut dictum eſt, efficiantur hæredes de iure ciuili,ac ſecundum iurs ſubtilitatem, ut in.§.præcedenti. illi tamen quos ſolus prætor ad hæreditatem uocat, ipſo quidem iure, ideſt ſecundum ſubtilitatem iuris, hæredes non fiunt; quia per prætorem id fieri nequit, ſed tantùm fit, per legem, uel ſimilem conſtitutionem. In effectu tamen hæredes fiunt, quia Prætor dat bon. poſſeſſ. & loco hæredum in omnibus habet.l.2.ff.eo.l. prætor. de reg. iur. Alex. in d.l.ex aſſe.colum.fina.ff.ad Trebel.Iſte eſt uerus,& nouus intellectus ad illum tex.

39 Iterum alia inſtat difficultas. † poſtquàm ius prætorium redactum eſt in corpus iuris ciuilis, ab eoque approbatum tanquàm uiua uox ſua. l. nam & ipſum.ff. de iuſt.& iur. Et omnia noſtra facimus, &c.l.2.§.omnia enim. de uet.iur. enu. quare à prætore admiſſi non efficiuntur hæredes de iure ciuili? Curt. hîc colum.2.ex mente Paul. de Caſtr. qui tamen hoc non uult, ſed tamen Rimin. in penul.colum. rationem eſſe aſſerunt: quia ius prætorium fuit in corpore iuris inſertum, & approbatum cum ſua originali qualitate, & primæua natura, cum qua fuit introductum: ideo &c. propterea remedia prætoria remanſerunt annalia. iuribus præallegatis.

Et pro ueritate ex quo prætor non faciebat directò hæredem,inſipidum uidetur mihi quærere,cur non fiant nunc poſt approbationem à iure ciuili factam: quum ius prætorium id non introduxerit,nec introducere potuerit: approbatumq; fuerit à prætore factum: & non entis nullæ ſint qualitates.l.pen.ff.ſi cer.pet.cum ſimilibus.

40 Scias etiam incidenter † aliud eſſe quid directò fieri, aliud quid fieri ipſo iure. Directò enim id dicitur fieri,ubi non expectatur manus, nec prouiſio alterius.§.fina. Inſtit. de codicill. & patet ex dictis ſcribentium in.l.Centurio. de uulg. & pupil. dum declarant quæ ſint uerba directa.ſed ipſo iure quid fieri dicitur, quando non requiritur miniſterium iudicis uel alterius, licèt requiratur factum partis, uel acceptatio.l.quarta,& quinta.cum glo.& Bart. ff.de compenſ. quidquid dixerint quidam moder. in ſuperioribus non conſtituentes differentiam inter prædicta.

Cur autem præfectus prætorio, qui maiorem habebat auctoritatem quam prætor, quum ab eius ſententia non appellaretur, & poſſet legem etiam generalem condere.l.formam.C.de offic.præt. prætorio, patetq; ex ordine titulorum.ff. uet. vbi ante titul.de offic.præto. ponitur titulus de offic. præfe. præto. qui erat Illuſtris per glo.ibi in rub.prætor uerò tantum ſpectabilis; & ſic de ordine inferiori, ut per glo.rub.prælleg.de offic. præto. & tamen non poſſet legem facere contrariam iuri communi, nec contra legem diſponere.d.l.formam. quod tamen faciebat prætor.

Curt.hîc in 2.colum. reſpon. ut per eum, uolens quòd immo poſſet id facere, ſed non per modum legis generalis,& malè,nec contra d.l.formam,quę uuls,quòd non poſſit introducere formam contra diſpoſitionem legis, etiam quòd illa forma eſſet generalis, multò minus ergo id poſſe fieri uult; ſi forma ſit ſpecialis, aut particularis: eſt enim eadem ratio uno caſu, quæ eſt alio. Item, quia inferior non ſoluit legem ſuperioris, ut ibi, & in c. cum inferior, de maio. & obed. & in l. ſi hominem.ff.mand.ergo eadem iuris diſpoſitio.

Dici poteſt quòd olim omnis iuriſdictio & poteſtas erat in Popu. Romano,& inde in magiſtratibus à Populo electis, catenus quatenus Populus uolebat, & diſponebat.l.2. per totam de origi. iur. Hodie omnis iuriſdictio,& poteſtas eſt in Principe per tranſlationem à Populo factam; & in magiſtratibus principis eatenus quatenus reperitur conceſſum. ut per Alexan.in.l.prima. colum.prima, de officio eius.

Sed populus eligebat prætorem cum ea poteſtate iuuandi, ſupplendi, & corrigendi, quæ ſibi facta erat, ut dictum eſt: ideo nimirum ſi poterat hoc facere. Sed præfectus prætorio eligatur à principe.l.i.ff.de offic.præfec.præt.& ſine tali poteſtate,vt diximus,ℨ quia princeps noluit per eum diſpoſita poſſe impugnari, aut infringi per inferiorem & eius creaturam & miniſtrum: ideo &c.

41 Ex prædictis† inferri poteſt ad quæſtionem Bar. in.l.2.ff.eo.& in.l.5.in prin.ff.de uerborum oblig. quòd diſpoſitiones & ſtatuta Ducum, Marchionum, Comitum,& epiſcoporum,dicũtur ius prętorium, non ciuile: quum ſit magiſtratus in locis ſibi commiſsis,ut erat prætor. propterea in ſucceſſione delata à diſpoſitionibus prædictis erit neceſſaria bonorum poſſeſsio. Et ita tenent etiam Bal. infrà in ultima colum. Rimin.pen.& fina. Alexan. Aret. Aquenſ. Iaſ. & alij in d.l. quinta,in principio, ubi Iaſ. enumerat plures alios effectus reſultãtes ex hoc,ℨ diſpoſitio ſit potiùs prætoria, quàm ciuilis.

In hoc

In hoc articulo Docto.ſunt multùm uarij & contrarij:ideo diligenter aduertendum.Bar.in.l.ſecunda,& quinta prælleg. in.§.fin.l.ij.ff.de uſucap.pro empt.& in.l.fina.de pœnis, tenuit ſtatuta prædicto rum eſſe ius prætorium, & neceſſariam eſſe bon. poſſeſſ. ſequuntur Bald. Rimin. Alexan. Aret. Iaſ.& Aquenſ. ſuprà allegati,ratione prædicta,aſſerentes communem.

Vult tamen ipſe Barto.in d.l.ſi. & in d. l.quinta. & in.l.prima,colum. prima.ff.quod quiſque iuris. quòd ſtatuta prædictorum ſint perpetua,quum habeant iuriſdictonem perpetuam. & probatur in c.
42 fina. de offic.leg. loquente in legato de latere, qui perpetuus erat, † uel ad beneplacitum principis, qui æquiparatur perpetuo. l. iuriſperitus, cum not.per Barto.ff.de exc.tuto. & tamen illius ſtatuta perpetua eſſe dicuntur.Idem uoluit Cyn.in d.l.prima,in quarta quæſtione.quod quiſque iur.& Alex. in apoſtill.ad Barto.in d.l.fina.dicentes,ℨ ſi magiſtratus aliquid faciat ſtatuendo, non dico per modum interlocutoriæ, quòd ſtatutum erit perpetuũ, ſicut diffinitiua ſententia cũ cauſæ cognitione probata,licèt talis officialis eſſet temporalis.d.c.fina.& l.geſta.C.de re iudicata.

Quæ quidem declaratio Cyn.& Alexan.non uidetur uera,nec poſſe ſtare,quòd ſtatuẽtes ſint temporales ſeu ad tempus, & ſtatuta eorum perpetua.
43 poteſtas enim ſtatuẽdi à iuriſdictione dependet.l. nulli.C.de ſentent.& interlo.omn.iud.l.prima, cũ gloſſ.ff.de iur.omn.iud.c.Eccleſia Sãctæ Marię. de conſtitut. Item prætorum edicta erant annalia, quia & eorum iuriſdictio anno finiebatur, ut dicit text.in.§.primo.inſtit.de perpet. & tempo.act.latè Barba. hîc in repetione fol. 14.colum.j.uerſic. Et adduco ulteriùs.

Non obſtat dictum cap.fina.quia loquitur in legato de latere,qui perpetuus erat, uel ad beneplacitum: & cenſebatur ac habebatur pro perpetuo, ut ſuprà dixi.

Et prædicta.l.geſta.loquitur de actis iudicij,quę non debent expirare mortuo uel exeunte Iudice,& ibi ideo ſententiæ prædictorum perpetuò durant,
44 uimq; obtinent, † aliàs nunquam eſſet finis litium. contra.l.properãdum.C.de iud.c. finem litibus,de dolo,& contu.cum uulg.quod eſſet contra publicã utilitatem,ut dicit tex.in d.l.geſta,ad finem.

Eluſoriaq; eſſent aliàs prætorum & aliorum Iudicum non perpetuorum iudicia. contra. l. ſi prætor.cum ſimil.ff.de iud. nimirum ergo ſi ſententiæ eorum & acta indicialiter facta perpetuam obtinent firmitatem.

Statuta ergo habentium perpetuam iuriſdictionem, ut ſunt Duces,Comites,Marchiones, & Epi-
45 ſcopi perpetua ſunt, † & procedunt à durante perpetuo,& generatio eſt ſimilium.Et natura uis quædam inſita eſt rebus,ex ſimilibus ſimilia procreans, ſecundum Philoſo. in primo de gener. & corrupt. & tex.in.c.ius naturale, prima diſtinct.

Remedia tamẽ annalia ſunt,quia prætoria ſunt, & à magiſtratibus condita & procedentia, ſecundum Bar. & præfatos.

Sed quomodo poſſunt iſta ſimul ſtare,quòd ſtatuta facta à prædictis perpetua ſint, non temporalia. d.c.fin.&.c.ij. de maiori.& obed.&.c.ut animarum,de conſtit.in ſexto.Et tamen ſint prętoria,qui prætores talem non habebant iuriſdictionem, & pariter ſint annalia, quæ ſolent deſcendere ab habentibus iuriſdictionem temporalem, non autem perpetuam: quia ex ſimilibus ſimilia (ut dixi) procreantur.

Ideo uidetur dicendum, quòd immo illorum ſtatuta non ſint prætoria,ſed ciuilia: & conſequenter non ſint neceſſaria in prouiſionibus.Quia licèt præfati ſint magiſtratus, ut erant prætores, ex quo tamen iure proprio,& per prius habent poteſtatem cõdendi legem perpetuam,ut dixi,plus iuris in hoc habent, quàm illi quorum imperium annale erat, ut prætorum, ſecundum ſcribentes in d. l. prima quod quiſq; iuris.

Et hanc opinionem tenent & ſequuntur Bald. in.l.receptitia.C.de conſtit.pecu. Ang. & Imol. in l. quinta prælleg.relati per Riminal.in ult.col.Mathæſil.in not. ſuo.189.

Barbat.hîc folio.14.& in dicto cap. fina. Ange. inſtit.de perpet.& temp.act.in principio, in prima colum.Bulgari.Senen.hîc colum.iij.Alber.Brun.in tract.excl.fœm.ſtant.agnat.art.xiij. quæſtio.xx.in principio.Dec.in.c.paſtoralis,colum.ij.de appella. Iaco.de Nigris in.l. prima.colum.ix.de offi.eius.& uidentur iſtam opinionem ſequi Dec. & Curt. in d.l.prima,in principio,quod quiſque iuris, col.iij. & iiij.Et iſta opinio uerior uidetur & tenenda,quũ prædicti habeant iuriſdictionem iure proprio & perpetuam, & ſic plus iuris,quàm prætores,qui eo iure non erant ſuffulti,nec pro talibus ſe gerebant: quàmuis ergo ſint etiam prædicti,magiſtratus,prætoribus tamen non poſſunt aſsimilari, nec ius eorum prætorium dici.

Siquis tamen duræ ceruicis tenere & ſequi uellet primam opinionem Bartol. & ſuprà alleg. ſciat eam limitari aliquibus modis, per quas limitationes eneruatur quaſi penitus ius prædictæ concluſionis.

Limitatur igitur primò, quando prædicti non recognoſcerent ſuperiorem de iure, uel de facto, quia æquiparãtur tunc ſupremo principi, & quod poteſt facitque Imperator in uniuerſo, poſſunt, &
46 faciunt ipſi in eorum dominio & terris. † §. prætereà.c.ſuper quibuſdam,de uerborum ſignific. cum alijs alleg.per Alex.Are.Iaſ.& alios ſ d.l. quinta in ultimis colum.Barb.in d.c.fina.Fel.in c.quæ in eccleſiarum.colum.xii.in tertio caſu.de conſt.Corn. hîc columna ſecunda.Bulg. tertia,& Rimin.ult. & Modernos Ferrarien.colum. iiij. & Curt.in tracta. ſeu.char.17.in ij.quæſtione principali,in ij.col.Et non habet dubium hæc limitatio,attenta perpetua, & effectuali obſeruantia. & id quod dixi,quòd licèt aliquid de iure non ſubſiſteret, ſi tamen ſeruetur de facto, perinde eſſe ac ſi de iure ualeret.iuxta glo.not.in.l. qui habebat.§.primo.in gloſſ.fin.ff.de manumiſ. teſt.cũ alijs,de quibus per Iaſ.alleg.ſ.in definitione quomodo Prætor poſsit legem duodecim tabularum corrigere, in uerſicu. Sed inſtat ardua.

Propterea multùm miror de eo,quod in ultima colum.hîc dixit Bald. de Duce Venetiarum Princi

pe Ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pe Excellentiſsimo,quum Domini Veneti de iure, & de facto liberi ſint, & à ſuperioritate Cæſaris exempti; ut plenè ſcribit Iaſ. in.l.cunctos populos, col.ij.ſ.de ſumma Trinitate. & habetur in apoſtil. ad Curt. loco prælegato, & alibi ſæpe.& id notorium eſt.

Secunda limitatio, niſi prædicti eſſent inueſtiti de Ducatu, Marchionatu, uel Comitatu; & haberent iuriſdictionem iure perpetuo & perpetuam. quia tunc plus iuris habent, quàm prætores, quibus nullo modo poſſiunt aſsimilari, diſpoſitio eorum non erit prætoria,ſed ciuilis per prædicta: quic quid dicant Alexan.& Aret. in d.l. quinta, in principio,ut ibi per Ang. & Imol. Pau. de Caſt. in conſ. ccxxvij. ſuper primo. colum. ij. in antiquis. Ange. Aret.inſtitut. de exhær.lib. in principio, in ultima colum.Iacobi.de Sancto Georgio in inueſt.feud.in uerbo Vicariusque perpetuus. Rimin.in colum. ſina. & Bulgarinus tertia.& Mod. Ferrar.colum.iiij. & ſequenti. Dec. in d.l.prima,in principio, in tertia colum. ubi etiam per alios modernio. ff. quod quiſque iuris.

47 Et tales infeudati ſiue inueſtiti † de iuriſdictione dictorum locorum dicuntur habere iura utilia. iuxta text.in.l. prima.§. qui in perpetuum, cum ibi not. per glo. & doct. ff.ſi ager uect. uel emphy.pet. Et quòd præferuntur directis in exercitio iuriſd.ita quòd pro prima cognitione dominus directus non debet nec poteſt de dictis cauſis uaſallorum inueſtitorum ſe modo aliquo impedire: Bald. legatis in l.prima.ff.de rerum diuiſ. in xliij. quæſt. Iacob. de S. Georgio ſuper dicto uerbo Vicarius. colum. ij. Curt.ſenio.in conſil.lxxiij.colum.xxx. Curt.in conſil.ij. Brun.conſi.xxxj.& Moder. Ferrar. hîc in princip.xvj.colum.

Non habent tamen prædicti inueſtiti & infeudati ſupremam poteſtatem,niſi in certis caſibus, de quibus per Feli. in c.quæ in eccleſiarum, in col. xij. de conſtitu. & Curt.in tract.feud.fol.xvij.& per Aquenſ. in Spec.feud.in titu. Qui feud. dare poſſ.

48 Ex prædictis etiam apparet † quòd bon. poſſeſſ. principaliter inuenta fuit propter emancipatos, & alios à iure ciuili contra æquitatem minimè cognitos.prælleg.ſ.emancipati,& inſtit. de bon.poſſeſſ. in princ.cum glo.

Nec obſtat.l. prima in fine. ff. quis ordo &c. qui dicit prædictam bon. poſſeſſ. dari tàm exiſtentibus in poteſtate, quàm emancipantis. Ex quo enim in principio dixerat Iuriſconſul.ad bon.poſſeſſ. inteſtati gradus uocari ſuos hæredes,uidebatur emancipatos non admitti, quod tex. in fine remouet; quia non tantùm in poteſtate exiſtentes uocari dicit,ſed etiam emãcipatos: propter quos autem bon. poſſeſſ. inuenta fuerit, ibi non dicitur, ſed clarè in alijs iuribus prælleg.

Abſolutis cuidentialibus uenio ad expeditionẽ tex.rubr.prout faciunt Dec. Curt.& alij Moder. Diuiditur in duas partes,in prima de perſonis admittendis, uel non admittendis ad bon. poſſeſſ. ſe tractaturum pollicetur. In ſecunda ibi, & infrà de tempore.

Iuuanda eſt ſuppletione Rubr. iſta, prout & ferè omnes aliæ in hunc modum,uidendum eſt, ſcilicet ut hîc per Barb.col.prima. & latiùs per Modern.de Ripa in rubr.ff.ad Trebel.

Iaſon tamen hîc in ſecunda colum. poſt Lauren. Vall. in Elegantijs dicit non debere in tex. rubr.no
49 ſtrę eſſe uerbum infrà, ſed intrà, † quia primum loco, ſecundum tempori adijcitur.l. emancipata.ĩ. eodem.l.ſcire in.§.j.ff.de excu.tut.& ſequitur Dec. in.iij.colum.

De quibus miror,quia in text. antiquo eſt infrà, non intrà.Et prædicta differentia inter intrà & infrà, confunditur in iure noſtro, ut patet hîc, & in d.l.ſcire,in.§.ſcire,&.§.ſufficit, uerbum infrà bis additum tempori, prout etiam facit Imperator in l. penult. infrà eodem. Et econtrariò dictio intrà, ſæpe loco adijcitur.d.l.ſcire.§.primo, & ſecũdo,ibi, intrà centeſimum milliarium, & tradit Alberic.de Roſa. in ſuo dictionario. Confunditur etiam apud Hiſtoricos,& Oratores prædictam differentiam nõ obſeruantes: ut per Calepin. in ſuo dictionario in uerbo infrà, & per alios.

De quibus quidem dictionibus infrà & intrà, plura ſcribunt Corſ.in repetitione.c.grandi. col.v. de ſuppl.negli.præla.lib.vj.& omnes doct.in.l. Gallus.in prin.ff.de lib.& poſthum.

50 Modò pro declaratione tex.præſentis rub.† duo ſe offerunt diſcutienda, quare potiùs affirmatiuè, quàm negatiuè concepta fuerint iſtius rubr.noſtrę uerba? Barb. qui mouit difficultatem, illam non reſoluit.Dec.hic in.iij.colum.in prioribus ſcriptis ſoluit, quòd uitualiter & in effectu non eſt uis, factumque hîc iſtud fuiſſe ſpeciali quadam ratione propter ſecundam partem rub. affirmatiuè conceptæ: ne ergo diuerſimodè conſtaret, concepta eſt affirmatiuè etiam in prima parte.

Sed nihil eſt, quia ſi prima pars negatiuè concipienda fuiſſet, pariter ſecunda pars potuiſſet negatiuè concipi, uel etiam affirmatiuè. hoc modo, & intrà quod tempus quis ad eam admitti poſsit nullo refragante. Dicendum ergo eſt, quòd in effectu non eſt differentia: iſtaq; eſſe iuris poſitiui in quibus ſufficit pro ratione uolũtates. & ideo uidemus quòd Imperator met inſtit.cod.tit.in eadem materia aliter concepit uerba rubr. quàm hîc fecerit.

Aduertendum tamen quòd Decius hîc meo iudicio toties ſcribendo, uacillando, ſibique contradicendo, ſe & alios multùm incoluit: parcat mihi Excellentia ſua, quia debebat omnibus reaſſumptis breuiter articulos reſoluere amputatis ſuperfluis.

51 Secundò elegantius quæro: † cur potius compilatores in rubr.dixerint, qui admitti, quàm qui petere, uel agnoſcere bon. poſſ. poſſunt?

Barb.hic colum.i.reſpondet ideo dixiſſe admitti potius, quàm petere, quia non ſufficit petere, aut agnoſcere bon poſſeſſ.niſi talis agnitio cum effectu per iudicem recipiatur.l.fina.ĩ. eodem.Sicut etiam olim admittebatur & decernebatur.ff.cod.l.j. &.ij. ibi bon.poſſeſſ.admiſſa.i.petita,& cum cauſæ cognitione conceſſa per prætorem,l. tertia .§. dari, &.§. penul.&.l.ſeruus, in principio, cum gloſſ. in uerbo admitti. illo eodem titu. de bon. poſſeſſ. facit illud Satyrici. Iam phas eſt, admitte uiros,dormitat adulter. admitte i deſt recipe. noluit enim prætor uocatum ad bon. poſſeſſ. à ſe ipſo illam accipere, ſed à prætore

prætore peti, & per eum decerni. iuribus prælleg. ut hic etiam per eundem Barb. col.x.ad finem.

Quæ ſolutio & conſideratio confunditur per text.in.l.pen.& fin. ĩ. co. & .§. fin.Inſti.de bo. poſ. quæ iura nolunt ſufficere hodie agnitionem ſimplicem apud quemuis iudicem factam eſſe, in qua ſimplici agnitione iudex nihil habet neceſſe facere, ut ibi traditur: ſufficit coram illo oſtendere uoluntatem agnoſcendi bono. poſſ. & conſequendi ſucceſsionem, ut etiam per Bart. in.§.ſi cauſa cognita. ff.eodem. Bald. in.l. prima, colum.viij.ĩ. hoc eod. tit.Rimin.& alios in.l.quàmdiu.ĩ. cod.titul. Ergo non eſt uerum quòd hodie requirantur bono. poſſ. agnitionem per iudicem recipi: ideò hic dici, qui admitti,non qui petere:quum non requiratur quod iudex recipiat illam, uel aliquid faciat.

Conſidera, ſi dici poteſt, quòd de iure digeſtorum, & C.neceſſaria erat decretalis, iuribus prælleg. ideò rubr.rectè concepta erat modo prædicto, habito reſpectu principaliter ad iura digeſtorum, & C. quæ loquuntur de edictali & decretali per prætorem concedenda, ut in omnibus legibus tit. noſtri uſque ad.l. pen. & fin. &.ff.cod. lege prima & tertia. in.§. dari, & in lege ſeruus. ſola enim lex fin. iſtius tituli noſtri loquitur de ſimplici agnitione, & eſt noua diſpoſitio non conſiderata. habenda eſt enim conſideratio ad maiorem partem.ll. tituli.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.pet.l. quæritur, de ſtat. hom.

Nec inconuenit nigrum eſſe generalius rubro, ut per Alexand. & alios in lege prima .ff. ſi certum petatur.

Et niſi eſſet ponere os in cælum dicerẽ, quòd melius feciſſent compilatores rubricare de bon. poſſ. ut actum extat in Pandectis & Inſtitutionibus, & omnia comprehenſa fuiſſent, edictalis, decretalis & iudicialis.

52 Admittuntur autem ad bono. poſſeſſ. † Municipes, curiæ, ſocietates & cætera corpora, ſiue actor eorum. lege tertia.§.à muncipibus.ff.eod.tàm paterfamil.quàm filiusfam.d.l.§. dari. tàm uenientes per ſe, quàm per alium.d.l.iij.in.§. acquirere. tàm liber quàm ſeruus, tàm maſculus quàm fœmina etiam pro alijs poſſunt bono. poſſ. petere.l. ſeruus, & lege penult.ff. eod. quando iudex certus eſt de eorum conditione. ut ibi & per Aret.in.§. fi. Inſti. eod. tit. Item petentes pro uentre furioſo & captiuo.l.non eſt ambigendum.ff. eod. l. Antiſtius,in fi. ff.de acqu. poſſ.

Et generaliter ad petendum bono. poſſeſſ. quilibet cenſetur habilis, qui non reperitur prohibitus; ut poſt Bald. tradunt hîc Barb. & Iaſ. in.i.col.

Repelluntur autem rei capitalis damnati. l. edicto. cum lege præcedenti.ff.eo. item impubes.d. l. ſeruus.§. primo. cum.l.infantis, & lege bonorum. ĩ.eodem. in quibus locis dicitur,quòd tutor pupillo & pater filio infanti poſſunt bonor. poſſ. petere. Item proximiores & coniuncti ſunt illi, quia admittuntur, alij repelluntur; ut hîc per Dec.in penult. colum. item repelluntur qui permiſerunt labi tempus à prætore præfixum: & ſic qui bono. poſſ. amiſerunt tranſacto tempore.l.prima & ſecunda, cum l. emancipata. & lege fin.ĩ.eo.tit.quæ not.ad declarationem totius mtaeriæ bono.poſſ.non declarantur enim per alios.

Ex prima parte iſtius rubr. noſtræ colligit hîc Barb. pulchram & utilem concluſionem, in omni iudicio quantumcunque ſummario requiri legiti-
53 mationem perſonarum. † Circa quam concluſionem Iaſ.Dec. & Curt. & alij moderni plura effundunt.

Concluſio eſt communiter à ſcribentibus approbata. per glo.in lege ſecunda in fine. ĩ.de edic.diui Adri.ubi Iaſ. & alij plura congerunt. & Barba. hîc col. prima. quia in primis de perſonis quærendum eſt.l.ſi quæramus. ff.de teſta.l.ii.de ſtat.homi. ideò nimirum ſi in primis in iudicio legitimanda ſit perſona à qua omnia reguntur. Nec obſt. l. fin.C. qui leg.perſon.per quam dicebat Bal.in conſi. lxxxiiij. lib. j. quòd filiusfam. in iudicio recuperandæ poſſeſſionis admitti debet ſine conſenſu patris, quia eſt caſus ſpecialis, ubi nõ exigitur talis legitimatio perſonæ. l. prima. ĩ. ſi per uim. prout in pluribus alijs. Quàm materiam legitimationis perſonarum in iudicio faciendæ, plenè examinant ſcribentes in d.l.ſecunda. Alexan. in.l.iudices.ſ. de iudic.& Hipoly.de Marſil. in.l. ſi quis ne quæſtio. per plures char.ff. de quæſt.

54 Aduertendum tamen eſt, † quòd d.l. ſi quæramus, ad hoc propoſitum per omnes citata, non loquitur de perſonis in iudicio contendentibus, ſed de perſona illius cuius teſtamentum proferebatur nolens bene circa ualiditatem inualiditatemq; teſtamenti primò quærendum eſſe de habilitate perſonæ teſtantis,poſtmodum de ſolemnitate actus & teſtamenti. & ſecundum Are. ibi eleganter probat quòd prima exceptio, quæ opponi debet, cùm agitur de ualiditate actus, debet eſſe exceptio perſonam impugnans, quamuis peremptoria ſit, ſed licèt lex illa non loquatur de perſona contendente in iudicio,probat tamen in dicto ſuo, dum uult opponendum eſſe in primis exceptiones impugnantes perſonas, ut ibi tradit Aret. ergo de perſonis primò agendum,easque in iudicio legitimandas eſſe, ut Doct.dicunt.

Iaſ. tamen hîc reprehendebat Barb. tum quia actus admiſsionis uel agnitionis bon. poſſ. non ex-
55 peditur in forma iudicij, † ſed extra ſolemnitatem iudiciariam: ut per glo.& Bart.in.§.ſi cauſa cognita.l.iij.ff.cod.& probatur.in.l. fin.ĩ.cod. ibi, apud quẽcunq; iudicem &c. quæ nõ dicit in iudicio, ſed apud iudicem. & ſic etiam extrà iudicium, ideò nimirum ſi non requiritur legitimatio perſonarum, prout in iudicio, ut per eum. tum quia rub.iſta ad propoſitum nihil facit ut per eum, quem ſequuntur Parpal. & alij Modern. Taurinenſ. & Curt. colum. tertia. Et iura primo alleg.per Iaſ.ſuerunt Alexand.in.l.fin.ff.de lib. & poſthum. quæ tamen non ignorauit Barb. de illis mentionem agẽs, ut inquit Deci.attribuens impugnationem Alexandro, qui nihil hîc dicit de hoc: fortè lectura Decij in penul. colum. eſt corrupta, ubi dicit Alexand.uoluit dicere Iaſo.

Et ſtudio contradicendi(ut puto) defendit Barba.ponderando uim relatiui,qui admitti &c. quod reſtringit.l.cunctos populos. cum not. C. de ſum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma Trin. ex quo datur intellige aliquos admitti ad iſtam bon. poſſ. aliquos non, ut per eum.

Item quòd uerba intelligi debent ſecundũ ſubiectam materiam. l. ii uno. ff. loca. cum alijs hic per eum alleg. Et conſequenter dicere uoluit Barb. q͡ licet ſeruus & filiusfam. qui in iudicio ſtare nequeunt, habeant legitimam perſonam in agnoſcenda bon. poſſ. ut dictum eſt, Imperator tamen dicendo hic Qui admitti &c. inimuauit & ſignificauit, non omnes admitti ad hunc actum, ſed idoneos & habentes legitimam perſonam. Et ſic uolens agnoſcere, debet probare ſe talem, qui poſſit agnoſcere. uoluit igitur dicere Barb. ſicut hic agnoſcens bonor. poſſeſſ. quæ abſque forma iudicij fieri poteſt, debet habere perſonam legitimam & idoneam in materia, ita in omni iudicio. &c.

Quæ intelligentia & declaratio non uidetur pro cedere, etiam ſecundum mentẽ Barb. ſubijcit enim ad fi. primæ colum. ex hac rubr. inferre quòd in dubio quilibet cenſetur habilis ad agnoſcendum, niſi prohibitus reperiatur. arg. l. primæ. de teſti. cũ alijs per eum alleg. uoluit igitur dicere Barb. ut præfati referunt, quòd uolens agnoſcere, debeat probare ſe eſſe talem, qui poſſet hoc facere. quum dicat in dubio præſumi quemlibet habilem & idoneum, prout etiam dicunt Bal. & Iaſ. ſ. in prima col. Præterea non ſequitur hic tractatus, eſt de his qui poſſunt bono. poſſ. petere uel agnoſcere, ergo ille qui petit, debet probare ſe eſſe talem, qui poſſit agnoſcere, quum habeat eius intentionem fundatam, ex quo quilibet ad hoc habilis præſumitur, ut dixi. Ergo iſta rubr. ad quæſtionem Barb. nihil facit, ut dicunt Iaſ. & alij moder.

Item ut per gl. & Bar. in d. §. ſi cauſa cognita, probatur in. l. fin. & infrà co. inducendo ut. ſ. feci. Ex ſe paratis ergo malè infertur, iuribus unlg. & ſequitur illam glo. etiam Are. in. §. fin. Inſti. co. Soc. tamẽ in tract. de citat. articulo. vij. uerſic. xlij. in. viij. arg. partis negatiuæ poſt plures alios ibi relatos reprobat illam gl. dum uolebat non requiri partis citationem: quando actus fit corã iudice uel per iudicem non in forma iudicij, ut ibi per eum.

56 Quicquid tamen ſit de text. iſtius rubr. † prædicta concluſio quòd in omni iudicio quantumcunque ſummario requiratur legitimatio perſonarum uera eſt, & probatur per multa de quibus in locis prælleg. Et licèt cauſa principalis ſit ſummaria, legitimatio & cognitio legitimationis perſonarum non erit ſummaria, ſed plenaria: ut hic per Iaſ. oppoſitum tenentem & malè in. d. l. ij. ut per Deci. in l. fin. C. de edic. diui Adr. col. xv. uerſic. item prædicta. uide etiam Felin. in cap. j. col. prima. de accuſat. & Alexan. in. l. licèt. colum. ij. ſ. de procur. uolentes legitimationem perſonarum eſſe faciendam in om
57 ni iudicio etiam parte non opponente. † Iaſ. tamen hic & in d. l. ij. contrarium uoluit & malè, quia intereſt iudicis ita fieri, ne acta reddantur nulla. cap. cauſam quæ, ubi Doct. not. de iudi. ideò in practica ſeruatur, quòd quando cauſa eſt ad ordinem ſuper aliquo articulo, uel ad ius. ſi iudex uideat non eſſe hinc inde legitimum interuentum, pronunciat cautè agendo, etiam partibus non petentibus iudicium eſſe legitimandum; reliqua in aliud tempus differendo.

Circa ſecundam partem rubr. ibi, & intrà quod
58 tempus. quærit Barb. neque impertinenter. † An ille qui agnouit bono. poſſ. teneatur probare ſe debito tempore agnouiſſe? & concludit quòd ſic: quum tempus ſit fundamentum intentionis ſuæ. Iaſ. hic in. ij. colum. examinans quæſtionem contrarium firmat, ut per eum. Dec. in penult. colum. ſequitur concluſionem Barb. per duo motiua, quæ licèt Dec. non referat, fuerunt Rimin. ita tenentis infrà eod. in. l. ſecunda, in ult. colum. Et eſt communis ac probabilis ſententia, quicquid dicat Iaſo. ut hic per Curt. colum. iij. Moderniores Papienſes, & Ferrarienſes reſpondentes argumentis Iaſ. quibus Decius non reſpondit. Nam quando tempus eſt
59 fundamentum intentionis alicuius, ab illo probandum eſt. Gl. fin. communiter approbata † in. l. eum actum. ff. de neg. geſt. & generaliter quis debet probare. id quod eſt fundamentum ſuæ intentionis. l. actor. C. de proba. & l. ei qui. ff. eodem tit. de prob. Et ultra ea quæ ad prædictam concluſionem & ad glo. d. l. eum actum accumulant hic Barb. & Iaſ. in ſecunda colum. & omnes alij prælleg. uidete Roma. in conſil. cxiij. &. cccliij. Paul. Caſtren. conſilio cccl xviij. in antiquis, Alexand. conſil. lxx. colum. ſecunda lib. primo. Barb. conſi. xxix. num. xxx. lib. primo. & conſil. xvij. lib. ſecundo. Soci. conſil. xcv. col. prima uolum. iij. Feli. in cap. auditis, col. penult. de reſcrip. & in cap. in præſentia, colum. v. ubi Deci. in x. not. de prob. ſcriben. in. l. ij. ſ. de pet. hære. Bart. & alios. in. l. non ſolùm. in. §. ſed ut probari. ff. de nou.
60 oper. nunc. Hinc eſt † quòd ille qui appellauit, debet probare non ſolùm appellaſſe, uerùm etiam legitimo tempore; & cõſequenter intrà decem dies appellaſſe. ut hic per Decium colum. penult. & alios moder. et ante per Rimin. ſ. l. ij. col. fin. j. cod. per tex. in c. Romana, in. §. ſi uerò, ubi Cano. notant de appel. in ſexto. & in c. ſignificarunt, ubi Aret. in quarto not. de teſti. plenè tradit Felin. in cap. quod ad conſultationem; colum. xv. in ſecũda concluſione de re iudi.

61 Sed in propoſito noſtro † tempus prædictum agnitionis legitimè factæ, eſt fundamentum intentionis bon. poſſeſſoris. quũ à prætore ſit præfixum tempus intra quod uocatus ad eam bono. poſſ. debet agnoſcere, ut infrà. l. ij. &. iij. &. l. prima. ff. de ſucceſſ. edic. Et bonorum rerumque poſſeſſores propter commodum poſſeſsionis habent intentionem fundatam, niſi actor probet intentionem ſuam. §. commodum. inſti. de interdic. cap. ex literis, de probat. & cap. ſi à ſede, de proba. in ſexto. ius enim metimur ex perſona agentis, non ex perſona poſſidentis. l. prima. ff. ſi pars hær. pet.

Pro qua quidem communi ſententia & opinione ad particularia & indiuidua deſcendendo, ſunt in terminis text. in. l. fina. j. cod. & alius clarior in §. fina. inſtit. eodem titulo, ibi, intra ſtatuta tempora oſtenderit.

Non obſt. fundamentum Iaſ. quòd aduerſarius excipiens de tempore, teneatur illud tanquàm fundamentum ſuum probare. quia clarius reſpondendo quàm faciãt præfati, dico q͡ etiam ſi non excipe-
ret agens, non obtineret, niſi probato tempore, & fundamento ſuæ intentionis. l. qui recuſare. ſ. de edend. Idem ſi excipiat: quia quod excipit non eſt fundamentum ſuæ exceptionis, ſed fundamentum intentionis partis pro obtinenda uictoria: ideò nimirum ſi probatio incumbit parti, non ſibi.

Limitatur prædicta concluſio pluribus modis;
62 † & primò, ut non procedat quando ille qui bon. poſſeſſ. agnouit, res & bona hæreditaria teneret & poſſideret propter commodum poſſeſsionis, quod eum releuat ab onere probandi. §. commodum, inſtit. de interdic. ut hic per Iaſ. colum. ij. & Deci. penult. Quę limitatio non congruit concluſioni, quæ intelligitur, quando talis bono. poſſ. agit contra detentores bonorum, non autem quando ipſe poſſidet. tunc enim commodum poſſeſsionis ſibi prodeſt: quia actore non probante intentionem ſuam, ipſe abſoluitur, ut. ſ. dixi.

Eapropter ſi agens poſſeſſoria hæreditatis petitione contra detentores rerum & bonorum ac alios bonorum poſſeſſores, probaſſet agnitionem bon. poſſ. factam intra tempora legitima, tunc ſi prędicti poſſeſſores bonorum uellent ſe defendere eodem iure & beneficio prætoris, dicentes fortè bona ſibi ſpectare utì proximioribus, & agnouiſſe bon. poſſeſsionem quamuis poſsiderent, tenerentur probare agnitionem factam fuiſſe intra legitima tempora, quia hoc eſſet fundamentum ſuæ exceptionis; ergo probandum, ut ſuprà diximus.

63 Nec obſtat tunc † regula. §. commodum, cũ alijs prælleg. loquitur enim & procedit, quando non apparet de diſparitate tituli uel de prælallentia iuris rei contentioſæ. nã tunc prævalet ac uincit poſſidens, quum plus iuris habeat quàm aduerſarius, uidelicèt poſſeſsionem & eius commodũ. ſed ubi actor probaſſet ſe eſſe de illis, qui ad bon. poſſ. admitti debent, & illam agnouiſſe intra legitima tempora, & ſic iuſtificaſſet intentionem ſuam, iura partium nõ eſſent paria, nec militaret regula d. §. commodum. ideò conuentus uolens tunc agentem repellere, teneretur probare ſe potiora iura habere. l. fin. C. de edic. diui Adria. & conſequenter agnitionem per eum ut proximiorem factam, fuiſſe legitimè factam, & intra tempora legitima, ad hoc ut oſtenderet ſe habere potiora iura, quàm actor, aliàs actore melius probante intentionem ſuam, ſuccumberet. d. l. qui accuſare, à contrario ſenſu: tradit Alex. in conſil. clxxxix. lib. ij.

Secunda limitatio Barb. Iaſ. & aliorũ eſt, quando
64 † interueniſſet decretũ iudicis, & pars fuiſſet citata uel præſens, omnia præſumerentur ſolemnia per decretum. ut per eos & per omnes. in. l. ſciendum de uerbor. obligat. & latè Brunum in tract. de forma. in tit. ſeu rubr. de probat. & præſumpt. ſolen. & form.

Si tamẽ pars uellet probare agnitionem factam extra tempora ab edicto præfixa, & ſic tempore incongruo, non obſtante decreto citata parte interpoſito, audiretur: quia licèt pro illo ſit præſump-
65 tio, poteſt tamen contrarium probari, † ut per Aquenſ. in. d. l. ſciendum. col. fina. ceditque ueritati opinio, & probationi præſumptio. argum. l. Diuus ff. de in integ. reſtit.

66 Tertiò limitatur, † quãdo agnitio fuiſſet iamdiu facta: quia propter diuturnitatem temporis præſumitur legitimè facta: & ſic tempore debito, ſecundum prędictos. arg. l. ſi filius. C. de petit. hæred. cum alijs per eos alleg.

Quæ limitatio non uidetur uera: quia diſpoſitio d. l. ſi filius, non procedit, ubi tractatur de magno
67 præiudicio, † ut in propoſito noſtro. ut per eundem Iaſ. in. l. j. col. vj. in. iiij. limitatione. j. co. & Balb. in tract. præſcrip. in prima parte tertiæ partis principalis fol. penul. & ult. Alex. conſil. xij. lib. iiij. omnes ſcriben. in. l. nullo. C. de rei uend. per illum tex.

68 Quartò limitatur † in bonorum poſſeſsione ex teſtamento delata, quo caſu præſumitur ignorantia delatę bono. poſſ. etiam quòd eſſet coniunctus, qui ſcientiam & cognitionem non præſumitur habere teſtamenti conditi per coniũctum, quod momento expeditur. l. quoniam ſororem, ubi Bald. & alij notant. j. de iur. deliberan. tunc enim probans ſe agnouiſſe bono. poſſ. habet intentionem fundatam, quòd tempore debito agnouerit: quia præſumitur ignoraſſe delatam fuiſſe ſibi antea bon. poſſ. & tempus agnoſcendi non currit ignoranti. l. ij. j. co. Ideò allegatus hunc bon. poſſ. non agnouiſſe in tempore, tenetur probare, quum pars habeat intentionem fundatam pro ſe. & ita tenent Alexan. Rimin. & alij in. l. ij. j. eod.

69 Quinta limitatio ſecundum aliquos eſt, † ut concluſio procedat, quãdo pars opponeret, aliàs ſecus. per regulam de qua latè per Iaſ. & alios in. l. uniuerſa. C. de precibus Imper. offe. quæ oppoſitio aptiùs ſit negatiuè, quàm affirmatiuè, uidelicèt non agnouiſti bon. poſſ. debito tempore. non autem dicendo & opponẽdo, agnouiſti poſt tempora legitima, quia non ſequitur de neceſsitate, ergo non agnouiſti tempore congruo. quum id etiam eo tempore fieri potuerit per ea, quæ de oppoſitione facienda contra appellantem dicunt Bald. in aucten. hodie, colum. prima de appell. Felin. in cap. quod ad conſul. colum. pen. in. vij. concluſione, de re iudicata, & Cæpol. in cau. lix.

Et tamen quomodocunque fuerit oppoſitum, ſufficere uidetur, quum aduerſarius habeat probare actum factum intra tempus legitimum, tãquam fundamentum intentionis ſuæ, ut pulchrè per Franchum in c. Romana. in. §. ſi uerò de appell. in ſexto.
70 per illum tex. & Dec. in c. quum in Eccleſia, de appel. propter quod dicendum uidetur, † quòd niſi in agnitione ſe fundans probet ſe agnouiſſe intra tempus debitum, licèt pars nihil opponat, non debeat obtinere, quũ deficiat in ſalutari ſuo, nec probet incumbentia. ſi enim non conſtet agnitionem factam in tempore debito, non dicetur apparere de legitima agnitione: quomodo ergo poſſet illi immittens obtinere? Ideò prædicta limitatio non procedet.

71 Ad dicta Iaſ. & Doct. in d. l. uniuerſa, † quòd ubicunque lex prouidet de remedio, intelligitur, ſi pars petat uel opponat. adde Fel. plenè in c. ſin autem. col. iij. & iiij. de reſcr. & in c. quoniam frequenter, in princip. in. iij. col. & ſequentibus ut lite non conteſt. Et loquuntur præfati in iudice, qui tenetur aliquid facere ad utilitatem partis, & intelligitur ſi fuerit requiſitus. Et idem eſt in parte, quę ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

utilitatem alterius partis aliquid facere tenetur,ut in prædictis locis habetur.

Sed quando fundamentum intentionis in aliquo faciendo consistit,ut in proposito nostro, si in eo deficit,in fundamento suæ intentionis deficit,& incumbentibus sibi,ideò non potest obtinere.

72 Sexto limita communem conclusionem † in coniunctis & uicinis in quibus præsumitur scientia mortis defuncti.l.octaui. ff. unde cog. l. Titius. §. primo.cum ibi not. per scriben. ff. de liber. & posthum. & sic quibus tempus istud licèt utile & scienti tantùm currens.l.ij.ff.quis ordo.l.ii.infrà eodem propter præsumptionem scientiæ mortis defuncti currit,ideò tenentur probare se agnouisse intra debita tempora: secus in extraneis: & etiam successor ex testamento. ut per Rimin. in.d.l.secunda in fine infrà eodem,per Alexand. Deci.& alios in d.le ge secunda.

Gloss. rubr. diuiditur in quinque partes ut hic per Iaso.in princip.gl.ibi,occasione, uerbum istud causam remotam importat,ut hic per Barb.colum. vij.Corn.& Rimin. prima,Ias.& Deci. etiam iij. & plenius Felin.in cap.solitæ.colum. prima de maio. & obedien.& Abb.in cap.primo. per illum text. ut eccle.benefi.

73 Circa continuationem, † Bartol.& communiter Doct. ut dicunt hîc Rimin. & Deci. transeunt cum ipsa continuatione glo.cuius intentionem & mentem decrarat ipse Deci.in quarta col. contra quam multa dici possent. In primis,quia continuatio fieri debet ad proxima.uulgata.l.ij.ff.de stat. hom. dixi in rub. de reg. iur. hîc fieret ad remota, ut patet ad oculum, ergo &c. Item fieri debet ad id quod principaliter tractatum fuit in titulo,nũ ad id quod incidenter.argum.l.nauis onustæ. ff. ad leg. Rhod. de iac.l.si quis nec causam,si certum petatur.hîc fieret ad id quod incidenter dicitur in.l.j.§. de bon.liber.ergo malè,ut hîc per Cato. Saccum & Lanc. Deci. quos D. Philip. refert. Ideò Curt.col.quarta dicit q͡p continuatio glo. est debilis. Sed ad primum responderi potest, ut hic per Cor. & Rimin. col. j. & Dec.iii.quòd toleratur ad remota, quando tituli intermedij faciunt ad materiam,ut per cos.& dixi in rubr.prælleg. de reg. iur.

Ad secundum Dec. respond.ut per eum referendo sermonem gl.ad sequentia,non ad præcedentia, ut hîc per eum colum.iiij.

Quæ consideratio non placèt, tum quia non esset continuare rubricam ad præcedentia,ut fieri debet, sed subordinare ad sequentia, tum etiam quia non habuisset respectum ad titulum immediatè sequentem, quum inter hûc titulum & illum de bono. poss.contra tab.ad quem secundum Deci.gloss. habuit respectum sunt tres alij intermedij, ideò nó est dicendum mentem glo.fuisse illam, quam Decius explicat, sed potius illam quam tradunt communiter Doct.continuantes ad præcedentia. Ideò ipse Deci. hîc in additione in ulti. colum. sequitur continuationem glo. huic motiuo respondens non inconuenire fieri continuationem ad dicta inciden ter suprà,ut hîc per eum: & prius hic per Rimin. in prima colum.

Rimin. temen omissa continuatione gloss.aliam considerationem habuit, ut per eum. non placèt, quia non probatur lege, ergo &c.l.illam.C.de collat.Rursus, si Imperator id in Codice facere uoluisset, expressisset, prout in compositione Pandectarum in dicta lege secunda. Item, quia distinctio illa sit per libros partiales & in qualibet parte incipit liber. quod non fieret nec seruaretur inC. secundum diuisionem Rimin. hîc enim non incipit liber, ut patet. Et sic Imperator non procederet ad similitudinem compositionis & ordinationis Pandectarum.

Non est ergo recedendum à continuatione glo. & communi. fit enim continuatio prout res patitur, ut dicit text.in.d.l.ii.de stat. homin. sed res hîc non patitur aliter fieri continuationem, quàm ea quæ in superioribus incidenter dicta fuerunt: ergo toleratur eo modo facta.

Vel aliter continuo sic: uisum est in præcedentibus de quibusdam personis, quibus prætor consulit in successione aliorum, ut patronis in bonis libertorum, nisi fuerint restituti natalibus, & ius ante consecuti: ideò congruente ordine subiicit hunc titulum de bonorum possessione, per quas prætor prouidet alijs personis, ut per discursum uidebimus. & quia ista sunt modici momenti, non est ultra insistendum.

Quædam alia contra ordinem à compilatoribus obseruatum in rubricando situq̃ rubr. uidentur obstare, quæ resoluenda sunt pro intelligentia materiæ per iuuenes habenda.

In primis uidetur malè hîc cõceptam rubricam inchoando à personis hunc tractatum & materiam
74 bono. possess. † potius enim a re de qua intendebat tractare uidebatur id fieri debuisse, prout egit Instit. eod.& iurisconsul. in Pandectis. Barb. hic colum.viij.&.ix.& Rimin. ij. respon. ut per eos. Vel aliter,quòd ita tractat de re & materia.bonor. possess.sicuti de personis. sed ut suprà dixi, hæc sunt multùm arbitraria & ad placitum, ut patet ex hac rub.& ex instit.de bon.poss.

Item in Pandectis iurisconsultus titulum & rubricam de accus. à re concepit, & tamen Imperator in C. à personis, ibi, qui accus. poss. &c. non est ergo in hoc magna uis, & hic dici potest speciali quadam ratione à personis inchoasse rubr. quia ab illis inchoaturus erat tractatum, ut patet ex lege prima & secunda cum sequenti infrà eodẽm. Sed in instit. Imperator erat tractatum suum incœpturus à re, ut patet ex principio titul.ius bono. possess. introductum est, &c. Ideò nimirum si uerba rubr. concepit in rem, hocque uoluit etiam Rimin. hîc in secunda colum.licèt ita clarè rem nó demonstret.

Secundò rubr. nostra uidetur hîc malè posita & situata.quia primò de simplicibus tractandum est, posteà de communibus. l. quinta. ff. de uerborum obligationibus, & docet Imperator suprà communia utr. iud.& infrà communia de leg.ergo ista rubr.tanquàm communis ad sequentes erat postponenda.

Rim.col.ij.Cur. iij.respon.q͡p imo iste titulus generalis est ad sequentes. & quum omnis cognitio & bona doctrina incipiat à generalibus & uniuersalioribus

salioribus.l.j.cum ibi not.ff. si cert.pet.dixi in rub. ff.de regul. iur. rectè hic titulus tanquàm generalis præmittus fuit.& miror, quòd non allegauerint gl. in principio quæ hoc dicit,& sequitur Dec. in. iiij. colum.

Tertiò uidebatur quòd ista successio prætoria, de qua hîc est tractaturus Imprator.debuisset fieri, & inchoari à libro partiali præsentis materiæ,ut fecit Iurisco͡s.in.ff.& alibi legislator.Cor.hîc col.iiij. respond. ut per eum & malè. reprehendit enim legislatorem, cui debetur reuerentia tanquàm loco sacro, ut statim dicam. Ideò respond.quòd si de qualibet diuersa materia fieri debuisset partialis liber,infiniti propè essent libri in iure nostro: ideò sufficit quòd siant titu. & aptè coniungantur dicta l.ij.ff.de stat.ho.nec in instit.Imperator librũ fecit, sed titulum,licèt Iurisconsul. in Pandectis incœperit à libro, & rectè omnes diuersis respectibus, ut hic per Rimin.in.ij.col.

Quartò ab antiquioribus est inchoandum seu ea proponenda.l. j. ff. de albo scrib. §. singulorum. institut. de rerum diuis. sed successio ciuilis prius est, & antiquior est prætoria, ut patet ex.l.ij.de origin.iuris. Item prætoria introducta ad instar successionis ciuilis. l. prima. ff. de contratab. exemplum autem debet præcedere exemplatum. l.in testamento,la prima. ff. de condi. & demonstration. ergo &c.

Omissis quibusdam leuibus responsis quorundam moderniorum respon.ut etiam hîc dixit Curt. colum.iiij. quòd ista sunt iuris positiui, & diuersis respectibus (ut dixi) consideratis situantur hæ rub. ut latiùs probaui in rubr. ff. de regul. iur. ubi probaui, quòd in situatione Titulorum & Rubricarum non fuit habita consideratio ad dignitatem nec ad antiquitatem, sed ad ordinandum aptè & concatenatè materias.l.ij.ff.de stat.hom.

Et ad id quod dicebatur de exemplari, quod debet præcedere exemplatum. dicta.l. in testamento.
75 † dic quòd intelligitur, ut debeat prius esse, aliàs non posset fieri aliquid ad eius exemplum: quum non entis nullæ sint qualitates. l. penult.si cert.pe. ita intelligitur dicta.l.in testamento.

Sed exemplari & exemplato existentibus in esse non est inconueniens in ordinatione & processu primò poni exemplatum aliquo speciali respectu, ut hîc & in tit. de iud.& de arbit.quę institutа sunt ad instar iudiciorum, & non præponuntur in ordine compositionis.

76 Vltima quæstio † quare in omnibus gymnasijs Italiæ hoc anno Doct.incipiant eorum lecturas ab ista rubrica omissis alijs rubr. præcedentibus? uidebatur melius fuisset facere principium ab initio libri.argumento tex.in.l.argentarius,in.§.edi.ff.de edendo. &. l. cum in diuersis.ff. de relig. & sumpt. fun.& l.j.ff.de orig. iur.

Curt.hîc colum. iiij.ponit unam solutionem nõ
77 recipiendam, quia reprehendit legislatorem, † cui debetur reuerentia tanquàm loco sacro: quum. ll. sint diuinitus per ora hominum promulgata. l. fin. C.de præscr.long. temp. ubi glo. not. Ias. latè in.l. nemo potest, in.ij. lect.colum.xviij.de lega.primo. Felin.in.c.j. colum. xiiij. vbi Dec.septima. in prima lect. de constitut. Ideò dic hanc esse materiam subtilem & difficilem, ideò Docto. hodiernis temporibus rectè initium fecere ab ista solemni rubr. omissis præcedentibus facilibus,quæ possunt intelligi studio camerario. publicò enim solùm difficilia in Cathedra legenda sunt: quibus declaratis cætera patebunt. facit text.institut. de iust.& iure.ibi, diligentissima, atque exactissima interpretatione
78 singula tradantur. Et hoc præstat uobis † opt.& not. argumentum, ut quæratis in scholis intelligere difficilia & abstrusa: nam facilia per uos semper intelligetis.

Circa tertiam partem glo. ibi, bon..poss. est ius
79 &c.Circa hanc partem glo. † & diffinitionem bon. poss. quòd sit ius persequendi, retinendiq̃ patrimonij siue rei, quæ cuiusque cùm is moritur, fuerit. ut tradit Vlp. in.§.bonorum.l.iij.ff. eodem. Doctores (ut dixit Barb.) faciunt multos rumores. Articulus est difficilis & de apicibus iuris; & qui solet hîc principaliter tractari & examinari. Et rectè quidem, quum à diffinitione sit inchoandum. iuribus uulgatis, modicæ tamen est utilitatis secundum Alex. hîc.

Hæc diffinitio gl. immo Vlpia. conuertitur cum diffinito ponens substantiam rei diffinitæ: constat ex genere & differentia,ergo bona.iurib.uulg. Genus ibi,ius.& instit. de obl. & de act. in prin. & declarat Ias.in.l.j.in prin.in v. col.in diffinitione possessionis.ff.de acq.poss. Differentiæ ibi,persequendi, & ibi retinendi, & ibi patrimonij, & ibi quum is moritur. ut etiam colligi potest ex gl.ex loco præalleg. instit.de act. in princ.

Contra hanc diffinitionem plura obstant. In primis uidetur bon. poss.non esse ius prosequendi, & sic instrumentum agendi, nec actionem: quia bon. possess. ad patrimonium hæreditatemq̃ defuncti agit possessoria hæreditatis petitione, quemadmodum hæres de iure ciuili agit petitione hæreditatis ad successionem defuncti.l.j.&.ij.de poss. hær. pet. ius ergo persequendi & consequendi patrimonium defuncti, est poss.hæreditatis petitio, per quam bono. possessor ex beneficio prætoris tantùm consequitur ex bonis hæreditarijs, quantùm hæres de iure ciuili per pet.hered.l.ij.ff.de poss.hæred.pet.ergo
80 est aliud à bon.poss.de qua in tit.nostro. Glo. hîc fatetur, † quòd non sit ius quo prosequimur, sed propter quod: quia agnita bon. poss. persequimur posteà pp eam bona hæreditatis per poss.hær.per.de qua.§.Et per consequens bon. poss. est instrumentum pp quod persequimur patrimonium. Instrumentum autem quo seu per quod, est poss.hęr.pet. quẽadmodũ de iure ciuili.Instrumẽtũ pp quod,est hæreditas seu successio iuris defuncti. Instrumentum per quod est pet. hære. & actio illa.

Et similiter in actione & oblig.actio est ius,quo psequimur, quod nobis debetur. obligatio est ius propter quod persequimur. ut dicit glo. instit. de act.in princ.in uerbo ius.

Et sic poss.hæred.pet. est ius immediatum persequendi in iudicio patrimonium defuncti per hanc prætoriam actionem.idque denotat dictio quo.

Bonorũ uerò poss. de qua hîc est ius mediatũ.i. causa prima & remota cõsequẽdi ipsũ patrimoniũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hoc denotant uerba illa propter quod. l. ex eo. §. fin. cum not. ibi per Bart. ff. de pecul. ut hic per Rimin. col. iij. & Dec.

Et cum hac declaratione & interpretatione glo. transeũt Bart. & alij in. l. j. ĩ. eodem & communiter scribentes hic, ut attestatur Alexan. col. j. Rimin. 3. Ias. 4. Dec. 5. Bulgar. Senen. in prima quæst. Cur. 4. & alii moderni.

Quæ quidem interpretatio propter quod &c. uidetur extranea, & confundi per tex. instit. de oblig. in princ. & de actio. in princ. dum dicitur quòd est ius prosequendi, intelligitur enim & exponitur per scribentes quo persequimur, non autem propter quod. confunditur etiam per hunc tex. in uerbo retinendi.

Iccircò Bart. met. in. d. §. bonorum, tenet dictam diffinitionem iurisc̃ōsulti ibi, & uerba sua esse propriè intelligenda, quòd est ius, scilicet quo, nō propter quod persequendi, uidelicet, ut confirmetur à iudice, uel hodie ut agnoscatur coram eo: ut ibi per eum. Quam opinionem tanquam planiorem & ueriorem sequuntur hic Rimin. & Dec. col. iij. iiij. & v. & Moder. Mediol. lib. iiij. Parad. c. j. licèt de prædictis non faciant mentionem.

Disputando, utraq; opinio de facili defendi potest. Sed ut dicit hic Alex. in princ. disputatio ista est modicæ utilitatis, quum uideatur quæstio uerbalis de qua non curat iurisconsultus: quum lex imponatur non uerbis, sed rebus.

Erit igitur bonor. poss. id est ius istud à prætore inuentum, causatum, & introductum. iuxta text. in lege tertia in princ. ff. co. & instit. de bono possess. in principio ius persequendi retinendiq; patrimonij siue rei defuncti, id est quo mediante persequitur quis patrimonium & rem, id est successionem defuncti: quia petendo à iudice bonor. possess. uel hodie eam apud iudicem agnoscendo quis patrimonium & rem, quæ defuncti fuit, id est successionem persequitur, & acquirit. res enim hîc & patrimonium idem important. l. cogi. cum præceden. ff. ad Trebel. Bonorum ergo possessio olim petita, & concessa, uel hodie agnita, commoda & incommoda tribuit hæreditaria. hæc enim cõiuncta sunt, prout dicit iurisconsul. in lege prima. ff. co. nam bonorum possessor, subiungit in lege secunda quæ sequitur, in omnibus uice hæredis est, in qua transferuntur commoda & incommoda hæreditaria. lege tertia in principio eodem titul. bona enim subdit ibi iurisconsultus in ipsa lege tertia in hoc loco non accipiuntur pro commodo & deducto ære alieno, sed pro successione quæ continet commoda & onera: & est magis iuris, quàm corporis. His hîc præmissis iurisconsul. descendit ad diffinitionem ipsius bonor. poss. dicens: est igitur bonorum possessio ius persequendi &c. beneque addit retinendiq; id est, quo mediante illud retinere possumus, & defendere: translatis commodis & incommodis in bonorum possess. per talem actum. Et sic (ut dixerunt Rimin. & Dec.) diffinitur ibi utraque bon. poss. edictalis & decretalis.

Non intelligitur ergo diffinitio de persecutione quæ fit per poss. hære. pet. ideſt per illam actionem prætoriam, sed de persecutione patrimonij reiq; & successionis defuncti quærendæ. quæ persecutio fit mediante petitione & amissione bonor. poss. ut ibi in. l. j. dicitur: uel hodie mediante simplici agnitione. iuxta. l. fi. infrà eo. & ea bon. possess. admissa quis consequitur ius retinendi & defendendi ipsum patrimonium, ut tex. ibi subdit.

Et sic iurisconsul. ibi diffiniendo loquitur de persecutione extraiudiciali, quæ fit petendo à iudice bono. possess. uel hodie agnoscendo, non autem de persecutione iudiciali, quæ fit per possess. hære. pet. & sic cessat illud quod impellebat Doct. ad intelligendum & interpretandum ius propter quod, ut demonstrarent ius istud aliud esse à poss. hære. pet. quia non intelligitur de illa iudiciali, quæ fit per dictam actionem, sed de ista extraiudiciali. Et quicquid hic in scriptis prioribus dicat Dec. in quinta
81 colum. illa poss. hæred. petitio †datur tàm ad uniuersas res, quàm ad particulares. text. est in. l. ii. de pos. here. pet. Ideò fortè hoc posteà animaduertens ipse Dec. mutauit opinionem in additionibus in ultima col. licèt non citet illum tex.

Sed hic cadit difficultas, si ergo bon. possess. est successio in uniuersum ius, prout est hæreditas
82 †quare aliter diffiniatur, quàm hæreditas? Curt. hic col. iiij. respon. quod licèt quoad effectum idem uideantur, quoad formalitatem tamen differũt: quia hæreditas, nuda uoluntate quæritur. l. quæritur, de acqui. hær. bonorum poss. non, sed persecutionem requirit, ut ex diffinitione patet. ut hic per Rimin. in iiij. colum.

Sed si quantùm ad effectum idem sunt, & uerba diffinitionis respiciunt effectum, cur diffinitiones sunt diuersæ. Propterea eius resolutio non uidetur bona, quum differant hæreditas & bon. poss. non solũ in nomine, sed etiam in effectu. ut per Ias. hic in ult. col. & in. l. i. in. §. bonorum. ubi etiam alij ad Treb. cum alijs quæ adduxi in. l. prætor. ff. de regul. iur. ubi probaui, quòd hæreditas & bonorum pos. multùm differunt. Ideò nimirum, si diuersimodè per iurisconsultum diffiniuntur, & etiam sub diuersis titulis constituuntur: hæres tamen & bono-
83 rum possessor † quantùm ad effectum idem sunt lege secunda. ff. co. §. quos autem, instit. eod. titu. & ideò hæreditas & bonorum possessio in quantùm considerantur ut ius quoddam & successio uniuersalis in hæreditate, & bonorum possess. idem sunt lege prima & secunda. ff. co. notat Aret. in rubr. ff. de acqu. hæred. col. i. per d. l. iii. in. §. i. & l. hæreditatis appellatione. ff. de uerb. significe. ubi dicitur appellatione hæreditatis contineri bonorum possessionem: intelligendo uidelicet, qnando considerantur, ut ius quoddam uniuersale in successione.

84 Ex prædictis patet, †quòd bonorum possessio nõ est actio. nec obst. text. instit. de action. in principio, dum aliud uidetur sentire. dicendo quòd est ius prosequendi in iudicio &c. prout hîc uidetur dici. Quia respondetur, non dici hîc quòd sit ius persequendi in iudicio, quum extra iudicium, non in forma iudicij agnitio ista fieri possit coram iudice. §. si causa cognita, cum glo. ff. eodem. lege fina. infrà eodem. Alexand. & Corn. in lege penult. in fine infrà eodem. & Rimin. in lege fin. colum. ii. infrà eo. Et quòd bon. pos. non sit actio, pluribus mediis

medijs probat hîc Bald. in. ij. quæstione, & Barba. colum. xj. & sequenti. Nec officium Iudicis decernentis &c. quicquid dixerit Bald. & per Rimin. in tertia colum. quia in bonorum possess. impetratur officium Iudicis, ut decernat bonorum possess. d. §. decretalis, aliud ergo est imploratio officij Iudicis, & aliud bonorum poss. ut per Rimin.

Secundò principaliter opponitur contra prædictam diffinitionem, quòd non sit ius, sed factum: quia requiritur animus petentis uel agnoscentis. l. fin. infrà eodẽ §. fi. instit. de bon. possess. qui animus est facti. l. bonæ fidei. §. primo. cum glos. de acquir. posses. Respondeo, id procedere respectu acquisitionis seu in modo acquisitionis, ipsa tamen bonorum
85 posses. essentialiter considerata, est ius, nec desinit esse ius: † prout uidemus in dominio, quod est ius, licèt modus acquisitionis facti sit, ut hîc per Bald. in. iiij. quæstione. Barb. col. xj. & Rimin. iij.

Tertiò opponitur, quòd non sit ius, sed beneficium: quia ex æquitate à prætore inductum. instit. eodem in principio. Ius uerò rigorem significat. l. nulla. ff. de legib. l. j. ĩ. de legib. Bar. hîc colum. xij. & sequenti dicit uerba diffinitionis impropriè stare, quod est contra Bart. & omnes in. l. j. ff. de test. quia in diffinitione uerba propriè intelligũtur. Dicas in hac diffinitione non poni ius pro iure stricto, & ad exclusionem æquitatis, ut credidit Barb. sed pro facultate & potestate.

Quartò opponitur, in iuribus & in incorporalibus non datur possessio, sed quasi possessio. l. seruus. §. incorporales. ff. de acquiren. rerum dominio. l. possideri, in principio cum glos. ff. de acquir. poss. ergo malè suprà dicitur bon. poss. quia magis uidetur quasi possessio, quum sit ius, ut dixi.

86 Solutio. possessio † non stat hîc pro pedum positione, uel pro insistentia in re, sed est dictio composita, & nomen iuris à prætore inuentum. d. l. iij. in principio, ut suprà dixi: significans ius succedendi de iure prætorio, ut hæreditas significat successionem de iure ciuili: fortè dicta cò quòd ad prosequendum, retinendumque, & possidendum patrimonium defuncti ius tribuit, ut suprà diximus. ad quæ uide etiam Barb. in. l. iij. in principio. ff. co. & ĩ. hac. l. in. ij. col.

Quintò opponi potest & respon. ut pulchrè per Dec. in rub. de proba. col. v. in uersicu. ulterius &c.

Sextò & ultimò opponi potest, quia uidetur dicta diffinitio conuenire etiam hæreditati, quæ à bon. possess. diuersa est. Respondeo, ut dicam in sequenti articulo.

Aliam tamen diffinitionem ponit hîc Corn. colum. ij. dicens, quòd est utilis directa successio in uniuersum ius defuncti à iure prætorio uel ad instar iuris prætorii introducta.

Quæ differentia non uidetur bona: quia bon. possess. non est successio, sed ius succedendi, ut hic per Dec. ad fi. primæ lect. col. vij. & dixi in. l. præterita. præalleg.

Barb. hîc colum. xiij. aliam ponit diffinitionem, quæ in duobus claudicat, primò eget suppletione, uidelicèt coram Iudice. per. l. fina. ĩ. eod. secundò dum utitur in diffinitione alternatiua, debet poni copula per. l. iij. in principio. ff. eodem. Sic igitur se

87 cundum iura nouissima diffiniri potest. † Esse beneficium quod quomodocunque coram quouis Iudice agnitum commoda & incommoda hæreditaria agnoscenti tribuit. ut patet ex. l. i. ff. co. iuncta l. fi. ĩ. co. & §. fi. ĩ. eod.

Ex quarta parte glo. ibi, prætorium, non ciuile. duo colliguntur, primum quòd successio hæreditatis ex testamento & ab intestato est de iure ciuili.
88 secundum quòd bonorum possessiones † de iure prætorio sunt introductæ: & nulla est de iure ciuili. primum probari uidetur in. l. uerbis legis, & in l. lege obuenire. ff. de uerborum significe. & instituit. de hær. quæ ab intest. in principio, ut hîc per Alex. circa finem primæ colum. Quæ conclusio intelligitur quantùm ad formam, solemnitatem, & modum succedendi: origine tamen & substantialiter est de iure gentium secundario, ut per Bar. & alios in rubri. ff. de acquiren. hæred. Moder. Mediol. in. l. nihil aliud. ff. de uerbo. signifi. latissimè Barb. in rubr. de testa. fol. 1. & 2.

Articulus secundi notabilis † difficillimus est, & de apicibus iuris: & si forsitan modicæ utilitatis. In primis ne cum grammaticis disputemus de lana caprina iuxta illud Horatij.

Alter rixatur de lana sæpe caprina. inuestigabimus quæ utilitas & effectus inde oriatur. Et uidetur quòd nulla resultet utilitas, quæ erat respectu temporis si qua considerari potest: sed semper finitur anno uel centum diebus secundum ordinationem prætoris, iuxta. l. primã, in. §. largius. ff. de succ. edic. cl. ii. ĩ. cod. &. §. penul. instit. eod. tit. & hic per Bald. Alexan. Corn. & Bulga. Senen. in. iiij. quæst. & Moder. Ferrarien. colum. xxx. Et sic idem est effectus utroque casu, siue sit de iure ciuili, siue sit de iure prætorio.

Barba. hîc colum. xvi. Ias. ultima, & Cornel. in. l. certum, col. secunda. ĩ. unde legi. tenent bon. poss. si quæ sit de iure ciuili, esse uitæ & longitudinis annorum triginta, quum remedia ciuilia tanto tempore durent ac uiuant. ut instit. de perpet. & temp. act. & sic prætoria habebit tempora utilia, ciuilis tempora continua, ut per Corn. loco præalleg.

Et tenendo hanc opinionem, ad iura suprà in contrarium alleg. responderi posset, quòd non loquuntur in bon. possess. quæ est de iure ciuili, sed in bon. poss. prætoria, & in remedio prætorio: ideo nimirum si finitur secundum tempus à prætore statutum. patet ex principio d. l. primæ de suc. edict. à quo recipiunt declarationem & dependentiam omnia sequentia. Inquit enim: bene prætor putauit præstituere tempus &c. ergo loquitur illa lex de remedio prætorio. Et per consequens magna esset utilitas bon. poss. esse potius de iure ciuili, quam de iure prætorio. quamuis contraria opinio quòd annum non excedat, communis sit, ut patet ex scribentibus suprà relatis.

Præterea potest assignari alia utilitas prædictæ quæstionis, quia ius ciuile transfert iura directa. prætorium utilia. d. §. quos autem. ut hic per Dec. colum. fina. & Curt. v. quemadmodum tamen, ut in superioribus diximus, etiam prætor introducebat iura directa, ut in. l. prima. ff. de dolo. & in. l. prima Quod met. causa. nisi quando uocabat quem

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad ſucceſſionem, quia non poſſet facere hæredem d.§.quos autem. Et uerba illa ipſo quidem iure.d.§. quos autem deceperunt præfatos Docto. intelligentes propterea quòd non poſſet directò hæredem facere; & ſic iura directa dare. quia immo iura directa, excepto ubi uocabat ad ſucceſſionem, dare poterat. Et illa uerba ipſo iure, aliter intelliguntur, ut ſuprà dixi, ideſt ſecundum iuris ſubtilitatem, quum non haberet poteſtatem legis condendæ: ſecundũ tamen æquitatem, & in effectu id faciebat, habendo bon. poſſ. in omnibus loco hæredis.

Deſcendendo modò ad enucleationem articuli principalis. gloſ. hic & in præalleg. §. bonorum. tenet † quòd omnis bon. poſſeſſ. ſit de iure prætorio: 90
& ſic nulla ſit de iure ciuili, quam opinionem tenuerunt Azo, Din. Cyn. Bald. Fulg. hîc relati per Rimin. col. vii. Iaſ. ultima. Barb. xvi. Bulg. Senenſem in quarta quæſtione. Modern. Papien. hîc colum. tertia. & Ferrarien. vij. omnes ſequentes hanc opinionem. & Dec. ſibi contrarius in nouis additionibus colum. fina. ex quibus apparet hanc eſſe receptiorem ſententiam.

Multa pro iſta opinione poſſent adduci: ſtringẽtia magis hęc ſunt. Primò tex. inſtit. eod. in princip. & in. §. ſeptima. ubi dicitur ius bon. poſſeſſ. & ipſas bonorum poſſeſſiones prætores introduxiſſe, ideſt de nouo inducere. l. ex hoc iure, de iuſtitia, & iure, ergo prætoriæ ſunt, non ciuiles. Secundò, tertiò, & quartò faciunt ea quæ poſt Bulgar. Senenſ. tradit Dec. hîc in uerſi. Bulg. tamen. Quintò, quia ſi daretur bon. poſſ. ciuilis, ille cui competeret, hæres ipſo iure efficeretur: per text. in. d. §. quos autem. & per conſequens eſſet ſucceſſio in uniuerſum ius defuncti. quod eſt contra naturam & eſſentiam bon. poſſ. quæ ut circa diffinitionem uiſum fuit, non eſt ſucceſſio, ſed ius ſuccedendi, & proſequendi, quærendique & defendendi patrimonium defuncti. ergo patet bon. poſſ. non eſſe de iure ciuili.

Contrariam tamen opinionem quòd omnes bon. poſſ. non ſint de iure prætorio, uerùm ſit dare bon. poſſ. de iure ciuili, tenuit Barto. in. d. l. tertia, in principio. ff. cod. Alexan. & Corn. hîc, Dec. & Curt. colum. v. & vi. & Parpalea Taurinenſis, & Corn. in l. certum, colum. ii. ĩ. unde leg. Pro qua opinione inter cætera ſtringit in primis text. in. l. unica. ff. ut ex. ll. &c. in fine, dum dicit, legem deferre quandoque ſpecialiter bon. poſſ. & tunc competere illam, ut ex legibus de qua ibi in rubro & nigro. ergo eſt ciuilis immediatè, quum à. l. ciuili deferatur, & immediate; quum dictio illa ex, denotet cauſam immediatam. l. ex eo tempore, in fi. ubi Bart. not. ff. de pecu. & d. l. ex hoc iure. Et ideò Barto. in d. l. iii. in principio dixit, opinionem gloſſ. eſſe peſſimam, & contra tex. d. l. unicæ.

Secundò mouentur tenentes hanc partem, quia prætor id facit in caſu prædicto, exequendo iuſſum l. ciuilis, ſed actus attribuitur primæ cauſę. non ſecundæ, denominandusq; eſt ab actu diſpoſitiuo & ordinatiuo, † nõ autem ab executione. l. itẽ eorum. 91
§. ſi Decuriones. per eos hîc alleg. ubi actor à Duum uiris electus, ex mandato Decurionum ab ipſo ordine Decurionum electus uidetur. quum nõ referat, ut ibi ſubdidit text. an ordo eligat, uel is cui ordo negotium dedit.

Ad idem tex. in. c. cum aliquibus, & in. c. pen. de reſcrip. lib. vi. ubi receptus in Canonicum per literas apoſtolicas, & ex mandato ſummi Pontificis cenſetur auctoritate apoſtolica receptus. ergo actus denominandus eſt ab actu diſpoſitiuo, non ab executione, ut ibi, & in. c. literis, de reſcrip. Et per conſequens legi ciuili iubenti bon. poſſ. dari à prætore, non autem prætori exequenti iuſſum & mandatum legis. Et ſic bon. poſſeſſ. non erit prætoria, ſed ciuilis.

Nec obſtat, ſi dicas, ut faciunt hîc Moder. Ferrar. col. xxxij. id procedere. ubi ille cuius opera utitur prima cauſa, non habebat aliàs poteſtatem id faciendi de iure. d. §. ſi Decuriones, aliàs ſecus; quia actus attribuitur tunc ſibi. d. c. cum aliquibus, in §. fina. ſed prætor habebat poteſtatem dandi bon. poſſeſſ. quam ipſe introduxerat, ergo &c. Quia iſtud non procedit, ubi alicui iniungitur auctoritate mandantis aliquid fieri. tex. eſt in d. c. cum aliquibus, in fine. Sed in propoſito noſtro per legem ciuilem mãdatur prætori, ut ex. ll. de bon. poſſ. ergo actus attribuendus eſt legi iubenti, non prætori exequenti: & conſequenter ciuilis erit, non prętoria. Prætereà illud procedit, niſi ſuperior præcipiat actum fieri: quia aſcribitur tunc iubenti, non facienti: ita not. uult glo. in d. c. cum aliquibus, in uerbo concedimus. quam ſummè not. ibi Philip. Fran.

Tertiò probari poteſt hæc pars per text. in. l. ii. & iii. ff. unde legi. & d. l. unica, ut ex. ll. ubi dicitur bo. poſſ. unde leg. tanquàm generalem concurrere cũ illa, ut ex. ll. ſpeciali. Sed unde leg. nunquam datur, niſi quis uocetur à lege ciuili, ut ibidem dicitur, ergo lex illa ut ex. ll. eſt de iure ciuili, aliàs non competeret unde leg. prout tamen competit. id quod corroborari poteſt, ut hîc per Dec. in. vi. colum. qui tantùm ſubtilizauit circa illum text. l. tertiæ, ut ſe fregerit.

Et tenendo iſtam opinionem, non obſt. adducta pro contraria. Ad primum reſponderi poteſt, regulariter procedere: quia bon. poſſ. origine & ordinariè ſunt prætoriæ, & ab ipſo prætore introductæ, ut ibi: aliquando tamen & extraordinariè à. l. ciuili ſpeciali aliquo caſu introducuntur. d. l. unica, & tunc
92 ciuilis erunt. † Et quum habeatur in conſideratione id quod fuit regulariter & ordinariè, non autem aliquo caſu & extraordinariè. l. Scio. in. §. medico. ff. de annu. lega. cũ multis quæ citaui in rub. ſi quis ius dicen. non obtemp. non eſt mirum, ſi bon. poſſ. dicuntur prætoriæ regulariter loquendo. Vel aliter, q̃ iura præalleg. loquuntur. habito reſpectu ad originem & introductionem, & ſic loquuntur de prætorijs, prout ex ſequentibus apparet: ideò &c.

Nec refragatur q̃ illa ſeptima extraordinaria, prętoria uideatur, quia reſpon. ut hîc per Dec. vii. col.

Ad alia tria motiua Bulgar. reſpond. ut hîc per Dec. in. vii. col. Ad ultimum per quod Dec. hîc in ult. colum. in addit. ſecutus eſt opinionem glo. tanquam ueriorem, quia ſi diceremus bon. poſſeſſ. eſſe de iure ciuili ſequeretur bonorum poſſeſſorem habere iura directa, non autem utilia, ſolùm quia lex ciuilis tribuit directa, quæ uidentur repugnantia in eodem ſubiecto, ergo non admittendum. l. i. ĩ. de furt.

furt. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. Et quia bo. poſſ. eſt ius perſequendi, non autem ſucceſsio in uniuerſum ius defuncti, ut eſt ciuilis ſucceſsio. Inuenio q̃ Curt. hîc in v. col. licèt de Dec. uerbum non faciat, tenet tunc transferri iura directa hæreditaria, & nõ competere diffinitione m bon. poſſ. ſed potiùs diffinitionem hæred. ex quo lex ciuilis tale ius defert. & ſic nulla eſſet repugnantia ſeu contrarietas.

Sed non uidetur id uerum, quum iura præalleg. hanc bon. poſſ. appellent, non hæreditatem. Si enim eſſent idem, diuerſis nominibus non appellarentur. iuxta tex. in l. ſi idem. ĩ. de codicil.

Præterà, ſi lex ciuilis uoluiſſet iura directa & hæreditaria transferre, hæredem feciſſet: poterat. n. nõ autem uſa fuiſſet prætoris myſterio, iubendo ut ipſe prætor bon. poſſ. daret: quum huiuſcemodi inutiles circuitus uitandi ſint. l. dominus teſtamento, cũ uulg. ff. de cond. indeb.

Poteſt igitur reſponderi, q̃ lex ciuilis noluit iſto caſu hæredem facere, ſed bon. poſſ. ideo competere diffinitionem bon. poſ. nõ autem hæreditatis: & ſic nullam eſſe in eodem ſubiecto repugnantiam.

Non eſt tamen à prima opi. quæ (ut dixi) cõis eſt diſcedẽdum. Quia ex quo lex ciuilis ſpecialiter defert bon. poſ. à prætore originaliter inuentam, non mutato nomine à prætore dato neque forma: quum mandet illam per prætorem dari, appareat, q̃ ius ciuile noluit uti remedio ciuili hæredem faciendo, prout potuiſſet, ſed uti remedio prætorio, prout alibi in l. poſthu. ff. de iniuſto rupto. cum ibi not. per Pau. Caſt. & Dec. infrà in ult. col. Et per conſequens omnis bon. poſſ. etiam quam lex aliquo caſu à prætore dari iubet, erit prętoria, non ciuilis. quum conſtet de mente & intentione iubentis bon. poſſ. dari, quòd uult uti remedio prætorio, non ciuili, argumento. d. l. poſthumus, & d. c. cum aliquibus, in fi. de reſcrip. in ſexto.

Ex quo patet ſolutio ad omnia adducta, & quæ adduci poſſent in oppoſitum. quia lex ipſa ciuilis illa eſt, quæ noluit alterare remedium, ſed uti hoc caſu remedio alterius, & ſic prætoris cum ſua originali natura & qualitate. facit text. in, l. fina. ff. quis & à quo. app. ubi ſi princeps iudicem dari mandet in aliqua cauſa, iudex datus, erit delegatus iudicis dantis, non autem principis iubentis: & propterea ap-
93 pellandum eſſe ad ipſum delegantem, non ad principem. † fortius quod obſtat, eſt tex. l. iij. unde leg. ĩ. tertio loco in oppoſitum allegat. Sed reſpond. quic quid latè ſuperfluèque uagando de intellectu illius tex. Dec. ſcribat, quòd bon. poſſ. uude leg. datur uocato à iure ciuili ſiue ad hæred. ut in prin. legis, ſiue ad bon. poſſ. quàm à prætore dari iubet. Sed quamuis ſit uocatus à iure ciuili deferente bon. poſſ. ſpecialiter hoc caſu, ut in d. l. unica, dicitur, non tamen ſequitur q̃ ipſa bon. poſſ. ſit de iure ciuili, immo de iure prætorio lege ita uolente, & à prætore dari mãdante. & dictio etiam, ibi poſita, quicquid ſcribat Dec. ſtat pro ſimplici affirmatione: ut etiam in l. j. ĩ. eo. ut ibi no. Bar. col. ij. Dec. in. ij. lect. iiij. not. nec poteſt ſtare implicatiuè, quia ſi lex deferret hæreditatẽ, non expediret poſtea deferre ipſam bo. poſ.
94 Poſtremò † circa intellectum præalleg. l. unicę, ut ex. ll. hactenus, ut credo, non intellectæ, aduertendũ eſt, quia tex. ibi in primis duobus dictis non habet difficultatem, q̃ prætor dat bon. poſſ. ita uti ex. l. uel Senatuſconſ. eum dare oportet, eiq; per legem iubetur. Et q̃ bon. poſ. ex alia parte edicti agnita nun quàm illam, ut ex. ll. impedit, quia eſt ſpecialiter à lege dari iuſſa, ideo nunquam impeditur per aliam: ut etiam dicitur in. l. iii. in fi. ff. unde leg.

Difficultas eſt circa ſequẽtia in uerſi. quum ex l. xii. tab. quis habet hereditatem hinc nõ petit, ſed in de tantũ. quem. n. heredẽ eſſe oportet, quippe quum non aliàs hinc cõpetat bon. poſſ. quam ſi lex ſpeciali ter deferat bon. poſſ. uerba ſunt illius uerſi. ſi. ſecundum bonos Codices. glo. ibi intelligit. hinc non peti. i. ex hoc edicto. ſed inde. i. vnde leg. d. l. iii. cum fi. præcedentis. quia bon. poſſ. unde legit competat uocato ad hæreditatem à iure ciuili, ut ibi. Quod & ſi uerum ſit, illi textui tamen non congruit neq; conuenit, qui non loquitur nec facit uerbum de bon. poſſ. unde legit. ab edicto data, ſed facit mentionẽ de lege. xij. tab. uacante ad hæreditatem, & ideò illa uerba, ſed inde tantùm, intelligi debent ex. l. xij. tabu. de qua proximè dixerat. poſteà ſubiicit, quem enim hæredem eſſe oportet, ut habeat iſtam bonor. poſſeſſ. ut ex. ll. hoc falliſſimum uidetur: quia dicta bon. poſſ. ut ex legibus, defertur ſpecialiter à lege illi, qui ſecundum iuris ciuilis ſubtilitatem & rigorẽ non poterat habere hæreditatem. exempli gratia in caſu. l. poſthu. ff. de iniuſto rupto &c. cum not. ibi per Paul. Caſt. & Dec. hîc in vi. col. malè ergo dicit ibi Iuriſconſ. oportere eum hæredem eſſe, qui illã bon. poſſ. ut ex. ll. habere uult. Id quod ſequentia clariùs oſtendunt, dum rationem dicti Iuriſconſul. reddens ait, quippe quum aliter illam bon. poſſ. habere nequeat, quàm ſi lex deferat bon. poſſ. dicit q̃ non poteſt illam habere, niſi lex ſpecialiter eam deferat: non dicit hæreditatem uel faciat hæredem. vn
95 de alius eſt ſenſus illius. l. † Ideò reſponde, text. illũ debere exponi & intelligi, hæredem, ideſt bonorum poſſ. prout capitur intelligiturque. l. in conditionibus. §. ſi patronus. ff. de cond. & demonſtrationib. & notant omnes ſcriben. in. §. bonorum. l. i. ff. ad Treb. Et hoc modo intelligẽdo erit optimus ſenſus illius tex. & uerborũ prædictorũ. quia opo rtet quẽ eſſe bon. poſſ. quum aliàs non cõpetat illa bon. poſ. ut ex. ll. quam ſi lex ſpecialiter deferat bon. poſſ.

Extra gl. quærit hic Alexan. poſt Io. Fab. ſi ille cui delata eſt bon. poſ. immediatè intentauerit poſſ. hæred. pet. abſq; eo q̃ expreſsè agnouerit, ſaltem hodie coram Iudice bon. poſſ. an cenſeatur per prius
96 agnouiſſe bono. poſ. ut rectè agatur. † Et quicquid dixerit Io. Fab. concludit, q̃ eo modo agens uidetur per prius agnouiſſe bon. poſ. quũ hoc ſit neceſſariũ antecedens ad obtinendũ in actione prædicta in iudicio deducta & ĩtẽtata. ut patet ĩ. l. i. &. ii. ff. de poſ.
97 hęr. pe. † Et qui uult cõſequẽs, uidetur uelle oẽ neceſſarium antecedens ad ipſum. l. illud. ff. de acqui. hęr. l. ad rem mobilem. & l. ad legatũ, cum not. ff. de procur. l. ii. ubi plenè traditur. ff. de iuriſd. om. iud. quã quidem concluſionem, Alex. nonnullis pulchris de ci. corroborat reſpondendo ad motiuum Io. Fab. uę hîc per eum multa alia ſimilia poſſent cõgeri, ſed uidete, ſi uultis, cundẽ Alex. in. l. ii. §. prius. col. ſi. ff. de uulg. in conſil. lii. col. ii. lib. ii. & in conſil. 196.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& 177.colum.fin.lib. v.Paul.de Caſt.in conſi. 186. ſuper primo.col.penult.in antiquis.Feli.in.c. inter dilectos,col.j.de fide inſtru. Doct. in.l.gerit,& in.l. pro hærede.per illa iura.ff.de acq. hæred.ubi faciens actum, qui non poteſt fieri citra ius & nomen hæredis, cenſetur per prius adire hæreditatem; prout etiam uult hîc Dec.in addit. in ulti. col. & Curt. in v.& alij modern.

Quidam Moder.Taur.damnant Alexan.eò quia uolens agnoſcere bon. poſſeſſ. exprimere debet ex quo capite uult agnoſcere. l. emancipata. ibi, unde liberi. ℣.eo.& dicunt hoc fuiſſe ex mente Bal. hîc in prima queſtione,dum ait bon.poſſ. in genere agnoſci non poſſe. vnde quum agens poſſ. hær. pet. non exprimat ex quo capite uelit agnoſcere, non poteſt dici rectè agnouiſſe.

Sed reſponde, non eſſe uerum, quod requiratur 100
exprimi ex quo capite fiat agnitio. l.fi.℣.eod.§. ult. inſtit.de bono. poſſ. & eſt communis, ut plenè per Alex. Iaſ.Dec. & alios in.l. quandiu. ℣.cod.titu.ſta timque alijs medijs infrà probabo. & reſpondent prædicti diuerſimodè ad tex. d. l.emancipata, cum ſimil.ut ibi per eos.

Bulgarin.hîc in.v.quæſtione,col.xxv.diſtinguit: aut conſtat Iudici agentem nõ agnouiſſe bon. poſſ. & procedit concluſio Alex. aliàs ſecus: quum non intelligat illud quod agitur,ut per eum: quem ſe-
98 quebatur Parpal. Taurin. † quia id quod coram Iudice ſpecialiter fit,liquere,conſtareq; debet iudici, ut.ff.quibus ex cau. in poſſ. eatur. l. hæc autem. §. j. cum not. per Bar. in.l.multùm intereſt.ff. de cond. & demonſt. & Feli.in.c.ij. uerſi.iij. limit. de conſt. facit in materia tex. in.l.ſeruus,ibi,non ignoret. & ibi,certus ſit.ff. eod. quod uſque ad nauſeam proſequuntur hîc Modern. Ferrar. ſi Iudici non conſtat, ergo nihil agitur.

Quæ diſtinctio non uidetur bona: quia ex qualitate actus deducti coram iudice, ſatis ei liquere conſtareque poteſt eo modo libellantem & agentẽ uelle bono.poſſ.agnoſcere,ubi aliàs non eſſet agnita: quum hoc ſit neceſſarium præambulum & antecedens ad obtinendum in iudicio intentato, ut dictum eſt,& patet ex dictis Rimin. hîc colum. iiij. & v.& ſequuntur alij moder. & pulchrè Dec. in viij. colum. Qui tamen Dec. uarius & ſibi ipſi quaſi in omnibus contrarius in iſta rub. in.viij.col. antiquorum ſcriptorũ defendit primò Alex. Corn. & Bulgar.poſtmodũ eum improbat per tex.l.j. infrà unde legiti.& in l. exceptiones, ultima in fi.ff. de except. ubi uidetur requiri ℘ bon. poſ. prius agnita fuerit, quàm quis bona per poſſ. hær. pet. proſequatur. Et idem notat & uult ipſe Dec. in d.l.j.

Et ad regulam, qui uult conſequens &c. reſpondet, ut per eum. qui in ult.col.nouarũ additionum mutata ſententia ſecutus eſt Alexan. quando agens poſſ.hære.pet.dicit ſe non agnouiſſe,quum id prius facere cenſeatur per dictam regulam,qui uult conſequens. ſecus quando crederet ſe prius agnouiſſe.& ad d. l.primam reſpondet, ibi poni illam monoſyllabam ſi, pro quia. quæ ſolu.eſt diuinatiua, &
99 etiam uiolatiua illius text. † Et in loco prælleg.tenet etiam Dec.regulam prædictam,qui uult conſequens, procedere etiam ℘ antecedens eſſet maius ſuo conſequenti, quicquid tenuerit in prioribus ſcriptis: id quod uerius eſt.l.ii. cum ibi not.per gl. Bald. & alios. C. de dotis promiſſ. ubi promittens uſuras dotis, intelligitur promittere dotem,quæ eſt maior uſuris & ſuo acceſſorio. Item probatur per tex.inſtit. de hær. inſtit.in princ.ubi inſtituens ſeruum uidetur ſibi dare in neceſſarium antecedens libertatem,quæ inæſtimabilis eſt.l.libertas, de reg. iur. & ſic maior re expreſsè conceſſa, ut latiùs per ipſum Dec.in conſi.77.col.penul.& per omnes moder. in.l.ii.ff.de iuriſd.om.iud.

Non eſt ergo recedendum ab opin. Alex. quam ſequitur & defendit Corn.in.l.fi.col. ii. ℣. eo. & ſequuntur cõiter moderni. ut hîc per Iacobinum de S. Georgio. optimum practicum, & Curt.col.v.& latiùs Rimin. col. iiij.& ſeq. licèt communiter ſoleat impugnare dicta Alex. † Non obſtat tex.in d.l. i.℣. unde leg. quia loquitur & procedit ſecundum iura antiqua requirẽtia decreti interpoſitionẽ,ad hoc ut poſſet experiri: ideo nimirum, ſi agnitio ſimplex & animi demonſtratio, non ſufficiebat ad obtinendum uictoriam,ſed requirebatur interpoſitio decreti. Sed Alex.& præfati ſequentes eum loquuntur ſecundum tpa noſtra, ſecundum quæ ſufficit ſimplex agnitio.l.fina.℣.eo.§.ſi. inſtit.de bon.poſſ. ſecundũ quæ ſufficit animum coram Iudice quoquo modo declarare,℘ intendit bon. poſſ. agnoſcere: id quod ſatis facit, intentando prædicta poſſ.hær.pet.Et iſta eſt pulchra & not. ſolutio. Sunt etiam alij Codices impreſſi in quibus littera d.l.i.cõiter habetur, uidelicet, tu qui agnouiſti &c. Et tunc ceſſaret difficultas.nec tex.ille in oppoſ. faceret.Sed tex. fuit corruptus temeritate impreſſorum, in bonis & antiquis Codic. eſt tanquàm, non tu qui,prout etiam retulit Dec. in d.l.i.in.ii.not. Et melius, quia non fuit ibi expreſſum Imperatori,℘ ille conſobrinus agnouiſſet.non eſt ergo ueriſimile,℘ Imperator dixerit diuinando quod agnouerit bon.poſſ.

Nec obſtat replicatio quorundam Moder. Ferr. hîc char.x.dicentium id non ſufficere,niſi id Iudici oſtẽdatur,& intelligatur actum coram eo factum.l. ſeruus,ibi,certus.ff.eo.l.coram, de uerb. ſig. Et negant in caſu quæſtionis formatæ p Alex.iudicem in genere intelligere poſſe eo modo agẽtẽ uelle prius bon. poſſ. agnoſcere. quia dubitare poteſt, an aliàs agnouerit: & per conſequens,an de præſenti agnoſcat, dubius eſt: ergo non certus,prout eſſe debet in l. ſeruus, & ita etiam prius dixit Bulg. Senen.

Quia reſpon.Iudicem id poſſe ſcire & certũ eſſe in genere, quod ſufficit. ut probant Alex.& alij in d.l.quandiu. ℣.eo.maximè per.l.fin.C. de anna. excep.de libro generali. facit tex.in.l.qui iure militari.ff.de milit.teſt. ℘ ſufficit cogitatio & ſcientia in genere, ubi non requiritur ſpecifica, ut plenè p Fel. in.c.ſi diligen.col.iiij.de foro comp.Soci.conſi. 93. col.ſi.lib.iiii.& Dec.in.l.i.col.x.in glo.conſtit.ff.de offic.eius.Et ſic iudex de eo certus eſſe poteſt.

Nec obſ.℘ poſſit de eo dubitare,ergo nõ ſit certus, ut dicunt Bulga.& moder. Ferrar.

Quia reſpond. ℘ licèt poſſit dubitare an prius agnouerit bono. poſſeſſ.uel uelit tunc agnoſcere, tamen quia agnitio eſt facti,& facta non præſumuntur. l. in bello. §. facta. de capti.l. ſi emancipati,

cipati.C. de collat. debet ſcire & præſumere quòd nunc uelit id facere uti neceſſarium antecedens, & ne actus quem facit, ſit aliter nullus.contra.l. quotiens,de uerb. obl. & de reb. dub. Et conſequenter ſatis poteſt eſſe certus de eo quod ſit coram eo.

Et dicta poſſ.hæred.pet.quicquid hîc uelit Dec.
101 competit non tantùm ad res particulares, † uerùm etiam ad ſucceſsionem uniuerſalem. tex. eſt clarus in.l.ij. prælleg.tit.de poſſ.hær. pet.ubi dicitur,bonorum poſſ.tantùm poſſe per illam conſequi, quantùm hæredem per pet.hær.ut toto titu. de pet.hær. Item licèt agens poſſ. hær.pet.ad rem particularem concluderet, bon.tamen poſſ. uniuerſaliter agnoſcere cenſetur:quia etiam reſpectu unius rei declaratur animus in tota ſucceſsione. §. fina. cum not.
102 inſtit.de hær.qualit.& differentia. † Hinc eſt quòd 105
rem minimam de hæreditate, puta unam tunicam interiorem ſeu camiſiam amore Dei dans,cenſetur adire hæreditatem,ut poſt Bald. ſcribit Dec.in.l.penul. col.penul.℣.unde legiti. Prætereà, licèt agatur poſſ.hær.pet. ad unam rem, tamen declarari debet agenti competere bono.poſſ.& ſic uniuerſaliter,& reſtitutio rerum fit poſteà officio Iudicis, ut in pet. hær.l.iiij.& l.licèt minimum. ff. de petit.hæred. & uoluit ipſe Dec.hic in ult.col. qui etiam cum gl. & alijs ſcribentibus labitur nuncupando dictam act.
103 bon.poſſ.hær.pet.quia uerbum illud bonorum apponi non debet,ut declaraui in prin. rub. † De qua quidem poſſ.hær. pet.uide quæ ſcribit Ruin. in. l.j. col.ij.℣.unde legit.& Aret.in.l.is poteſt.col.pen.& fina.ff.de acquir. hæred.

Limitate prædictam concluſionem non procedere, quando conſtaret omnino ℘ taliter agens ſi non agnouiſſet bon. poſſ. nollet de nouo agnoſcere:tunc enim non efficeretur. bon. poſſ. poſtquàm in contrarium eſt animus. arg.l.non omnis,ſi certpet.ita Rimin.hîc colum. v. & agens tunc excluderet ſeipſum.

Sed non eſt tamen bona limit.quia nõ eſt de regula.Alex.n.& Doct.in quæſt. predicta loquuntur, ubi taliter agens per prius intenderet bon. poſſeſs. agnoſcere tanquàm in neceſſarium antecedens: aliud eſt quando contrarium intenderet, quia neceſſarium antecedens tunc nollet.

Limitari forte ſecundò poteſt cõcluſio predicta, ut procedat quãdo ex narratis in libello colligi poteſt ex quo capite bon.poſſ.tacitè agnoſcitur.prout dicimus de actione proponenda in libello, quam ſufficit colligi ex narratis in eo.ut per Barto.& Docto.in.l.j.ff.de eden.& in.l. edita.C.eo. per ſimplicem ergo petitionem & inſtitutionem poſſ. hæred. pet.non reſultaretur agnitio, niſi ex narratis in libello colligeretur & conſtaret iudici ex quo capite fiat,aut facta ſit agnitio: ut poſt Roman. concludit Dec.in.l.quandiu,colum.ult.& eſt etiam de mente
104 Bulg.Senen.hîc in v.quæſt.contra quam limitationem eſt notabilis deciſio Bal.approbata cõiter† in l.j.col.viij.℣.cod.tit.ubi inquit, ℘ etiam per actum facti,puta per receptionem ſolutionis à debitorib. hæred.coram Iudice ſciente & intelligente factam inducitur agnitio bon. poſſ. Et tamen Iudici non cõſtabat ex quo capite agnoſceret, quia ſimpliciter recipiebat ſolutionẽ à debitoribus tanquàm filius, 108
uel tãquàm agnatus & proximior defuncti, & pactum talem,qui coram Iudice fiebat, ſatis liquebat & conſtabat Iudici ex quo capite agnoſceretur bo. poſſ. Et iſta limit. eſt contra mentem ſcribentium, uidelicet Pau.Rom.Bald.Alex.Rimin.& Iaſ.in d.l. quandiu. col. fin. qui uolunt, ℘ licèt agnoſcẽs certus eſſe debeat, & ſcire ex quo capite id facit.l.ſi is, ad quem,& l. is poteſt.ff. de acqui. hær. tamen non tenetur hoc exprimere,ſed ſufficit in genere Iudicẽ intelligere,℘ talis uult eſſe bono. poſſ. quemadmodum ſufficit, libellum coram ipſo Iudice productũ generaliter concludere.l.fi.infrà de anna. excep. c. fina.de lib.obla. maximè,quia Iudex in caſu noſtro nihil habet facere.l.fi.℣.eo.&.§.fi.inſtit. eo. tit.

Propterea dicit Pau.de Caſt. quem Alex.& præfati ibi ſequũtur,℘ licèt Iudex† interrogaret agnoſcentem ex quo capite agnoſcit, quòd nõ teneretur exprimere,ex quo ſufficit ſimplex agnitio,& Iudex non habet aliquid diſcernere. Et uerè iſta opinio probatur in. l. fi. & in.§. fina. prælleg. quæ uolunt ſufficere qualemcunque atteſtationem.

Nec dicas intelligi de habili agnitione,& ſic ubi Iudex intelligit ex quo capite agnoſcit: quia ſatis dicitur habilis & idonea ex quo in genere ſit, & agnoſcit Iudex eo modo agentem uelle effici bonorum poſſeſſorem, nec ipſe habet aliquid diſcernere aut facere,ut dixi.Nec obſtat ℘ non dicatur fieri coram eo,niſi clarè & perfectè intelligat id,quod agitur.l.coram.ff.de uerbo. ſignifi. Quia tex. d. l. fina.
106 † non dicit coram, ſed apud Iudicem, & ſic requirit ſolùm præſentiam, non conſenſum nec intelligentiam: quæ tamen etiam poteſt adeſſe in genere. & licèt alibi in.l.ij. C.de eden.illa uerba apud Iudicem,idem importent, quod coram Iudice, iſtud eſt ratione ſubiectæ materiæ, ſecundum quàm intelligitur ſermo.l.ſi uno.ff. loca. ſed propriè apud Iudicem,eius præſentiam & intereſſentiam non intelligentiam importat:quamuis etiam (ut dixi) & intelligentia in genere non deſiit.Et licèt cauſa intentata per dictam poſſ. hær.pet.per Iudicem non expediretur ſiue aliquo reſpectu ſuperſederetur, & ultra non procederetur, agnitio tamen bon. poſſ. per prius & in neceſſarium antecedens, ut diximus, fa-
107 cta, non corrueret. † nam ex actu etiam nullo declaratur uoluntas.l.fi. ubi Bar.no.ff.de rebus corũ. eo ergo modo oſtenditur teſtatio amplectendæ ſucceſsionis.iuxta d.l.fi.℣.eo.&.§.fi. inſtit. eo. Et conſequenter ex huiuſcemodi declaratione uoluntatis coram Iudice facta, etiam ℘ iudicium non expediretur uel nullum appareret, reſultaret & colligeretur agnitio bon.poſſ.facit prælleg. deciſio Bald. in d.l.j.col.viij.℣.eo.& Soci.in conſi.xcij.col.præante pen. lib. iij. ℘ etiam per actum facti recipientis puta ſolutionem à debitoribus hæreditarijs coram Iudice factum, inducitur agnitio bon. poſſeſ. accedat etiam tex. not. in.l.cum quidam.ff.eodem. De quo uidete Alexan. hîc in rubr. & Dec. in. l.fina.col.iij. infrà cod.

Ex prædictis † infertur ad deciſionem not. quæſtionis, ſtante ſtatuto quòd mulier non poſſit ſe obligare, nec adire hæreditatem ſine conſenſu proximiorum, nunquid conſenſus dictorum proximorum præſtitus mulieri, tanquàm hæredi

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum alio contrahenti inducat additionem hæreditatis, & censeatur præstitus per prius ad adeundum hæreditatem? prædicta decisio Alexan. cum alijs de quibus .s. faciunt quòd sic.

Contrarium est uerius, quia cessat ratio prædicti statuti hoc casu, ut hic per Rimin. column. v. &. vj. Bulgar. in fi. quintę quęstionis. per quos ita in quæstione facti responsum fuit. & per Socin. in consil. proximè allegando, & per moderniores Ferrarien. in. iiij. col. limitantes ut per eos.

109 Ex prædictis etiam patet, † quòd agnitio bonor. possessionis & possessionis hęr. pet. in eodem libello cumulari possunt. facit glo. prima. l. primæ. ff. de interrog. actio. & quæ scripsi in rubr. ff. de inoffic. testam. de quærela inofficiosi testamenti, & pet. hæred. quæ possunt in eodem libello intentari; maximè conditio naturaliter & successiuè.

In proposito nostro prædicta conclusio procederet, etiam si simul uel præposterè fieret cumulatio, quicquid post Ioan. Fab. sentiat hic Alex. quia sola præsentia iudicis sufficit, coram quo attestatio & iudicium amplectendæ successionis ostenditur. l. fi. &. §. fin. præalleg.

Eo ergo ipso quòd coram iudice quomodocunque ostenditur alicuius animus amplectendæ successionis, sufficit & acquiritur bonor. possessio. à cuius sola uoluntate coram iudice demonstrata depędet agnitio & acquisitio: & ideò non requiritur aliqua subordinatio. faciunt dicta Bartol. in lege quidam consulebat, colum. fina. uersicul. sed quid si simul ff. de re iudic.

Cautela tamen est ad tollendum omne dubium quòd uolens agere bon. hær. pet. protestetur, quòd per prius intendit agnoscere bono. possess. & quà coram ipso iudice agnoscit. arg. l. quę dubitationis, &

110 l. non solent. ff. de reg. iur.

Supereſt † pro intelligentia prædictorum & totius materiæ bono. possess. quia de edictali & decretali sæpe fit mentio & disputatio, ut de illis uideamus: ut an sint duæ bono. possess. uel una. qui articulus subtilis est & difficillimus, & acuit ingenia præstansque intelligentiam ad multa iura: propterea non negligendus. eum latè & subtiliter primò examinauit Bulgar. Senen. hic in secunda quæstione, inde Rimin. illius collega & concurrens in. x. col. & quatuor sequentibus, posteà Deci. in prioribus scriptis in ultimis colum. Curt. colum. v. quia modicæ utilitatis noluit examinare, sed cum opinione Bulgar. transiuit. Moderniores Ferrar. in ultimis chartis rescribendo dicta Bulgar. & Rimin. latè uagantur. Ego pro uiribus iuxta consilium Pauli in lege prima si certum petatur. rem paucis absoluere conabor: necessarijs & principalioribus non omissis.

Duo igitur in istis bonorum possess. considerantur: unum est ius bono. possess. quod ex edicto prætoris mortui proficiscitur: de quo in lege prima. ff. eo. & in. l. j. in principio. & in. §. quibus ex edicto, de succes. edic. & ista nuncupatur bono. possess. edictalis, ab edicto prætoris à quo defertur: ut habetur. ff. de liber. & posthu. in. l. quod dicitur, in. §. j. & in. l. unica in. §. j. ff. si tab. test. null. extab. ibi, edictalem bono. possess. carboniana non impedit. & l. iij. §. sed si nemo, ibi, prætoris edicto. ff. de bonor. possess.

Aliud est quod à prætore uiuo petitur & decernitur, & appellatur bono. possess. decretalis, quia decernitur per prætorem. l. j. in. §. decretalis. ff. de succes. edic. §. nos itaque. ff. allegando.

Et ista hodie non est necessaria, quum sufficiat simplex agnitio bono. possess. coram iudice quoquo modo facta, absque eo quòd iudex aliquid dicat, faciat uel decernat. † & sic quæ olim decretalis appellabatur, hodie iudicialis dici potest. l. fin. ff. cod. &. §. ult. instit. eo. l. fin. §. nos itaque. s. de cura. fur. ibi, eam bono. possess. agnoscere, quæ ante ex decreto. dabatur. cum glo. l. iij. §. sed si nemo. cum gl. ff. de bono. possess.

111

Et ideò dicit Iurisconsultus in d. §. decretalis, quòd licèt edictalis, id est, ius illud ex edicto competens repudiari possit, decretalis tamen non, quia est ius quæsitum ex petitione & interpositione decreti. & quod acquisitum est, ut ibi dicitur, repudiari non potest.

112

Et ista decretalis est duplex, † una causalis seu essentialis, quæ ineſt in edictali, cui propterea præscribitur unà cũ edictali. s. qui semel. d. l. primæ de succes. edic. altera formalis, quæ repudiatione nõ tollitur, sed eius aditus impeditur, ut ibi dicitur, secundum Bald. in. l. j. circa finem tertiæ quæstionis infrà eodem.

Ex edictali oritur ius petendi decretalem. l. j. & l. iij. §. à municipibus. s. e. l. j. §. qui semel. ff. de succes. edic. ex qua decretali oritur possess. hęr. pet. secundum Dec. infrà in ult. colum. & fuit Bartol. in. d. §. à municipibus.

Sed uidetur quòd potius oriatur ex edicto prætoris, qui prouidit bono. possess. suæ creaturæ de illa actione, ut ius ciuile prouidit hæredi de pet. hær. l. j. &. ij. ff. de possess. hære. pet. est bene uerum, quòd actio illa non competebat, nisi data bono. possess. à prætore. d. l. j. in fin. ibi, datum est. & l. ij. ibi, bonor. possessor plenum ius consequebatur: ut hîc per Rimin. col. xij. uersi. & tenendo.

Glossa, Bart. & communiter scribentes in locis præalleg. tenent duas esse bonor. possessiones Edictalem & Decretalem. mouentur ex his.

Primò, quia si Edictalis & Decretalis bon. possess. unà tantùm esset, sequeretur quòd ille cui competit edictalis antequàm consecutus esset decretalẽ, posset agere contra detentatores bonorum possess. hæred. pet. sicut agit post consequutionem ipsius decreti, quod est falsum. l. j. ff. de possess. hæred. pet. ibi, bono. possess. data est. &. l. ij. eiusdem tituli, ibi, per quam tantùm consequitur bono. possess. &c. Quæ requirunt ipsam bonorum possess. fuisse decretam, quia ante nullum ius competit. Et fuit argumentatio Bartol. in. d §. à municipibus. licèt non alleget, nec ponderet iura præalleg.

Ne ergo sequatur istud absurdum, quòd ille cui competit edictalis, etiam quòd nolit aliam bonor. possess. agere possit possess. hær. petitione, dicendum est duas esse bon. possess. Edictalem & Decretalem.

Secundò, quia edictalis concernit ius quærendum, quum sit ius persequendi patrimonium defuncti. §. bonorum. s. alle. Decretalis uerò ius quæsitum

situm. d. §. decretalis. & inter ius quæsitum & ius quærendum longa est differentia. Deci. hîc col. x. & in. l. filius paciscendo, de pactis, ergo &c.

Tertiò quartò & quintò pro opinione ista urgẽt §. à municipibus. & §. decret. s. alleg. ac. §. habet autem. l. de pupillo. ff. de no. oper. nun. inducendo iurisdictionem, ut hic per Rimin. colum. xi. in uersic. ista opinio probatur.

Sextò, quia ea quæ differunt in substantia, differunt specie, secundum logicos. & tradit Bart. pulchrè in. l. i. col. iij. ff. de acquiren. possess. & in. l. i. col. iij. & iiij. ff. de act. & oblig. quod maximè procedit secundum legistas, apud quos ex leui et modica differentia constituuntur species. l. i. ff. de præt. stipul. l. ij. §. posteà cum Appius, in fine, ibi, factum est, ut inter plebiscita & leges species constituendi interesset, potestas autem esset eadem. de orig. iur. ut hic per Decium col. ix. & sequenti.

Sed edictalis & decretalis differunt nominaliter, essentialiter, & substantialiter ac specificè. patet, quia una edictalis nuncupatur, quæ defertur ex edicto prætoris mortui à quò sumit originem: altera appellatur decretalis, quæ ex decreto prætoris uiui conceditur. §. nos itaque. l. fi. C. de curat. fur. prima respicit ius quærendum patrimonii consequendi, ut dixi, secunda ius quæsitum. d. §. decretalis. & ideò una potest repudiari, altera non: ut ibi dicitur. Hæc talia sunt quæ ostendunt bonor. possess. differre accidentaliter, substantialiter & specificè, ideò &c.

Et sicut duplex est bono. possess. edictalis & decretalis, ita duplex est successio feudi, edictalis & decretalis, ut post Spec. tradit Curt. in tract. feu. in. iiii. pater fol. 3. in xxiij. causa priuationis.

Contrariam opinionem quòd sit tantùm una bono. possess. edictalis uidelicèt appellata antequàm decernatur à prætore uiuo, posteà decretalis, cum est decreta & executioni per prætorem uiuum mandata, tenuerunt gl. Azo. & Bulgarin. hic relati per Deci. in. ix. col. & Curt. in. v.

Eandem opinionem tenuit hic Barb. in. xviij. & xix. colum. dicens, quòd differunt quòad nomen, 113 sed non quòad essentiam: quia bon. possess. edictalis est sicut materia, decretalis uerò siue hodie iudicialis est uti forma, ex quibus fit unum compositum, & resultat unum perfectum non plura: sicuti quando potentia reducitur ad actum. & licèt Barb. non referat, fuerunt philosophica dicta Bald. in. l. fin. colum. prima. ff. unde leg.

Mouentur præfati scribentes ad ita tenendum, quia diffinitio bon. possess. posita est in §. bonorum, quæ essentiam rei ostendit. l. i. cum not. per Bart. & alios. ff. de testa. tàm edictali quàm decretali competit, ut ibi, ergo una: quia si duæ & diuersæ, darentur pariter duæ diffinitiones. 114

Secundò, quia edictalis petitur & decernitur, ergo est eadem: quia esset absonũ unum peti, & aliud dari, ut hic p Rim. col. ix. uersi. cõprobatur quoniã.

Tertiò, quia ita se habet bo. pos. de iure prætorio quemadmodũ hæreditas de iure ciuili. l. ii. ff. eod. §. quos autem, insti. de bo. pos. sed de iure ciuili non reperitur q hæreditas & successio sit duplex, adita uidelicèt, & non adita, sed unica, ergo una: quia si duæ & diuersæ, darentur pariter duæ diffinitiones.

Quartò, quia edictalis petitur & decernitur, ergo est eadem: quia absonum esset dicere unum peti & aliud dari. ut hic per rimin. col. xi. uersic. comprobatur quoniam. Quintò, quia ita se habet bon. possess. de iure l. hæreditas. &. l. nihil aliud. ff. de uerb. sign. ergo similiter bono. possess. Sextò per text. in. d. §. decretalis, inducendo ut hic per Bulgar. & per Rimin. in. ix. col. in uersic. secundò hoc probatur hæc in effectu fuere fundamenta cumulata per Bulgar. & Rimin. s. relatos, & per Deci. col. ix. respondẽtes breuiter ad adducta pro communi: quia hæ bonorum possessiones differunt accidentaliter, non substantialiter nec specificè, ut per eos. Et fuit Bal. ut. s. retulit: & consequenter non sunt duæ diuersæ bonorum possessiones specie differentes.

Non est à communi recedendũ per. s. dicta. non sublata modo aliquo per tenentes primam opinionem, immo dictæ bonorum possessiones differunt substantialiter & specificè, non autem accidentaliter tantùm, ideò &c.

Et ad tria prima argumenta Bulgarini respond. hîc Dec. col. x. meliusq; & latiùs Rim. loco præalle. fol. iii. & seq. Ad primum enim dicunt, q prædicta diffinitio bon. pos. est facta in genere, quæ comprehendit omnes suas species, ut diffinitio accidentis. instit. de act. in princ. ut latiùs per Rim. Vel aliter, q ibi diffinitur bon. possess. qualificata, & sic utraq; edictalis & decretalis diuersis terminis. uerbum enim prosequendi patrimonii in diffinitione positum adaptatur ad edictalem, terminus retinendi ad decretalem, ut in superioribus diximus. & sic diuersi modè diffiniũtur prædictæ bo. pos. nõ eisdẽ uerbis.

Ad secundum respond. ut per Rim. & Deci. uel clariùs non esse uerum, q petatur edictalis, & detur decretalis, & sic aliud quàm quod petitum fuerat. nã edictalis non petitur, sed competit & datur ab edicto prætoris mortui absq; petitione. l. iii. uersi. sed et si nemo. ff. eo. Decretalis autem est illa, quæ petitur decerni, & quæ à prætore uiuo decernebatur. §. nos itaq; præallega. &. d. §. decretalis cum sequ.

Ad tertium respon. † retorquendo in contrarium quia hæreditas nõ adita aliud est ab hæreditate adita, quæ censetur proprium patrimoniũ hæredis, nõ autem defuncti. ut instit. de hær. qual. & diff. in prin. Aret. consi. clxii. col. pen. & fi. omnes in. l. i. in. §. ueteres, de acqu. possess. & no. in. l. hæreditas de reg. iur. & per Paul. de Cast. in. l. fin. in. §. fin autem. in. ii. ff. de bo. quæ lib. ubi dicit q hæreditas adita largo modo & impropriè dicitur hæreditas. Et idem est i bo. possess. edictali & decretali, ut post Bart. ponit hîc Rimin. in. xiii. col. ad. iiij. & ult. patebit solutio ex dicendis circa intellectum. §. decretalis.

Sed uideamus † utrum communis sententia probetur in d. §. decretalis. & quis sit uerus sensus & intellectus illius text. cui tanquàm carrocio in hac materia inhærent scribentes. Deciditur ibi secundũ communem intelligentiam, bon. possess. decretalẽ repudiari non posse, diebus tamẽ finiri posse, intra tẽpora uidelicèt ab edicto præfixa, eo quia nõ dicitur delata, nisi quum fuerit decreta: ideò ante non põt repudiari, postquam uerò decreta est sera est repudiatio. Et nec ante dationem nec post decretalis repudiari potest, edictalis uerò sic ut in princip. d. l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

primæ cum uulg. & sic diuersa habent media,& naturæ sunt contrariæ, ergo sunt duæ bono. possedictalis & decretalis.

Bulgar. Senensis hîc col.x.& sequenti subtiliter instans circa illum tex. dicebat, communem intellectum non posse stare nec procedere,& sic non probari ibi prædictam communem conclusionem.

Primò dicebat ipse quòd decretalis quæ tribuit ius, repudiari potest, aliàs repudians adhuc admitteretur posteà.l.qui superstite.ff. de acq. hær. quod tamen est falsum: quia perdit ius eius. d. l. i. §. qui semel de succ. edic. ualet ergo repudiatio, cuius op pos. uult communis intelligentia.

Nec obstat si dicatur excludi ibi repudiantem à consequtione decretalis bono.poss. non eò quia illam repudiare potuerit, sed quia repudiando edictalem, cui ut delatæ ab edicto prætoris mortui renunciare potuit, in necessariam consequentiam excluditur à petitione decretalis: quum ex edictali oriatur ius consequendi decretalem. sublato igitur fundamento, non est mirum, si stare nequit dependens. uulg.c.cum Paulus.

Quia respondet Bulgar. dupliciter, primò iurisconsul.ibi intellexisse posse decretalem acquiri non obstante repudiatione, aliàs si renuncians uigore repudiationis foret exclusus, immediatè uel mediatè lex esset imposita uerbis. contra iura uulg. & sic uult dicere Bulgar. cp.§.qui semel, loquitur de edictali tantùm.

Secundò respond. cp decretalis illa uerè & propriè repudiare dicitur, eò quòd ius dicitur delatum quum possit quis illud petere & consequi. l. delata, de uerb. signifi. ideò repudiari potest. & quum text.dicat oppos.consequens est, qnòd de illa decretali non loquatur.

115 Rursus contra communem intellectum † mouetur, quia in.§.decretalis, deciditur eam non repudiari, sed tempore finiri. aut enim nondum est decreta, & non potest finiri, ex quo non est adhuc in rerum natura, & non entis nullæ sunt qualitates. iuribus uulga. Aut est decreta per prætorem, & non potest repudiari, ut ibi dicitur. Et sic à partibus sufficienter enumeratis patet tex. de decretali illa ius tribuente loqui non posse.

Et si dicatur eam bonor. poss. decretalem finiri tempore, idest amitti transacto tempore anni, uel centum dierum ad agnoscendum bon. poss. edictalem præfinito, & sic per interitum contingentem per lapsum dicti temporis perimi etiam decretalẽ: ut dicit glo.fin.circa fi.in.l.i.ĩ.eo.

Respondet Bulgar. dupliciter, primò falsum esse, quòd bonor. poss. decretalis seu quæ ex decreto datur & introducitur, dicatur eo modo finiri, quia cuius nunquàm fuit principium nec essentia in rerum natura, non potest dici esse finis: quum priuatio habitum præsupponat, lege decem, cum similibus de uerbor. oblig. Sed decretalis nunquàm fuit, & nomen ac essentiam capit à decreto, ut ibi dicitur, ergo &c.

Vel aliter & secundò, quòd dicendo prout.ĩ. dicebatur eam amitti per lapsum dicti temporis, non esset differentia inter expressam repudiationem & interitum bon. poss. per lapsum temporis. nam etiã repudiata edictali & sic perempta, sequeretur pariter repudiatio & amissio decretalis: quum non possit esse nec dari decretalis, sublata edictali, ex qua decretalis procedit. Et tamen text.ibi differentiam facit inter duo prædicta, quum dicat, decretalem non repudiari, sed finiri tempore. ergo apparet.d. §. decretalis,non posse intelligi, ut faciunt communiter Doctor. de bonorum possess.decretali ius tribuente.

Ex tribus ergo in effectu probabat Bulgar.§.decretalis, non posse procedere in decretali ius tribuẽte secundum communem intelligentiam. Primò, quia si non posset repudiari, ut ibi uidetur dici, adhuc admitteretur repudians. d. l. qui superstite. quod tamen est falsum, d.§. qui semel. Secundò, quia ex quo agnoscendo quis potest illam consequi.l.i.&.l.iii.§.bonorum.ff.eo. ergo dicitur delata.l.delata.ĩ. alleg. cuius contrarium dicitur in.§. decretalis. Tertiò, quia ex quo tempore finiri potest, ut ibi dicitur, apparet habere initium,cuius oppositum ibi dicitur.

Vnde dicebat Bulgari. aliter intelligi debere illum tex.§.decretalis, quàm fuerit hactenus per Doctores nostros communiter intellectus. uidelicèt quòd loquatur de bon. poss. decretali.i.de illis bonor. poss. extraordinariis,quæ non tribuunt ius successionis & patrimonii, prout est Carboniana & uentris nomine, quæ non tribuunt ius in proprietate, sed in possessione tantùm.ff. de carbo. edict.l. iii.§.puberi, &.§.missum, ibi, contentus enim esse debet hac prærogatiua quòd possessorem eum prætor tantisper constituit. &.l.ii. §. si quis ex liberis. cum glo.ff. ad Tertyllia. &.l.i.&.ii.ĩ.de carb. edic. l.i.in fine de uentre in possess. mittendo. De quibus quidem bonorum possessionibus extraordinariis non tribuentibus ius in proprietate, sed in possessione uidete glo.in.l.iii.in.§.si causa cognita.ff. eo. & in.l.ii.in.§.i.ff.quis ordo. Istæ bonor.poss.extraordinariæ, & quæ non tribuunt ius in proprietate, sed in possessione tantùm repudiari non possunt, dicebat Bulgari. & de istis loqui.§.decretalis. secus in ordinarijs, quibus ius tribuunt. ut.ĩ.de rep. hære. & de rep.bon.poss.

Dictis bon. possessionibus extraordinariis quadrant & conueniunt omnia quæ in. d.§. decretalis, ponuntur. semper enim dantur & tribuuntur per decretum prætoris, incipiunt & recipiunt esse ab ipso decreto iudicis nec prius dicuntur delatæ. d.§. missum.&.l.i.C.de carb. edic.ibi, data bon. poss.

Finiuntur etiam tempore infrà annum, si nõ petantur, ex quo status mouetur controuersia. l. iii.§. fin.cum.l.seq.ff.de carb.edic.

Secundò & propriè finiuntur tẽpore, quia Carboniana finitur aduenièt pubertate.l.fi.C. de Carbo.edic.l.iii.§.puberi, in fi.ff.de carb.edic.ibi, mox pubes factus finiretur bo. poss. emolumentum, & l.prælleg.§. si quis ex libris. Quæ autem uentris nomine finitur per editionem partus.d.§. siquis ex liberis, ibi,mox natus sit.&.l.i.in fi. cum.l. sequ.ff. de uentre in poss.mittendo.

Et istum esse uerisimum intellectum ad illum text.dicit Bulg.quem quidem intellectũ uti nouum & peregrinum ad illum tex.in.d.§.decretalis, dicũt &

& sequuntur Curt. hîc col.v.&. ĩ. eo. in.l.j.col.ult. & Modern. Mediol. in.d.l.delata.

Sed prædictum intellectum Bulgarini reprehendit hic plenè Rimin. fol.ult. Dec. in prioribus scriptis colum. ult. Moderniores Ferrarien. in ultimis colum. & Dec. in.l.fin.colum. iij. ĩ. eo. & pro ueritate, asserta subtilitas est nimis saturnina: ideo uitanda.l.si seruum.in.§. sequitur,de uerbo.oblig.l. j. ff. de senat.

Primò, quia initium d. l. primæ & titulus ipse de succ. edic. loquitur de bon. poss. quæ tribuunt ius, in quibus locum habet edictum illud, ut uerba iuriscons. ibi manifestè ostendunt, ibi, ne bona hæreditaria &c. cum sequentibus. propterea extraneum esset & absonum intelligere §. decretalis, qui uenit continuatiuè ad præcedentia in bonor. poss. extraordinarijs, quæ non tribuunt ius, de quibus ibi non agitur.

Secundò, ita proueniunt ab edicto prætoris quæ tribuunt ius, ut illæ facti, quæ ius in proprietate non tribuunt: quum à decreto prætoris nomen sumant.d.§.decretalis, ibi, nisi cum fuerit decreta.& §.nos itaque prælleg.inducendo efficaciter illum, ut per Dec.in.l.fin.colum.i j. &.iiij.ĩ.eod.&.l.si ex duobus, cum.l.illud, in fine.ff. de contratab. ac. l. iij.§.quamuis.&§. fin.&. l. sequenti.de carbo.edic. Ideò nulla est ratio, cur magis decretales dicendæ sint, & quæ sunt facti & extraordinariæ, quàm illæ quæ sunt iuris & ordinariæ. & per consequens cur §.decretalis,loquens generaliter,intelligi debeat in extraordinarijs, quæ sunt facti, quàm in ordinarijs,quæ sunt iuris.

Sicuti enim decretalis quæ non tribuit ius, non competit antequàm decernatur quum à decreto denominationẽ sumat, pariter ista quæ ius tribuit, non competit antequàm sit decreta, quum esse & robur ac nomen ab ipso decreto accipiat. §. decretalis,& §.nos itaque, prælleg. prout etiam uocabuli indicat etymologia. Ideò in omnibus ipsis uerificari possunt uerba text. §. decretalis, quòd antequàm decernatur, non possit repudiari considerando bono. poss. per se.

Tertiò, quia quemadmodum decretalis ius tribuens repudiatur per repudiationem edictalis, seu amittitur spes illius decretalis habendæ amissa edictali.d.§.qui semel, cum sequenti,&. l.j. cum gl. fi. ĩ. eo.eodem modo Carboniana,quæ petitur à prætore uiuo uirtute edicti Carboniani prætoris mortui.iuxta.l.primam.C.de carb.edict. cum prælleg. debet posse repudiari repudiata Carboniana, quæ competit ex illo edicto Carboniano. nec est dare rationem diuersitatis.

Quartò & ultimò, quia quælibet dispositio in dubio potius intelligitur de actu ordinario, quàm de extraordinario.l.Scio.§.medico,cum ibi no. per Bar.ff.de ann.leg.ergo.§.decretalis,intelligi potius debebit de ordinarijs, quæ tribuunt ius, quàm de extraordinarijs.

Non obstant quæ contra communem intellectũ considerabat Bulgar. dum enim primò dicebat ualere repudiationem decretalis,quia aliàs repudians iterum admitteretur, contra §. qui semel. fallacia est in inductione illius tex. Repudians enim solam decretalem admitteretur iterum ad illam petendũ & consequendum, quum non prestet impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.c. nõ præstat,de reg. iu.in sexto. nec §.qui semel,dicit contrarium, quum loquatur in diuersis terminis de edictali uidelicet,per repudiationem uerò edictalis be ne repudiatur decretalis effectualiter tanquàm sublato fundamento pro consecutione decretalis, quia amittitur ius & spes illa consequendi decretalem: ut per glo.fin.l.primæ.ĩ.eod. Et §. qui semel, prout dixi, & etiam ibi declarat gl.loquitur in repudiante edictalem,non in repudiante decretalem, prout inducebat Bulgar.& sic arguebat & inferebat ex diuersis,ergo malè iuribus uulgaribus.

Nec est ponere legẽ uerbis,intelligendo eo modo, ut dicebat Bulgar.immo rebus, quia incipiendo à sola decretali nihil agit repudians,quum nondum sit delata,ut ibi dicitur, ex quo non fuit directa: ideò nimirum si repudiari non potest.

Sed incipiendo ab edictali bene effectualiter repudiatur decretalis, id est species consequendi illam, ut dixi. quum enim edictalis sit ab edicto delata repudiari potest.d. §. qui semel. qua repudiata tollitur species habendæ decretalis, & impeditur aditus ad illam sublato fundamento & uia perueniendi ad illam. Ita intelligitur §.qui semel,qui loquitur solùm de edictali ad quam post repudiationem quis non potest redire, quum fuerit exclusus. De decretali autem non loquitur, sed bene uerum est, quòd nec illa (ut dixi) peti amplius tunc potest sublato fundamento & uia perueniendi ad illam per repudiationem edictalis.

Nec est uerùm quòd decretalis bon. possess.dicãtur delata, quum possit quis petendo illam consequi per dictam.l.delata,ut dicebat Bulg. Nam mortuo eo de cuius bonis agitur, incontinenti formatum est in abstracto ius hæreditatis uel bon. possessionis repræsentans personam defuncti, quod mediante additione uel petitione facta à iudice consequi quis potest: ideò delatum dicitur. Id enim procedit in hæreditate,prout loquitur. l.delata, & bo. poss.edictali, nos uerò loquimur in bono. poss.decretali,quæ non dicitur delata, nisi per interpositio nem decreti à quo nomen & effectum sumit. Et an teà talis non est,nec dici potest, ideò quum non dicatur delata,nisi decreta,mirum non est, si non po-
116 test repudiari. † quia iuri de futuro nondum delato uel competenti non potest renunciari, nec illud repudiari.l.is qui hæres, cum ibi not. per Aretin. in princ. & in secunda colum .ff. de acquir. hæred. & l.si ita scriptum.§. si sub cond.ff.de leg. secundo, cũ plenè no.in.l.prima.suprà de pact. & licèt iura simpliciter & indistinctè dicant bonor. poss. repudiari posse.dicta lege prima.§,primo.de succes.edic.&.§. qui semel præall.intelligunt tamẽ de edictali,nõ de decretali, ut clarè ostenditur ex §. illo decretalis, qui aduersatiuè subijcitur: uideamus (inquit) an decretalis possit repudiari. ergo dum indubitanter assertum fuit bono. possess. posse repudiari, datur intelligi quòd non intellexit de ipsa decretali, de qua disputat, uerùm de edictali. sed esto quòd decretalis repudiari non possit, quia nondum delata, tamen ius consequendi decretalem

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidetur repudiabile: quia delatum. Decretalis ergo ante interpositionem decreti non potest dici delata, quum à decreto ipso denominationem & esse accipiat. sed ius petendi ipsam decretalem delatum ac causatum dici potest: quum oriatur & procedat ex ipsa edictali delata. l. j. ĵ. eo. cum s. alleg. propterea ille qui repudiaret ius petendi bon. pos. decre. ab illa excluderetur. d. §. qui semel. &. ĵ. de repud. bo. pos. per totum. quia utud delatum est & causatum, & in effectu repudiaret edictalem, quæ repudiabilis est: secus si repudiaret bo. possi. decretalē: quia non est delata. Et in hoc hallucinati fuerūt Bulgari. Cur. Mod. Mediol. & alij ad prædictam differē tiam, non aduertentes inter bon. pos. decretalē, quæ cum interpositione decreti assumit esse, & ius petē di eam, quod est creatum & causatum ante interpositionem decreti: ideò delatum dici potest. quæ est pulchra & noua declaratio ad. d. §. decretalis.

Ad secundum fundamentum Bulg. de uerbis illis, diebus quidem finiri potest, inducendo quemadmodum ut per eum. Respon. non esse absonum à propria significatione uocabuli recedere postquā de mente iurisconsulti constat. ex quo enim non est delata; constat non habere principium ante interpositionem decreti, à quo introducitr: ideò neces-
117 se est impropriare uerbū finiri. † Vel aliter dici potest secundum glo. ibi, ꝙ intelligitur tex. ille decretalem finiri tempore, id est ius petendæ decretalis, & spes illa habendæ decretalis, quæ ex edictali oritur, ut per gl. fi. l. primæ. ĵ. eod. Et sic uerba illa fini-
118 ri &c. † intelliguntur de causali, quæ inest edictali secundum Bald. in. l. j. in fin. vij. quæstionis. ĵ. eod. Nec inconuenit in iure nostro similes interpretationes fieri. l. quæsitum, cum glo. in uerbo operas. ff. de usufr. &. l. ex conuentione. cum glos. in uerbo ex uendito. suprà de pact. facit uulg. regula. l. si uno. ff. loca.

Nec uerum est, ꝙ secundum communem intellectum de quo suprà, non esset differentia inter expressam renunciationem & interitum bo. possi. per lapsum temporis, prout est ex mente illius text. ut in superioribus latè diximus.

Quia respondeo, ꝙ immo est aperta differentia, 120
declarando ut suprà feci. nam considerando solam decretalem ac de per se, ab ipsaq; incipiendo, quia nondum delata est, repudiari non potest: sed bene potest finiri tempore ius seu spes habendæ decretalis perempta edictali, unde procedit. ita intelligi- 121
tur. d. §. qui semel, cum. §. sequenti decretalis.

Sed si incipias ab edictali ea repudiata, sequitur effectualiter repudiatio decretalis, sicuti ea finita per lapsum temporis præcluditur aditus & uia ad decretalem sublata spe & fundamento. d. §. qui semel, &. l. j. cum gl. ĵ. eod.

Sed contra prædictam resolutionem opponitur nunc, ꝙ immo repudians decretalem, directò exclu
119 datur ne amplius possit illam petere † & consequi per not. decisionem Saliceti in. l. unica. ĵ. tit. proximo. ꝙ repudians bon. possi. unde cog. uideatur per prius repudiare unde legitimi, quæ prius defertur: 122
quum sit necessarium antedens ad actum, qui geritur. sequitur ibi Alex. in. ij. colum. & Iaſ. in. l. nec is, in §. hæres, per illum text. ubi uidetur casus. ff. de acquirend. hæred.

Ergo pariter repudians decretalem bon. possi. uidetur per prius repudiasse edictalem: quum sit necessarium antecedens ad ualiditatem repudiationis decretalis bon. possi. ut diximus. ita quòd excluſus ab edictali, non poterit ampliùs sublato fundamento consequi decretalem. Et ita dicendo. §. decretalis, esset uerbis impositus, quia in effectu decretalis amitteretur, amissa & sublata per priùs edictali. contra illum textum, & communiter scriben. prælleg.

Cogitabam aliàs si dici posset, ꝙ ex quo non ualet expressum, quando repudiatur decretalis nondum delata nec competens, non subsistat etiam tacitum. l. iii. in fi. cum glo. ff. de ser. ruſt. præd. ideò ni mirum, si neutra tollitur.

Sed uidetur obstare text. in. l. fi. C. de necess. ser. instit. & instit. de hære. instit. in princ. ibi, non ualebat expressa institutio serui sine libertate uidelicèt, & tamen ualet tacitum antecedens necessariū, quia censetur data libertas, & inde facta institutio hæredis. probatur etiam in. l. illud. ff. de acquiren. hæredit. & in. d. §. primo. l. nec is, ac per decisionem Salic. s. alleg.

Cogita si dici possit, quòd decretalis antequàm sit, nullo modo competit. ideò repudiari non potest: quum lex resistat. d. §. decretalis, militante etiam uulgata regula, quod potui nolui, quod uolui adimplere nequiui. de qua in. l. multū interest. in fin. C. si quis alt. uel sibi. potuit enim repudiare edictalem, & sublata fuisset spes decretalis extincto eius fundamento: hoc noluit, uoluit autem repudiare decretalem antequàm fuisset decreta, & hoc facere non potuit lege prohibente. d. §. decretalis. Item quia talis repudiatio est incæpta, quum decretalis (ut diximus) nō possit repudiari, sed bene spes habendæ decretalis: ideò nimirum, si talis repudiatio non ualet. Et ad. §. decretalis, facientem differentiam inter delatum & acquisitum, ut primum repudiari possit, secundum non, adde text. in. l. si ita scriptum, in. §. si sub conditione. ff. de leg. ii. & in. l. iii. & iiij. C. de rep. ubi Bald. Alex. & Iaſ. & alij ponunt, quæ sit differentia † inter repudiare & renunciare. de quo uidete Bar. in. d. l. is potest, col. fi. pulchrè Rotam in decisione cxxci. in nouis. & Ripam in repetitione. l. si unquàm in. xj. q. C. de reuocan. donationib.

Sunt tamen aliqui casus † ubi ius de futuro tollitur per repudiationem, de quibus per Aret. in. l. is qui hæres, col. fin. principii. l. ff. de acquiren. hæredit. & per Iaſ. in. l. nec is, in. §. primo, illo eod. tit. & per omnes in. l. i. suprà de pact. ubi Deci. in. v. col.

Quasdam alias not. quæstiones tangit hic Bald. qui secundum Alexand. ad fin. rubr. melius quàm alij locutus fuit, superboque commento rubr. nostram exornauit, secundum Barbat. hic in uigesima colum.

Circa primam eius quæstionem, utrum sit dare bonor. possess. generalem seu in genere: conclusio est, † quod non. quum omnis bono, possess. nobis deferatur ex aliquo capite edicti Prætoris: ita ut quælibet specialis sit. Et licèt uideatur diffiniri in genere in lege tertia. §. bonorum. ff. eodem, tamen

genus ponitur magis in uim regulae. uide-
123 mus etiam in simili † quòd diffinitur animal in genere, & tamen non est dare animal, quod sit ens naturale extra suas species, sed est quoddam abstractum & prædicabile intellectuale, & ita diffinitur. uerba sunt elegantia Bald. hic quem sequitur Cor.
124 col. j. & Barb. xxvij. & sequenti.

Secunda quæstio. Bal. hic an bono. possi. sit actio uel officium iudicis? uide quæ circa diffinitionem dicta fuerunt.

Tertia quæstio. not. & utilis, utrum in petitione uel agnitione bono. possi. requiratur citatio partis. Bal. hic post Bar. in. d. §. si causa cognita. concludit in bono. possi. contra tab. neminem esse citandum, quum nemini præiudicium fiat: censeaturq. reser- 127
uatum & conseruatum ius absentis, & agnitio sit declaratio uoluntatis, quæ potest fieri quocunque inuito: ut hic per ipsum Bald. cum quo alij transeunt, excepto Barb. qui in xlj. colum. cum sequēti oppositum tenet. quia agnoscens habilitatur ad rumpendum testamentum uel ad molestandum alium ius habentem, & sic tractatur de interesse partis, ergo citari debet. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. de uno. ff. de re iudi.

125 Sicuti dicimus † in relaxatione absolutionis à iuramento, quæ quum habilitet absolutum ad impugnandum quæsitum, non conceditur, nisi parte citata, ut hic per eum. de quo articulo latè Iaſ. in. l. ne quicquam. in. §. ubi decretum. colū. viij. ff. de offic. proconſ. & lega. & Deci. in c. qua fronte, col. fin. de appell. cum similibus.

Sed non est recedendum ab opinione Bald. ex quo non fit alicui considerabile præiudicium, nec in proprietate nec in possessione, quia merita causę tractabuntur posteà in iudicio interdicti quorum bon. uel. pos. hær. pet. cum ipso aduersario. ut uult & declarat idem Bald. in. l. i. circa finem. ĵ. si de mo 128
men. possi. fuer. appell. & in. l. j. in fi. per illum text. ĵ. quorum bon. ubi etiam per Bart. & ita declarauit prius pulchrè Bart. in. l. iij. in. §. si causa cognita col. ii. ff. eo. Bal. Alexand. & Corn. in. l. fin. colum. ij. & fina. ĵ. eo. & Roma. in consil. lxj. Et per consequens quum saluum sit ius partis, non censetur in tali agnitione tractari de præiudicio eius. Et sic tollitur ratio Barb. Et ad illud quod dicebatur de absolutione à iuramento multi contrariam partem uti ueriorem tenent, quorum opinio seruatur in pluribus locis. Sed ultra respondeo, quòd in tali agnitione bon. possi. contra tabu. facta declaratione animi nihil est, quod possit per contractorem impediri per rationem de qua. s. ideò nimirum, si citatio non exigitur: secus in relaxatione iuramenti quæ per iudicem conceditur. Ideò quum supersit post petitionē actus expediendus à iudice, qui possset à parte impediri, nimirum si citatio requiritur, nec admittitur aduersarius: ut hic per Bal. & Alex. in. d. l. col. fi. in prin. in uersi. sed opin. Bal.

Sed generalius & utilius inuestigandū est, utrū
126 in agnitione aliarū bo. possi. requiratur citatio partis? † Quæstio secundum Barb. habet duo capita, quid de iure digestorum, secundum quod requirebatur decretum, & quid de iure hodierno, secundum quod sufficit agnitio simplex, ut dictum fuit. Ipse concludit tàm de iure antiquo, quàm de nouo & hodierno requiri citationem partis, ut hic plenè per eum in nona & decima charta.

Sed communis est in contrarium, ex quo nemini fit præiudiciū nec in possessione nec in proprietate, ut dixi. Ideò nemo sit citandus, sed postea quū intentabitur interdictum quorū bo. uel possi. hær. pet. uocanda erit pars de cuius præiudicio agitur. & ille qui agnouit, tenebitur iustificare eius intentionem, probando ꝙ sibi delata fuerat bo. possi. et si bi pertinebat. Et consequenter respectu aduersarij prædicta agnitio nullum ius tribuit, illiq; nihil obest. ut dicunt Bar. Bal. & alij prælleg. Bald. Alex. & alij in. l. fi. ĵ. eo. Ideò nimirum, si non requiritur ali qua citatio partis. † Et ad tex. in d. l. iii. in. §. si causa cognita, qui uidebatur Bartolo contrarium proba re. quia si causa cognita & iudice sedente pro tribunali dabatur possi. bon. ergo necessaria citatio partis l. in causę. §. causa autem cognita, & presentibus ad uersariis. ff. de min. respondet eleganter Bart. in. d. §. si causa. quod intelligitur quantum ad informationem iudicis utrum petens uel agnoscens filius sit, uel talis qui admitti debeat uel non per ipsum iudicem, non quantùm ad partem de cuius interesse non agitur: ut ibi per eum. & Bald. in. l. i. ad fi. ĵ. quorum bono. ubi notanter dicit, ꝙ prima probatio de qua in. d. §. si causa cognita, non fit in figura iudicii, ideò fieri posse hærede non citato: sed secunda probatio de qua in. d. l. i. fieri debet cum aduersario & in figura iudicii: ideo citata parte. Et meritò dicit Bar. requiritur ista secunda probatio, quia prima non pertinet ad uigorē secundi iudicii. Hodie uerò certum est & indubitatum, non requiri citationem partis, quum possit agnoscere illa contradicente. l. fi. ĵ. eod. ergo non est citanda secundum Bart. in. d. §. si causa, col. ii. Quid autem si appareat legitimus contradictor? dicam statim. † Et quia practica est uera legum intellectrix per quam digerun tur leges, quæ in scholis deglutiuntur. ut post Bal. in pluribus locis dixi in princ. l. ii. C. de rescin. uendit. uidendum est, quomodo tàm de iure antiquo, quàm iure nouo ad praxim hæc materia deducatur. Et reiecta opinione Bulg. hîc in. iii. q. & quorū dam modernorum uolentium, ꝙ olim in agnitione bo. possi. eius tribuentis non requireretur decretum nec causæ cognitio, quum sit contra d. §. decretalis, secundum cōem intellectum in superioribus defensatum. & contra §. nos itaq; . l. fi. s. de cur. fu. ut plenè per Rimin. & Deciū in. l. fi. in iii. no. ĵ. eo. Bar. post gl. in. d. §. si causa cognita: & cōiter scribē. in locis prælleg. concludunt, ꝙ de iure antiquo nemine citato pars poterat petere à iudice bo. possi. quæ ius tribuit. Et si non apparebat legitimus contradictor, iudex absque causæ cognitione decernebat petenti bon. possi. quia non inferebatur (ut dixi) præiudicium aliis in successione ius prætendentibus. Intelligēdo de plena causæ cognitione. interueniebat. n. (vt dixi) aliqualis cognitio & iustificatio quoad informationē iudicis, an petēs talis esset, qui admitti deberet uel non. Et huiusmodi cōcessio decretū iudicis erat, impropriè tamē: quū nō interp neretur cā plenè cognita. ut p Dec. in. d. l. fi. col. iii.

Si verò apparebat aliquis legitimus cōtradictor,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando petebat quis sibi decerni bon. poss. expediri, res tunc debebat cum plena causæ cognitione, & interpositione decreti, quod non adhibebatur de plano, neque alibi quàm iudice pro tribunali sedēte. d. §. si causa cognita. cum. l. ij. in. §. dies. ff. quis ordo. &. l. nequicquam. §. ubi decretum, cum gl. ff. de offi. proconſ. & leg. latè Dec. in. l. fina. colum. iij. & in. l. j. colum. penul. ĵ. eo. uolens in casu d. l. primæ quòd apparente legato contradictore, res sit tradenda in forma iudicii. & tunc filius ulteriùs nō admittatur sine consensu patris, quum non habeat legitimam personam standi in iudicio. §. necessitate. l. fin. ĵ. de bon. quæ lib. & c. fin. de iudi. in sexto. Et quum adsit contradictor, & sic actor, reus, & iudex: & consequenter iudicium. cap. forus. de uerbor. signifi. seruari debet ordo iuris, ut per gloss. in cap. uenerabilem, in uerbo non seruatur. extra qui filij sint. legit. cum similibus. Et sic superueniente contradictore causa primordialis in totum alteratur, quia in principio actus erat uoluntarius, & superueniente contradictore efficitur contentiosus, qui per filiumfa. & seruum in iudicio expediri 130
potest.

Curtius in. d. l. prima disputando, contrarium tenuit, quòd etiam apparente contradictore filiusfam. & seruus repelli non debeant. quia in multis casibus habent legitimam personam standi in iudicio. l. uix certè. cum notatis. ff. de iudi. l. prima. C. si per uim. quum ergo text. d. l. primæ. ĵ. eod. dicat filiusfam. posse petere bonorum poss. sine patre, & idem sit in seruo in. l. seruus. ff. eod. non erit inconueniens dicere quòd in ista bono. poss. petenda in forma iudicij habeant legitimam personam. præcipuè, quum ista bono. poss. amittatur breui tempore data scientia: ideò dicatur esse periculum in mora, quò casu solemus discedere à regulis iuris communis. l. de pupillo. §. si quis rinos. cum ibi not. ff. de nou. oper. nun. facit. l. seruos. ff. de alim. & cib. le ga. Et licet Curt. non dicat, Bald. ibi colum. ij. in iiij. oppos. post Cyn. tenuit hanc partem, quòd nemo admittatur ad proponendum uel opponendum, ex quo nulli fit præiudicium, & decretum non concludit aduersario, sed tantùm ipsi petenti.

Non est recedendum ab opinione Barto. & com
129 muni † quòd admittatur contradictor, & iudicium quod erat extraordinarium, efficiatur ordinarium: & consequenter legitimandæ sint plenè personę. d. §. si causa cognita. cum uulg. Et ita tenent communiter scribentes, ut per Signorol. in repetitione. d. l. primæ. col. v. ubi etiam per Aretin. & per Alex. col. iij. Rimin. ix. Ias. ii. Deci. pen. & alios communiter.

Ad motiua prædictorum tenentium oppositum respondę, ꝙ licèt sint aliqui casus in quibus filiusfam. & seruus possint esse in iudicio, regula tamen est in contrarium, quam sufficit per se habere. l. ij. cum notatis. ff. si quis in ius uocatus: casus iste non est de illis, ergo &c. Nec refragantur iura dicētia fi 131
lium fam. & seruum posse petere bo. poss. quia procedunt alio non apparente, secus quando apparet legitimus contradictor, & actus mutatur, noua forma assumpta, noua qualitate superueniente, & facta agnitione bon. pos. aut porrecta petitione per filium uel seruum, præclusa est uia cursui temporis.

ut per Bald. in. d. iij. oppos. & est casus not. l. quum quidam. ff. eo. ubi postquàm simplex petitio bon. poss. clausa est in iudicio, impeditur cursus temporis ab edicto præfiniti, etiam ꝙ decretum non fuerit interpositum, licèt postea exigatur concessio iudicis, ut declarat Bal. in. l. fin. ĵ. unde legiti. Bulgari hic in. xxv. col. & Dec. in. l. fin. col. iij. ĵ. eo. Nec mirum, quia tempora assignata sunt parti, non iudici l. j. ij. & l. emancipata. ĵ. eo. ideò nimirum, si facta petitione per partem non currit postea tempus, ut per Corn. in. d. l. fi. col. ij. ĵ. eo. & sic cessat quod de periculo obiiciebatur. ad d. l. seruos. respon. ꝙ procedit fauore alimentorum, ut ibi notatur.

Nec obstat quod dicebatur, non esse admittendum contradictorem. quia hoc falsum est, & contra tex. in. d. §. si causa cognita. ut per Deci. in. d. l. i. col. penult. & in d. l. fi. col. iij. Neque refragatur ꝙ non fiat alicui præiudicium, quia immo posset fieri præiudicium, puta, si contradictor haberet nunc testes & probationes pro repellendo petentem à bonor. poss. quos fortè in futurum non habebit.

De iure uerò C. & nouissimo † sufficit simplex
agnitio coram iudice facta, & declaratio animi uolentis agnoscere. d. l. fin. & instit. eo. §. fi. & sic non requiritur citatio partis, nec curatur de contradictore: quum non sit hodie petitio: & nihil petitur à parte, nec à iudice, sed est simplex agnitio & declaratio uoluntatis agnoscentis, ut ibi, & not. Bart. in d. §. si causa cognita. & Bald. in. d. l. j. in quarta oppos. & contra Odofr. declarat Alex. in d. l. fi. col. ij. Et per cōsequens hodie etiam apparente legitimo contradictore filiusfam. habebit legitimam personam agnoscendi bono. poss. si modò non petat, quòd interponatur decretum.

Nec obstāt no. per Bar. in. l. fi. ĵ. de edic. diui Adr. ubi scriptus hæres in testamento non abolito mitti debet in possessionem, quæ tamen immissio, ut ibi dicitur, impeditur quando apparet legitimus contradictor. per quod Curt. hîc contrariam opinionem tenebat.

Quia, quum hodie agnitio prædicta non expecter post se decretū, trahit statim effectum secum, quia nihil superest agendum, quod impediri possit per contradictorem: ut per Alex. in. d. l. fin. col. ult. in princ. & Corn. in. l. j. col. ij. ĵ. eo. Et dicta Bart. in d. l. fin. de edit. diui Adr. procedunt in poss. bon. facti, & in præiudicialibus in quibus admittitur contradictio, ut per Alex. in d. l. fi. col. pen.

In bon. poss. facti, quę non tribuunt ius, antiqua iura remanent incorrecta, ut adhuc hodie requiratur decretum & causæ cognitio. hoc enim non reperitur mutatum, ideò &c. nam iura noua quæ de decreto non curant, sed simplicem petitionem uel agnitionem tantùm exigunt: ut. l. fi. ĵ. eo. &. §. ult. instit. eo. cum. §. nos itaque. prælleg. loquuntur in bon. poss. quæ ius tribuunt. ut post Bald. & Pau. de Cast. scribit Dec. in. d. l. fi. in. iij. not. † licèt etiam in 131
prædictis sufficiat simplex agnitio quantùm ad hoc ne labatur tempus eas petendi. per. l. cum quidam ĵ. alleg. & per Alex. in. d. l. fi. col. pen. Ias. iij. & Bulg. hîc in. iij. q. col. penul. ubi reprehendit Fulg. & Alexan. qui dicebant, eas bon. poss. facti agnosci posse, quum non agnoscantur, sed petantur.

Sed

Sed non est uis, quia nec ipse discedit à Bal. uolente ꝙ quomodocunque sit clausa in iudicio perpetuetur, ita ut nō expiret intra tempora ab edicto præfixa: prout expiraret alio non facto.

Circa quartam quæstionem, an bonorum poss. sit ius uel factum. Bal. bene loquitur, & retuli suprà circa diffinitionem.

In quinta quæstione similiter bene loquitur, & plura addit hîc Barb. col. xliij. & sequenti.

132. Circa sextam quæstionem, † an hodie bonorum possessiones necessariæ sint, uel utiles: ponit octo casus notabiles, in quibus utiles sunt, & necessariæ.

Primus casus, quando quis repudiasset ius succedendi de iure ciuili, quia potest succedere de iure prætorio per bono. poss. à qua non excluditur per
133 repudiationem prædicto modo factam † argumento l. suum. ĵ. de iure deliber. nam sublato uno iure remanet aliud, quod ab illo non dependet. l. si domus. ff. de seruit. urb. prædio. Pau. de Cast. in l. fina. col. fin. ĵ. unde legiti. facit. quia inclusio unius, est exclusio alterius. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nonne, de præsumpt. repudiando ergo ius succedendi de iure ciuili retinet ius succedendi de iure prætorio. & sequuntur. Aret. Instit. de exhæred. lib. in principio in ult. col. & Corn. in d. l. fi. col. fi.

Si quis tamen repudiasset hæreditatem simpli-
134 citer, † intelligeretur etiam repudiasse bon. poss. & omne ius quo hæreditatem ipsam consequi potest, secundum Bal. hîc, colum. iij. & Bar. in l. nec is, in §. hæres, de acquir. hæred. per glo. illam not. in l. prima in §. sed uidendum. ff. de succ. edic. de qua plenè Soc. in l. prima. char. pen. in viij. quæstione Bar. ff. de uulga. cum alijs quæ post Deci. allegaui in l. quotiens duplici, de reg. iur. Et ista decisio Bart. & Bal. est communis, ut per Alex. & Corn. in l. suum ĵ. de iu. delib. quia indiffinita æquipollet uniuersa
li. l. si pluribus. ff. de legatis secundo. & per Dec. in consil. cclxvj.

Et sic quum renunciatio referatur ad rem, simpliciter uidetur renunciare omni iuri sibi competenti.

Curt. hîc tenet oppos. per regulam d. l. si domus, & ita latè hoc tractantes uoluerunt Barba. hîc col. xlv. cum sequenti & Ias. in d. §. hæres, col. iij. & iiij. reprobantes decisionem Barto. in d. §. hæres, & respondentes diuersimodè ad gl. d. §. sed uidendum.

Sed non est recedendum à decisione Bart. communiter approbata, ut dixi. non obst. fundamentū prædictorum, iactum in effectu super d. l. si domus.
135 quia non loquimur quando quis repudiat simpliciter, † quia intelligitur de omni iure sibi competenti, quum indiffinita &c. secus quando sunt plura iura competentia, & renuntiat uni: tunc enim nō intelligitur renunciare alteri. ita procedit & intelligitur d. l. si domus, ita declarat eleganter Cor. in d. l. suum, & Dec. in consi. cclxvj.

Restringe tamen prædictam conclusionem, quā do repudians hæreditatem diceret reseruato beneficio prætorio. ita Bal. & Corn. in d. l. fin. unde leg. co. fi. facit uulgata regula. l. continens, in §. eum ita, de uerb. obl. quod in claris &c.

136 Et quemadmodum repudians hæreditatem (ut dixi) censetur etiam repudiare bon. pos. † ita repudians bon. poss. excluditur pariter à iure succedēdi de iure ciuili. Ita notanter Are. in d. §. hæres. col. fi. allegat tex. no. in l. ij. in §. si duo. ff. de secūdum tab. sequitur Dec. in d. l. qui se patris col. fi. Quæ decisio uidetur dura, quia bon. poss. est beneficium prætorium, & renuntiationes sunt stricti iuris, ut dixi: ergo uidetur referēda ad successionem prætoriam tantùm. Et prædicta decisio est contra tex. secundū communem intellectum. in d. l. suum. & ita tenent Iason. in d. §. hæres, colum. iij. & Corn. in d. l. suum, post alios ibi allegatos. licèt de Are. non faciant uerbum, nisi quando esset adiecta ratio seu causa, quæ generalis esset, ut quia dixisset; quia successio est damnosa, tunc refertur ad totum ius hereditarium: quia ex ratione intelligimus dictum. l. si is qui animo. cum gl. ff. de acquir. hæred. l. cum pater, §. dulcissimis. de lega. ij. ut per Corn. in d. l. suum. Dec. in consi. prælleg. &. ĵ. in l. j. col. viij.

Sed quid respondebitur ad §. si duo? cogita si potest respond. quòd tertius succedit in bono. poss. de qua ibi loquitur Iurisconsul. non autem in hæreditate, nec de iure ciuili, si omittens uellet postea uenire de iure ciuili.

Circa secundū casum, dicta per Curt. hîc in ulti. col. contra Bal. fuerunt Cor. in d. l. fi. col. pen. ĵ. unde leg. sed uide Decium sustinentem Bal. & soluentem in l. ij. ĵ. eo.

Tertius casus Bal. quando sciret quis successionem sibi delatam, & esset exclusus per præscriptionem lapsu temporis ad adeundum de iure ciuili præfixi, sed iudex esset excommunicatus, & non potuisset adiri: tunc utilis esset & necessaria bon. poss. ex quo de iure ciuili reperiretur exclusus tempore, non autem de iure prætorio. quia impedimentum contingens propter personam iudicis non debet
137 parti nocere, † quin saltem succurratur per uiam restitutionis in integrum. iuxta glo. not. in l. senatusconsulto. ff. de offi. præsid. ut hîc etiam per Barba. col. xlviij. uersi. Item addo. & Roma. in consil. lviij. ad finem & Cors. in singul. in uerbo Iudex el ij. & probatur clarè in l. ij. §. j. ff. quis ordo &c. Et cum prædicto casu transit simpliciter Cor. in d. l. fi. co l fi. ĵ. unde leg.

Quidam Moderni dicebant non uideri dictum Bal. procedere secundum ll. nouas seu iura nouissima, secundum quæ iudex (ut dictum est) non habet interponere decretum. Sed sufficit simplex agnitio cōram eo facta absque eo quòd interponat decretum uel auctoritatem suam: ergo non erit curandū de excommunicatione iudicis.

Respondę, quòd quando agnoscit quis bonor. poss. in præsentia iudicis, licèt iudex non interponat decretum, admittit tamen tacitè agnitionem, quæ admissio habet uim & robur taciti decreti, quod non potest interponi per excommunicatum.

Præterea Bal. loquitur sanè, dicens ꝙ talis excōmunicatus non potest præstare præsentiam auctorizabilem.

Intelligite tamen decisionem Bald. procedere, quando constaret de diligentia uolentis agnoscere, ꝙ id fecisset, si excommunicatio iudicis non obstitisset: ut hîc per Barba. col. xlviij. & per Cano. de materia in c. si iustus metus, de appel.

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non est tamen iste casus multùm uerisimilis ꝙ Iudex unus & idē tanto tempore durauerit & perseuerauerit excommunicatus.

Quartus casus Bal. de bon. poss. infanti delata, approbatur communiter per Doct. uide Ang. Are. loco prælegato. col. fi. in xj. casu. Cor. in d. l. fi. unde leg. col. pe. in xiij. casu. & meliùs ibi Alex. col. 4. omes scribentes in l. si infantis. ff. eo.

Quintus casus ad requisitionem amicorum absentis & uagabundi potest iudex illi bono. pos. decernere, illiq; acquireretur & transmittetur per eū absque ratificatione, quando iudex intendit supplere pro absente, alias ratificatio requiritur. iurib. per eum allegatis. sequuntur communiter Doct. ut per Ang. Aret. & Corn. in locis prælle. & Are. in l. qui aliena, in principio in secunda col. de acquirend. hæredita. ubi uidetur requirere ratihabitionē. Sed potest intelligi quando iudex non intendebat supplere pro absente, alias secus: ut per præfatos. uide etiam pulchrè eundem Aret. in l. Pantomius. col. iij. de acq. hær.

138 Sed uidebatur refragari. l. libera. ff. de pecul. † ubi uagabundus perdit liberam administrationem peculii, quam habet: ergo fortius impediri debet acquisitio nouæ administrationis. argumento l. à patre. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. & prædicta l. seruus, loquitur in absente, non in uagabundo. ita Barb. hic column. xlv. reprobans propterea Bald.

Sed respondeꝙ l. libera, loquitur de administratione rerum alterius, quia peculiū est in dominio patris uel domini: nos loquimur in bonis propriis quæ non debet quis perdere, nisi quando sumus certi de morte illius, & nesciatur an uiuat uel non l. nec nos. ff. de capti. quem tex. allegauit hîc Barb. & pleniùs Fel. in c. quoniam frequenter, in §. pen. col. pen. ut lite non contest.

139 Sextus casus, † hæreditas non potest adiri p procuratorem etiam specialem. l. Paulus, de acq. hære. in sui generalitate, ut ibi per Aret. in ulti. col. quicquid hic dicat Barb. in xiiij. char. & duabus sequentibus, bonorum tamen pos. peti & acquiri pōt per procuratorem. l. iij. §. acquirere. ff. de bon. pos. l. si quis alicui. ff. de acqu. hæred. quæ sit ratio diuersitatis. Doct. ibi ualde laborant. si quis ergo esset absens, & non posset se informare de uiribus hæreditatis non posset constituere procuratorem ad a deū dum præhabita informatione, sed ad pet. bon. poss. uel agnoscendum sic, per prædicta: in hoc casu bo. poss. utilis esset & necessaria. Et cum Bal. transeunt communiter scriben. ut per Ange. de Aret. in loco prælegato col. fi. Cor. in d. l. fi. ff. unde leg. col. pe. Aret. in d. l. Paulus, col. fi. Socin. in l. j. in §. ueteres, col. ij. ubi Aquens. ult. de acq. poss. & Pau. de Cast,
140 in cons. lvj. col. ij. in antiquis. † Sed an bo. pos. possit repudiari per procuratorem dicam. ff. tit. proximo in ult. no.

Circa sextum casum de successione delata ex dispositione Ducum, Comitum, Marchionum, & Epi
141 scoporum, quæ prætoria dicitur, non ciuilis: † ideò necessaria erit bon. pos. transeunt hîc communiter Doct. Ang. Are. & Corn. in locis prælegat. Barb. hîc fol. xiij, contrarium tenet: hunc articulum latè excussi supra, ideò uide ibi dicta.

Ad octauum casum adde Ang. & Corn. in locis prælleg. & Alexan. in d. l. fin. col. iiij. in uersi. alius est casus, uidelicèt si pupillo. uideas Bal. quanta sit utilitas in bon. pos.

Plures alios casus in quibus utiles & necessariæ sunt bonorum possessiones, ponunt Alex. Corn. & alij in d. l. fi. & Ang. Are. loco prælegato, ubi xxj. enumerat: & alius casus adiungendus prædictis, ubi est necessaria. d. bonor. poss. est in d. l. qui si patris, ubi Alex. & Cur. in ult. no.

142 Septimò quæsiuit hic Bald. nunquid agnoscens bono. poss. censeatur etiam adire de iure ciuili, ubi tàm de iure prætorio quàm de iure ciuili delata est successio? & concludit quòd non, ut per eum.

Articulus est subtilis & disputabilis, ut hîc per Barb. & elegantius Bulgar. in vj. quæstione. Ang. in §. quos autem, inst. co. Et quamuis opinio Bal. communis uideatur, ut per eosdem & per Alex. Corn. Aret. & Iaso. in l. puberem. C. de iure deliberandi. Verior tamen uidetur contraria opinio, ut hîc per Barb. & Bulgar. Ias. & Corn. in d. l. puberem, ubi uidetur casus. Sed potest respond. ut ibi per Aret. Et ad motiuum Ias. ibi in contrarium ultra id quod ip se subiicit, respon. ut ibi per Corn.

Potest etiam dari magna utilitas ex dictis Bald. hîc. quia si non teneret agnitio, quia fortè Iudex coram quo facta fuit, excommunicatus erat, & agnoscens moriatur, non transmitteret successionem: secus si censeatur adiuisse, hæres tamen posset petere restitutionem in integrum, propter impedimentum in persona iudicis contingens, per ea quæ suprà dixi.

In octaua quæstione, Bal. bene loquitur, & comprobat hîc latè Barb. colum. lxvij. cum sequenti. licèt uideatur dicere, quòd quæstio. sit indubitabilis, quòd bo. pos. obligetur creditoribus & legatarijs.

Sed aduerte, quia Bal. non dubitauit de hoc, sed quæ esset causa immediata istorum obligationum. & respond. quòd tacitus consensus agnoscentis, ut per eum.

Circa nonam quæstionem, hunc articulum excussi suprà circa diffinitionem bo. pos.

143 In x. quæstione † ꝙ bo. pos. non habeat tantā uoluntatem defendēdi, malè loquitur, ut hîc per Cor. in fi. & Barb. fol. xviij. & xix.

144 Quasdam alias quæstiones tangit hîc Barb. † An clerici comprehendantur sub prima parte rub. nostræ. Et pulchrè per Felin. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, in prima quæstione extra gl. de consti.

145 Et in xviij. fol. †, utrum bonorum possessor teneatur inuentarium facere, ne ultra uires hæreditarias obligetur. uide ipsum Barbat.

146 In ultimis chartis † nunquid bonorum possessor intentare possit beneficium l. fi. ff. de edic. diui Adr. de quo ibi scripsi.

147 Qui autem sit effectus ꝙ bonorum possessor habeat iura utilia, non directa, † ponunt Docto. in l. j. ff. de action. & oblig. Alex. & alii in l. ex asse, in ulti. col. ad Trebellianum. Et hæc sufficiant super Rubrica ista Paduæ. 1548.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Imperatores duo an possint esse eodem tempore. Et quæ fuerit hic ratio dubitandi & decidendi. & numer. 2.*
3 *Cognati ex parte patris qui dicantur.*
4 *Filius fam. patri omnia acquirere quomodo intelligatur plenè & nu. sequentibus.*
Text. l. placet, de acquirend. hæredita. declaratur. ibidem.
6 *Adeundi ius acquiritur filio, & seruo, non patri, aut domino. et nu. sequenti. & 13.*
Adeundi ius non dicitur esse in bonis nostris. ibidem.
10 *Adeundi ius, an acquiratur Monasterio, uel Monacho.*
11 *Filius fa. differt à filio simpliciter.*
12 *Emolumentum quid sit.*
13 *Successio defertur filio, licèt per eum acquiratur patri tàm de iure ciuili, quàm de iure prætorio. ex quo resultant plures notabiles effectus. & nume. sequentibus.*
16 *Pater non potest cogere filium, nec dominus seruum ad adeundum hæreditatem, uel ad agnoscendum bono. possess.*
17 *Repudiare hæreditatem, uel bon. possess. pater in præiudicium filij non potest, dominus uerò delatam seruo suo sic.*
18 *Monacho mortuo monasterium non potest regulariter adire, sed ius eius extingnitur cum persona monachi.*
20 *Monachus & religiosus succedunt ab intestato, & alij sui.*
21 *Delata hæreditas uel successio, quænam dicatur. & nu. sequentibus.*
Tex. l. delata. ff. de uerbo. signi. declaratus. ibidem.
23 *Ignorans non potest hæreditatem adire, & successionem acquirere.*
26 *Filius fam. ignorante patre potest petere bono. poss. & quomodo petitio & agnitio fiet in suspenso. Et quid hodie in successione etiam ciuili, numero 70. cum sequenti.*
26 *Religionis ius potentius est, quàm ius patriæ potestatis.*
Filius fam. patre non ratificante bon. poss. quare non remanet obligatus, sicuti obligatur ex omni contractu excepto uoto, & macedoniano. ibid. cum sequen.
27 *Contractus etiam sunt indiuidui. ibid.*
28 *Tex. l. fi. ff. quis ordo declaratur.*
Iussus præcedens requiritur in aditione, ratificatio autem sufficit in bon. poss. & cur secus. & nu. 86. cum sequenti.
30 *Bon. poss. non acquiritur ignoranti, aut inuito, sed requiritur ratificatio: & quare. & nu. 33.*
32 *Dictio etiam, est implicatiua, sed non eo modo quo dictio maximè.*
34 *Ratificare bon. poss. per filium agnitam, est comprobare quod filius fecit.*
35 *Filij scientia & negligentia in petenda bon. poss. præiudicat patri prout in cæteris acquirendis, non in acquisitis. & nu. sequentibus ubi dantur limitationes, & nu. 53.*
38 *Tacita exclusio fortior est quandoque quàm expressa, & nu. sequenti.*
Glo. §. sed uidendum. l. prima. ff. de succ. edict. in uerbo succedat declaratur. ibid.
39 *Renunciatio generalis & in rem excludit à iure ex omni capite competenti.*
Consequens uolens censetur uelle omne necessarium antecedens ad illud, etiam quòd sit maius suo consequenti. ibidem.
40 *Futuro iuri non potest renunciari, nisi in iudicio. et nu. sequenti.*
Renunciatio iuris de futuro, cur non ualeat, nisi in iudicio? Et de simultanea & successiua renunciatione. ibidem.
41 *Interpretatio largè fit etiam in his, quæ sunt stricti iuris, quatenus proprietas uocabuli patitur.*
42 *Tex. l. fi. C. de bon. quæ lib. declaratur.*
43 *Pater sciens bon. poss. filio ignoranti delatam, an facia illam amittit transacto tempore edicti.*
44 *Ius quærendum perditur ipso iure, secus in quæsito.*
45 *Bonorum possess. unde libe. an competat filio in bonis matris.*
47 *Coniuges non sunt affines nec cognati, sed principium.*
47 *Tex. l. si quis incesti, C. de incest. nup. declaratur.*
48 *Pater an & quando possit renunciare usufructui in præiudicium fisci, & creditorum suorum pro filio, & nu. sequenti.*
49 *Filius fam. apparente legitimo contradictore in agnitione bono. poss. an habeat legitimam personam, & quando possit stare in iudicio sine consensu patris: & quæ sit cautela faciendi, ut iudicium indubitanter sit ualidum & nu. sequentib.*
52 *Filius præiudicat patri in acquirendis. non in acquisitis, & nu. sequenti.*
54 *Tex. l. filius. de inoffi. testam. declaratur. & numer. sequentibus.*
55 *Matris hæreditas, & successio an acquireretur filio de iure digestorum, & nu. sequenti.*
56 *Tex. l si filius. ff si quis omissa causa test. declaratur.*
57 *Tex. l. filius fa. ff. de acq. hære. declaratur.*
58 *Tex. l. penultim. ff. ad Tertul. declaratur. & numer. sequenti.*
60 *Ciuitas negligens punire delinquentes an cōueniri possit tanquàm ratum habuerit.*
61 *Ratificatio tacita agnitæ bon. poss. uel hæreditatis aditæ multis modis induci potest, & nu. sequenti.*
63 *Præsumptio pro ualiditate actus sumitur quandoque extra tempus, quo actus fieri debet.*
64 *Tex. l. si filius. C. de petition. hæredi. et l. qui in alienā ff. de acq. hær. declarantur, & nu. sequenti, & 69.*
67 *Ratificatio quæ fit ad alium finem, quàm ad effectum cōualidandi actum fieri potest extra & lapso tempore dato ad conficiendum actum.*
67 *Tex. l. bonorum. ff. rem rat. hab. declaratur, & limitatur multipliciter, & numer. præcedentibus & sequentibus.*
69 *Diuturnitas temporis multùm operatur, & nu. præcedentibus etiam.*
72 *Filius fa. bodie capax est acquisitionis, & an sit capax administrationis.*
Tex. l. qui potest inuitis, de reg. iu. declaratur ibidem, cum sequentibus.
57 *Pater quamuis repudiauerit usumfr. bonorum aduenticiorum filij, potest tamen administrationem adhuc habere, & nu. sequenti.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

78 *Filius ex quocunque capite ueniat ad bono. poss. habet annum: quod facit ad notabilem quæstionem, & nu. sequentibus.*

79 *Filius hodie habet annos nonaginta antequàm excludatur ab adeundo hæreditatem paternam. & num. sequenti.*

Præscriptio contra filium uolentem uenire ad bona patris non currit, nisi longissimis temporibus. ibid.

82 *Filiusfa. an præscribat titulo pro hærede.*

83 *Tex. §. sed uidendum. l. prim. de suc. edic. multifariam ampliatus, limitatus, & declaratus, & numer. sequentibus.*

In legem primam. C. Qui admitti.

1 EX suprascriptione legis notari potest, † duos eodem tempore posse esse Imperatores, prout erant Seuerus & Antoninus nostræ legis auctores: quod uidetur contra text. in c. in apibus. vij. q. j. Prò solutione uide quæ scripsi in principio. l. ij. suprà de resc in. uend. quia tempore istius legis, nõ erat facta dispositio c. in apibus. & Imperium nõ dependebat, prout nunc ab Ecclesia, quæ ordinauit unum tantùm esse Imperatorem & dominum uniuersi.

Sed quomodò potest inscriptio ista procedere, quum Seuer. & Anto. regnauerint diuersis temporibus? propterea non uidetur q̃ potuerint esse auctores legis nostræ, & simul rescripsisse Macrinæ isti. prædicta autem constant ex Eusebio, Acl. Spart. & alijs. Dicebam aliàs cum Seuero regnasse Bassinum eius filium, quem Seuer. decretis imperatoris insignibus Antoninum à Senatu appellari iussit, ut scribit Spar. in Seuero. Ita quòd Seuer. & Antoni. pater uidelicet & filius simul regnarunt, modo prædicto intelligendo.

Sed quare in eadem suprascriptione post illa duo A. A. augustus significantia, additum non fuerit & C. C. ideest, Cęsares, ut in suprascriptione l. cmã cipata. j. eo. cũ sequenti? uide quæ dixi in procem. digestorum. Compilatores parum de hoc curarũt, ut patet ex inscriptione l. infantis, cum sequenti. j. eo. quæ sunt. ll. eorundem auctorum, & tamen in aliquibus apponitur, in alijs omittitur dicta inscriptio.

Hæc lex altam & speciosam continet materiam. iccirco Bartolus, & alij scribentes notabilem, subtilem, & difficilem eam prædicant. Ipse tamen Bar. qui solet esse dux & auriga noster, hic confusè, & inordinatè processit. quem tempore quo super hac lege scripsit, arbitror nondum fuisse in scribendo, ut oportet instructum, longeq; pulchrior & subtilior fuit lectura Bal. quàm Bar. super hac. l.

Satis breuis ẽ absq; alio summario: clarius tamẽ loquendo, sic summabitur: Quum filiusfam. delatã sibi bo. poss. solus petere possit, patri ratificanti successionem acquisiturus, si id non facit, amittitur transacto tempore ad illam petendum præfixo.

Diuidi potest diuersimodè ut hic per scribentes. ego diuido in duas partes prout duas ponit decisiones. in prima tractat de acquisitione bon. poss. in ii. de amissione. secunda ibi, amittitur.

Casus potest dupliciter figurari, prout duobus modis legitur per glo. primam, ut hic latiùs scribit Bal. tam in successione ab intestato, quàm in successione ex testamento. quia utroq; casu prædicta bon. poss. deferri potuit, sed quantùm ad effectum iuris non est differentia secundum Alex. hîc. Ideò figuro casum in nube prout litera iacet complectendo utranq; successionem.

2 Ratio dubitandi ad hanc. l. esse poterat, † quia ex quo successio se hẽt ad commoda & incommoda. l. prima. ff. eo. Et sic mixturam quadam commodorum & onerum continet, non acquiritur patri, nisi eius iussu præcedente. l. si quis cum bona. in §. iussum, cum sequenti. & l. qui in aliena. ff. de acqu. hæred. Ideò uidebatur dicendum filiumfam. non posse agnoscere bo. poss. sine iussu patris, & sic illo ignorante, ne oneribus hæreditarijs obligetur inuitus.

Oppositum tamen deciditur: ratio est, quia ex tali actu non obligatur pater, nisi accedente uoluntate sua: & sic nisi ratificet, ut hic, & l. qui in aliena, s. alleg. & in l. fi. ff. quis ordo. ex quo patet solutio ad rationem dubitandi. ita Pau. de Cast. & Iaso. hic in prima col.

Quæ consideratio mihi non placet: quia præsupposito q̃ patri non quæratur successio sine eius cõsensu, iuribus præalleg. fatua esset dubitatio, an filius bon. poss. petere aut agnoscere posset, propter dubitationem præiudicii, quod patri inferri posset. quum clarum & expeditum sit, sine consensu suo illum non obligari, neq; sibi præiudicium fieri, ut diximus. Et ubi est casus, nulla legis potest esse dubitatio. l. ancillæ. suprà de fur. & l. quod Labeo. ff. de carbo. edic. Eapropter melior ratio dubitandi assignari potest, quia uidebatur dicendũ: bo. poss. filiofam. delatã non amitti per lapsum tẽporis ad illam petendum ab edicto præfixi: quum filius sine consensu patris non possit in iudicio stare. l. fin. §. j. de bo. quæ lib. l. prima in fi. ff. de annal. excep. c. si annum, in fi. de iud. in sexto. & non ualenti agere nõ currat tempus. d. l. prima in fin. Ideò uidebatur, q̃ ista bo. poss. quæ petitur à iudice. l. prima, & tertia. §. si causa cognita. ff. eo. uel hodie coram iudice. l. fi. j. eod. transacto tempore prædicto, non admitteretur. quum (ut dixi) non ualenti agere non currat tempus.

Contrarium tamen hic decciditur. ratio decisionis est, quia etiam ignorante patre, & sic etiam sine consensu patris illam potuit petere, ut dicitur hic, & in d. l. ii.

Non obstat quod de inhabilitate personæ dicebatur: Respondeo. n. q̃ bon. poss. non petitur propriè in iudicio, quia reus non interuenit, non uocatur aduersarius, admittitur filiuffa. seruus non repellitur, petitio non dirigitur contra aliquem, nec petens concludit iudici, sed sibi: ideo cessat strepitus & ordo iudicii. Propterea glo. hic & Bar. in ult. colum. & in d. §. si causa cognita, & cõmuniter scribentes hic concludunt bon. poss. non agnosci in figura,

gura iudicij, ideò filiumfa. sine patre illam petere. potuisse: & sic eidem non petenti currere tempus. ideò apparente legitimo contradictore in forma iudicij res expedienda esset, & tunc filiusfam. non haberet idoneam & legitimam personam ad hunc actum, ut suprà in Rub. dictum fuit.

Et quia euidentialia & præfationes multùm conferunt ad intelligentiam, ideo Bart. præmittit duo, ut ex eo clarè patet, quamuis tria se præmittere/pol liceri uideatur, sed liber est corruptus: dicit. n. ista lex diuidi potest in tres partes. Item, sicuti dixi in summario, tria præmitte, sed debet dicere, ista lex potest diuidi in tres partes sicuti dixi in summario tria, exposita dictione itẽ. postea debet dicere præmitto, quòd de iure antiquo. deficit etiam post uerbum lineam uerbum fœmineam in uerbis primi euidentialis.

Primum euidentiale Bar. magis fuit ad declarationem materiæ in genere, quàm ad declarationem legis nostræ in specie. Ideò melius conueniebat in rubr. ubi latè diximus, & incidẽter tradit hîc Cur. in prima col. de quæstione quam habuit in fa-
3 cto, † qui dicantur cognati ex parte patris. concludens quòd dicuntur agnati per tex. in l. Iurisconsul. in principio & §. primo de grad. ut latiùs per eundem in consi. quinto.

Moderniores Ferrarien. hîc in prima col. cõtrarium tenent. & malè & contra tex. in d. §. primo. ubi cognati tantùm nominantur, qui uerò non tantùm cognati appellantur, sed cognati ex parte patris agnati sunt, ut ibi dicitur.

4 Circa secundum euidentiale, † q̃ de iure antiquo filiusfam. quicquid acquirebat, patri acquirebat. l. placet. ff. de acqui. hær. l. prima. ff. si quis à paren. fuman. l. cum oportet, in §. primo. j. de bon. quæ lib. & Inst. per quas person. nob. acqui. cum uulg. plura considerandа sunt ac discutienda ad intelligentiã prædictę l. placet. & regulæ inde sumptę, quæ procedit etiam in seruo respectu domini.

5 In primis regula illa † adeò uera est, ut acquisitio prædictis contingat, etiam inuitis. l. etiam inuitis. ff. de acquir. rerum domi. l. seruus uetantem. ff. de uerbo. oblig. quod contingit propter effectus patriæ uel dominicæ potestatis: procediti; in acquisitionibus merẽ lucratiuis, in quibus adhuc acquisitio fit commutabiliter & reuocabiliter, non incommutabiliter: secus in hæred. & bonor. poss. & sic in successionibus quæ habent mixturam oneris, ubi acquisitio non fit inuito: ut post Alex. Aret. & alios declaraui latè in l. inuito. ff. de reg. iur. Et prædicta acquisitio adeò efficax est, & uelociter fit, ut quod
6 acquiritur nec momento subsistat in persona eius, p quem acquiritur, ut dicit tex. in d. l. placet. † quod non uidetur posse procedere, quum primò sibi acquireret, inde patri. ut dicitur in l. prima in principio. ff. si quis à parente fuer. man. ibi, sibi acquireret impossibile est, ergo q̃ acquisita per filium, uel seruum aliquo breui momento subsistant in eorum personis, inde transitum facere in patrem, uel dominum. Et sic inter prędictam acquisitionẽ & trãslationem necesse est intercedere aliquod medium & temporis spatium, quo acquisitum stabit in personis prædictorũ: nec ista naturalis ratio auctoritate legis potuit commutari. l. ij. ff. de usufr. earum rerum quæ usu consum.

Pro ueritate istius articuli habenda dicendũ est, aut loquimur in acquisitionibus quæ fiunt p actum naturalem, puta numerationem uel traditionem, & tunc si acquisitio facta fuerit nomine patris uel domini directo tramitte tales personæ non acquirunt sibi ipsis primò, posteà patri uel domino per translationem, sed immediatè eorũ ministerio causatur acquisitio in persona patris uel domini. unde quum ius acquisitionis prædictæ nunquàm fuerit nec residentiam fecerit in persona filij, aut serui, mirum non erit, si nec momento penes eos subsistere dicatur, l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet.

Quod autem hoc sit uerum, probatur, quia si acquisitio quæ fit per liberam personam, per procuratorem puta, ita fit, & nullum ius sibi acquiratur, sed causetur in persona eius cui fit acquisitio. l. quod meo. §. si procuratorem. ff. de acquir. poss. l. certè. §. procurator. ff. de precar. fortiùs id dicendũ est in acquisitione, quæ fit p filium uel seruum propter effectus patriæ uel dominicæ potestatis à lege attributos patri uel domino potentiùs acquirunt, quàm faciat procurator. Secundò, quia, prædictæ personæ acquirunt patri & domino, quia repræsentant eorum personas, ex quorum personis acquirunt. §. enimuerò. Inst. de inutil. stip. seruorum in ptincipio.

Et ita tenet post gl. Bar. in l. frater à fratre, colũ. vij. in uersi. secundò quæro. ff. de cond. in del. Et sequuntur communiter Doct. ut per Areti. in l. cum filio, col. vij. & sequenti de lega. primo. ubi Ruinus & Moderniores Senenses fol. xvj. col. iiij.

Si uerò acquisitio facta fuerit nomine filij uel p actum ciuile, puta, per additionem hæreditatis, uel agnitionem bon. poss. tunc acquisitio primò fit filio & seruo, inde patri & domino, seu statim ad illos transit secundum Bar. & præalleg. quicquid dixerit Raph. Comen. in d. l. cum filio. Quæ conclusio probatur primò p tex. apertũ in l. prima in principio. ff. si quis à patro. fuer. manu. & in d. l. placet, dũ dicitur, quodcunque acquirit filius, acquirit patri. præsupponit ergo quòd primò acquiratur filio, inde patri.

Item probatur in §. primo. Inst. per quas person. nob. acqui. ibi, ad eos peruenerit. q̃ uerò p actũ ciuilem non possit alteri per alterum directò acquiri, etiam q̃ nudum præstet ministerium, probatur in l. prima cum ibi no. per Bar. C. per quas person. nob. acqui. nam in acquisitione hæreditatis, causa immediata acquisitionis, uidelicèt uolũtas filij uel serui, quæ est facultas facti, nõ est communicabilis patri uel domino, sed residet in persona ipsorũ nominio proprio. unde in persona patris uel domini non potest causari ius immediatum, nisi prius radicetur in filio aut seruo. secundum quod subtiliter declarat Are. in d. l. cum filio. col. vii. Ideò dixerunt Bal. & Cor. hîc in prima col. q̃ dictio etiam in tex. isto posita implicat respectu ordinis acquirendi, quia primò filio, deinde patri, non autem respectu permanendi, quandoquidem apud filium uel seruum non remaneat.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed quid respondebimus ad illa uerba, nec momento quidem? dicas ꝙ post acquisitionem non subsistit momento, quia confestim transit ad patrem uel dominum. Et sic Iurisconsultus ibi uult, quòd post acquisitionem factam confestim acquiratur ei, cuius est in potestate. & hoc uerum est, sed non negat quin illud, quod acquiratur, aliquo momento stet in personis prædictorum.

Secundò principaliter aduerte circa prædictam conclusionem Bar. quòd nõ procedit in iure, quod datur ad acquirendum, siue in iure adeundi, uel agnoscendi bo. poss. quod non acquiritur patri uel domino, sed ipsi filio uel seruo, ut in principio. l. nostræ. & in l. qui aliena. de acq. hær. in seruo inuito, ad Trebel. & in l. fina. ff. quis ordo. Et declarat no. Bar. in l. is potest. colum. iiij. de acq. hær. & Bald. l. ic in xviij oppos. dum dicit quòd extincto filio cui delata fuit hæreditas uel bon. poss. pater regulariter non potest adire aut bo. poss. agnoscere: quia filius est persona principalis: ideò persona patris quæ est accessoria, nihil potest. l. cum principalis. ff. de reg. iu. sequitur hic Riminal. in prima col. & Dec. in iij. primæ lectur.

Ius ergo adeundi respectu sui ipsius dicitur ius acquisitum, respectu uerò alterius successionis uidelicèt dicitur quærendum.

7 Et quicquid dicat Bart. † inquantùm est ius acquiritur patri & domino, ut alia iura: in quantùm uerò est facti, non, quia cohæret personæ filij, & serui. §. sed cum factum. Instit. de stipul. ser. l. cum proponas, in fi. C. de hær. insti. l. pretia rerũ. ff. ad l. fal. ubi dicitur seruum propterea posse recusare adire, nec dominus potest, quia nõ est ei ius delatum, nec talis facultas cohærens personis prædictorum communicatur patri aut domino. Ita Are. in d. l. is põt, col. iiij. & in d. l. Iulianus. de leg. primo. & Rimi. in l. emancipata col. ij. ℣. eo.

Moderniores Ferrarien. hîc reprobant, & fuit Ruini latiùs reprobantis Are. in d. l. Iulianus, col. fi. ubi dicit nõ esse uerum, ꝙ ius ipsum adeundi quæratur patri, quia secundum hoc hæreditas deferretur soli patri, & consequenter solus posset adire sicut monasterium instituto monacho adire sine eo, quia ius adeundi monasterio quæritur, ut ibi per cum. quod tamen est falsum, ut hic, & uolunt etiam Mod. lib. iiij. Paradox. c. secundo, & etiã Moderniores Papien. hic col. ii.

8 Et dicta opinio Bar. † quicquid dicat Aretin. est communis, ꝙ ius adeundi soli filio seruoq; acquiratur per hunc tex. & prædicta. Ideò nimirum, si pater uel dominus sine facto & uoluntate prædictorum adire hæreditatem non possunt, nec bono. poss. agnoscere. quamuis tamen ius prædictum adeundi
9 dicatur ius quæsitum respectu sui ipsius, † non tamen dicitur esse in bonis nostris. l. pretia rerum. ff. ad l. falc. declarat pulchrè Are. in d. l. is põt, col. iiij.

Item aduerte, quia non uidetur uerum, ꝙ ius adeundi sit quæsitum monasterio, ut dixit Ruin.
10 † uerùm potius monacho. per tex. in l. Deo nobis. C. de episc. & cleric. & pulchrè per Are. in d. l. is potest. colum. iiij. & v. Rimin. in l. emancipata. colum. ij. ℣. eod. ubi dicit esse ius merè personale: ideò per mortem non transmitti ad alios. breuiter communis opinio Legislatarũ est, ut inquit Are. canonistarum uerò est, ut ait Ruin. uide omnes Moder. in c. in præsentia, de probat. ubi Paris. in penultim. fol. Socin. & alios in l. prima de uulg. ubi Ripa in xxv. column.

Postremò dispositio d. l. placet, & prælegata, nõ procedit de iure nouissimo & hodierno: ut per totum titulum de bo. ma. de bon. quæ lib. & insti. per quas perso. nob. acqui.

In tex. ibi bo. poss. intelligitur prout est iuris, iusta. §. bonorũ. l. iij. ff. eo. ut hîc per Bart. colum. ii. Signorol. in prima quæstione. cum aliis adduximus in Rubr.

In tex. ibi filiofam. uidetur ꝙ uerbũ familias sit superfluè positum propter sequentia in quibus sæpe de patre fit mentio, satis ergo erat dicere filio, quum nec syllaba debeat in iure superfluere. l. prima cum glo. ff. quod me. causa. §. quibus in prima
11 constit. C. & illa nota † familias, solùm ponatur ad distinguendum genitorem à genito. l. in suis. ff. de libe. & posth.

Respond. ꝙ licèt filius dicatur respectu patris, de quo patre hîc apparebat, tamen filius potest esse ita emancipatus sicuti in potestate. l. prima. ff. si quis à pat. fue. manumi. cum uulg. ideò dixit filiofam. ad denotandum ꝙ erat in aliena potestate, ut per Iurisconsul. in l. pronunciatio. ff. de uerb. signi. & in l. prima in principio. ff. si à parente quis fuerit manumi. & in l. nam & ciuium. ff. de his qui sunt sui uel alie. iuris. aliàs non procederet iste tex. quia filius emancipatus acquireret sibi non patri.

12 In tex. ibi emolumentum † est utilitas quum ex opera & labore quis assequitur, ut per Ciceronem in tertio officiorum, siue causa sit lucratiua, siue onerosa, ut per Card. in clementina statutum, in principio de elect. de quo uocabulo uide tex. in l. prima in principio. ff. si quis à paren. fuer. manum. & tex. cum ibi no. in l. si quis maior. C. de transact. Albe. de Ros. in dictionario in uerbo Emolumentum. & moder. in d. l. cum filio. Sed quare non dixit & onus, quum bono. poss. utrunque compræhendat. l. prima. ff. de bono. poss. Respondetur. dici emolumentum habito respectu ad petentem bon. poss. qui habet animum acquirendi, nõ incurrendi damnum. iuxta gloss. in l. infanti. in uerbo infantis in fi. ℣. de iure delib. notat Imo. in d. l. seruo inuito. facit quod suprà in diffinitione ponitur ꝙ est ius acquirendi, &c. & uoluit etiam hîc Curt. in quarta colum.

In eo. tex. ibi, etiam, quomodo stet declarabo. ℣. in quarto nota. continet tamen hic tex. barbariem quandam in illis uerbis quoq; ẽt pater, repetitum sine necessitate, quum hæc omnia ornato magis dicendi modo omitti potuissent.

13 Noto primò ex isto tex. ibi, filio fam. delata † ꝙ licèt successio ex persona filij seu per filium patri acquiratur, ut in secundo euidentiali usum fuit, filio tamẽ dicitur deferri. ad idẽ tex. î. l. ij. ℣. de repud. bo. poss. in l. renitente. ℣. de iur. delib. in §. sed uidendũ l. prima. ff. de suc. edic. in l. fi. ff. quis ordo. Et idem est in hæreditate. l. qui in aliena, in principio. in l. si quis mihi bona. in §. pater. & in l. eo qui hæres. §. fi. cum l. sequenti. ff. de acq. hær.

Et

Et quicquid dicat glo. in d. l. fi. & quidam moderni, hæc est uera & communis scribentium conclusio, ut hîc per Cur. Moder. Ferrar. & alios in primo not. & per omnes in l. legatum. ff. de leg. primo. De quo uanum uidetur dubitare, quum iura † sint clara & aperta.

Ad tex. in d. l. prima. in §. per seruum delatam. ff. de succ. edic. qui uidebatur facere in contrarium, arguendo de seruo ad filium, ut. ℣. dicetur. Respõderi potest dupliciter, primò secundum Sali. & Rom. ꝙ uerbum delatum, non determinetur à uerbo per seruum, nec illud respiciat, sed uerbum repudiare, & sic delatam sibi potest ꝑ seruum repudiare. Vt latè per Rimi. Ias. & alios in d. l. ii. ℣. de repu. bo. pos. & in d. l. is qui hæres. §. fi. col. pen. per omnes in d. l. legatum, ubi Ruin. in ii. col. hunc intellectum ut uerum sequitur.

Non obstat ꝙ relatio fieri debeat ad proxima. iuribus uulg. & sic uerbum delatum referri debeat, ad immediatè præcedentia per seruum &c. tenent Bar. & communiter Docto. sicuti dicit Iaso. in d. §. fi. col. pen. & in d. l. legatum, col. iij.

Quia ratione subiectæ materię secundum quam intelliguntur uerba, id est. ꝙ autem subiecta materia id suadeat, patet, iungendo præcedentia cum sequentibus illius tex. secundum quod Rimin. Ias. & Ruinus suprà relati declarant. Præterea ibi sequentia non sunt remota, sed omnia in eadem clausula connexa: ut ibi patet. Et sic uult dicere ibi Iurisconsul. ꝙ procurator sine uoluntate domini non potest bonorum poss. illi delatam repudiare, sed cum uoluntate sic. Et similiter dominus per seruum potest eius bo. poss. repudiare, licèt uideretur aliquod dubium, quum seruus pro nullo habeatur. l. quod attinet. ff. de reg. iur. tutor uerò non potest, sed bene pupillus cum auctoritate tutoris. Vel etiam aliter potest responderi, quòd ille tex. non loquitur in filiofam. sed in seruo, inter quos longa est differentia, ut post Are. in d. §. iussum. col. ij. prosequitur hic. Curt. in prima colum. Et iste est communis intellectus ad tex. in d. §. per seruum. ut per Ias. Ruin. & alios in locis prælleg. Dubitatum ergo ibi fuit, an seruus posset ex uoluntate domini repudiare bon. poss. domino delatam, sicuti potest procurator specialis? & respondetur ꝙ sic. Et ꝙ bo. poss. deferatur domino per seruum non ipse seruo, adduco tex. in l. ij. in §. fi. ff. de bo. poss. secundum tab. ubi tex. apertus. contra quam conclusionem uidetur esse casus. l. ℣. de hær. instit. in l. cum proponas, in fine ubi seruo scripto hærede corruit institutio, nisi ipse seruus adeat hæreditatem: ergo nõ defertur domino, quia ipse dominus posset adire, & non esset substitutioni locus: ut ibi deciditur. Et si dicas, seruos capaces esse eorum quæ in facto consistunt. §. sed cum factum. instit. de stipul. ser. ideò nimirum si absque facto serui dominus adire non potest. Respondeo quòd licèt uerùm sit, seruos esse capaces eorum, quæ sunt facti, hoc tamen non infert, quòd propterea dominus non posset adire, si ei fuisset delata successio: quia si fuisset effecta statim sua, potuisset illam petendo consequi. l. delata. de uerbo. sign. ideò in puncto iuris uerius uidetur ꝙ bo. poss. deferatur ipsi seruo, prout defertur filio per prædicta.

Et ad tex. in §. per seruum, tenendo intellectum Salice. & Roman. suprà relatum tanquàm ueriorem, non obstat tex. per me suprà allegatus in l. secunda in §. fina. de bono. poss. secundum tab. Quia potest responderi, quòd nos hîc loquimur de bon. poss. edictali, ut hîc per Dec. in prima column. ille tex. loquitur de decretali, ut patet ex litera. quæ bonorum poss. continent commoda & incommoda. l. j. ff. de bon. poss. Et ista bene defertur. & pertinet ad dominum, ut ibi, cui domino acquiritur cõmodum & incommodum.

Et quod dictum est de pet. bonor. poss. procedit
14 etiam † in hereditate. l. qui in aliena. in principio l. si quis mihi bona. in §. pater, & l. is qui hæres. §. fi. cum l. sequenti. ff. de acq. hær.

15 Ex prædictis resultant plures not. effectus † primus, quòd pater uel dominus soli non possunt adire hæreditatem uel bo. poss. agnoscere, sed ad filios & seruos id spectat: ut probant iura. §. alleg. De filio probatur in omnibus iuribus. §. in principio allega. De seruo probatur in d. l. cum proponas, in fine, & in l. seruo inuito, ubi gloss. in uerbo necessarius. ff. ad Trebel. Quum. n. sit successio eis delata iustum est, quòd ipsi illam petant, & consequantur. d. l. delata, non autem dominus uel pater, quibus non est delata.

16 Sed an † pater possit filium cogere ad adeundum uel agnoscendum bon. possessionem, & dominus seruum. In filio dicendũ est quod non. l. retinenti. ℣. de iure delib. Aretin. in l. si quis mihi bona, in §. iussum colum. ij. ubi Iaso. iiij. de acquirend. hæred. Decius. ℣. in septima colum. licèt secus sit in seruo, ut per Aretin. prælleg. dicentem se nunquàm hoc uidisse declaratum. & assignat rationem diuersitatis; uide tamen ibi Ias. & in d. l. is qui hær. §. fin. col. iiij. Qui quidem seruus adhuc compelli potest causatiuè non præcisè. l. precia rerum prælleg. & d. l. cũ proponas. potest. n. potius pati se excoriari, quã adire uel agnoscere, si nolit, ut ibi per glo. in uerbo potuit & ibi notant Fulg. Cor. Are. & Ias. col. ix. in iiij. no. ubi limitat in fideicommiss. restitutione hereditatis, quę potest fieri domino seruo inuito. l. seruo inuito. ff. ad Trebel.

Et sic. l. cum aliquis. ℣. de iure delib. debet intelligi de coactione causatiua & exteriori, ponendo seruum in carcere, uel compedibus: compulsio uerò inferior & præcisa fieri non potest per iudicem, nec per dominum. quum (ut dixi) possit potius permittere se excoriari, quàm adire uel agnoscere: ut per Fulgo. & Corn. in dict. l. cum proponas. perilluin tex. cum glo. & Dec. infrà in septima column. Et sic si noluerit agnoscere, nec animum suum in agnoscenda declarare, domino non fiet acquisitio. De iure uerò nouissimo potest solus pater quandoque adire uel agnoscere, ut per Ias. in dicto §. fina. l. is qui, column. v. Paul. de Castr. & alios in d. l. placet.

17 Repudiare autem bo. pos. uel hær. † pater in præiudicium filii non potest. d. l. ij. &. ℣. de rep. bo. pos. & §. fina. prælleg. cum l. sequenti. Dominus uerò hered. uel bo. pos. seruo delatam, uel legatã illi relictum, põt repudiare. d. §. ꝑ seruũ, secundũ cõmunẽ intellectum. d. l. legatum. l. qui autem. §. si seruum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff. de his quæ in frau.cred. de quo tamen tex. uide Rimi. in d.l.ij. ℣. de repu.bonorum posseſſ. & Ruinum in d.l.legatum.rationem aſsignat Are.in d.§. iuſſum.col.ij.& in d.l.legatum.Rimin.& alij in d.l. ℣.de repu.bonorum posseſſ. & Paul.de Caſt. in d.l. placet,ubi respondet ad regulam l. is potest.ut ibi.

18 Alius no.effectus ex prædictis resultans ex eo ꝙ ius adeundi hereditatem uel agnoscendi bonorum poſſ. resideat in persona filii ac serui,non patris aut domini, est, quòd illis extinctis ius ipsum expirat, & extinguitur: & persona patris uel domini, quæ est accessoria,nihil poterit, nihilque operabitur, ut post Barto. & Bald.dixi suprà in rubric. Ideò mortuo monacho expirat ius adeundi uel agnoscendi, & hic excluditur monasterium, si monachus non

19 uiuat. † quia ius monasterij fundatur in persona monachi, qua extincta etiam ipsum ius extinguitur.ut per Bar.Aret. & alios in l.is potest. Corn. ℣. column.v.Iason.in d.l.cum proponas, charta ultima & Cano.in cap.in præsentia, de probat. eo uerò uiuente Abbas cum capitulo potest adire & repudiare,ut per Ruin.& alios in d.l.legatum, col.fi. & dixi in l.inuito.ff.de reg.iur.limitando tamen ut per Areti.post alios in d.l.is potest. column. iiij. & sequenti.

Quod autem monachus & religiosus. succedãt etiam ab intestato, ac si non essent in religionem

20 ingressi, † est tex.not.in l.Deo nobis,in uerticul.fin uerò ultimam, suprà de episco.& cleric. tradunt Alexan.in consi.cxxxix.lib.ij.& Dec. consil. cxiiij. & delxxiiij.

Et quia tex.hîc facit mentionem de bo.poſſ. de-

21 lata filiosa.† quærunt Doct.quæ nã hereditas dicatur alicui propriè delata. in hoc ualde se cruciantes & torquentes. ut hic per Dec. & omnes Moder. & Moder.in l.delata.ff.de uerb.sign.

Pro declaratione quæstionis, & articuli sciendũ est, quòd deferre multifariam ponitur in iure, ut per Alberi. in dictionario in uerbo Deferre. & per historicos & oratores. Quantùm ad propositum nostrum attinet,stat per offerre & dare. text. est in l.unica.& ibi Bald.notat in principio, infrà quando non pet.part. Et probatur institu. de hęre. quæ ab intesta.defer.in rubric.iuncto §. & quemadmodum,exponente deferre,idest ad hæreditatem uocare, ut etiam facit in l.fina.C.de pact.primò enim dixit si hæreditas obuenerit, inde si ad hæreditatem uocentur paciscentes. Hinc etiam Liuius in primo ab urbe condita. Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. idest offerendum & dandum. Id quod alibi competere Iurisconsultus dixit in rub. de bonorum posseſſ.infan.furioso competit.idest delata.alibi dixit obuenerit,ut in l. idem est.ff.de acquirend.hæredita.& in §.de illo. l.iij. ff. pro socio.in d.l.fi.suprà de pact. alibi, uidelicet in l.si ita scriptum,in §.si sub conditione.ff.de leg. secundo, dixit ad nos pertinere, idest, non esse delatum propter diem uel conditionem adiectam. ad nos igitur dicitur pertinere quod est à lege delatum. At in l.secunda ad finem cum l. sequenti. ff. unde leg. loquens Iurisconsul. de hæreditate delata,utitur modò uerbo hæreditatem defert, modò admittit ad hæreditatem. probat itaque idem esse admitti aliquem ad hæreditatem per legem, & hæreditatem eidem deferri.in l.si infanti, infrà de iur. delib. modò delatam non relictam, modò deuolutam hereditatem appellat. Ex quibus iuribus patet delatam hæreditatem nobis dici, quæ nobis cõpetit,quæ nobis obuenit,quæ ad nos pertinet seu deuoluta est,ad quam sumus uocati admissiuè.

Ad hoc tamen,ut dicatur propriè delata, requiritur quòd posit quis illam adeundo consequi: ut dicit tex.in d.l.delata. sicque nullum subesse impedimentum ex parte rei puta,nec ex parte personæ: aliàs non dicitur propriè delata:quam propter impedimentum adeundo non posit quis illam consequi. d.l. delata. De impedimento rei cohærenti, est text. in l. uentre.ff. de acquirend.hæreditat. ubi propter præteritionem posthumi quandiu testamentum rumpi potest, hæreditas non defertur: ut ibi in secunda column.notat. Barto. est tex. in l. is qui hæres, eod.titulo, quando hæres fuit institutus sub conditione, quæ, ut ibi dicitur, additionem, & repudiationem impedit: & sic non dicitur delata successio. De impedimento autem personæ cohę renti, ut infantiæ & ignorantiæ,in l.bonorum quidem,infrà eod.l.pupillorum, infrà de'repud. hære. ut ignorantiæ in l.is qui hæres.in l. in repudianda. in l.qui hæreditatem.ff.de acquiren.hæredita. cum no.per Barto.in d.l.is potest.col.iiij.ubi etiam per alios de acquiren.hæredita. Et his duobus ultimis casibus hæreditas non potest propriè dici delata, propter rationem d.l.delata. impropriè tamen, & largo modo dicitur delata. Et ita procedant iura præalleg. & alia, quæ successionem dictis personis pertinentem,delatam dicunt. ut l. si infanti. ℣. de iure deliberan.l.licet,cod.titulo, & inst.de hære. quæ ab intestato defer. impropriè, scilicet & largo

22 modo, & ita concordabuntur prædicta iura. † Et propterea secundum Mathæsilla. in no. non comprehenderetur talis successio in statuto faciẽte mẽtionem de hæreditate delata,quum propriè intelligi debeat.idem tenent hîc moder.Ferrar.

Deciius tàm in lectura antiqua, quàm in noua, quantùm ad transmissionem hæreditatis sequitur opinionem Imolæ & Alexand. contrariam, quia respectu prædictę transmissionis de qua loquebatur statutum prædictum, concurrit qualitas infantiæ & ignorantiæ. Quæ faciliùs transmissionem successionis operatur, & statutum uenit ampliando transmissionem successionis, & uerba secundũ subiectam materiam intelligenda sunt. ut hic per Dec. in nouis addit.nimirum si dictis casibus hæreditas potest dici delata & comprehenditur in statuto,de quo.℣. excepto uerò transmissione hæreditatis,cõcurrente impedimento infantiæ uel ignorantiæ aut aliò concludit cum Mathæsil.& aliis. ℣.relatis hæreditatem non dici propriè delatam per text. in d.l.delata. Quæ conclusio confunditur per text. in l. si infanti, prælleg. qui in pluribus locis facit mentionem de hæreditate infanti delata,ignoranti fit mentio.in l. licèt.C.de iure deliberan.& institu. de hęr.quæ ab intest.defer.& tradit Barto.in dict.l. is potest.colu.iij. & indistinctè delatam appellant.

23 † Et tamen ignorantia impedit additionem hæreditatis,& acquisitionẽ successionis, quicquid dicat hîc

hîc in ij.column.Cur.l. is qui hæres.l.in repudianda.l. qui hæreditate. prælleg. propterea non potest illam transmittere.l. cum antiquioribus, ibi, sciens &c.℣. de iure delib. quamuis transmittat ad hæredem beneficium petendi restitutionem in integrum ex clausula generali si qua mihi iusta causa &c.ut per Alex.in consil.clxiij.& clxix.col.fi.lib. ij.per l. Pantomius,cum ibi no.& hic alleg. p Dec. quæ loquitur in casu prædicto,non autem ꝙ ignorans transmittat hæreditatem,ut Dec.arguit.Est ergo in casu prædicto delata hæreditas, & tamen ille cui est delata,non potest eam consequi: ergo cõtra tex.in d.l.delata.

Præterea lex ista nonne uult apertissimè filiosa. delatam dici bon. poſſ. & tamen non potest illam effectualiter agnoscere nec consequi adeundo, sed requiritur consensus patris:ut hîc,& in l.fi.quis ordo.ergo bo.poſſ.dicitur delata propriè, licet subsit impedimentum acquisitionis.

Curt.hîc se inuoluit,distinguens tamẽ inter impedimentum effectuale & accidentale.& sic uult ꝙ hæreditas dicatur infanti & ignoranti propriè delata.sed non respondent ad illum tex. qui confundit eorum opinionem,nec ad istum tex.l.nostræ.Præterea impedimentum ignorantiæ est effectuale, ne quis posit adeundo hæreditatẽ cõsequi: ergo &c. Moder. Papien. hîc sequuntur hanc opinionẽ Imo Ię & prædictorum ꝙ hæreditas in casibus prędictis dicatur propriè delata.

Ad l.delata,respon.ꝙ uoluit excludere impedimentum cohęres rei & hereditati, non personæ. d.l.is qui hæres,& l.uentre. quod est merè diuinatio & uiolentia ad illum tex.Præterea, maius uideretur esse debere impedimentũ personæ quàm rei, quum de personis in primis & ante omnia quęrendum sit.l.si quæramus.ff. de testam.l. prima.& secũda.ff.de statu.hom.

Quid dicendum? quomodo cõcordabimus hãc cytharam?lex delata, uult tunc dici hæreditatẽ delatam, quando adeundo potest quis illam cõsequi: & sic quæ defertur sine aliquo impedimento futuræ acquisitionis,ut per Mathæsi. Iaso.& alios Mod. lex nostra.l.fi. ff. quis ordo. cũ l.si infanti. ℣. de iu. delib.& cum rubro & nigro.ff.de bon. poſſ.infanti furioso &c. oppositum, ut suprà diximus uidentur uelle.Bar.in d.l.is potest,quem Doct.ibi,& in locis

24 præallegatis communiter sequuntur, concludunt, † quòd hereditas,uel successio dicatur propriè delata,licèt subsit impedimentum patriæ potestatis,infantiæ uel ignorantiæ.cui sententię & ipse accedo.

Tertia solu. glo. inepta est, & per Doct. communiter damnatur, ut hîc per Alex. Rimin. & alios. & tenetur communiter quarta solut. quòd consensus patris non requiratur, quando ordinariè agitur, ut in contrariis: secus ubi officium iudicis extraordinariè imploratur, resq; in figura iudicii non tractatur, ut hîc, & in. l. iii. in. §. si causa cognita, cũ gloss. ff. eod. secundum Bart. Alex. Cor. Rimin. Ias. & Deci. in pen. colum. Confirmo, quia consensus paternus adhiberi debet tempore litis contestatæ, ut per Bart. & Doct. in. §. eo autem tempore. l. si cum dotem. ff. sol. matr. in huiuscemodi petitione & agnitione bon. poss. lis non contestatur, ergo &c. Eapropter apparente legitimo contradictore, quã res tractanda sit in forma iudicii, legitimandæque sint personæ filius sine consensu patris non habebit personam legitimam: ut hic per Rimi. & Decium, &
49 dixi. §. in rubr. Et lex seruos † ff. de alim. leg. ubi seruus admittitur ad implorandum officium iudicis etiam contra hæredẽ domini sui, & per consequens dato contradictore, procedit speciali fauore alimẽtorum: ut per Alexand. in. l. i. col. iij. ff. sol. matr.

Sed non uidetur sublata difficultas: quia patre nolente ratificare bono. poss. per filium agnitam agnitio inefficax redditur. l. fin. ff. quis ordo. & sic amittitur transacto tempore, ergo sequitur quòd contra non ualentem agere actumq; ualidum & efficacem facere, currit temporis præscriptio.

Curt. hic in. xiii. colum. respond. quòd hoc casu filius factus sui iuris poterit quandocunque de nouo agnoscere, & sibi successionem quærere: ut per glo. §. in princ. & est communis scribentium sententia, ut uidimus circa. ij. solu. gl. hodie tamen (ut ibi dixi) difficultas ista modicæ utilitatis est, quia patre ratificare nolente filius fam. potest agnoscere & sibi acquirere. d. l. fi. in prin. & in. d. §. sin autem.

Iuxta prædicta examinat hîc Curt. in. xiiii. colũ. utrum filius famil. possit in iudicio stare sine con-
50 sensu patris? † multùm se inuoluit, sequitur tamen opin. Corn. in. d. §. necessitate. Moderniores Papiẽ. hîc colum. viij. post Aret. in consil. lxxii. clarius resoluunt. idem faciunt Cano. in. c. fin. per illum tex. de iudi. in. vj. concludentes regulariter filium fam. non posse esse in iudicio sine consensu patris neq; si agat, neque si conueniatur: ut in. §. necessitate dicebatur, præterquàm in beneficialibus & spiritualibus, in quibus non curatur de patria potestate. Idem in castrensibus uel quasi, nonnullisque aliis casibus specialibus, de quibus ibi per gloss. & Phil. Fran. sufficit tamen quando cõuenitur, quòd pater requiratur & interpelletur, ut præstet consensum. quod si intra tempus à iudice præfixum id facere noluerit, ualebit iudicium ac si consensus præstitus esset: ne sit in potestate patris filium suum posse conueniri uel non conueniri. tamen ad abun-
51 dantem cautelam in practica † solet index pronunciare ad petitionẽ partis iudicium ualere & tenere, ac si consensisset pater, quum per illum steterit, eiq; sit imputandum: ut per præfatos. De qua materia Dec. hîc in pen. colum. nõ nulla congerit, plura alia cumulaui in. l. i. ff. de iudi.

In ea. gl. hic in acquirendis, ibi in acquisitis. hæc sol. ad contrarium per glo. formatum non est bona, ut hîc per Alex. & Cor. & Rimin.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et dum glo. subdit, duæ ultimæ ueriores, immo tantùm ultima secundum præfatos scribentes.

In ea. glo. ibi. l. filius. Alexand. Corn. Rimin. Iaſ. & alii tenent pen. ſol. ut illa in acquiſitis iſta in acquirendis procedat. contra quã ſol. uidetur tex. in §. fin. l. is qui hæres. ff. de acquir. hær. ubi filius non poteſt patri præiudicare. hæreditatem repudiando, & ſic inquirendis. Cur. hic col. xv. reſpond. quòd agitur ibi de iure quæſito, quia ius adeundi inquãtum habet mixturam iuris patri quæſitum dicitur, ut hic per eum poſt Aret. quæ tamen ſol. eſt contra text. hic, & in d. l. pretia rerum. cum ſimilibus: ideò in ſuperioribus opi. Are. damnauimus. Præterea & ſi ius adeundi poſſet dici patri quæſitum, cuius tamen contrarium eſt uerius, non eſſet quæſita hæreditas nec ſucceſſio, niſi filius agnouiſſet, & pater ratificaſſet: ut hic, & in d. l. fin. ff. quis ordo. ergo reſpectu ſucceſſionis de quærendis agitur. Deci. hic in pen. colum. aliter ſoluit ſequendo conſiderationem Imolæ & Alex. poteſt etiam aliter dici ex mente Alex. Iaſ. & aliorum, quòd filius non poteſt expreſsè repudiare bono. poſſ. ſibi delatam in præiudicium patris. d. §. fi. ſed bene tacitè negligendo & permittendo tempus labi, non agnoſcendo in tempore bonor. poſſ. ita loquitur. l. noſtra, quæ adhuc eſt hodie incorrecta, ut ſuprà dixi.

53 Et ſic † omittendo filius patri in quærendis non autem faciendo. arg. not. per glo. in. l. ſi mora. ff. ſol. matr. quòd maior eſt culpa, quæ in faciendo committitur, quàm illa quæ omittendo incurritur: ut ibi etiam per Doct. & per Iaſ. & alios in §. fi. filius. l. iij. ff. quod quiſque iuris.

Glo. in uerbo emolumentum. concludit quòd licèt filiofam. agnoſcente bonor. poſſ. ſibi delatam, emolumentum ſucceſſionis in totum quæreretur patri tempore iſtius l. hodie tamen quæritur uſufr. tantùm, proprietas uerò ipſi filio. Sed obſt. uidetur tex. hîc in implicatiua etiã, quæ etiã filio quæri
54 indicat. † Ricar. Malumb. ut refert Bart. fatebatur q. tempore iſtius legis emolumentum ſucceſſionis in bonis maternis filio quò ad proprietatem quæri, uſumfructum uerò patri, per text. not. in. l. filius. ff. de inoffi. teſt. & l. placet, ad oppoſ allegata non loqui de ſucceſsione materna.

Hîc duo uidenda ſunt. An opinio Malumbræ
55 uera ſit. item qui ſit uerus intell. d. l. filius. † Opin. Malumbræ quòd ſucceſſio matris quæreretur filio etiam de iure digeſtorum quantum ad proprietatẽ uti uerisimam ſequuntur & nituntur defendere Moder. in iiij. Paradox. cap. iij. recoll ectis dictis do ct. hîc. Et primò mouẽtur per hunc tex. ut ſuprà põderatum. Secundò per. l. cum oportet, in princip. ff. de bon. quæ libe. Tertiò per. l. pen, ff. ad Tertyl. ubi ex oratione diui principis hæreditas matris ad filios pertinet, & ſic etiam de iure antiquo. Quartò per d. l. filius. ibi, commodum uictoriæ alii parat: ergo filio, de quo ibi loquitur text. ſucceſſionis cõmodum paratur. Quibus omnibus facilè reſpondebitur.

Bart. hîc colum. iij. poſt glo. & Cyn. tenuit contrarium & ſequuntur communiter Doctor. ut hîc per Bald. in. xxviij. oppoſ. Corn. col. i. Rimin. ix. Iaſ. iij. & alios ſequuntur pariter Ang. & Paul. Caſtr. in d. l. filius Raph. Pau. & Corn. in. l. j. ff. de bo. mater.

Pro qua ſententia plura adduci poſſunt, infrà ſcripta tamen concludunt. primò d. l. j. de bon. mater. in princ. ibi, ita ſint ubi de nouo ſtatuitur proprietatem bonorum maternorum filio quæri. ergo temporibus. l. noſtræ & digeſtorum hoc diſpoſitũ non erat. Iaſ. hîc colum. iij. ſubtiliter eius iudicio reſpond. quòd licèt illa lex ſit poſita. ff. in alio tit. non ſequitur fuiſſe factam poſt noſtram, ut per eũ. ſed grauiter labitur quemadmodum ex ſupraſcriptio nibus ipſarum legum facilè cognoſcit hiſtoricus. nam Conſtan. Imperator, d. l. primæ auctor longo temporis interuallo & annorum ſpacio poſt Seuerum iſtius. l. auctorem fuit, ut ex Paul. Oroſio, Euſebio de temporibus & aliis hiſtoricis conſtat. Confirmo, quia ſi temporẽ iſtius. l. ſucceſsio matris filio fuiſſet acquiſita, ratificatio patris non fuiſſet curę legi. quamuis enim pater noluiſſet bonor. poſſ. ratificare, quæſita tamen eſſet filio. l. fina. in princip. ff. de bon. quæ lib. & tamen hæc lex & l. fin. ff. quis ordo ad hoc ut quæratur, exigit ratificationem patris: ergo datur intelligi quòd totum quæritur patri, non autem filio.

Tertiò probatur hæc pars per text. allegatum à Bart. in. l. ſi filius meus. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſta.
56 † ubi patre petente bono. poſſ. nomine filii omiſſa cauſa teſtamẽti, quando filius per matrẽ fuerat inſtitutus, legatorum actio datur in patrem ex edicto prætoris, de quo in. l. j. in princip. illo eo. tit. ex quo apparet per filium patri ſucceſsionem quæri, ut dicitur in d. l. j. Mod. Mediol. loco prælleg. reſpond. dari ibi actionem contra patrem, non tãquàm dominum, ſed utì procuratorem antequàm filius cuius nomine bono. poſſ. (ut ibi dicit text.) petita fuit ratam habuerit. ſed confunditur per illum text. in fin. uolentem dicto caſu actionem legatorum non ſecus in patrem dari, quàm ſi ipſe filius hæres inſtitutus bono. poſſ. ab inteſtato petiiſſet. ſed in ſecundo caſu quando filius inſtitutus bono. poſſ. petiiſſet, abſonum eſt dicere, actionem in partẽ ut in procuratorem filii dari: ergo nec in primo dabitur. utrobique igitur in patrem uti in dominum & cui commodum maternæ ſucceſsionis fuerat quæſitũ.

57 Quartò probatur iſta opinio † in. l. filiusfam. ff. de acquir. hær. nec obſt. reſpon. prædictorum Modern. quòd ibi acquireretur auo ratione uſusfructus, ſi iuſſus ipſius aui qui nepotem in poteſtate habebat interueniſſet. iuriſconſ. enim ibi non dubitat nec quærit de uſufructu, ſed de hæreditate, ibi, an auo ſit quæſita hæreditas, & reſpond. quòd non ſecundum ea quæ proponuntur. fuit autem propoſitum aditam fuiſſe hæreditatem iuſſu patris, non autem aui in cuius poteſtate erat ipſe nepos. ideò nihil actum fuiſſe dicit, quia non interuenit iuſſus illius, qui habebat in poteſtate. iuxta. §. iuſſum. l. ſi quis mihi bona. ff. de acquiren. hæred. à contrario ſenſu uult ibi text. quòd ſi interueniſſet iuſſus aui hæreditas fuiſſet illi quæſita, non dicit uſusfruct. ut prædicti Mod. intellexere.

Quintò probatur iſta opinio. in. §. i. inſt. per quas perſo. nob. acquir. ibi, quicquid ad res peruenerit exceptis caſtrenſibus peculiis patri quærebant: ergo etiam bona materna.

Sextò

Sextò & ultimò probatur, in. l. qui in aliena. in princ. ff. de acq. hær. allegata hic per Cyn. & Corn. in prima colum. Et tenendo opi. hanc Bar. & communem, ſupereſt adducta in contrarium ſoluere. Ad hunc text. in implicatiua etiam, reſpond. poteſt multipliciter, ut dixi in iiij. not.

Ad l. cum oportet, in principio reſpon. ibi gloſſ. in uerbo ueteris. Et rectè quò ad Iuſtinianum qui ibi loquitur, ius poterat dici uetus, quia à Conſtan. Imperatore qui mediis xvj. Imperatoribus dudum ante præceſſerat, conditum fuerat.

58 Ad. l. pen. ad Tertyl. † reſpon. quòd hæreditas matris defertur filio, qui poteſt adire & non adire, acquirere & non acquirere: propterea certè dicitur quòd ad eum ſpectat & pertinet, id eſt delata eſt. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. ff. de leg. ij. l. delata. ff. de uerborum ſignific. & hac. l. noſtra. in princip. & uoluere præfati Modern. in. d. l. cum filio. colu. ij. Cui uerò poſt additionẽ ſpectent & pertineant quæſita, ibi non quæritur nec deciditur, ſed dicendum eſt patri, ut cætera, ut hac. l.

Et ſi dicas refragari quòd id cautum oratione dii Marci fuiſſet. quum Orficiano ſenatuſconſul. id antea cautum eſſet. Reſpond. cautum id fuiſſe oratione prædicta in Senatu recitata Orficioque & Ruffo conſulibus confirmata. propterea ſenatuſconſultum Orfic. appellatum, ut inſtit. de Orfic. in princ. facit. l. oratione. ff. de ferijs.

59 Ad † quartum & ultim. de l. filius. ff. de inoffic. teſtamen. reſpon. & nunc deſcendo ad ſecundum pollicitum & ad enucleationem ſenſus d. l. filius, ad quam Doct. multifariam reſpond. Bartol. hic filio quærelam & actionem iniuriarum competere concedit. l. filiusfamil. la prima. ff. de action. & obligat. ſed emolumentum querelæ aliorumque iurium patri competere dicta lege placèt. &. l. prima. ff. ſi quis à par. fue. man. Quæ ſolu. non eſt bona nec tollit difficultatem, quia competentia querelæ non eſt commodum uictoriæ in eo iudicio, ut loquitur text. d. l. filius, ſed eſt medium & inſtrumentum proueniendi ad uictoriam: quum ſit remedium uincendi & expugnandi teſtamentum ſecundum Aret. in. d. l. filiusfam. propterea ipſe Aretin. ibi quem ſequitur Dec. hîc in vij. colum. ad fin. primæ lect. dicebat in d. l. filius, eſſe caſum ſpecialẽ in querela inoffic. teſtament. quæ filio non autem patri competit. l. Papin. in princ. ff. de inof. teſtam. ideò quod ex ea actione acquirit, ſibi, non patri acquirit. quæ ſolu. ante Aretin. fuit Cyn. hîc, ut refert Soc. iunior. in. d. l. cum filio. & prius Paul. Caſtr. in l. j. ff. de bon. mat. Et tamen non procedit, quia ius adeundi uel agnoſcendi ſoli filio quæritur, ut hîc, & in d. l. fin. quis ordo. Et tamen emolumentum quæritur patri, ut hîc, & in. d. l. fin. & declarat Bar. in d. l. 15 qui hæres. in §. fina. propterea ſolutionem Cyn. Aret. & Decii reprobant Curt. hîc col. xj. Modern. Papi. col. vj. Soci. loco prælleg.

Rimin. hîc in xij. col. ſubtiliter dicebat, quòd reſciſſo teſtamento per querelam intentatam per patrem nomine filii re ad cauſam inteſtati deducta, iuxta l. poſthumus, in. §. j. ff. de inoff. teſtament. ius adeundi (ut diximus) filio quæritur, & ſic commodum uictoriæ alii paratur: ut hîc per eum. quem intell. ſequuntur hic Iaſo. col. iij. Curt. xj. Mode. Papien. vj. Soci. loco prælleg.

Sed Dec. hic colum. vij. attribuens dictum intel. Iaſ. dãnat, eò quòd ille tex. intelligi debeat de commodo pecuniario, non autem de iure adeundi, in quo non eſt commodum pecuniarium. Et quia ex inſtitutione illius querelæ patri nullum commodũ quæritur, prout ibi dicitur. alias perderet legatum, & tamen contrarium ibi deciditur.

Sed non probat Deci. quod dicit de commodo pecuniario, nec eſt uerum: quum text. ibi loquatur de cõmodo uictoriæ quod (ut dixi) conſiſtit in iure adeundi teſtamẽto querelato, & re ad cauſam inteſtati reducta, ut uolunt prædicti ſcriben. tenentes prædictum intell. Ad aliam rationem Decij de amiſsione legatorum ſi patri quærerctur commodum, reſpond. Curt. hic in xj. col.

Sed iterum non uidetur dictum intell. ad l. filius, poſſe procedere, propter uerba illa, ac quod patri datum eſt publicaretur. quæ uidentur innuere querelam non fuiſſe inſtitutam per patrem, quia ſi iuriſconſul. de patre intellexiſſet, & locutus ſuprà de illo fuiſſet, dixiſſet poſteà, an quod ſibi datum eſt, publicaretur; non autem quod patri: quia hic ſermo ineptitudinem contineret, ſi de patre iuriſconſ. loqueretur. Item quia ſecundum prædictam intelligẽtiam iuriſconſ. in dubio moto non referret ſe ad quæſtionem principaliter propoſitam de filio querelam inſtituente, quando patri legatũ relictum fuit: ſed ad id de quo incidenter dubitatũ fuerat, de patre. ſ. agente ex iure filii. contra text. in. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. Iccircò Ferrar. hic co. xxxviij. & Soc. iunior loco prælleg. dant alium intellec. ad illum tex. quòd fuerit ibi inſtituta querela per filium ut in princip. l. dicitur. Et dicta uerba commodum uictoriæ alii parat, intelligenda ſint de patre, cui acquiritur. & ſic probabit communem concluſi.

Qui intell. non procedit, quum relatio quæſtionis ibi motæ ad proxima fieri debeat, & ſic ad patrem qui filii nomine querelam inſtituiſſe dicitur, non ad filium de quo in princi. l. fit mentio: quia relatio ad remota fieret. contra tex. cum gl. in §. fi. l. ſi idem. ff. de iur. om. iud. Et fatua fuiſſet ibi dubitatio, an pater legatum perderet propter factũ filii. quum hæctum huius alteri non noceat.

Propterea circa intell. illius tex. diligenter aduertendum eſt. Nam iuriſconſ. in illo tract. querelæ decidit tres caſus procedendo ſemper de minus dubio ad magis dubitabilem. Primus caſus fuit de filiofam. qui poteſt teſtamentum matris inofficioſum accuſare, licèt patri legatũ in eo factũ fuiſſet: quia indignatio & iniuria eſt ipſius filii: ideò illam proſequi poteſt, & dictum iudicium inſtituere, quamuis pater in eo fuerit honoratus. Secundus aliquãtulum magis dubitabilis eſt de patre, qui iure filii in caſu prædicto: id poteſt facere propter officium paternum, ut hîc per Curt. col. xj. illi duo caſus de plano ſatis procedunt. poſteà deſcendit iuriſconſul. ad caſum magis dubitabilem: ſi pater, qui nomine filii querelam inofficioſi teſtamenti inſtituit, nequiuerit in iudicio moto obtinere, utrum amittat legatum in teſtamento matris ſibi relictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum, fisco applicandum, illo ab ipso tanquàm ab indigno ablato. iuxta. §. meminisse. d. l. Papinia, & respon. quòd non, duabus rationibus, quas in ordine literæ ante decisionem præmittit.

Quoniam commodum uictoriæ alij parat, non sibi. Et in ea causa nihil agitur de officio patris, sed de meritis filii: inclinandum est in opin. quòd pater non amittat legatum, quamuis pro testamento fuerit pronunciatum. Quoniam igitur (inquit) alij commodum uictoriæ parat, id est ipsi filio, quia re ad causam intestati reducta iuxta. §. si quis. d. l. posthumus, commodum uictorię ac sententiæ est filij, qui ab intestato ad successionem matris uocatur. l. i. ſ. ad Orfic. l. pen. ff. ad Tertyl. ut dicebant Rimin. & alii quos suprà retuli: & rectè quidem. Et quòd ille text. intelligatur de commodo uictoriæ, & sententiæ prædicto, non de pecuniario aut de dominio rerum, ultra supradicta probatur: quia lex intelligenda est secundum naturam tituli, sub quo situata est, uulg. l. Imperatores. ff. de in dic addi. & sic de commodo ex ruptura inofficiosi testamenti resultante. quod (ut dixi) est, posse ab intestato succedere rem ad causam intestati reducta. casus est in. d. §. si quis. l. posthumus ibi, non ei prosit uictoria, qui uult quòd fructus uictoriæ in causa inofficiosi testam. inte ligatur, quia reducta ad causam intestato uenientes ab intestati possunt succedere. Et istud est commodum immediatum uictoriæ, postmodum acquisitio successionis est commodum mediatum. & uerba intelligenda sunt de causa immediata, potiusquã de mediata. l. si mulier. §. i. ff. rerum amotarum. Alex. in. l. sub prætextu, la prima, colum. ii. suprà de transact. ergo de dicto iure adeundi, & sic de commodo sententiæ immediato, non autem de commodo successionis, quæ posteà & mediante aditione filii acquiritur patri. Et sic uictoria est sententia qua pronunciatur filium non fuisse ingratum; & consequenter iniquè exhæredatum: eapropter in hoc iudicio de meritis filij agitur, ut dicit text. in. d. l. filius, commodum ergo uictoriæ duplex est, mediatum & immediatum. cõmodum immediatum est ius adeundi acquirendique successionem, & istud paratur & acquiritur filio ut hac l. & ff. quis ordo. l. fin. &. d. l. filius. Commodum uerò mediatum, est emolumentum successionis, & istud acquiritur patri: ut hic, si igitur in casu. d. l. filius, pater obtinuisset, uictoria alij profuisset, id est filio, quòd reddita matre intestata ius adeundi illius hæreditatem filio delatum fuisset. & quamuis postmodum adeundo illam patri quæsijsset, ut alia iura, secundum hæc tempora, non fit propterea quin commodum uictoriæ iusque & facultas succèdendi matri ab intestato, deferatur ipsi filio ad eumque spectet, neque de hoc ibi dubitatur, sed pro absoluto præsupponitur, secundum uulgatas iuris regulas. Et si dicas, quòd commodum potest filii esse in iure illo adeundi, quum incontinenti totum quæratur. d. l. placèt?

Respond. magnum: habet enim in primis spem probabilem in bonis patris post mortem illius. l. in suis. ff. de liber. & posthum. not. Aret. in l. qui in aliena. in uersiculo. sed & si. colum. secunda. ff. de acquirend. hæreditate. Vel aliter, quia in potestate eius est acquirere successionem matris patri suo, uel non: quum inuitus non possit cogi adire l. renitente infrà de iure deliber. & si noluerit expectare existentiam sui iuris poterit hoc facere & sibi tunc acquirere: ut per Paul. Cast. in dicta lege filius. uel exspectare mortem patris & adire & sibi ipsi quærere: ut per gloss. in. §. fina. d. l. is qui hæres. Commodum igitur uictoriæ filio delatum, inane & inutile non est, nec parui momenti. id quod etiam patet: quia aliàs sequeretur quòd iura quæ deferunt hæreditatem filio, potiùs quàm patri ut. l. nostra, & d. l. filij. ad Tertyl. cum simil. seruissent de uento. Nec obstant huic intelligentiæ duo motiua, quæ contra Rimin. suprà adducebam. quia in. d. l. filius, uerbum patri non malè ponitur. Dubitauit enim iurisconsultus si in iudicio querelæ filij nomine intentato non obtinuisset, an quod ipsi patri datum fuit publicaretur? de legatis relictis alijs personis non erat dubium testamento remanente ualido, sed tantùm de legato facto patri testamentum impugnanti. nulla est ergo ineptitudo intelligere dubitationem, & illa uerba, quando pater nomine filij intentauit querelam, & non obtinuit.

Secundo motiuo respon. quòd erat maius dubium hoc secundo casu, quando pater querelam instituit, quàm ubi à filio deducta fuerat, ut dixi: ideò iurisconsul. hunc casum dubium uoluit decidere. Et relatio fit ad proxima immediatèq; præcedentia, non ad remota.

Et in casu uictoriæ pater absque dubio prodidisset legatum, quia re ad causam intestati reducta, corruunt omnia in testamento disposita, & contenta. d. l. Papinianus. §. si ex causa. & l. Titia. ff. de inofficio. testam. nec de hoc dubitauit iurisconsul. in dicta lege filius. sed quæstionem dubiam proposuit, & decidit, quando pater non obtinuisset.

Postremò quomodo procedat æquiparatio facta per Bart. de querela inoff. ad actionem iniuriarum, declarant Curt. & melius Rim.

Circa oppo. formatam per Bart. de. §. sed si ego. uidenda sunt quę. s̃. in no. dicta fuere. Solutionem Bart. inducit hic Curt. in xij. colũ. ad quæstionem
60 not. † Nunquid ciuitas negligens punire deliquentes, conueniri possit tanquàm ratum habuerit? est in hoc loco aliquantulum impertinens. uide latius Commẽ. in consi. xv. scribentes in. l. ciuitas. ff. si cer. pet. & in c. ratum, de regu. iu. in. vj.

Glo. in uerbo ratam. diuiditur in duas partes, ut hic per Rimi. & Iaſ. Ex prima parte gloſ. colligitur conclusio. quòd ratificatio agnitionis bon. poſ. per filiũ factæ & tacitè & expresse potest à patre fieri. de expressa probatur hic, & in. d. l. fi. quis ordo. De tacita in iuribus gloss. Et quicquid dicat Iaſ. etiam l. fin. ff. eo. alleg. per gloſ. loquitur de tacita ratificatione, exsuperuenientia furoris resultante. ut hic pulchrè per Curt. colum. xiij. nu. lxij. quæ quidem tacita ratificatio agnitæ bonorum possess. inducitur, quando filius longo tempore patre sciente & tacente bona hæreditaria tenuisset, ac possedisset. iuribus in gloss. alleg. & plenius declarat hic Alexand.

Sed

Sed obstare uidetur, quia iura allegata per gloſ. loquuntur de acquisitione hæreditatis, quæ potest adiri & acquiri usque ad annos triginta. l. licèt, cum gloss. infrà de iure deliberan. si temporis illa diuturnitas suffragari prodesseque potest: secus uidetur in successione prætoria, quia bonorum possess. peti uel agnosci debet iutra dies centum uel intra annum per liberos & ascendentes. l. emancipata, infrà eodem. l. i. ff. de succeſſ. edict. quo tempore transacto expirat: iuribus præalleg. &. l. fin. ff. quis ordo. Diuturnitas igitur temporis ponderata in. ll. alleg. per glo. non uidetur posse prodesse transacto tempore quo ipsa bonor. poſſ. competebat. maximè, quia sequenti in gradu acquiritur ius, cui fieri non debet præiudicium ex præsumpta ratificatione patris. l. si indebitum. §. fin. cum gloss. ff. rem rat. hab. ut post Bald. hîc in septima oppoſ. Rimin. Deci. Curt. & alii dicunt.

Ex quo pater solu. ad id quod post antiquos defendendo gloss. dicebat Bart. aliter resoluit Deci. distinguendo & malè ut infrà dicam. Ea propter pro habenda uera intelligentia istius articuli, considerandi sunt nonnulli casus secundum scribẽtes.

Primus, quando filius agnouisset bonor. possess. posteà pater intra tempora debita exegisset debito res hæreditarios uel soluisset debita successionis,
61 aut fecisset alium actum, qui non posset fieri † citra ius & nomen hæredis. iuxta l. gerit. & l. pro hærede. ff. de acquirend. hęredit. &. §. fina. instit. de hæred. qualit. & differentia: & per consequens qui hæreditatis aditionem inducit. & hoc casu absque dubio agnitio bonorum possess. rectè facta diceretur, & secuta ratificatione, omni dubio careret: quia hæc dicitur expressa ratificatio facto adhibita. l. Paulus. ff. rem rat. hab. & intra extrema ac tempora habilia.

Quinimmo dando unam interiorem tunicam seu camisiam Dei amore de bonis hæreditariis inducerẽtur ratificatio agnitæ bonorum possess. quia per talem actum inducitur aditio hæreditatis: ut per Bald. & Deci. in. l. non hoc. infra unde cogna. ergo & ratificatio agnitæ bonorum possess. Et sic non ostendat animum amplectendæ hæreditatis uel successionis, seu comprobandi id quod filius legitimè fecit, sufficit. l. fina. infrà eod. l. ultima. ff. quis ordo. & §. fin. instit. eod.

Secundus casus, quando filius agnouisset bon. possess. post tempus legitimum aut agnitum in tempore debito non intimasset patri, illumque intra tempora edicti noluisset certiorare, ut comprobaret: ut hîc per eos. & est casus clarus, quum paria sint aliquid non fieri, uel extrà tempus congruum ac legitimum fieri. l. fin. iuſrà eodem. l. non distinguemus. §. fina. ff. de arbitr. & l. ultima. ff. quis ordo. Et de hoc uidetur esse casus in. §. final. instit. eo. ibi, intra statuta tempora iudicium ostenderit, nec in claris opus est coniecturis. iuribus uulg. facit. l. cum quidam. ſ. de condi. inser. adducta hîc per Deci. in. iiij. colum. post. Salic.
62 Tertius casus dubitabilis, † de quo in gloss. nostra, quando filius agnouisset bonor. possess. intra legitimum tempus patre sciente, & eodem posteà patiente tenuisset & possedisset bona hæreditaria per annos decem. utrum huiusmodi comprobatio sufficiat? receptior scribentium sententia est cum glo. hîc & Bartol. quòd pater censeatur ratam habuisse agnitionem bonor. possess. factam per filium eique sit quæsita successio, ut hîc latè per Alexand. Corn. Rimin. Iaſ. Dec. Curt. & alios, Alexan. & Aret. in. l. qui in aliena. in ult. col. ff. de acquir. hæred. propter præsumptionem iuris ex possessione, scientia & patientia longi temporis resultantem: ut in. d. l. qui in aliena. & l. si filius præalleg.

Quæ quidem communis opin. in puncto iuris periculosa est, quum absonum uideatur præsumptionem prædictam assumi debere lapso tempore
63 bonor. possess. † Et sic tempore inhabili ad agnoscendum & acquirendum usum bonorum possess. ac successionem. argum. l. bonorum. ff. rem rat. habe. & l. fina. ff. quis ordo. ubi dicitur quòd bonorum possess. ab alio agnita, debet eo tempore ratificari, quum adhuc, in ea cã sit, ut peti possit. quemadmodum post Bald. hîc in septimo capitulo tradunt Alex. Rimin. Dec. & alii. Et sicut expressa ratihabitio tunc non potuisset fieri, ut potè tempore incongruo & inhabili, iuribus præalleg. ita nec tacita. facit uulg. l. cum qnid. ff. si certum petatur.

Et ea quæ dicuntur per Bar. & Doct. de his quæ sequuntur, quæ probant uoluntatem interuenisse à principio. l. si filius, & l. qui in aliena præalleg. procedunt quando uoluntas illa declarari potuisset, & sortiri effectum tempore actuum sequentiũ, ut in casibus dictarũ legum aditionis hæreditatis, quæ fieri potest usque ad annos xxx. d. l. licèt, cum aliis de quibus hîc per Bald. Alexand. & alios. ideò nimirum, si cursus tanti temporis cum possessione rei, scientia & patientia patris & filii, quæ unum censentur, ut hîc per Iaſo. colum. quinta & Alexand. in dicta lege qui in aliena, colum. secunda operatur, ut censeatur à principio uoluntas adeundi interuenisse. quæ ratio cessat in terminis nostris, quum bono. possess. agnosci nequeat extrà tempora edicti. Et sic quòd diuturnitas temporis cũ aliis adiunctis in casu. l. si filius, & l. qui in aliena. præalleg. præsumi faciat præcessisse iussum patris in aditione & acquisitione hæreditatis necessarium præalleg. §. iussum.

Et uideretur debere pariter præsumi patrẽ à principio ratificasse bonor. possess. & sic intra tempus legitimum. Quia tamen termini non sunt pares, nec extrema habilia propter tempus à prætore præfinitum ad agnoscendum bonor. possess. transactũ, cuius oppo. erat in d. l. si filius, ubi actus adhuc fieri tunc poterat, nimirum si aliud dicendum uideretur. ita quòd de hæreditate acquirenda ad bon. poſ. agnoscendam, & sic ex diuersis & separatis malè arguitur. iuribus uulg.

Et si dicas fundamentum l. si filius, & l. qui in aliena. præalleg. non esse in ratione assignata per Bal. & sequentes quòd ille actus posset eo tempore de nouo fieri, uerùm in diuturnitate temporis consistere, ut patet ex uerbis dictarum. ll. ibi, per longum tempus detinuit, in dicta lege si filius. & ibi, diu tamen possedit. in dicta lege qui in aliena. Respon. debere intelligi secundum terminos suos, uidelicèt quando actus ille eo tempore fieri potuis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

set, sicuti dicimus de ratione legis generali, quæ intelligitur secúdum terminos ipsius legis super qua est posita. cap. super literis, de rescript. ubi Deci. no. in tertia colum. & Socin. in. §. & quid si tantùm. l. Gallus in secunda colum. de liber. & posthu. facit text. in cap. intelligentia. de uerbor. signific. in. l. si uno. ff. loc. in. l. insulam. ff. de præscr. uerb. sed subiectum non est de bono. possess. sed de hæreditate, ergo &c.

64 Præterea l. si filium, & l. qui in aliena, †procedunt ubi tractatur de mero commodo partium, uel de modico præiudicio, secus quando tractaretur de magno incommodo aut præiudicio secundum Doct. hic, & in. d. l. qui in aliena. Alex. in consil. 1. colum. fin. uolum. iiii. Moder. Taur. in tract. præscript. sol. x. & sequenti ubi latè tangunt intell. prædictarum. ll. si filius, & qui in aliena.

Quæ licèt per glo. & doct. ad idem propositum allegentur, tamen loquuntur in diuersis terminis. nam in. l. qui in aliena, agitur de patientia filii. pater enim possidendo hæreditatem filio delatam uidetur expresse factoq; declarare, quòd uolebat filium eam adire. l. filio, infrà de jure deliberan. ideò ibi non tractatur de patientia ipsius, sed de patientia filii. in. l. si filius, tractatur de patientia patris, quia filius possidendo hæreditatem sibi delatam, satis demonstrat, & declarat uelle se pro hærede gerere: secundum Aretin. in d. l. qui in aliena. uersi culo primo colum. prima in fin. Et licèt prædicti casus diuersi sint in facto, tamen respectu effectus non differunt secundum Modern. Taur. loco præalleg. uersic. & uidentur. de quo tamen latiùs statim dicam.

65 Intelliguntur † ergo illa iura, quando tractatur de modico præiudicio patientis, secus si de magno: ut per Taurin. loco præalleg. & Iaſ. hic colum. v. in iiij. limit. quæ communis scribentium intelligentia satis potest procedere ad text. d. l. qui in aliena. ut per præallegatos, & per Alexand. ff. de pact. in. l. si certis annis, colum. fin. optimè declarantem quomodo in d. l. qui in aliena. diceretur agi de modico præiudicio. sed non procedit ad. d. l. si filius, secundum uerum sensum. quin ibi potius agebatur de fauore & commodo patientis, de quo text. ibi facit expresse mentionem, & de acquisitione: licèt in consequentiam potuisset patri damnum emergere ac contingere hæreditate reperta damnosa: ut per Bald. in. l. ii. infrà de legit. hæred. & Modern. Taur. loco præalleg. uersic. & die secundum Bald. immo in l. qui in aliena. agi posset de magno præiudicio, quando creditores hæreditarii conuenirēt patrem uti hæredem propter possessionem bonorum hæreditariorum filio patiente: & patientia contra patrem allegaretur, ut ibi per Paul. de Castr. & Alex. in ult. colum.

Deci. hic colum. iii. in articulo principali reiecta opi. Salic. & Corn. distinguit. quam distinctionem damnant Curt. colum. xii. & Modern. Ferrar. char. xxvi. colum. i. Ego dico manifestè cōfundi per text. in. d. l. si filius. & in. d. l. qui in aliena. in generalitate, inducendo ut statim dicam post Alex. in. d. l. qui in aliena. & per dicta Aret. ibidem in uersic. i. col. ii. de continuatione possessionis quæ causat magnā præsumptionem iuris & iustitiæ pro possidente continuè tanto tempore.

66 †Ab opi. igitur glo. Bart. & communi non est recedendum: quia plura in proposito concurrebant ad inducendum ratificationem prædictam.

In primis præcedebat causa ad talem acquisitionem præordinata, uidelicèt delatio bo. poss. filio facta. unde mirum non est, si ex patientia aditio uel agnitio citius præsumitur. arg. l. i. cum ibi not. j. de acqu. poss. secundum Imol. Alex. & Are. in. d. l. qui in aliena. §. i. in ult. colum.

Secundò unitas personarum patris & filii iuxta l. si. j. de impub. & aliis subst. quia quod filius possidet, præsumitur possidere pater, ut post Bal. dicit hic Iaſ. col. iiii. & Aret. in. d. l. qui in aliena. in princ. in. ii. colum.

Tertiò possessio rei cum diuturnitate temporis ut hîc per Doct. Alex. in. d. l. qui in aliena, col. ii. & Mod. Taur. in prima parte tertiæ partis princ. q. x. col. vi. uersic. & pondera. & hoc probant clarè. l. si filius, & l. qui in aliena, præalleg.

Quartò continuatio possessionis cū negligentia permittentis ac patientis filium dicta bona hæreditaria tādiu continuè possidere. uerisimile enim nó est, si contractus seu quasi nullius ualoris fuisset, ꝙ tam longo temporis interuallo lis uel controuersia non extitisset filio mota. Secus ubi non daretur continuata possessio secundum Aret. in. d. l. qui in aliena. in. §. i. col. ii. Et hoc de negligentia patientis filium possidere ponderant multùm Deci. hic col. iiij. & Curt. xiii. nu. lxii. quamuis non allegent Aretin. pulchrè loquentem loco præalleg. pro qua opi. uidetur herclè esse text. in. l. si filius, & in. l. qui in aliena. præalleg. in generalitate sua, dum uolunt quòd possessio rei cum diuturnitate temporis scientiaque & patientia operetur effectum mandati, sicque quòd uoluntas à principio & tempore debito censeatur interuenisse. Nec apparet ꝙ illud longū tempus possessionis fuerit ante lapsum. xxx. ann. à iure cauſi ad adeundum hæreditatem competentium. d. l. licèt. cum gl. prout intelligere opus esset, secundum opi. Bal. destruendo iura præall. secundum Alex. in. d. l. qui in aliena. in princ. in ult. col. hoc modo inducendo, esset ibi arg. fortissimū pro communi. hoc tamen me parum moueret, quū non sit uerisimile, ꝙ illud longum tempus possessionis fuerit post annos xxx. elapsos, omnium uidetur, ergo non attendendum. l. non est uerisimile. ff. quod met. causa; aliis igitur prædictis rationibus id melius probatur.

Ex quibus patet sol. ad oppositа. quia licèt post annum elapsum à tempore delatæ bon. pos. concurrentibus habilibus simus extrà legitimum tempus agnoscendi bo. pos. tamen accedentibus aliis probabilibus coniecturis, de quibus suprà, præsumēdum est uoluntatem patris à principio tempore habili, & ratificationem cōgruo tempore in agnitione bono. poss. per filium factam interuenisse. nam quod præsumitur, iustum esse debet, & coniecturæ rationabiles & pertinentes: ut per Bal. in. l. siue possidetis. suprà de proba. & in l. filium. ff. de his. qui sunt sui uel alie. iur. sed prædictæ coniecturæ sunt tales, ergo &c.

Ex

Ex quibus etiam patet solu. ad illud quod maximè mouebat Iacob. Balduin. Bald. & sequaces ad tenendam oppo. de iure quæsito sequenti in gradu non agnita bonor. possess. intra tempora legitima. l. fin. infrà eod. l. unica. j. titu. primo. & l. j. ff. de succes. edict. contra quem in gradu proximo sequentem & ius illi quæsitum præsumere uidebatur iniustum. quia, quum ex prædictis legitimis & probabilibus coniecturis consensus præsumatur à principio & congruo tempore interuenisse, ut inquit Bart. uerùm non est alteri fuisse ius quæsitum, ut hîc per Alex. Rim. Dec. & alios.

Et prædicta opinio hodie est minus dubia, quū solus filius adire & agnoscere absque patre possit l. fina. in principio. j. de bon. quæ liber. ut hic per Alexand. colum. iiij. posset tamen esse dubia respectu filij. d. l. qui in aliena. quando non constaret de agnitione, sed tantùm appareret de decennali possessione patris, ob quam uolumus præsumere filium adiuisse uel agnouisse intra legitimum tēpus.

Limitatur prædicta conclusio ut non procedat, quando de ueritate ad oppositum constaret, ut quando aduersarius assumeret onus probandi ꝙ filius intra legitima tempora non agnouit, nec cœpit possidere: quia quum dicta præsumptio non sit iuris & de iure, admitteretur quis ad probandum contrarium. auct. sed iam necesse, cum ibi nota. suprà de donatio. ante nupt. ut hic per Rimin. super hac glo. in tertia colum. & Deci. colum. iii. in uersic. confirmatur hoc. nam talis probatio tanquā fortior elideret dictam præsumptionem minus fortem. l. diuus. ff. de integ. rest.

Secundò limitatur, quando constaret fuisse adhibitam præsentiam prætoris. iuxta. l. fin. j. eod. aliàs simplex possessio non sufficeret, neque id inferret. Bald. in. l. ij. j. de legit. hær. quæ limitatio confundi tur per cōclus. suprà firmatam, & per eam quæ hic congerit Deci. colum. iiij. uersic. Et ex supra dictis. quum omnia præsumantur solemniter acta accedentibus coniecturis prædictis: ideò Rimin. hic in

67 xiij. col. damnat Bald. in loco præalleg.

Et est no. doctrina Bartol. hîc, †quòd ratificatio quæ fit ad alium effectum, quàm ad finem conualidandi actum, fieri potest quandocunque, etiam lapso tempore dato ad conficiendum actum. quam doctrinam extollit Aret. in. l. edita. C. de edend. & Curt. hîc colum. xij. maximè per text. not. in. l. si donatio in. §. si sponsus. ff. de donatio. inter uirum & uxorem.

68 Alias lim. † ad. d. l. bonorum, rem rat. hab. ultra collectas per Deci. hîc in pen. colum. uide per eundem Dec. in. l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iur. ubi scripsi.

69 Sumpta ex prædictis occasione † Iaſo. non multùm pertinenter limitando multifariā d. l. si filius, latè tractat quid operetur diuturnitas temporis, & latiùs Mod. Taur. loco suprà alleg. & ego in. l. uelle non creditur. de reg. iur. ubi pulchrè examinauit illud quod imperfectè hîc tetigerunt Iaſ. & Dec. an & quando præsumatur mandatum.

Modò ad materiam. d. l. si filius, de præsumptione ex tempotis diuturnitate surgente, ultra præalleg. uide accumulata per Bald. consil. 100. lib. ter

tio. Roma. consilio. cclxj. cclxxi. & cclxxv. & ccccij. Anchar. consilio. cxxxvj. & ccxlij. colum. ij. Alexan. consil. lxxix. in secundo dubio. lib. primo, consil. ix. colum. fin. lxx. colum. j. &. iij. &. xlv. in fin. uolum. iii. & consilio primo. colum. iiij. consil. xij. xvij. & ultimò libr. iiij. & consil. l. colum. ij. libr. v. Barbat. consilio. xliiij. column. v. &. l. colum. iij. uolum. primo. xxxiij. &. xxxv. libr. ij. Aret. consil. xxxvj. &. lxij. Corn. consil. cxliiij. lib. iiij. Soci. cōsi. xxxvj. colum. iiij. lib. ij. cxv. colum. iiij. in eod. xlvj. colum. penul. in. iiij. uolum. & in. l. j. in. §. per seruum, colum. fin. de acquiren. possess. Bolognınum consil. xxxiij. colum. iij. Fel in cap. sicut, colum. iiij. &. v. de re iudi. ut in cap. Alber. colum. fin. de testi. & in cap. illud, colum. iij. de præsumpt. Iaſ. & alios in. l. si certis annis. suprà de pact. Deci. consilio. xxxvj. cxviij. clij. ccxxij. cccij. cccclviij. Curt. in tract. feud. in prima parte in. j. quæstione & Brun. in tract. de forma, char. lxxx. in. iiij. limi.

Circa quartam partem glo. dum uult quòd sicuti hodie filius fam. potest hæreditatem adire & bonor. poss. efficaciter agnoscere inuito & recusante patre, pariformiter potest id facere ignorāte. ut clarè omnia percipiatis, quum plura per scriben. in hoc articulo dicantur, ex ipsa secunda parte gl. colligo tres conclusioues.

70 Prima & principalis, †quòd hodie filius famil. ignorante patre potest adire & agnoscere bon. possess. & sibi quærit successionis commodum absque ratificatione patris.

Secunda concluſ. hodie correcta sunt iura antiqua exigentia ratificationē patris ad efficacem acquisitionem ipsius bono. poss. & sic lex nostra, & l. fin. ff. quis ordo in bon. poss. ser. quò ad respectum prædictum. ſ. acquisitionis.

Tertia, quòd ususfructus qui patri acquiritur & applicatur ex bonis per filium quæsitis stet in pendenti ac suspenso propter ratificationem patris adhibendam uel non adhibendum.

Circa primam, Bart. & communiter Doct. transeunt cum glo. ut hic testantur Alexand. Corn. Rimi. Dec. & Iaſ. clarè declarans concluſ. gloſſ. fundamentum consistit in coniunctione duarum. ll. uidelicèt in. §. primo. &. §. fin autem recusante. l. si. j. de bon. quæ libe. uolentibus hodie filius fam. inuito & recusante patre adire posse hæreditatem & sibi acquirere. Et in regula iuris antiqui, qui potest inuito, potest & ignorāte. l. qui potest inuitis. ff. de reg. iur. l. iiii. §. illud. ff. de fideicom. libert. cū alii adductis per glo. in. l. si in tres. ff. de arb.

71 Ang. Rimin. Iaſ. & quidam alii †tenuerunt contrariam opinio. quòd etiam hodie ignorante patre non possit filius efficaciter bon. poss. agnoscere: ita quòd sibi quæratur ante ratificationē patris. Et opin. Ang. nititur defendere hîc Deci. in penult. col. & est sustentabilis in uia disputationis.

Primò hæc pars uidetur probari, quia correctio. ll. est cuitanda nec inducenda est ex identitate uel maioritate rationis l. præcipimus, in fine infrà de appellation. l. unica, suprà de inoff. d otib. auct. quas actiones, cum ibi not. suprà de sacro sanct. eccles. ut hîc per Alexand. Iaſo. & alios. sed. d. §. fin autem recusante, est correctorius iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris antiqui uolentis filiusfam. non posse adire hæreditatem, nili præcedente iussu patris. præalleg. §. iussum. & l. qui in aliena, cum l. filiusfam. de acqu. hæred. nec etiam petere bonor. possi. nisi ipso patre in tempore ratificante, ut hic & in. d. l. fin. quis ordo. ergo debet intelligi strictè & in casu suo, patre uidelicèt accusante, non in ignorante: ut hîc per Alex. ad. fin. ix. colum.

Secundò, quia non cessat omnino ratio propter quam interuenire debebat iussus patris reintegrationis personæ filii uidelicet per iussum patris; ut per gl. & Doct. in. §. necessitate. d. l. fi. C. de bo. quæ liber. quæ persona filii non reperitur integra propter uinculum patriæ potestatis, ut & tradit Alexã. loco præalleg. ergo nec dispositio legis nostræ cessabit.

Tertiò, quia multa fieri possunt nobis inuitis quæ nobis absentibus & ignorantibus fieri nequeũt nec ualent. l. duo ex tribus. ff. de re iudic. l. si in tres. ff. de arb. cum aliis hic adductis per Iaſ. & alios.

Quartò, quia licèt filius hodie sit capax acquisi-
72 tionis, †non tamen est capax administrationis, quæ est penès patrem. d. l. fin. §. primo. &. §. ubi autem, cum. §. filiis autem. immo ratione patriæ potestatis si uult, est legitimus administrator bonorum si lii, licèt repudiauerit usumfructum. text. est singul. in. d. §. sin autem pater, & ibi not. Corn. ideò solus filius ignorante patre non debet posse adire nec agnoscere.

Quintò, quia text. in. d. §. sin autem, loquitur conditionaliter, quum ablatiui absoluti conditionem importent. l. à testatore. ff. de condi. & demonst. traditur in rubr. sol matr. quæ conditio in lege posita causam finalem importat. l. ii. §. fin. ubi Bart. not. ff. de dona. itaque ratio finalis. §. sin autem, fuit recusatio patris, & cessante dicta cã finali cessat legis dispositio. §. quamuis. l. adigere. ff. de iur. patr. c. cum cessante, de app. propterea. §. sin autem recusante, non debet ad ignorantem extendi.

Sextò, quia in additione aduentitiæ hæreditatis filio delatæ requiritur patris consensus, non solùm propter eius præiudicium, sed propter fauorem & utilitatem filii, ne in captionem & damnum incidat. d. §. filiis autem, ibi, iuueniles calores coarctare iccirco, quum pater possit filium in suam sententiam trahere, ne adeat aut agnoscat in sui damnum, consilium non est spernendum. d. l. duo, cum præalleg. Nec procedit tunc regula. d. l. qui potest inuitis. Et quãuis d. §. filiis autem, loquatur in proprietate & rebus particularibus, eadem tamen est ratio in additione uel agnitione bono. poss. quia filius oneribus hæreditariis suprà opinionem suam implicari posset.

Septimò ubi in actu conficiendo requiritur consensus alicuius, licèt eo inuito aliqua speciali ratione actus possit explicari, eo ignorante id fieri nequit. tex. est in l. fi. s̃. de iure emphy.

Octauò si communis & receptior sententia uera esset, additio hæreditatis respectu ususfruct. in suspenso staret. contra text. in. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. cum not. per Aret. in. d. §. iussum. col. iii.

Nonò, quia non est eadem ratio quando pater ignorat. quæ est ubi contradicit propter reuerentiam puta per filium debitam. l. ueluti. ff. de iust. & iure. l. ii. & l. liberto. ff. de obseq. præst. quam reuerentiam illi non præstat nec impendit illo ignorante agnoscendo, ut hîc per Dec. in ult. col.

Decimò & ultimò pro ista opin. uidetur text. in d. l. fin. in. §. simili modo, ibi, & hæc quidem in his casibus obseruanda sunt, quibus discordia inter patrem & filium uertitur. ubi ergo non est discordia; ut in casu nostro, secus erit, secundum Rimin. hic in. xv. colum. & latiùs transcribunt Moder. Ferrarien. Et ad regulam d. l. qui potest inuitis. in qua iacet fundamentum communis opi. respon. posset ut hîc per Rimin. colum. xv. & Dec. iiii. ꝙ ob diuersitatem rationis diuersum ius statuitur.

Sed non est recedendum ab opi. præcedenti. tum quia receptior cui inhærendum est, tum quia habet pro se stabile fundamentum super regula d. l. qui potest inuitis. quam regulam habens pro se dicitur rem certam & intentionem fundatam habere. l. ii. ff. si quis in ius uoc. non ierit. cum plenè no. in. l. i. ff. de reg. iur. & solutionibus accommodatis per Rimin. & alios contra communem statim respondebitur.

73 Ad primum igitur fundamentum dico, † ꝙ quũ prædicta duo posse ignorante facere qui potest inuito, æquiparata sint & exæquata per modum regulæ in l. antiqua suprà alleg. lex noua correctoria superueniens & disponens in uno, censetur disponere & in alio. l. si quis seruo. cum ibi not. per glo. & scrib. s̃. de furt. iuncto. §. i. l. ut tantùm. ff. de seruo corrup. quam regulam plenè examinaui in l. prætor. ff. de reg. iur. ideò. §. fin autem patre recusante, disponens id in patre recusante, locum habebit etiam in ignorante, prout etiam dixi in. d. l. prætor. maximè quòd prouisiones à iure ciuili in hærede introductæ extenduntur etiam ad bono. poss. de iure prætorio, Alex. hîc col. xv. & Rimin. xv. cum aliis quæ adduxi in d. l. prætor. eò magis quòd text. in d. l. fin. in. §. pen. incip. quæ & in legatis, hanc extensionem facit; dum uult quòd ea quæ suprà dispositа sunt in similibus causis seruentur. ergo dispositа in hærede in d. §. fin autem, locum etiam habebunt in bonor. poss. qui in omnibus loco hæredum habentur. l. ii. ff. eo. &. §. quos autem. instit. eod. & illum text. §. pen. ponderat ad hoc Alex. hîc in. v. col. Ex qua solu. tolli possunt omnia alia argumenta in contrarium facta: particularius tamen & expressius respondendo, ad secundum fundamentum dico cessare penitus rationem requisiti consensus paterni, qui solùm erat propter interesse patris, cui in totum per filium acquirebatur, & inuitus oneribus hæreditariis obligari non debebat. l. i. & sequen. ff. eo. l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. hodie uerò acquiritur ipsi filio obligaturque ipse non pater, cui remanet saluum ius sui usufruct. ideò cessat penitus ratio prædicta: & de interesse patris non agitur, ut hîc per Alexand. & Deci. in. iiii. v. & ultima columna.

Ex quorum dictis patet solu. ad motiuum Curt. hîc in viii. col. dicentis quòd consensus patris requirebatur non solùm propter interesse suum, sed propter filii utilitatem & fauorem, cui pater prouidere potest; & illum in contrariã sententiã trahere, ne eam

ne eã hæreditatẽ adeat uel. bo. poſ. agnoscat tanquã damnosam. argum. d. l. si in tres. & l. duo ex tribus.
74 † facit text. not. in l. nec in ea. cum l. sequenti. ff. de adult. ꝙ pater sæpe capit consilium pro filio. & quũ possit filium in suã sententiam trahere ne adeat uel agnoscat, non debet filius posse adire patre ignorãte, & fortè incurrere in magnam paupertatem.

Quia, ut dictum est, consensus patris requiritur solùm propter præiudicium & interesse, ne pater obligetur oneribus hereditariis: ut dicunt Alex. & Dec. s̃. relati, & est de mente Iurisconsulti in d. l. qui in aliena. imputandumq; est filio si non uult, & nõ curat de consilio patris. l. penul. s̃. de pact. l. in re. s̃. mand. Et licèt hæreditas possit esse damnosa, tamẽ apparenter titulus hæreditatis dicitur lucratiuus. l. inter stipulantem. §. si rem. cum ibi no. ff. de uerb. obl. & ille qui adit, facit animo acquirendi, ut hîc, & in l. si filius. de acq. hær.

Ad tertium & sic ad dictam l. duo ex tribus. & l. si in tres. respond. ꝙ in eis est diuersa ratio, ideo nimirum si sit diuersa iuris dispositio. nã ille tertius excludebatur ab officio suo, & agebatur etiã de præiudicio partium, quia ille potest alios in suam sententiam trahere: secus in casu nostro, quia patri nõ fit præiudicium, nec inuito, nec ignoranti, ut per Alex. & Decium & eundem Dec. in d. l. qui potest inuitus. & Iaſ. in l. duo ex tribus. col. prima, ꝙ iura illa particularem habent rationem, ut hîc per eos, ideò &c.

Ad quartum respond. ꝙ non concludit, quin filius ignorante patre bono. poss. agnoscere possit & sibi quærere. l. cum oportet, in principio. ff. de bon. quæ lib. & l. fi. co. titulo: excepto usufr. patri per iura illa reseruato, si rem ratam habere noluerit: ut hîc, & in d. l. fi. ff. quis ordo. inuito enim non acquiritur. l. hoc iure. in §. non potest. ff. de dona. l. inuito. ff. de reg. iu. ne oneribus hæreditariis implicetur inuitus. l. qui in aliena. & §. ubi autem, prælleg. cũ not. per Aret. in d. §. iussum, col. iij.

75 † Et si pater dictorum bonorum administrationem habere uoluerit, licèt usumfructum repudiauerit, audiri debet. §. fin autem patre. s̃. allega. aliàs tex. prouidet, ut ibi habetur: nihil itaque perit de iure patris, quamuis eo ignorante filius agnoscat. ut hîc etiam uoluerunt Alex. & Dec. licèt non adduc-
76 ant iura prælleg. in iiij. & v. column. †Est ergo pater legitimus administrator bonorum filii. d. §. fin autem, non respectu additionis aut agnitionis, ut hîc per Dec. in v. col. Et quomodo procedat hoc, ꝙ pater sit legitimus administrator bonorum filii, dicam plenè in l. frater à fratre, in quæstionibus Bar. ff. de condi. indeb.

Ad quintum argum. respon. ꝙ licèt tex. §. fin autem, conditionaliter loquatur in patre recusante, uendicat tamen sibi locum in patre ignorante per regulã exequatorũ, de qua. s̃. & sic perinde est ac si loqueretur etiam de patre ignorante.

Ad sextum respond. ꝙ consensus patris requiritur solùm (ut dixi) propter interesse & præiudiciũ ipsius patris, cui non fit præiudicium aliquod nec respectu usus fr. qui sibi saluus remanet, nec respectu administrationis, ut. s̃. declaraui, ideò nihil mirũ, si de illius consensu uel scientia in agnitione non curatur. potest igitur filius patri dicere unà cum Christo ad discipulum: quid de hoc ad te? uel ut inquit Iurisconsul. in l. loci corpus, circa fi. ff. si seru. uend. quantum ad te liberas ædes habeo, & si cum patris consilio rem gerere nolit, sibi imputet.

Ad septimum respond. regulam esse ad opposi. posse quid fieri aliquo ignorante, quod potest fieri eo inuito. nec subsistit argum. de emphytœota, qui non potest absolutè ius emphyteoticum alienare inuito domino directo: sed bene illo inuito, quando non uult ipse emere. d. l. fi. s̃. de iu. emphy. ideò nimirum, si requiritur oblatio, & ante oblationem non possit fieri alienatio. Eapropter ante oblationẽ inuito domino dicta alienatio fieri non potest: ergo nec eo ignorante.

Ad octauum respond. potest, ut per Are. in d. §. iussum, column. iiij. siue ut hic per Deci. column. v. uersi. aliam rationem ponit. uel clarius, uerum non esse, ꝙ actus agnitionis stet in suspenso, quum successio (ut dixi) filio acquiratur reseruato patri usufructu & administratione in filium, si tamen ipse uoluerit.

Ad nonum respon. ꝙ ratio dictæ prohibitionis adeundi, & agnoscẽdi, nõ est fundata in reuerentia paterna, ut Deci. uolebat, sed super interesse & præiudicio patris, quemadmodum, suprà uidimus, quod quidem ius remanet penitus saluum, & reseruatum patri. Rursus, minor reuerentia eidem impenditur. quando ipso recusante & contradicente filius adit uel agnoscit, & magis cõtinitur, quàm quando ignorante, & sic non contradicẽte, & tamẽ primo casu id potest facere: ergo multò magis in secundo.

Ad decimum & ult. respond. ꝙ inductio tex. præalleg. nihil facit, nec refragatur communi sentẽtię. ut hic per Dec. in v. colum. Vel etiam aliter respon. quia id satis fuerat ostensum in §. fin autem patre, qui loquitur stãte discordia inter patrem & filium: tamẽ uirtute antiquæ regulæ exequantis posse quid fieri tertio ignorante, quod fieri potest eo inuito, prædicta dispositio loquens in patre contradicente & inuito, procedit pariter in ignorante.

Et in d. §. simili modo, imperator uerba illa discordię repetiit propter id quod posteà subiungit, ꝙ ubi uoluntas eorum in unũ concurrit, filius proprietatem, & pater usufructum habet.

Ex quibus optimè defensata remanet opinio gl. & communis, ꝙ patre ignorante filius possit bon. poss. agnoscere.

Econtrariò tamen ignorante filio, pater non poterit adire uel agnoscere, quum non sit eadem ratio. nam filio, & non patri delata est hæreditas, uel bo. poss. ut hîc. & pater admittatur solùm post recusationẽ filii. d. l. fi. in principio. Et ita post Comẽ. tenet etiam Dec. in v. col. uersi. ultimò non obstat, & in ult. col. uersi. Et retenta tamen communi.

Secunda conclusio superius collecta satis ex suprascriptis est discussa, quia similiter sunt correcta iura, quæ requirunt ratificationem agnitionis bonorum poss. per filium factæ, ut efficax sit agnitio, quemadmodum correcta sunt iura loquentia de additione hæreditatis.

Et consequenter lex nostra inquantùm requirit

dictam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictam ratificationem erit correcta, quia eidem ratificanti non quæritur successionis emolumentum, ut prius quærebatur, secundum tempus istius l. sed remanet penès filium excepto usufr. ut dixi, tamen quia non est necessaria ratificatio aliqua adconuali dandum agnitionem filij, quum (ut diximus) eo recusante & inuito possit fieri.

77 Circa tertiã conclu. † de usufructu qui potest stare in suspenso & pendẽti, uide quæ scripsi in l. actus legitimi. de reg. iur.

Glo. fi. super uerbo transacto. diuiditur in quatuor partes, in prima declarat tex. in aliis quærit & respon. ut hic per Rimi.

78 Concludit primò glo. quòd ex quocunque capite filius ueniat ad successionem paternam, annum habit. sicq; magis inspicitur & attenditur persona cui successio defertur, quã natura ipsius successionis. iuribus per gloss. alleg. & §. fi. l. j. ff. de succ. edic. ibi, persona est. n. quæ meruit hoc beneficium, & in l. fi. quæ uult ex omnibus causis liberis & parentibus bo. poss. intra annum competere, prout etiam uult tex. in §. fi. l. pe. ff. quis ordo.

Ratio assignari potest, quia ex quocunque capite filius ueniat, ut suus uenit, & tanquàm descendens, quibus datur annus. l. de bonis. §. huic autem ff. de carb. edic. & d. l. j. in §. fi. ideo in honorem sanguinis & continuationem dominii id tempus filiis datur. §. largius. l. j. de suc. edic. & quia id à lege specialiter dispositum fuit. nam secundum strictam rationem disputandi, quando filius uenit ad dictam successionem ex secundo, uel tertio capite, non deberet habere annum, sed tempus statutum uenientibus ex dictis capitibus: ut hic per Deci. in princ. ult. col. facit. l. quæritur. ff. de admi. tut. & l. fin autẽ, cum sequen. ff. de pact.

Ego uerò arbitror, ℘ nisi ita à lege statutum fuisset, filius ex dictis capitibus ueniens nõ haberet annum, sed dies centum, quod tempus præfixum est ab edicto uenire uolenti ex prędictis capitibus, præterea tamen rectè etiam dictis casibus tempus anni indulsisse in honorem sanguinis & continuationem dominij, ut dicitur. in dict. §. largius. & propter causam originalem in prædictis personis existentem.

79 Ex † qua concluf. primò infert ad no. decisionem Bal. in l. licèt. quæstione iiij. ℣. de iure delib. ℘ filius exclusus à successione paterna lapsu annorũ xxx. de iure ciuili iuxta no. in d. l. licèt. potest succedere intra alios xxx. annos sequẽtes ex secũdo capite agnatorum: ut hic per Alex. Corn. & Iaſ. & per eosdem in d. l. licèt. & latiùs per Mod. Taur. in tract. præscri. fol. xxxvj. quæst. xix. Curt. hic colum. ult. & Mod. lib. iiij. Paradox. c. iiij. post Tigrinum & alios tenẽt contrarium. primò, quia ius ciuile non facit dicta tria capita prout ius prætorium, sed defert hæreditatem filio ut filio, alioqui emancipatus admitteretur uti cognatus, quod est falsum. §. emancipati. instit. de hęred. quæ ab intest. defer. Secundò, quia de iure ciuili ius quęsitũ tollitur spatio xxx. annorum. l. sicut, & l. omnes, infrà de præscrip. xxx. annorum, ergo fortius ius adcundi, quod non ita propriè ut alia iura quæsitum dicitur. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid.

Non est recedendum à decisione Bal. quæ (ut dixi) communis est. pro qua Alex. bis consuluit, ut per Moder. Taur. loco prælleg. & Iaſ. in l. quandiu. col. iij. ff. de acq. hær. ubi Are. col. fi. & Corn. in d. l. licèt. colum. ult.

Nõ obst. primum arg. ℣. ad oppos. factum. quia respon. ℘ ius C. facit duo tantum capita seu partes filiorum & agnatorum, ut per Alex. in d. l. quandiu colum. ij. & filius sit gnatus proximior. l. Iurisconsultus. in prin. ff. de grad. Alex. hic in v. col. quo iure emancipati & agnati nõ uocabant, ideò ex quolibet prædictorum capitum debet posse uenire hodie. & iure auctenticorum emancipati & agnati uocantur ab intestato, de iure ciuili sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis ac agnationis, & cognationis. §. nullam in auth. de hær. ab intesta. ueni. Et sic de iure nouissimo filius habebit tria capita, † & sic annos nonaginta, antequàm excludatur ab adeundo ex ipsis tribus capitibus per eandẽ rationem. Et ita Mod. Tau. dicunt loco prælleg. licèt prædicta non allegent. Et sic tertium caput cõpetet tãtum filio de iure nouissimo, facit quod scribit hic Curt. colum. xv. & Modernio. Papien. colum. penult.

Ad secundum respond. ℘ ius adeundi respectu sui ipsius est ius filio quæsitum, ut hac lege, quanuis respectu successionis consequendę dicatur ius quęrendum, & quum ex pluribus capitibus competat, uno sublato restat aliud, cui nõ præscribitur minori spacio xxx. annorum d. l. licèt, cum glo. ideò nimirũ, si propter dicta duo capita subalternatim cõpetentia anni sexaginta eisdẽ filiis dantur ad adeundum. † Et ℘ præscriptio aduersus ius adeundi dicatur cõtra ius quęsitum, ponit in specie Corn. in d. l. licèt. colum. ij.

81

Limitatur primò dicta conclusio ut per Iaſ. in d. l. licèt. ad fi. & dixi. ℣. examinãdo glo. sed nõ est propria limit. quum non sit de terminis regulæ. Secundò lim. ut per Mod. Taur. loco præal.

Ex prædictis inferri potest secundo loco ad not. quæstionem. Verum filius ueniẽs ad hæreditatẽ patris † ex capite agnatorum præscribat titulo prohærede, & sic locum habeat lex nihil. ℣. de usucap. pro hærede. Bald. in rub. extra de præsump. tenuit eum præscribere posse, sed quum filius ex quocunq; capite ueniat, ut filius, siusq; tractetur, ut diximus, uidetur ℘ nihil possit præscribere pro hærede. & ℘ d. l. nihil, locum semper habeat in ipso filio ueniente ad hæreditatẽ patris ex quotuis capite: ut hic post Ang. uolunt Rim. & Iacob. de Sancto Georg. eò ℘ suus hæres titulo pro hærede non præscribat, quum mortuo patre nouum titulum non acquirat, sed fit in eum continuatio eiusdem naturæ, & qualitatis ut penès patrem erat. l. cum miles. ff. ex quib. caumaio. quæ rõ (ut dixi) militat etiam ℘ filius ueniat ex capite agnatorum, ut hic per Mod. Papi. col. pen. relinquentes tamen cogitandum.

82

Sed non est recedendum à decisione Bald. communiter approbata, ut hic per Alex. Rimi. Iason. & Deci. in ult. colum. Alex. & Iaſ. in d. l. licèt. ℣. de iure delib. Soc. in l. si filius qui patri, colu. xj. de uulg. Mod. Taur. in rep. l. Celsus, col. xix. nu. xlix. de usucap. quia ℘ filius remaneat suus & in successione tali

tali tractetur tanquàm descendens, hoc est ex priuilegio sibi specialiter indulto rationibus prędictis. Iccircò retorqueri non debet in læsionem suam ℘ præscribere non possit titulo pro hærede ueniẽs ex capite agnatorum secundum præfatos scriben. propterea filius poterit suitate non uti, & titulo pro hærede ea non considerata præscribere: ut per Soci. & alios præallegatos.

83 Ex quibus patet, † filium ex tribus capitibus posse succedere, & ex quolibet habere annum. §. sed uidendum, cum suprà allegatis.

Quæ conclusio declaratur, ampliatur & limitatur multifariã, quæ omnia signabitis ad tex. d. §. sed uidendum.

Et primò declarate prædictam concluſi. non ℘ omnes bono. poſſ. dictorum capitum clandantur anno, ut uoluit glo. l. certum. ℣. unde legi. sed quòd cuilibet dictarum bon. poſſ. præfinitus sit annus. & sic unde lib. anno finitur: unde leg. alio: unde cog. alio tertio anno. ita uoluit hic glo. Bal. Alexan. Iaſo. & alii, & Alex. in d. l. quandiu. in prima col. ult. de acq. hær. si enim diceremus prædictas bo. poſ. anno finiri resultaret absurdum, quum sola bon. poſſ. unde lib. competens filio aliis non consideratis anno uiuat, superuacuò darentur aliæ duæ: si etiam ipsæ eodem spatio annali finirentur, nisi uno casu repudiationis capitis unde lib. factæ per filium intra tempus anni ipsius bo. poſ. unde lib.

Secundò ampliatur ille tex. ut procedat etiã hodie, quia licèt sublata sit differentia agnationis & cognationis, & capita ipsa in unum transfusa uideantur, uiget tamen adhuc & uiuit. dispositio. §. sed uidendum, ut per Alex. in l. fina. colum. i. ℣. unde leg. Cor. in d. licèt, colum. fina. & Moder. in iiij. cap. iiij. lib. Paradox. licèt Deci. disputandò contrarium teneat in l. cum priorem, in fi. infrà unde legit. Cuius motiuo pater sõl. ex dictis Alexan. in d. l. fin. & Are. in d. l. quandiu, col. ult. ubi clarè respon. ad d. §. nullam.

Tertiò amplia, ut procedat nedum in filio, sed ẽt in agnato, qui similiter est cognatus: quia habet duo capita agnatorum, & cognatorum. ut per Rim. & Iaſ. in l. ii. ℣. eo. & Deci. ℣. col. ult. ponderantem hoc probare tex. in d. §. sed uidendum. facit quod dicam in vi. ampliatione.

Quartò amplia, siue excludatur quis tempore, aut repudiatione. ita uult tex. ibi, duin dicit repudiatione uel tẽpore. quod intellige ubi repudians limitasset eius repudiationem ad capùt unde liberi puta. ita procedit & intelligitur ille tex. aliàs si repudiatio indistinctè & in rẽ facta esset, excluderetur indistinctè ab omnibus capitibus, ut ibi per glo. cõmuniter approbatam. De quo latè diximus, suprà.

Quintò licèt tex. in d. §. sed uidendum, non loquatur de hæreditate materna, in qua non defertur bon. poſſ. † ex capite unde lib. l. fi. ℣. de suis & legitim. cum no. per Are. in d. l. quandiu. col. fi. Alex. in l. posthumo, col. iii. & iiii. ℣. de contrab. in rub. ℣. unde leg. & in consi. lxxxix. Viso. col. ii. lib. ii. procedit tamẽ etiam in hæreditate materna, eius ratione considerata respectu capitum unde leg. & unde cog. quæ filio competunt. ut per Alex. in loco proximè alleg. ubi etiam dicit ℘ hodie filius ad hæreditatem maternam uocatur ex capite liberorũ per senatusconſult. Orfic. & ex capite legitimorum per unde leg. ut ff. unde legit. l. ii. in fi. & pariter ex capite unde cog. l. j. & ii. ff. unde cog.

84

Ea propter quum ex pluribus capitibus filius ad hereditatem matris uenire possit, ratio §. sed uiden. in illo locum habebit, & similiter dispositio secundum Alex. faciunt quę diximus suprà in iii. ampli. de agnato, cui competunt duo capita. Et quanuis habeat duo capita legitimorum & cognatorum, non habet tamen annum ex quolibet capite, sed cẽtum dies: quia annus ille datur tãtùm, quando uenit ad bona patris, uti propria, ut hic plenius per Rimi. col. xvi.

Ex æquitate tamen fortè aliud esset, quum sit filius & bona materna sint etiam filio multùm debita, quibus non potest sine causa priuari, saltem respectu legitimæ.

Sextò pro ampl. not. est, ℘ quando filius uenit p caput unde agna precedit alios in eodem gradu existentes. l. ii. unde lega. cum not. per Dec. in l. unica, col. iii. in tit. primo, & in l. si emancipati. col. v. ℣. de colla. & hoc propter qualitatem suitatis. l. de bonis §. primo. ff. de carb. edic. l. ii. in principio. ff. de suis, & legit. Curt. col. xv. sed quando uenit ex capite unde cog. & si ueniat ut suus, nõ tamen excludit agnatos, quia eum in gradu præceduntat per Dec. loco prællega. & patet manifestè, quia successiones gradatim deferũtur. l. ii. ff. quis ordo. Ea propter hoc casu qui uenit ad succeſsionem ut suus, uincitur ab eo qui non uenit ut suus: & consequenter causa extraneorum præualet causæ suorum: quod mirum uidetur. sed hoc contingit, quia prætor noluit beneficium suum dare in præiudicium præcedentis gradus, quo si filius uti noluerit, ut datum sunt accepta fi debet. l. quæritur. ff. de admi. tu.

85

Limita. nunc prædictam concluſi. & tex. in d. §. sed uidendum, nisi quis repudiasset hæreditatem, uel successionem, & sic excluderetur repudiatione. secundum glo. in d. §. sed uidendum. in uerbo succedat, facit l. pen. ℣. de pact. quod procedit etiam in renunciante ultimo capiti: quia in necessarium antecedens, uidetur renunciasse prædcedentibus capitibus, ex quibus tunc uenire non poterit. ut per Alc. in l. unica. colum. ii. ℣. tit. proximo. Iaſ. in §. hæres. l. nec is. ff. de acquiren. hæredita. dixi. ℣. in no. & in d. l. unica.

Secundò lim. nisi in capite à quo quis excluditur, esset alius qui uti prior renunciantem uolentem ex sequenti capite uenire impediret. ut per Aret. in d. l. quandiu. col. fi. Cor. in d. l. licet. col. ii. Dec. in d. l. unica, in iii. col.

Et uidetur mihi esse tex. expressus in d. §. sed uidendum, ibi, nec cæteris deferatur. & ibi, post his. tamen prædicto casu potest uenire de iure ciuili cum existentibus in primo gradu, ut per Alex. in. d. l. unica. col. i. & in præal. consi. lxxxix. col. ii. faciunt quæ diximus. ℣. in vi. ampliatione.

Tertiò restringe tex. d. §. sed uidendum, ut licèt filio competant prædicta tria capita, tamen ad hæredem illa non transmittit. l. emancipata, cum ibi no. per Iaſ. in iii. col. & Dec. in ii. no.

Quartò

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quartò lim. in emancipato, cui ſecũdum iſta terra non competebat ſecundum caput unde legit. ut per Rimin. in d.l. emancipata, col. j. hodie ſecus, ut ibi dicam.

Poſſent etiam contra prędicta moueri non nulłe no. difficultates, ut hîc per Cur. col. xv. & Mod. Pap. col. pe. & fin. ut per eos.

In ea glo. ibi, in arrogato. concludit glo. ꝙ hodie in profectitiis nihil ſit immutatum nec innouatũ, ideò totum acquiri patri, tam reſpectu proprietatis, quàm uſufr. §. ſancitum, inſtit. per quas perſo. nob. acquir. & infrà de bon. quæ lib. l. cum oportet, in princip.

Et quemadmodum olim filius contemplatione patris inſtitutus ſine iuſſu patris non poterat adire. §. iuſſum, & l. qui in aliena. ℣. all. ita nec hodie. propterea recuſante patre filius non poterit profectitiam adire hereditatem. Et per conſequeus l. fin. j̃. de bon. quæ lib. non uendicat ſibi locum iſto caſu: quia in correctorijs etiam ex maioritate rationis, non debet extenſio fieri. l. præcipimus. in fine. j̃. de appel. ut hîc per Alex. colum. pen. & ſi. Quæ concluſio eſt approbata à Bar. & aliis communiter, ut hîc per Alex. Rimi. & Iaſo. col. pe. & fi. & Cor. in d. l. fi. in principio. & in §. ſimili modo. reſpondendo multifariam ad illum tex. qui uidebatur ualde refragari. de quo etiam per. Arc. in d. §. iuſſum. col. v.

Contrariam tamen opi. tenuerunt Cy. & Barto. in d. §. ſimili modo. per illum tex. quam ſententiam uti ueriorem ſequuntur hîc Dec. col. ix. & ult. Cur. char. iij. & Mod. Pap. col. vj. articulus eſt diſputabilis, tamen non eſt à communi recedendum, quam etiam nituntur defendere hîc Modernior. Ferrar. char. 29.

86 In ea glo. ibi. §. iuſſum. quæſtio eſt ardua, quæ nam ſit ratio, quòd in aditione hæreditatis, quæ fit per filium requiratur iuſſus patris. §. iuſſum. & l. qui in aliena. præalleg. ſecus eſt in bo. poſſ. quę ratificari poteſt: ut hîc, & l. fin. ff. quis ordo. † maximè, quum ita ſe habeat bo. poſſ. de iure prętorio, ſicuti hæreditas de iure ciuili. l. ij. ff. eo. §. quos autem. inſtitu. de bono. poſſ. l. j. §. bonorum. ff. ad Treb. notat Dec. ſuprà in rubr. colum. vii. uerſ. Bulgarin. Articulus ſubtilis eſt & difficilis, quamuis parum utilis. ideò Alex. hic in fi. dicit nolle ſuper hoc immorari, & tranſit cum glo. & Bar. latiùs inſiſtit in d. l. qui in aliena. ſed ratio glo. non eſt bona, ut hic per Rimi. colum. ultima. & Dec. ix. per l. fi. ff. de lib. & poſthu. ubi patet ꝙ prętor curabat de patria poteſtate, niſi reſultaret magna iniquitas, prout quãdo filius emãcipatus ab hæreditate patris excludebatur. uulga. §. emancipati. Prætereà, non ne eſt dare bo. poſſ. de iure ciuili l. unica. ff. ut ex. ll. quæ tamen poteſt ratificari, ut hac lege: ergo rõ glo. non eſt generalis: quia in dicta bo. poſſ. de iure ciuili inuenta ſecundum rationem prędictam iuſſus debet prędecedere, & non ſufficeret ſequi ratificationem. de quo tamen articulo an ſit reperire bo. poſſ. quæ ſit de iure ciuili diximus latè in ſuperioribus.

Difficile eſt aſsignare concludentem rationem. Doct. in d. l. qui in aliena. latè inſiſtunt. Deci. & Rimi. hic reprobat ferè omnes. illa quam ultimo loco ponit Dec. ꝙ aditio ſit actus magis ſolennis, quàm agnitio bonorum poſſeſ. non probatur iure, immo maior ſolennitatis olim & hodie erat & eſt neceſſaria in petitione uel agnitione bonorum poſſ. quàm in aditione hereditatis. quia olim requirebatur decretum, hodie agnitio iudicialis ſimplex. l. j. §. dari. & §. decretali. ff. eod. l. fi. j̃. eo. l. fi. §. primo. ſuprà de cura. furi. & tamen additio ſolo animo per aliqua declarato perfitiebatur. l. gerit. l. pro hærede. ff. de acquirend. hæred. §. fina. inſtitu. de hæred. qualit. & differ.

Videtur ꝙ ratio gl. rectè intelligendo poſsit procedere, quia ſucceſsio hęreditaria eſt de iure ciuili ex. l. xij. tab. ut. ℣. dixi. quo iure introducta eſt patria poteſtas, ut in glo. qui quidem actus acquiſitionis hæreditatis quum ſit magni effectus & importantiæ. l. j. ff. eo. & l. qui in aliena. prędall. lex ciuilis quæ patriam poteſtatem introduxerat, in hoc actu ita graui & ponderoſo diſpoſuit conſiderandam eſſe patriam poteſtatem, & iuſſum patris in aditione hæreditatis prædecedere debere. ſed prætor qui non introduxit patriam poteſtatem, effectumq; & æquitatem magis curabat, quàm apices iuris & ſubtilitates. §. emancipati. & §. quos autem prędallegat. non curauit hoc caſu ꝙ prędederet iuſſus ſola ratificatione contentus, per quam in effectu ſatis conſeruabat iura partium filii, qui poterat petere ignorante patre, & patris qui poterat ratificare & uſum fructũ acquirere.

Reliquà dicta Bar. expedita ſunt pro maiori parte ſuper tex. & glo. ut cadebant. Bart. enim, ut uerum fateor, nimis inordinatè & confuſè hic proceſsit: hæc ſatis ſint. Paduæ pridie nonas Decembres. 1548.

SVMMARIVM.

1 *Emancipatus quis dicatur. Et an ſtatutum loquens de agnatis locum habeat in emancipatis, & nu. 2.*
3 *Intrà, & infrà an, & quomodo differant.*
4 *Bonorum poſſeſſ. quam quis agnoſcit, caput an exprimi debeat.*
5 *Hæreditatis petitione agens an teneatur exprimere, & ſpecificare utrum ſit hæres ex teſtamento, uel ab inteſtato.*
6 *Vendicatio ad quid detur, & de ſignificatione ipſius uocabuli.*
7 *Succeſſionis uerbum quomodò capiatur tàm in hac lege quàm alibi, & nu. 8.*
9 *Tranſmiſſionum ſucceſſionum ad hæredes plures ſunt ſpecies, & nu. ſequentibus.*
10 *De ſuitate quæ non cadit in emancipatis, & numer. ſequenti.*
12 *Bon. poſſeſſio quare non tranſmittatur per ſuos, & nu. ſequenti.*
13 *Hæreditas quando tranſmittitur, non tranſmittitur, ut adita, ſed ut adeunda cum beneficio abſtinendi.*
14 *Bono. poſſeſſionis edictalis ius, quare non tranſmittatur ad hæredes, prout tranſmittuntur alia iura, & nu. ſequenti.*
17 *Tex. l. unicæ. C. de his qui ante aper. tab. Et de tranſmiſſione, quæ ſit uirtute eius legis, & num. ſequenti ubi plenè.*
20 *Tex. d. cum antiquioribus. C. de iur. delib. & eius materia*

teria plenè tangitur, & nu. ſequenti.
21 *Tex. iſtius l. emancipata. hodie non procedit in terminis dictæ l. unicæ, et d. l. cum antiquioribus, & num. ſequentibus.*
23 *Intellectus iſtius l. emancipata. plenè excutiuntur, et nu. ſequent.*
26 *Intellectus auctoris nouus et pulcher ad hanc legem.*
29 *Subſtitutionis ius non tranſmittitur regulariter, aliquando tamen ſic, & nu. ſequentibus.*
31 *Bon. poſſ. antiquitus quamuis non decreta, modo petita, non amittebatur tranſacto tempore.*
32 *Tex. l. cum quidam. ff. de bon. poſſ. declaratur.*
33 *Tranſmiſſio ad hæredem an fiat de iure contra tabulandi, de iure dicendi teſtamentum nullum, & de querela, & nu. ſequenti.*
38 *Suorum appellatione de quibus intelligatur.*

Lex Emancipata. eod. titu.

VTILIS eſt & famoſa, ſed malè per Doct. declarata. ego (Deo fauente) pulcherrimo, nouo & uero intellectu illam nobis ornatam relinquam. Veritas ſummarij & figurationis caſus ab intellectu legis dependet, quem infrà plenè excutiam; ibique ponam rationes dubitandi & decidendi ad hanc legem, interim tamen ita ſummabitis: Filia emãcipata decedens non agnita bonorum poſſeſ. unde libe. in bonis patris ius nullum paternam ſucceſsionem uendicandi ad hæredem tranſmittit.

Diuiditur in duas partes, in prima factum propoſitũ reaſſumit, in ſecũda ibi, nullam, reſpondet.

Quia declaratio uerborum, quæ ſubobſcurum tex. reddunt, nos libentius ad lectionem propoſitæ materię perducit, & euidentiorem prędſtat ad legem intellectum: ut uoluit Pompo. in l. prima. ff. de orig. iur. apoſtillando (ut aiunt) uerba quędam legis primò declarabimus.

1 Emancipata ergo † de qua lex noſtra in principio meminit, dicitur a patria poteſtate liberata, ſeu extra manum ac poteſtatem patris miſſa. §. prætereà, inſtit. quib. mod. ius. pat. pot. ſol. aliquando ponitur pro dedito & addicto ac ueluti in mancipium adſcripto, ut ſępe per Cic. † Nunquid autẽ in emãcipato locũ habeat ſtatutum de agnatis loquens, tradit Dec. in conſi. xiij. &. j̃. in rub. unde legi. Et quo probetur agnatio quæ per emancipationem olim tollebatur, latè ponit Iaſ. in conſi. lxxxj. lib. primo.

3 In tex. ibi intra annum † intra & infrà differunt ſecundum quoſdam, quia intra adiicitur tempori, ut hîc, infrà loco, ut per Iaſo. ℣. eod. in rub. colum. iij. ubi etiam Decij. col. iij. probantes iſta confundi, maximè in iure, ut ibi etiam diximus. De anno autem dato liberis ad petendum, uel agnoſcendum bonorum poſſ. uide quæ latè diximus ſuprà in glo. fin. l. primæ.

4 In tex. ibi, unde lib. † infertur ex his uerbis in huiuſcemodi agnitione requiri expreſsionem capitis, ex quo agnoſcit quis bono. poſſ. & uult ſuccedere, ſecundum Barb. ℣. in rub. & ponit Dec. j̃. in ultimo not. ſed hic tex. ut Dec. ait, nihil facit; quia iſta ſunt uerba narratiua facti propoſiti & reaſſumpti, & receptior ſcribentium ſententia ac ueritas eſt ad oppoſ. ut latè per Alex. Rim. Iaſo. & Dec. in l. ſequenti per plura adducta ibi per eos.

5 Similiter agens petitione hæreditatis † non tenetur exprimere & ſpecificare an ſit hæres ex teſtamẽto uel ab inteſtato, niſi intereſſet partis id requirentis fieri. l. ſi is ad quem. ubi Alex. col. j. ff. de acquir. hæred. & Dec. in l. fi. col. iij. j̃. de ſucceſſ. edic. Eodẽ modo agens non tenetur in libello exprimere actionis nomen. l. j. ff. ſi meſſ. falſ. mod. dix. ca. cum dilecti, de iudi. cum planè. not. in l. edita. C. de eden.

6 In eo. tex. ibi, uẽdicationem ſucceſsionis. † Quia uniuerſalis ſucceſsio non poteſt uendicari. l. uendicatio. ff. de rei uẽd. ſed datur petitio hæreditatis, aut interdictum quorum bon. uel remedium l. fi. j̃. de edic. diui Adri. ut per Ang. inſtit. de actio. in §. actionum, & in §. quadrupli. ideo id uocabulum hîc non importat, nec ſignificat realem rei uendicationem, ſed ſtat pro petere, appropriare & auocare, ut in l. ij. j̃. de ſucceſſ. edict. & in l. unica. j̃. de his qui ante aper. tab. facit tex. cum glo. in c. ij. cum glo. de dona. inter uirum & uxo. & quæ ſcribit Rimi. j̃. in ultim. no. & Alb. de Roſa. in dictionario in uerbo Vendicare. ubi ponit de eo uerbo, quod in iure noſtro multifariam ponitur.

7 In eod. tex. ibi ſucceſsionis. † iſtud uerbum capi poteſt in genere, & in ſpecie, ſicuti ſubſtitutio. Capiendo i ngenere eſt in alterius locum poſitio, quũ ſuccedere ſit in alterius locum ingredi ſeu uenire. l. in fraudem. §. conductor. ff. de iu. fiſ. l. edictum. & l. proponebatur. ff. de iudi. l. meminiſſe. ff. de oſtic. procon. & leg. & probatur optimè in rubr. de orig. iur. & per Cice. in iij. offi. ibi, hæredes moueat, & ipſe in eorum locum ſuccedat. hinc etiam Auguſtinus, Deus non diſcedit. quia ei non ſucceditur. ſed in propoſito noſtro eſt in uniuerſum ius, quod defunctus habuit repoſitio, ut probatur in l. iij. ff. eo. in l. nihil aliud eſt hær. & in l. hæreditas. ff. de uerb. ſign. Et prout. j̃. dicam enucleando intellectum legis † uerbum iſtud ſucceſsionis, poſitum eſt hîc cũ myſterio. non enim dixit hæreditatem, quia de ciuili ſucceſsione tantùm non intendit dicere, nec etiã dixit bonorum poſſ. quia de ſucceſsione prætoria tantùm loqui noluit. nec dixit reliquum tempus, quia de hoc non erat quæſtio, neque ad unum caput edicti ſe reſtrinxit, ſed uendicationem ſucceſsionis dixit, ut ius omne & omnem uiam uendicandi cuincendiq; ſucceſsionem comprehendere: & ſic tam de iure ciuili, quã de iure prætorio, ut. j̃. dicã. & ſignificat ſucceſsionis uerbum uniuerſalem rerũ defuncti acquiſitionẽ. §. his autem. l. quædam. ff. de edend. notat Socin. in l. ſi filius. columna xj. ff. de uulgar.

9 † Et quia hîc de tranſmiſsione ſucceſsionis agitur, Iaſon eam materiã ingrediens, tres ſpecies trãſmiſsionum ſucceſsionis examinat, de quibus plenius per Bar. Imo. Arc. & alios in l. uentre. ff. de acq. hær. & eundem Iaſo. in conſi. ccj. lib. ij. reſtringẽdo tam rem ad pauca, iuxta conſilium Iuriſconſ. in l. j. ff. ſi cer. peta. Prima ſpecies tranſmiſsioni eſt, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit iure suitatis ad quoscunque heredes. l. apud hostes. ff. de suis & legit. ibi; hæres extitit sua, & ad re transmisit successionē. loquitur enim de essentia hęredis propter suitatem, licēt commutabiliter ob beneficium abstinendi, non de perfecta essentia hæredis causata per agnitionem uel immistionem hereditatis, ut contra Sali. scribit ibi Corn. † Quę suitas, quæ sit & plura in materia suitatis, quæ est diffusa, ponunt Soc. & alii. in l. si filius qui patri. ff. de uulg. Dec. & alii in l. qui se patris. ff. unde libe. Are. & alii in l. u entre. omnes scriben. in l. iii. & in l. si infanti. ff. de iu. delib. in l. Gallus, in §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posth. in l. cum mota. §. de transac. Socin. cōsi. lxvii. lib. iiii. & Brun. in trac. exclus. semin. stat. agna. articulo. x. quæstion. iii. Hic agēdum tantùm esset de transmissione successionis, quæ sit ratione suitatis; licēt Ias. egrediatur terminos: sed (ut dixi) restringam simbrias quantùm potero: & de suitate loquar in d. l. qui se patris.

Hæc prima species trāsmissionis est extra termi
11 nos legis nostrę loquentis de filia emancipata, † in qua non cadit suitas: quum p emancipationē exierit patriam potestatem, per quam causatur suitas. l. in suis. ff. de lib. & posth. l. capitis. ff. de suis & legiti. §. i. inst. quibus mod. ius pat. pot. sol. notant Dec. & alii in l. qui se patris. in primis col. ff. unde lib. ideò emancipata non potest iure suitatis successionem ad hæredem transmittere, etiam secundum iurā nouissima. ut dicit hic Iaso. in ii. colum. fatendo quicquid dixerit in l. præcedenti bonorum pos. nō agnitam ex capite suitatis non transmitti; ut in hæreditate contingit: & est crebrior scribentium opinio, ut in l. præcedenti diximus. Et in utraque successione, tam prętoria, quàm ciuili ostendit Are. in d. l. uētre, colum. xv. in uersi. inquantùm autem. loquendo de emancipato. & Mod. Repet. in l. unic. colum.
12 xiii. & xiiii. ff. de his qui ante aper. tab. † In suis uerò & sic extra terminos l. nostræ, licēt de iure ciuili (ut dixi) transmittatur hęreditas propter continuationem dominii unde causatur suitas; ut per Areti. & præallegatos: tamen bonorum poss. non transmittitur, quum in bono. poss. suitas talem effectum operari non possit: quia requiritur decretum iudicis, uel agnitio iudicialis, seu in præsentia iudicis facta. §. decretali, l. i. ff. de suc. edict. l. fin. ff. co. & §. ultimo instit. de bono. poss. ut hic per Alex. & Ias. in. ii. col.
13 & Are. loco. s. alleg. † qui tamen malè loquitur uolens hæreditatem ut aditam transmitti. quandoquidem transmittatur ut adeunda, aliàs frustra tractaretur de beneficio abstinēdi. de quo est tex. clarissimus in l. si quis filiam. in §. primo, ubi ipsemet Are. not. ff. de aquirend. hęredita. Dec. hic colum. i. & ii. post Ias. in ii. colum. Itaque in bonorum poss. decretali uel iudiciali, quę succedit in locum decretalis, de qua loquuntur Bal. Alex. Ias. Dec. & alii res caret dubio: quia antequàm sit decreta, nō competit nec est in esse producta, ut dicitur i d. §. decretalis. ideò non potest transmitti. quia nō entis nullę sunt qua
14 litates. l. pe. ff. si cer. pet. † sed est maior difficultas in edictali, quia quū sit ius non habens mixturā facti. l. iii. §. bonorum. ff. co. & iura ad hæredē trāsmittantur. l. cum heredes. ff. de acquirend. poss. uidebatur dicendum hanc bonorum pos. transmitti posse. sed dubitandum non uidetur, per tex. in §. acquirere. l. iii. ff. co. qui loquitur etiam in edictali ex qua peruenitur ad decretalem, quicquid dicat. Deci. probatur similiter in hac l. ibi, nullam uendicationem. & ita tenent Bal. Alex. Cor. Dec. met & alii communiter & Ias. ff. in v. col.

Difficultas est assignare rationem, † quare ius
15 istud & facultas agnoscendi bonorum possess. non transmittatur iure suitatis per suos heredes, quem admodum transmittitur hæreditas? Doct. ff. in no. & in l. prędecenti in hoc se multùm torquent ac laborant. colorata uidebatur illa ratio, quia tale ius non est in bonis nostris. l. pretia rerum. ff. ad l. falc. l. inde Neratius. ff. ad l. aquil. ideò non transmittatur secundum Bal. Corn. & alios, & Ias. latè in consi. ccj. colum. ii. lib. ii. Quę ratio non subsistit, ut hic p Dec. colum. i. & Ias. vi. Nec datur bona ratio diuersitatis cur iure suitatis transmittatur potentia adeūdi hęreditatem & non agnoscendi bonorum poss. quum (ut dixi) hęreditas non transmittatur ut adita, sed ut adeunda, & bonorum poss. transmittatur ad descendentes beneficio l. unicæ. ff. de his qui ante aper. tab. et pariter beneficio. l. cum antiquioribus. ff. de iure delib. ut dicemus statim. quare eodem modo non transmittitur iure suitatis, ut trāsmittitur hæreditas? Ias. uidetur transire cum ratione Bar. in d. l. is potest, quia ius adeundi uel agnoscendi non est ius quæsitum, sed quærēdum, quod alteri non acquiritur. sed Dec. hic colum. i. reprehēdit. præterea est contra tex. in d. l. licēt. cum gl. quia est ius quęsitū cui prescribitur, licēt ipsa successio sit ius quęrendum, ut ibi etiam per Corn. in ii. col. Alii dicunt tale ius adeundi uel agnoscēdi esse simplicis facultatis, & talis non transmitti ad hæredes. l. apud Iulian. §. si quis alicui, de lega. primo, ut per Dec. hic in principio, sed uerum non est, q̄ sit simplicis facultatis, immo est ius. l. iii. §. bonorum. ff. co. l. quod si dubitet. Vbi Are. no. ff. de acquir. hæred. & Ias. in l. quandiu, la prima, colum. ii. illo co. titul. Et si esset simplicis facultatis, & facti, non transmitteretur etiam per suos: cuius oppo. uerius est, ut ex prædictis apparet.

Rimi. hic & in l. prædecenti dicebat transmissio
8 nem ideò non fieri ad hæredes, quia est ius personale, quod non transmittitur ut per eum. Sed ea ratione attenta non deberet etiam prętextu suitatis fieri transmissio hæreditatis, quod est falsum. Cur enim sit magis personale ius agnoscendi bonorum poss. in successione patris, quàm ius adeundi hæreditatem ipsam. Dec. hic tandem resoluit, nihil melius dici posse, quàm q̄ transmissio iuris adeundi, seu immiscendi speciali quodam iure sit in heredē, ideò non permitti, nisi quatenus dispositum à iure reperitur. Quę solu. inanis est, & perinde ac si diceret, quia ita dispositum est uno casu, alio non sed quis hoc ignorat, sed non est ratio diuersitatis, quā inquirimus.

9 Aliàs sequebar solu. Alexand. q̄ ad hoc, ut quis consequatur bonorum poss. requiratur iudicialis agnitio, sed nō agnita nō debetur, quid ergo mirū si non transmittitur? & respondebam ad ea quæ in oppos. citant hic Rimi. & Dec. Sed in præsentia nō satisfacit, quia concernit & adaptatur ad decretalem,

lē, sed edictalis & ius ac facultas agnoscendi bono. poss. nō requirit aliam agnitionem, cur ergo facultas illa quæ penès defunctum erat, non transfertur in hæredem, ut facultas adeundi de iure ciuili?

In puncto iuris uidetur teneri posse ac defendi
16 † ita posse transmitti bon. poss. iure suitatis quemadmodum transmittitur hæreditas: ut per Deci. in l. prædecenti. Confirmo, quia prouisiones inductæ a iure ciuili extenduntur ex identitate rationis ad bon. poss. ut hic per Alex. colum. j. ergo per extēsionem saltem transmittitur iure suitatis ius agnoscēdi bon. poss. sicuti transmittitur ius adeundi hæreditatem. faciunt quæ scribit Dec. ff. in glo. j. Corroboro etiam, quia hæreditas & bon. poss. à lege exequata sunt & æquiparata l. ij. ff. co. §. quos autem. prælleg. l. prętor. ff. de reg. iur. Dec. hic col. ij. & æquiparatorum idem est iudicium, ut dixi plenè in d. l. prætor. ergo dispositum in uno dispositum censetur & in alio: nisi ad hoc respondeas, æquiparationem fieri de hærede ad bon. poss. & econtrario, non autem de hæreditate ad bonor. poss. quo casu arg. non procedit: ut per Dec. s. circa si. primę lect. dixiq; in. d. l. prætor. Et hæc satis sint de prima specie transmissionis, quæ fit iure suitatis.

17 Sed quia † per transmissionem prædictam, quæ fit iure suitatis, non erat plenè prouisum nec satisfactum, præsertim emancipatis, nec filiis in hæreditate maternæ lineæ, emanauit dispositio d. l. unicæ. C. de his qui ante aper. tab. quæ prouidit in casibus prædictis generaliter statuendo, quòd hæreditas ascendentium tam lineæ paternæ quàm maternæ ex testamento & ab intestato ad aliquem deuoluta, ad suos descendentes transmittatur ratione sanguinis & desiderij prædictorū ascendentiū, ut ibi dicitur.

18 Alia cadit pulchra dubitatio, † an species ista trāsmissionis locum sibi uendicet in materia nostra, ut ex dispositione d. l. unicæ fiat transmissio bonorū poss. ad descendentes: & sic procedat etiam in prætoriis successionibus? Barto. & Docto. cōmuniter concludunt quod sic propter easdem rationes, ut ff. latè per Alex. Corn. Rimi. Ias. & Dec. Facit, quia legis lator si de hoc fuisset interrogatus, propter idemnitatē rationis quæ militat in bonorum pos. prout in hæreditate, idem respondisset: ergo habetur pro cauto & expresso. l. tale pactum. §. fi. cum gl. ff. de pact. Accedat, quia si ius ciuile ratione sanguinis de qua parū curabat, sublata seu cessante agnatione, ut patet in repulsione emancipatorum, & cognatorum introduxit trāsmissionem illam fieri ad descendentes, dicendum fortius est, idē ius censeri uoluisse in prætoriis successionibus contra ius ciuile per prætorem introductis causa naturali inspecta & ratione sanguinis. dict. §. emāncipati. & de suc. cog. inst. lit. eò magis q̄ tertia species trāsmissionis ex l. cum antiquioribus, de qua. ff. locum habet in prætoriis successionibus: ergo à fortiori dispositio d. l. unicę. & sequuntur Mod. Repetentes in d. l. unica, ut ibi per eos. Et sic lex nostra in dictis uerbis nullam uēdicationem successionis, procedit secundum iura antiqua & remedia prætorum, secus hodiernis temporibus post dispositionem d. l. unicæ. Facit quod dicam. ff. de sequenti specie trans-
19 missionis. † Et hæc trāsmissio quæ fit beneficio d. l. unicæ sit perpetuò, i. usque ad annos xxx. in hæreditate: sed in bono. poss. fiet secundum tempora edicti, ut per Rimin. infra column. fina. & Modernior. Rep. in d. l. unica, licēt de Rim. non faciāt uerbum.

De hac specie trāsmissionis ultra prælleg. uide Ro. in consi. cccxlii. in ii. dubio. Alex. cōsi. xx. col. iii. lib. primo. & clav. uol. v. Soc. consi. lxvii. uol. iiii. & in l. si filius, col. ii. de lib. & posth. Are. in d. l. uentre, col. præantepe. Ias. in d. l. si infati, in primis col.

20 Tertiò principaliter, † quia per trāsmissiones prędictas non erat consultum transuersalibus, & extraneis in trāsmissione successionis transuersaliū. & extraneorum, ideò superuenit prouisio l. cum antiquioribus. per quam consultum fuit præfatis personis ne dū ille cui delata est hæreditas ex testamēto uel ab intestato delibans decedit nō adita hæreditate in damnū & captionem incidat, ideò dispositum fuit fieri transmissionem, prout ibi habetur. licēt Mod. Rep. in d. l. unica, char. ii. nitantur disputando ostendere illam legem non procedere in extraneis. posteā tamen tenent cū communi. à qua nō est discedendū per illum tex. Iaso. hic concludebat transmissionē quæ fit ex beneficio d. l. cū antiquioribus, habere locum in prætoriis successionibus, prout est congruum & adaptabile. i. q̄ habentes annū transmittant annum, alii centum dies ad formā edicti, prout etiam tenere uidetur Alex. in d. l. licēt. sed in l. quandiu, la j. col. fi. de acq. hær. relatis opinibus firmat, sed in d. l. cum antiquioribus. col. fi. resident cū Cy. q̄ lex illa per identitatem rationis procedat etiam in prætoriis successionibus.

Aduertendū tamen, q̄ ad hoc ut locum habeat beneficium d. l. cum antiquioribus, quatuor necessariò requiruntur, ut ibi per Alex. & Corn. & Alex. indistinctē concludit, dispositionē illam habere locum ēt in prętoriis successionibus: & q̄ detur sem per annus de quo ibi: quicquid dicat Ias. de centū diebus. non. n. habet saporem, quòd habentes centum dies à prætore transmittant successionem ex beneficio d. l. intra centum dies: quum beneficium illud sit anni non dierum centum. Et quum Doct. communiter cōcludant habere locum in successionibus prætorijs propter eandem rationē iurisdeliberandi, necessariò sequitur & dicendū est id intelligi infra annum, de quo ibi loquitur tex.

Nec obst. q̄ exceptis ascendentibus, & descendē tibus alij habeant tantùm centum dies ex beneficio prætoriis ad petendum uel agnoscendum bon. poss. hoc etenim non obstat, quin lex ciuilis potuerit annū concedere ad agnoscendum bono. poss. habenti centum dies de iure prætorio: quum regulariter remedia ciuilia longioris uitæ sint, quòd prętoria: ut instituit. de perpet. & tempo. action. arbitrorque hallucinatum Iaso. ex dictis Alexan. in d. l. potuit, ibi, prout potest adaptari. intellexit. n. Iaso. q̄ filii annum habentes de iure prætorio habeant annum ad deliberandum: cæteri habentes centum dies habeant tēpus centū dierum. noluit hoc Alex. dicere, sed q̄ lex cum antiquioribus, locum habeat in successionibus prætoris. prout adaptari potest. i. in habentibus annum. remittit tamen se ad dicenda in d. l. cum antiquioribus, ubi latiùs articulā tangens, indistinctē cōcludit q̄ in successionibus p. q-

Universidad de Deusto
Biblioteca

toriis uendicet sibi locũ beneficium ipsius legis, &
21 sic anni. †Et quum sit prouisio noua, dicemus, ꝙ licet bo. possi. non fuisset agnita, transmitteretur agno scenda intra prædictum tempus anni ex beneficio illius legis. & in hoc lex ista dum uult nullam uendicationem successiones ad hæredem transmitti, li mitabitur non procedere, prout etiam non procedit hærede ueniente per beneficium d.l.unicæ. Quę dispositiones sunt factæ post hanc legem æquis rationibus postmodum consideratis: ideò ni mirum si lex ista in prædictis casibus non procedit. secun-
22 dum ista tẽpora † Habetis igitur duos casus in quibus ius uendicandi successionem non agnitam de iure prætorio ad hæredem transmittitur, uidelicet p beneficium d.l. unicæ, & d. l. cum antiquioribus. quibus casibus limitabitur tex.l.iii.in §. acquirere, in fi.ff.eod.quia in necessarium antecedens in prædictis casibus transmittitur ius agnoscendi bo. pos. iuxta l.ii. ff.de succe.edict. Et plures no.quæstiones circa materiam d.l.cum antiquioribus, tractat Socin.in l. qui duos. column. x. & sequentibus. ff. de reb. dub.

23 Secundò principaliter præmittatis, †ꝙ lex nostra legitur duobus modis per Bar.& Docto. primò, ut intelligatur in filia emancipata, quę decessit post annum à die delatæ sibi bo. possi. unde liberi. quo casu nec ipsa si uiueret bo.possi.petere posset: ideò ni mirum, si nullum ius ad successionem prædictam in hæredem transmittit. ut hîc per Bar.& Ang. qui intellectus non procedit: quum falsum sit ꝙ ipsa filia post annum esset exclusa, & nullum ius ad dictã successionem haberet, ut ait Barto. quandoquidem haberet aliud caput, ut hîc per Rimin. column. i. & Iasonem iij.

Prætereà secundum intel. Bar. nulla fuisset dubitatio in hac lege, unde ipse Iaso. hîc & ambo Decii referentes hunc fuisse intellectum domini Hieronymi de Tortis, intellexere quòd ista filia emancipata decesserit post annum à die delatæ sibi bon. possi. non agnita ipsa bonor. pos. unde libe. ꝙ hæres eius omnino excludatur, licèt filia ipsa uiuens ex aliis capitibus ad successionem uenire potuisset: quod non erat sine dubio, propter alia capita filiæ competentia.

Qui intellec. ad hanc l.nõ procedit. primò, quia non colligitur hic necessario, nec probatur ꝙ filia emancipata decesserit post annum à die delatæ sibi bonorum possi. nec ualet consequentia: nõ agnouit intra annum unde lib. ergo decessit post annũ: quia potuit recepisse pendente anno non agnita bonor. pos. unde lib. ideo quum argu. non concludat, paruipendendũ est. l. non hoc. ff. unde legi. c. in præsentia, de proba. Et Pau. Ca. & Alex. & Rimi. sequentes aliũ intel. de quo. ff. tenent, filiã emancipatam decessisse intra annum agnoscendi bo. pos. unde lib. non est ergo uerum post prędictũ annũ decessisse.

Secundò, quia ratio dubitandi ꝙ posset transmittere ius ueniendi ad successionẽ ex aliis capitibus, ut præfati dicunt, inanis in proposito nostro fuisset: quia hoc erat satis clarè & apertè decisum per antiqua iura, ꝙ bo. pos. non agnita non transmittitur l. iii. §. acquirere, in fin. ff.eod. titu. l. illud, arguendo à speciali. ff. de contratab.

Tertiò, quia negligentia in uno capite unde lib. nò infert quò ad alia capita. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. nec ex diuersis fit bona illatio. l. Papi. exu li. ff. de mino. l. fi. ff. de calum. dato ergo ꝙ ipsa emancipata non agnouisset bonorum. pos. unde lib. non debet ex hoc inferri, ꝙ non transmittat ius agnoscendi ex aliis capitibus, si aliunde transmissibilia fuissent.

Et per consequens negligentia commissa circa caput unde lib. nihil facit ad impediendum trãmissionẽ sequentium capitum, cuius contrarium uult prædictus intel. & qui illum sequuntur.

Quartò, quia nõ conuenit uerbis literæ ibi, nulla uendicationem successionis. non. n. loquitur tex. de aliis capitibus, sed de successione uniuersali: alius est ergo sensus legis.

24 Obiter etiam scias Iasonẽ malè dicere, †ꝙ emancipata secundum hæc tempora haberet tria capita. per emãcipationẽ. n. agnationem perdidit. §. emãcipati. præall. ex capite ergo unde agna. uel unde legi. non poterat uenire ut hîc per Rimi. Et concluiuẽ primus intel. ꝙ emancipata post annum decesserit, non petita bo. pos. unde lib. ea propter. nõ transmittat ius agnoscendi bo. pos. nec ex capite unde lib. iã amisso, neque ex alio, non procedit, ut uidistis.

25 Seũndus principalis intellectus fuit † Pau. de Ca. Alex. & Rimi. ꝙ emancipata mortua fuerit pendente anno agnoscẽdi bo. possi. ex capite unde lib. & dubitatum fuerit de trasmissione, & respon. reliduum tempus ad hæredem nõ transmitti. rõnes dubitãdi & decidendi assignari possunt, ut hîc per Rimin. in prima col. quia ex quo fui de iure ciuili hæreditatẽ transmittunt, uidebatur eodem modo emancipata, quæ de iure prætorio ad similitudinem suorum uocatur posse transmittere bon. pos. præsertim, quũ quælibet minima ratio dubitandi sufficiat in lege. l. eunuchis. ff. de testa. Et tamen contrariũ deciditur, quia bo. pos. nõ transmittitur, ut dictum est. Hic intell. reprobatur per Iaso. hic col. iii. quia tex. innuit oppositi. ꝙ emancipata decesserit post annũ dicendo si intra annũ non agnouisti, ut hic etiam per ambos Decios po ! D. Hierony. Tortum, & ꝙ annus esset præteritus, uolũt Bar. & Ang. sed ut. ſ. dixi, tex. id non probat, minusq; hic necessariò colligitur, ꝙ annus esset præteritus, immo tex. innuit contrariũ, faciendo mentionem de bon. possi. unde liberi, quæ competit dicto anno primo, non autem aliæ mundum delatæ præcedente prima.

Huic intellectui non est adhærendum. Primò, quia diuinat ꝙ ista emancipata decesserit pendente anno sibi delatæ bo. pos. ex prima parte edicti.

Secundò, quia satis clarum & decisum erat, & sic indubitatum non transmitti bonor. pos. nec obst. ꝙ emancipati uocentur ad similitudinem suorum. quia hoc est quantùm ad succedendum, non quantùm ad transmittendum.

Tertiò, & istud me magis mouet. uerba legis nostræ repugnant & refragantur prædictæ intelligentię, dum ait, nullam uendicationem successionis. non. n. dicit reliduum tempus agnoscendi bo. possi. iuxta intelligentiam prædictorum.

Et per consequens nullus est sensus Docto. qui uerbis & menti. l. nostræ quadret & conueniat.

†Vnde

26 †Vnde dicebam aliter esse intelligendum hunc tex. & erit pulcher & singularis intellectus, ꝙ cum ministerio loquatur in emancipata, quę decesit nõ petita bono. possi. unde lib. intra annum, & per consequens intra legitima tempora. Et quæsitum fuerit ab imperatore per hæredem filiæ emancipatæ an esset exclusus à successione prædicta. Cui generaliter determinando respond. imperator quòd emancipata nullam uendicationem successionis prædictæ. i. ius nullum, nullumq; remedium uendicandi ipsam successionem, quæ sibi delata fuerat, ad eius hæredem transmittere potuit. de quouis remedio intelligas, non equidem ut ipse hæres agnosce possit dictam bono. possi. ex primo capite unde libe. ex quo uocabatur emancipata, ꝙ inde successionem auocare. iuxta l. ij. ff. de suc. edic. quia quum agnita non fuerit, non transmittitur, ut dictum est, siue annus sit lapsus, siue non.

Nec ex secundo, quia non competebat propter emancipationem, quæ agnitionem sustulerat.

Nec ex tertio unde. cog. tum quia si decesit pendente primo anno, non competebat, si post annum non agnita bonorum possi. non transmittitur: iccirco prętorio iure nullam uendicationem successionis ad hæredes transmittere potuit, nec etiam iure ciuili & secundum regulas iuris ciuilis: quia emancipatus hoc tempore de iure ciuili non cognoscebatur. d. §. emancipati. alia autem uia uendicandi successionem prædictam filiæ emancipatę nõ erat, propterea imperator hîc reassumpto themate & facto proposito istius M. qui narrauerat & supplicauerat emancipatum decesisse non agnita bonorũ possi. unde lib. intra annum, non restringendo, nec referendo se ad aliquam partem, uel caput edicti bonorum possess. nec ad reliduum tempus anni, secundum uarios intellectus prædictorũ scribẽtium, nec ad speciem alicuius iuris ciuilis, aut prætorii, sed generaliter loquendo iusque omne, & remedium quodcunque complectendo, respondet nullam uendicationem successionis ad hæredem potuisse transmittere: & consequenter nullam uiam remediumq; nullum uendicandi dictam successionẽ suo hęredi reliquisse. nã de iure prætorio quodcunque caput edicti spectes, res (ut ex prædictis liquet) dubium non habet: nec minus clara est de iure ciuili, ut apostillando tex. in uerbo successionis, ostensum fuit. Hic est uerissimus intellectus istius tex. ni fallor. Quem nonnulli neoterici & moderniculi sibi appropriare nixi sunt alia uia, & sub diuersis uerbis, ineptè tamen locuti sunt, rem deducere nescientes.

Sed hodie emancipatus, quanuis de iure ciuili succedat. l. meminimus. ff. de legit. hær. & sublata sit differentia agnationis & cognationis, emancipationis & patriæ potestatis quantùm ad succedendum ab intestato. §. nullã. in auct. de hær. ab intest. ueni. ut per Iaſ. hic col. ij. & in l. emancipati. col. ulti. ff. de colla. ita ꝙ emancipata si uixisset, potuisset succedere ex secundo capite cum parte legitimorum. quò ad suitatem tamen, & transmissionem sublata non est, etiã iure nouissimo, ut per Iaſ. in locis præalleg.

27 Ex beneficio tamen † l. unicæ. ff. de his qui ante aper. tab. & ex beneficio. l. cum antiquioribus, suprà alleg. in terminis ipsarum legum secundum ea quæ suprà diximus, hodiernis temporibus emancipata posset transmittere ius uendicandi successionem ad quoscunque descendentes ex beneficio dict. l. unicæ secundum glo. ibi, Bartol. & alios hic: & ad quoscunque ex beneficio d. l. cum antiquioribus.

No. primò ex isto tex. ibi, unde lib. ꝙ de iure prætorio emancipatus in bonis patris habet bon. possi. unde lib. concordat tex. in l. j. ad fi. ff. quis ordo, & in l. j. ff. de bon. possi. contra tab. immo in ultima die ac hora anni id facere potest. l. j. §. quid dicimus. ff. de suc. edic. ut hîc per Rimi.

28 Secundò no. ꝙ filius non transmittit † ad hæredem bo. possi. non agnitam. & licèt hęc lex loquatur in emancipato, tamen procedit etiam in suo in successione prętoria, ut hîc per Rimin. in iij. not. Iaso. in prima specie transmissionis, & Deci. limita aliquibus modis, secundum iura noua, ut dixi in superioribus.

An autem bonorum possi. iure suitatis transmittatur ad instar hæreditatis, suprà discussum fuit. Et quemadmodum non transmittitur ad hæredẽ bonorum possi. nec hæreditas de iure ciuili regulariter
29 ut suprà uidimus, † ita nec substitutio. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. De quo plenè per Signorol. in consi. lxxiij. Roman. consil. xvij. Alexand. consil. xxxvj. xcij. & sequenti ad fi. lib. iij. & clxv. in v. uolu. Anch. in consi. cxx. col. fi. Corn. consi. lxxxix. lib. iiij. Soc. in l. hęredes mei. in §. Cũ ita col. iiij. & iiij. ff. ad Trebel. & in consi. vij. lib. iiij. Decium consi. ccclxix. cccxcvij. cccclxv. cccclxxviii. ccccIxxx. dxv. dlxxxiiij & dxciiii. Iaſ. in l. iii. ff. de fideicõ. & in cõſ. cciii. lib. ii. & xxix. lib. iii. & l. ii. in co. cxxiiii. & cliii. in iiii. uolu. Curt. Iun. in consi. lxix. † nisi ius substitutionis coniunctum esset cum iure accrescendi. l. qui patri, ubi Doct. no. ff. de uulg. Alex. in l. qui liberis. in §. i. column. ii. eod. titu. & in consi. xx. lib. iii. uel. quando testator id disposuisset, ut per Alexan. in consil. prælleg.
30

Glo. prima diuiditur in duas partes, in prima declarat tex. in secunda quæ est ibi siue, ampliat.

Circa primam partem ibi, petendo decretalem Rimin. improbat gloss. quia decretalis non petitur, quia ante decretum non est orta. §. decretalis. l. ff. de suc. edic. qui tex. in principio & in uersic. quod dicimus, ibi, peti posse. cõtrarium uult, posse decretalem peti, & ita nuncupari ante interpositum decretum, sed in qua uenit interponendum. i. illa bo. possi. in qua ueniebat interponendum decretum, & quæ per iudicem decerni petebatur.

Et no. est ex glo. ibi, petendo decretalem, secundum Parpal. ꝙ ante dispositionem l. fi. ff. co. & tempore antiquo quando necessaria erat bo. possi. decre
31 talis. i. ꝙ iudex illam decerneret † tamen quò ad effectum transmittendi bon. possi. sola pretio sufficiebat, quanuis non fuisset decreta. † & etiam est text.
32 no. in l. cum quidam. ff. eod. not. Alex. in l. fin. col. ii. ff. co. intelligendo tamen illum tex. ut per Bulgarinum Senensem. ſ. co. in rub. col. ii. Rimi. in l. fi. col. vi. ubi Dec. iii. ff. co.

In ea gloss. ibi errore iuris. si uerò facti esset, uide Corn. & Rimi. hîc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glo.ſi.diuiditur in tres partes, ut hîc per Rimin. & Iaſon. Circa duas primas partes de tranſmiſsione bonorum poſſeſſ.ad hæredem tangunt hîc præfati, & Alexand. ac Deci. cum dictis ſuprà proximè.

In tertia parte gloſſ.quæ fuerit mens eius declarãt hîc Iaſon. An diſpoſitio l.unicæ, infrà de his qui ante aper. tabu. extendatur ad bonorum poſſ.
33 & locum habeat in ſucceſsionibus prætoriis, † eſt articulus ſubtilis & diſputabilis & de apicibus iuris, ut patet ex dictis hîc per Alexan. Corn. Rimi. Iaſon. Dec. & alios. crebrior ſcribentium ſententia eſt, dictam legem extendi ad bonorum poſſ. & ad prouiſiones prætorias, ut teſtantur præfati omnes. argum. in contrarium facientibus reſpond. De quo dixi ſuprà in ſecunda ſpecie tranſmiſsionis ſuæ ceſsionis.

Nec obſtant uerba prædictæ l.ibi, nulla præſcriptione obſtante. propter quæ uidebatur l. illam non poſſe intelligi in bonorum poſſ. quæ tollitur breui temporis ſpatio: ut omnibus patet: quia ex præcedentibus colligitur declaratio ac ſolutio. nam illa uerba nõ intelliguntur de præſcriptione temporis, ſed de quibuſdam exceptionibus, ut ibi declarat glo. in uerbo nulla.

Et dicta tranſmiſsio fit per filios ex triplici capite, ut hîc per Rimin. in ult. colum. & Iaſo. in fi. præſentis articuli. facit, quia filius ex quo cũque capite ueniat, tractatur ut filius. l. penultim. ff. quis ordo, cum aliis quæ plenè deduximus in l. j. ſ. eo.

34 Limitatur prædicta concluſi. † ut non procedat in tranſmiſsione odioſa, ut eſt bonorum poſſ. contra tabu. quæ non tranſmittitur ex beneficio d. l. unicæ. ſecundum Bald. & receptiorem ſcribentium ſententiam, quicquid dixerint Rom. & Fulg. ut hîc per Alexand. Corn. Rimin. & Iaſon. colum. ultima, defendentes Bald. & ponentes pulchras rationes ad hanc lim. idem uoluit Bulg. Sen. ſuprà in repe. rubric. columna xvj. Dec. j. ad finem commenti & Mod. Repe. in d. l. unica, col. xx. articulo ſecundo, de his qui ante aper. tab.

Sublimitat Corn. in fin. commenti in bonorum poſſ. contra tabu. quæ datur inſtituto beneficio præteriti. quum enim hoc caſu locum habeant uerba & mens d. l. unicæ. quia contratabulans ſuccedit caſu iſto ſecundum uoluntatem defuncti, licèt non ſecundum modum uolendi. Et pro iſta ſublimit. uidetur caſus in l. illud. in §. fin. cum l. ſequenti. ff. de contratab. ubi talis bonorum poſſeſs. tranſmittitur contra naturam bonorum poſſ. rationem tradit hîc Alexan. in principio & uolu it glo. in d. §. fi. & de illo tex. uidenda ſunt quæ ſcribit Aret. in d. l. uentre, colum. fi.

35 Et eodem modo † tranſmittitur ad liberos ſuos ius dicendi teſtamentum nullum ex beneficio d. l. unicæ, ut poſt Bald. & Imol. tradit hîc Alexand. col. fin. Iaſo. in l. ſi arrogator. colum. v. de adopt. & in l. ſi à primo. ff. de libe. & poſthu. & ſequuntur ſimpliciter Mod. Rep. in d. l. unic. col. xx. in iii. articul. Iaſ. tamen ipſe hîc col. fi, & in d. l. unica oppoſi. uoluit, quia uerba d. l. unicę non cõueniunt nec ratio, ut p eũ. cõfirmatur, quia talis tranſmiſsio nõ cõuenit uo
10 aſcendentis, ſecundum rationem illius legis, ex quo tollitur fundamentum Alexand. quia quòd lex illa locum habeat in uenientibus ab inteſtato, procedit ſecundum tacitum aſcendentium uotum. l. conficiuntur. & l. ſi quis cum nullum. ff. de iur. codicill. quæ ratio ceſſat in ueniente per ius dicendi nullum. Et ſi dicas rationem finalem. d. l. unicæ fuiſſe propter ſanguinem, cuius intuitu ſit tranſmiſsio illa, ut hîc per Iaſ. col. fin. &. ſ. in ſecunda ſpecie tranſmiſsionis, quæ finalis ratio uendicat ſibi locũ in filio ueniente per ius dicendi nullum, quamuis non militet illud, quòd ueniat ſecundum tacitum aſcendentium uotum: nam ſufficit militare rationem finalem.

Reſpond. ꝙ illa ratio coniunctionis, & ſanguinis locum habet, quando concurrit uoluntas defuncti expreſſa uel tacita, ut ibi uult tex. & declarat Rimin. hic in ult. col. quæ uoluntas ceſſat in uenien
36 te per ius dicendi nullum: ergo &c. Et ꝙ ratio coniunctionis non ſufficiat ad cauſandum tranſmiſsionem ad hæredem, patet in filio non tranſmittente bo. poſ. contra tab. ut. ſ. dictum eſt.

Et ſic † per pũctam rationis, uidetur ꝙ ius dicendi nullum non tranſmittatur ad hæredes ex beneficio d. l. unicæ, de iure uerò ſuitati quemadmodum tranſmittitur hæreditas, ita ius dicendi nullũ, ſecundum communem & receptam ſcribentium opinionem in locis prælleg. Mod. tamen Repe. in d. l. unica loco. ſ. alle. oppoſitum tenent, quando filius fuiſſet ſcienter præteritus ob ſublatam uel ſuſpenſam ſuitatem: non inſiſto, quia tractare hic ad unguem materiam dict. l. unicæ, nimis impertinens mihi uidetur.

37 Querela uerò inofficioſi teſtamenti † & non prę parata bene tranſmittitur ad hæredem. l. ſi quis filiũ ſ. de inoff. teſt. ut hic per Rimi. & Iaſ. in ult. col. & Iaſ. in l. cum mota, col. iiii. ſ. de tranſac. & Decium in conſil. ccciij.

Vltimò dum gl. de tranſmiſsione loquens, dicit
38 tranſmiſsionẽ fieri † ad ſuos, ſi intelligeremus propriè ſuos: iuxta. §. ſui, inſt. de hær. qualit. & diffe. glo. malè diceret & contra tex. d. l. unicæ. ideò oportet intelligere. i. proprios, ſecundum Iaſ. hic in vii. col. Tu dicas ꝙ gloſſ. allegando illam legem, ſecundum quam debet intelligi, capit ſuos pro deſcendentibus, ut declarat Alex. in d. l. cum antiquioribus. in ii. column.

Et gl. met hic in fi. iudicio meo ſe ipſam declarauit: ſubiiciendo non ad alios. uide etiam Mod. Repet. in l. Gallus. in §. quidam rectè column. xx. ff. de libe. & poſthu.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Captiones & formulæ ſublatæ ſunt tam in iudicijs & ciuilibus remedijs, quàm in edictis & remedijs prætorijs, & nu. 4.*
2 *Teſtatio quid ſit.*
3 *Hæreditatis appellatione continetur bo. poſſ.*
5 *Verbum decernimus eſt noui iuris introductiuum.*
6 *Bon. poſſ. hodie agnoſcenda eſt coram iudice, ſufficit tamen regulariter coram quocunque & qualitercunq; agnoſcere. & nu. 9. 14. cum ſequenti.*
7 *Duumuiri qui eſſent, maximè de quibus hic eſt ſermo. Dictio uel, ſæpe ponitur pro ideſt.*
8 *Coram aliquo fieri. & apud eum fieri, an differant.*
10 *Iudicis præſentia quare magis requiratur in agnitione bono. poſſ. quàm in aditione hæreditatis, & numer. ſequenti.*
12 *Tex. l. primæ. C. de iure delibe. declaratur.*
13 *Bo. poſſ. non eſt agnoſcenda in forma iudicij.*
16 *Decretalis hodie non eſt neceſſaria, tamen non eſt ſublata, & nu. multis ſequentibus.*
18 *Decretum olim erat neceſſarium, tam in ordinarijs ius tribuentibus, quàm in extraordinarijs.*
21 *Citatio partis non eſt neceſſaria in iſta agnitione bono. poſſeſſ.*
22 *Bonor. poſſ. agnitio an & quando ualeat ubi agnoſcens ſe hæreditatem amplecti dixit, & numer. ſequentibus.*
23 *Verba interpretanda ſunt & capienda prout uerificari poſſunt, & pro ſuſtentatione & ualiditate actus, & nu. ſequentibus.*
25 *Actus potiùs ab effectu, quàm à denominatione iudicandus eſt.*
26 *Bo. poſſ. incompetentem agnoſcens, an cenſeatur competentem agnouiſſe.*
27 *Intellectus iſtius legis excutiuntur. & numeris ſequentib.*
28 *Tempora ſunt utilia in bo. poſſ.*
30 *Terminum iuris præuenire non eſt licitum.*
31 *Probationes an, & quando fieri poſſint ſine dilatione data, & quando factæ ſine ea ualeant, & numer. ſequenti.*
34 *Optio facta per Canonicos intra tempora alijs competentia an ualeat.*
36 *Exeratur, de hoc uerbo, uide etiam, & num. 40.*
37 *Canonici duo diuerſis temporibus Canonicatum in certa Eccleſia primò uacaturum impetrãtes, quem infrà menſem duxerint acceptandum, ſi ſecundus intra menſem primi acceptauerit excluſo inde primo per repudiationem, noua acceptatione non erit opus & nu. ſeq.*
Bo poſſ. non poteſt quis accipere, qui ſequitur, quando alius præcedit. ibid.
Tex. in §. cum filius. l. ſi filius. ff. de bon. lib. declaratur. ibidem.
38 *Præmaturè, & præcipiti feſtinatione facta, non debent effectum conſequi.*
39 *Lex iſta fin. C. qui admitti. declaratur & gloſſatur per §. fi. inſt. eo. titulo.*
41 *Dilatio ſi data fuerit actori dierum decem ad probandũ intentionem, et aliorum decem reo ad probandum exceptionem, actore renunciante termino ſibi dato, ſtatim currit reo tempus, ſibi datæ dilationis.*
42 *Statuto diſponente quòd quis appellare debeat intra x. dies, & poſt decem dies habeat 40. dies ad proſequendum appellationem, ſi die prima poſt ſententiam ſit appellatum, ſtatim incipiunt currere dicti 40. dies.*

Lex ultima eod. titu.

FAMOSA eſt, clauis, & fundamentum in materia bon. poſſeſſ. iccirco operæpretium, & neceſſarium exiſtimaui eam pariter interpretari. Creatura fuit Conſtantini Imperatoris, ut ſuprà ſcriptio legis teſtatur, & uoluit imperator in l. final. in §. nos itaque. ſ. de cura. fur. qui fuit filius Conſtantii ex Helena concubina, à quo imperii gubernacula ſuſcepit, & feliciſsimè gubernauit. xxxiiii. Romanorum imperator, imperatorum primus (excepto Philippo) qui Chriſtum redemptorem noſtrum profeſſus fuerit, Chriſtianoque nomine decoratus: à quo in hodiernum uſq; diem omnes imperatores noſtri Chriſti fidem ſecuti ſunt. ut per Pau. Oroſ. c. xvij. & xviii. lib. vij. & Lactan. Firmi. in principio ſuarum inſti. ubi de laudibus iſtius imperatoris noſtri plura.

Summatur ut per Bart. uel pleniùs & clariùs, ut per Alex. & Rimi. ſed ex. j. dicendis ueritas ſummarii & ſenſus legis apertiùs eluceſcet.

Diuiditur in tres partes, ut per Rimi. uel in duas prout duas ponit deciſiones. ſecunda ex ibi, eo addito.

Caſus figurari poteſt ut litera iacet. rationes dubitandi & decidendi non ſunt aliter neceſſariò ponẽdę, quum Imperator procedat tradendo duas regulas ſeu deciſiones Pop. Romano, ut ex ſuprаſcriptione legis conſtat. Et etiam ex his quę dicam. j. circa intellectus legis elici facilè potuerunt.

Et dum in tex. dicitur decernimus, ut qualiſcũq; teſtatio amplectendæ hęreditatis oſtẽdatur. addendũ eſt & ſubaudiẽdũ, ſufficiat, uel ſatis ſit: aliàs ſenſus eſſet imperfectus. Cõpoſitus ẽ hîc tex. de ĩduſtria obſcurus & uocabulis parum legalibus, ideo antequã colligã no. apoſtillabo in aliquibus locis literã.

1 In tex. ibi, inanĩũ uerborum † excludimus captiones. i. formulas uerborũ & inanes ſolẽnitates, quæ ſolùm tendebant ad capiendũ & decipiendum: ut declarat Conſtan. noſtræ legis auctor. ſ. de form. in l. j. quemadmodũ ergo has captiones, & formulas amputauit in iudiciis, & remediis ciuilibus, ut in dicto titu. ſ. de formu. ita hîc in remediis prætoriis, ut forma illa quæ olim erat neceſſaria propter interpoſitionem decreti, hodie non ſit neceſſaria: ſed ſufficiat qualiſcunq; teſtatio amplectendæ hæreditatis. facit tex. in §. fi. cum ibi no. per Ang. Are. inſtitu. de interdict.

In eo. tex. ibi, apud. requiritur ergo ſolũ præſentia iudicis, ſed ſi diceret coram, requireretur intelligentia. l. coram. ff. de uerb. ſign. aliter tamen. j. declarabo, ubi pariter quod de Duumuiris dicit interpretabimur.

2 In eo. tex. ibi, teſtatio, † propriè teſtatio, & teſtimonium ſunt dicta teſtium, de quibus in titulo de teſti. hîc ſtat pro declaratione animi. §. fi. inſt. eo. cũ aliis. j. allegand. quicquid ſentiant Mod. in ſecundo Paradox. c. xiii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In text. ibi, hereditatis. loquitur de bonorũ poss.

3 † Et tamen appellat hæreditatem, quia bonorum possess. hæreditatis appellatione continetur. l. hereditatis appel. ff. de uerbo. significa. de quo latius. ĩ. in not.

In eod. text. ibi, statutis prisco iure temporibus cohortanda. ostendit se nolle quicquàm immutare circa tempus ab edicto præfixum. Quæ uerò essent & sint prædicta tempora, ponitur in l. ĩ. de suc. edic. & in titulo. ff. quis ordo. & in l. secunda. & tertia, suprà eodem.

In tex. ibi, intra alienam uicem. i. intra tempus alterius prioris gradus, ut declarat Alb. in dictionario in uerbo Intra. ego tibi dico tex. nostrũ seipsum ita declarare, dum subiungit. i. prioris gradus properantius exeratur. de quo latius. ĩ. dicemus.

In eod. text. ibi, exeratur. hoc declarabitur. ĩ. in quarto intellectu.

In tex. ibi nihilominus tamen efficaciam parem quasi suis sitam curriculis consequatur. uerba sunt satis obscura & parum legalia, nihilominus tamen exponitur. i. non minus tamen, ut sępe per Cicer. & alios. sensum aliorum uerborum inuestigabimus in intellectibus legis. Pro nunc uoluit imperator dicere, currat tempus, ac si prior gradus non fuisset in rerum natura.

Noto primò ex tex. amputandas & excludendas
4 esse captiones. de quo. s̃. dixi. † uide etiam Rimi. hic Moderniores Asten. in tract. de forma in titulo qualis esse debeat for. & quæ scripsi. ff. de regu. iur. in l. quotiens nihil.

5 Secundò not. decernimus. † quòd uerbum decernimus noui iuris est introductiuum. disponit enim hîc de nouo Constant. hodie sufficere simpliciter agnoscere bonor. poss. & ostendere apud quemlibet iudicem animum amplectendi successionem. Et quòd uerbum decernimus, id importet, est glo. not. quæ ad hoc solet allegari in clem. per litteras, in uerbo decernimus. de præbend. tradunt Io. Crot. in rep. l. si constante. columna. xxviii. ff. soluto matrim. & Dec. in c. pastoralis. in primo no. de iudic. & in c. decernimus, ubi per omnes Canon. eod. titu.

Tertiò not. ibi, apud quemlibet iudicem, uel e-
6 tiam apud Duumuiros. quòd hodie sufficit † agnitionem fieri coram quocunque iudice, & sic etiam municipali & infimo, non habente merum imperium: ut hîc per Alexand. Rimi. Iason. & alios. ad idem est tex. in §. nos itaque. l. fina. s̃. de curat. furi.
7 † Qui essent hi Duumuiri, dixi in principio l. unicæ. ff. si quis ius dicenti non obtemper. & quum alibi per Duumuiros infimum magistratum intelligamus, hic tex. non uidetur superfluitate carere propter illa uerba apud quemlibet iudicem, quæ etiam includuntur infimum. propterea uidetur hîc melius esse per duumuiros intelligere deputatos in ciuitate ad negotia ipsius ciuitatis, qui licèt careant iurisdictione, sunt tamen auctenticæ personæ apud quos uoluit imperator hanc agnitionem fieri posse: ut per Modernior. Mediolanen. loco suprà allega. id quod prius uoluerunt Paul. de Castr. & Alexand. hîc: sed receptior sententia est in contrarium. Glo. tamen in §. fina. institu. eod. & communiter Docto. ibi & hic ut. ĩ. per Deci. in prima col. uolunt hodie hãc agnitionem iudicialem dici, quia fieri debet coram iudice, si dicti duumuiri non essent iudices, non posset talis agnitio apud eos facta iudicialis dici. & q̃ in iure nostro duumuiri pro municipalibus, & infimis magistralibus accipiantur, patet ex. §. primo. l. iiii. ff. de damn. infect. cum aliis per me adductis in loco prælallega. Et ad tex. nostrũ disiunctiuè loquentem uel duumuiros. Respond. quòd ponitur uel, pro idest, ut etiam in l. ubi pactum, cum gloss. suprà de transact. cum accumulatis per Rimi. in l. prima in gloss. prima. ff. de in. om. iud. & est expositio & declaratio præcedentium uerborum apud quemlibet iudicem, idest, etiam apud minimum, prout sunt duumuiri & municipes. Et sic non sufficeret agnitionẽ hanc hodie explicari coram auctenticis personis.

8 Et pondera uerbum apud. † ex quo uidetur requiri præsentia iudicis, non intelligentia, quæ necessaria fuisset, si coram dixisset. dict. l. coram. ff. de uerbo. sign. Crederem tamen etiam hic esse necessariam intelligentiam, aliàs superflua esset præsentia requisita. facit tex. in l. secunda. suprà de ędend. ubi tex. utitur ista præpositione apud: & tamen requiritur intelligentia, consensus non: ut hic per Paul. Cast. & dicam. ĩ. Ideo nõ sufficere prædictam agnitionem fieri coram notario & testibus ut hic per Bal. Rimi. Iaso. & Dec. inferentes ad insinuationes & emancipationes, quæ fieri debent coram iudice, q̃ non sufficeret eas celebrari coram tabellione, & testibus. quod in insinuationibus & emancipationibus indubitatum est, quia iura clarè disponunt, illas fieri debere coram iudice.

Intellige tamen nisi notarius esset iudex chartularius coram quo fieret agnitio: iuxta ea quæ scribit Cor. in cõsi. ccxxxviij. Visa. & celix. Viso. lib. iii. cum his quæ citaui in l. ĩ. ff. de iud.

Quod tamen dicunt Doct. de insinuatione donationum excedentium summam quingentorum aureorum, non esset necessarium, quando in instrumento donationis oppositum fuisset iuramentum, secundum communem obseruantiam, nam iuramentum est tantæ uirtutis, & efficaciæ, quòd supplet defectum insinuationis: ut per Are. in consi. ii. Soc. lxxvij. & lxxviij. lib. i. & Dec. in consi. ccxxxix. cum similibus.

9 Quartò not. ex cod. text. † quòd in agnoscenda bonorum posse. requiretur præsentia iudiciis, aliàs non ualeret agnitio tanquàm facta non seruata obseruatione per legem nouam pro antiqua petitione introducta: ut dicit tex. in §. nos itaque, ſ suprà allegsecus est in aditione hæreditatis quæ non exigit præsentiam judicis, sed sólo animo per aliqua extrinseca declarato. iuxta l. gerit, & l. pro hęrede. ff. de acquirend. hęredita. & §. h. institu. de hęredum qualit. & differ.

Sed uidebatur debuisse statui opposi. quum prętor non curet huiusmodi subtilitates, & solennitates, sed æquitatem, & effectum. dicto. §. emancipati. & l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loco. ideò uidebatur minus exigi debere solemnitatem hanc in agnitione bonorum possess. quàm in aditione hæreditatis, ut post Paul. Castr. tradit hic Iaso.

Iaso. in prima column. erit igitur ardua difficul-
10 tas in assignando rationem † cur magis requiratur præsentia iudicis in agnitione bono. poss. quàm in aditione hæreditatis maximè, quum hodie iudex
11 nihil habeat facere, & posset tacere, † ut inquit hic Paul. Cast. Bald. ratione assignabat ut fraudes remouerentur. Rim. hîc colum. v. & Ias. i. reprobant. Et ultrà, si quod ait Bald. procederet, satis fuisset statuere agnitionem posse fieri coram tabellione & testibus.

Aliam rationem ponebat idem Bald. hîc in. ii. colum. quòd ideò statutum fuerit agnitionem bono. poss. fieri debere in præsentia iudicis, ne in totum uideatur derogatum auctoritati prætoris, qui statuerat bono. poss. à iudice decerni debere. Et sic in eo actu ordinauerat esse interponendum iudicis decretum. i. auctoritatem, cuius loco per iura noua subrogata posteà fuit præsentia iudicis. confirmando ut hic per Rimi. in v. colum. Ias. reprehendit id
12 in. ii. colum. quum non assignetur ratio cur magis olim requireretur decretum in agnitione bon. poss. quàm in aditione hæreditatis. Deci. respond. beneficium inuentum fuisse à prætore mortuo, in cuius memoriam & reuerentiam lex uoluit prætorem uiuum adiri & ab illo interponi decretum, secundum eum. quod anteà etiam dixerunt Bald. & Paul. Castr. hîc iccirco etiam cautio prætoria interponenda est ex mandato prætoris uiui, aliàs non subsistit: ut per Paul. Castr. in consil. cccIxxxv. præfatum testamentum. in antiquis.

Sed considerata hac ratione sequeretur quòd in omnibus remediis inuentis per prætorem mortuum adhibenda fuisset præsentia prætoris uiui, cõtra ea quæ habentur in tit. de prætor. stipu. prætereà quare in inuentis de iure ciuili præsentia inuentoris uel cum repræsentantis similiter adhibenda non est?

Nec satisfacit quod hîc defendendo rationẽ Bal. subiicit Deci. factum id fuisse, ut appareat differentia inter acquisitionem hæreditatis & bonor. poss. & ne iura illa confunderentur, ut hîc etiam per Rimin. in. v. colum.

Quia ex multis aliis talis differẽtia apparere potuisset, ut ex agnitione facta coram honestis personis uel tabellione & testibus iusso instrumento de ipsa agnitione: quod tamen non sufficit, secũdum doct. ut. s̃. dixi. Prætereà ex uerbis prolatis per agnoscentem bonor. poss. dicentem se agnoscere, satis poterat apparere de agnitione non de aditione actum & intellectum fuisse: nisi diceres prætorem ipsum uoluisse introducere signum in acquisitione bonor. poss. ad differentiam acquisitionis hæreditatis. sed sequeretur, quòd eodem modo in inuentis & introductis per prætorem, medium aliquod à ciuilibus remediis diuersum introducendum fuisset. quod absonum est dicere.

Alia ratio Alber. relata per Ias. parum sapit, quũ non sit uerum ita facilè posse committi falsum aliquo dicente se agnouisse bonor. poss. infrà debita tempora, quia non crederetur sibi, sed probare id teneretur: ut in rubr. & in. l. ii. uidimus. Prætereà, satis fuisset ueritatẽ rei gestæ scriptura uel alio modo posse comprobari. l. pactum quod bona fide. s̃. de pact. Iaso. hîc in ii. colum. assignat aliam rationem, quam damnant Mod. in iiii. Paradox. c. vi. tamen Iason ipse recesserat ab illa, ut patet ex lect. sua hîc. Nec est uerum, quòd in prætoriis obligationibus requiratur præsentia iudicis, ut in tit. de prætor stipul. parum etiam ualet ratio prædictorum Mod. quæ confunditur per ea quæ scribit hîc Ias. in prima col. quòd cautius agendo, potius in aditione hæreditatis, quàm in agnitione bon. poss. adhiberi debuisset præsentia iudicis.

Alii rationem capiunt per regulam l. cum qui. ff. de iurciur. quòd ex quo fauore bono. possess. statutum fuit tempora debere esse utilia. l. ii. §. cod. &. ff. quis ordo. l. ii. aliud statuitur contra bonor. poss. ut coram iudice fiat ipsa agnitio. 11

Sed quare magis præsentiã iudicis requirit prætor, quàm aliud: Item quòd tempora utilia sint, nõ fuit specialiter statutum in fauorem bonor. possess. sed est generale in tempore à prætor statuto: ut dictum fuit in l. ii. §. eo. Et in bonor. possess. statutum est tempora debere esse utilia, quia tempus agnoscendi breue erat, nõ prolixum & longum, ut in aditione hæreditatis. & sic unum per aliud quæ inductum fuerat. in conscientia (ut reor) nulla concludens ratio assignari potest ad ostendendum tantam diuersitatem, quæ in hoc casu est inter ius ciuile, & prætorium. ideò persuasoriis rationibus acquiescendum est. Et tunc satis colorata est ratio Bald. suprà relata. Id factum fuisse in memoriã prætoris uiui inuentoris beneficii: & ne omnino auctoritate illius derogatum uideretur, subrogatam præsentiam iudicis, loco decreti accedente, quia agitur communiter de maiori præiudicio in acquisitione bonor. possess. & uniuersalis successionis, quàm in aliis: ideò speciali quadam ratione prætor eius decretum adhiberi uoluit: & posteà ius nouum de decretali non curans, iudicis præsentiam eius loco subrogauit: ne prætoris inuentio uideretur contemni.

12 Ex prædicto not. † infertur ad declarationem l. i. ĩ. de iur. deliberan. uolentis emancipatum manumittendo uel distrahendo seruos hæreditarios non censeri agnouisse bono. possess. quia per actum extraiudicialem non inducitur agnitio, quæ (ut dixi) coram iudice fieri debet. Et si dicatur, manumissio, quæ sit inter uiuos debet coram prætor fieri. §. multis. instit. de libert. ergo uidetur actus iudicialis; & per consequens debuisse agnitionem inducere. faciunt dicta Alex. & aliorum in rubr. s̃. eo. de agente poss. hære. pet. qui per prius censetur bono. pos. agnoscere. fortè dici posset secundum quosdã, q̃ licèt manumissio fieret coram iudice, non tamẽ acquirebatur quòd in iudicio fieret: quum expediri posset iudice eunte uel quomodocunque apud illum, ut ibidem traditur. sed bono. poss. agnoscenda est apud iudicem & in iudicio, ut hic, & in l. iii. in. §. si causa cognita.

13 † Sed à ueritate alienum est, quia non exigitur ipsam agnitionem fieri in figura iudicii, ut per glo. & Bart. in. d. §. si causa cognita. Et sic fieri potest extra tribunal. ut hic per Rimin. col. ii. Alex. & Corn. in l. contracedenti, circa fin. & ideò text. hîc non dixit in iudicio, sed apud iudicem, prout diximus etiã

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in rubr. ſ. cod. Eapropter uidetur poſſe reſponderi per hunc text. & §. fi. inſtit. cod. quæ iura requirunt, proteſtationem amplectendæ hæreditatis, & demonſtrationem animi uolentis id facere. ſed per manumiſsionem ſeruorum non apparebat coram iudice deteſtatione animi uolentis uniuerſalem ſucceſsionem amplecti, ideò nimirum ſi per talem actum agnitio bonor. poſſeſſ. non inducitur, nec actus ille erat neceſſarium antecedens ad manumiſsionem ſerui, prout erat in quæſtione Alexan. ſicuti declarauimus in rubr.

Limitatur hic text. requirens agnitionem bono.
14 poſſeſſ. fieri coram iudice, † ut non procedat in caſu l. ii. in d. §. ſi duo. ff. de ſecundum tab. de quo dicam infrà in tit. ſequenti.

Secundò limitatur, quando non adeſſet copia iudicis, intelligendo ut declaraui in l. bonorum in iij. limit. ſuprà eodem.

15 Quintò not. ibi, qualiſcunque teſtatio. † ſufficere hodie ſimpliciter agnoſcere bonor. poſſeſſ. & demonſtrare quoquo modo apud iudicem animum agnoſcendi bonor. poſſeſſ. concordat text. in §. j. l. fin. ſuprà de curat. fur. & in §. fin. inſtit. cod. Et nuncupatur agnitio iudicialis à iudice apud quem fieri debet, ut per glo. & Doct. in d. §. fin. & per Dec. hic col. prima & pen. ſicuti olim decretalis à decreto. l. j. §. decretalis. ff. de ſuc. edic. & §. j. d. l. fi. de cur. fur.

16 †Et hæc concluſio quòd hodie decretum non ſit neceſſarium, procedit etiam in bonor. poſſeſſ. contra tab. ut hic per Rimi. in. v. colum. per Aret. & Iaſo. in l. quamdiu. la ii. ff. de acquir. hære. & pulchrè per Sali. in. d. §. j. l. fi. de cur. fur. poſt gl. ibi.

Intellige quòd ſufficiat qualiſcunq; teſtatio am-
17 plectendæ hæreditatis, modò ſit idonea. † arg. l. j. cũ glo. ſuprà de ſacr. ſanct. eccle. & l. iij. cum glo. in uerbo probationibus. C. de fide inſtrumen. lib. x. cum accumulatis per Iaſ. in. l. quamdiu. colum. ii. ſuprà eod. ubi Dec. col. ultima. uerſic. ſecunda principalis opinio, pulchrè hanc legem ita declarat. Multa alia de uerbis generalibus & uniuerſalibus ad habilia reſtringendis cumularunt Aret. in conſi. cxxxiij. in fin. & clxij. colum. iiij. Fel. in cap. ueniens col. penult. de teſti. in cap. in omni, eo. tit. Iaſ. in l. quod cunque. ff. de uerb. oblig. Dec. conſil. clxxj. colum. fin. & in rubr. de probat. colum. xvij. Curt. iunior conſil. primo colum. ij.

18 † Et quòd olim requireretur decretum in bon. poſſ. tam ordinariis & ius in proprietate tribuenti bus, quàm in extraordinariis, quæ facti potius, quã iuris eſſe dicuntur, probatur in d. §. j. l. fin. de cur. fur. & in d. §. decretalis, ſecundum communem & uerum intell. quem in ſuperioribus defendi, quicquid dixerit Bulgari. Senenſ. prout latè & ad nauſeam ſcribunt contra Bulgar. Rim. hic col. iij. & iiij. & Dec. in. iii. not.

Quamuis tamen bono. poſſeſſ. decretalis (ut di-
19 xi) hodie non ſit neceſſaria, † falſum tamen eſt q̃ non ſit hodie reperire decretalem, ut inquit Bart. ut hic pulchrè per Corn. colum. iii. multiq; ſunt caſus in quibus hodie decretum interponendum eſt in bonor. poſſeſſ. ut per Corn. & Dec. hic in iii. no. & Rimin. in. l. j. in glo. dare in ult. colum. ff. de iur. omn. iudi. Moder. in ſecundo Paradox. cap. xiii. tenent hodie non eſſe ſublatam bonor. poſſeſſ. decretalem, uerùm eſſe neceſſariam, ut olim erat, rationi bus per eos ibi adductis.

20 Quæ opinio confunditur per hunc text. † ibi, qualiſcunque. & in d. §. fin. inſtit. cod. quæ iura diſponunt ſatis eſſe declarare animum agnoſcendi bon. poſſeſſ. & à iudice uel à parte nihil peti, ut per Bart. in d. §. ſi cauſa cognita. colu. i. ergo non eſt neceſſarium iudicis decretum, quod non interponitur, niſi parte petente. uulg. §. hoc autem. l. iiii. ff. de damn. infec. quæ quidem opinio clarè ẽt probatur in d. §. nos itaque. ut hic plenè per Rimin. & Dec. in iii. colum. In bonor. poſſeſſ. extraordinariis, quæ nó tribuunt ius in proprietate, ſed in poſſeſsione, etiã hodie decretum eſt neceſſarium, ſecundum Dec. hic ad fin. iii. no. ſed tu meliùs dic diſtinguendo, ut hic per Alex. Corn. & Iaſ. & Bulga. Sen. in rep. rub. tit. noſtri. in iii. q. principali.

21 Et in iſta agnitione bonor. poſſ. † non requiritur partis citatio, ut hic per Bald. colum. ii. Alex. in fin. not. Corn. col. fi. Rom. conſil. lxi. cum aliis pleniùs cumulatis ſuprà in rubr.

Et quamuis Imperator hic & in locis ſuprà allegatis modificauerit bo. poſ. rigoremq; illarum temperauerit, per hoc tamen non dicuntur eſſe de iure ciuili: ut per Bulgar. loco præalleg. in iiii. q. principali, & quoſdam alios hic.

22 Sextò not. ibi, amplectendæ hæreditatis. † non uitiari agnitionem bono. poſſ. licèt agnoſcens dixerit ſe hæreditatem amplecti ſiue adire: ut hic per Alexand. Rimin. & Dec. in iiii. not. Et hoc procedit ſecundum præfatos, quando talis agnoſcens de iure ciuili ad ſucceſsionem non poterat uenire. uerba enim impropriantur ut actus ſuſtineatur. † l. ſed
23 & ſi poſſeſſori. in §. item ſi iurauero. ff. de iureiur. cap. intelligentia. de uerbor. ſign. cum accumulatis per Barb. ſuprà in rep. rubr. fol. v. Iaſ. in d. §. item ſi iurauero. in l. is poteſt. colum. fin. ff. de acquir. hær. in. §. i. l. i. ff. de no. oper. nunc. in l. i. in. §. item acquirimus. colum. fin. ff. de acquir. poſſ. & in l. Gallus, in §. ſi cius. colum. ii. de liber. & poſthu. & Aquenſ. in uulg. §. nihil commune, col. i.

24 † Et uerba capi debent & uerificari prout poſſunt. l. fundus qui locatus, la picola. ff. de fun. inſtr. l. i. §. qui in perpetuum, cum gloſſ. ff. ſi ager uectig. cum aliis per præfatos hic alleg. & ſic in bon. poſſ. quum in aditione hæreditatis uerificari non poſſint. Et in hoc primo caſu nõ uidetur difficultas eſſe, ſed bene in ſecundo.

Si uerò modo prædicto agnoſcẽs poterat ad ſucceſsionem uenire, etiam de iure ciuili, tunc non cẽ ſeretur bonor. poſſeſſ. de iure prætorio agnoſcere, ſed adire hæreditatem de iure ciuili, quum uerba id propriè ſignificent & importent, à quibus non eſt recedendum: & in claris non ſit opus coniecturis: ut per Alex. & Corn. in ii. colum. & Dec. in iiii. not. & in penult. colum.

Sed Rimin. in ultimo not. aliquibus mediis opi. Ful. contra Ale. indiſtinctè tuetur, & eſt uerior. primò per hunc text. ibi, amplectendæ hæreditatis. & ſi dicas. non conſtabat eo modo agnoſcentem poſſe ſuccedere de iure ciuili. reſpon. quòd etiam non conſtabat, quòd nõ poſſet de iure ciuili ſuccedere.

Secundò,

Secundò, quia quum apud iudicem id fecerit, quod in aditione hæreditatis nõ erat neceſſarium, ſed in bonor. poſſ. debemus dicere uoluiſſe potiùs agnoſcere bonor. poſſ. quàm adire hæreditatem, ut huiuſmodi actus factus in iudicio uel apud iudicẽ magis declaret mentem proferẽtis uerba prædicta, & qualitatem actus, quàm ſola denominatio reme-
25 dii hæreditatis uidelicèt amplectendæ. † arg. l. inſulam, cum ibi no. ff. de præſcrip. uerbis, & accumul. hîc per Rim. in. ii. col. & Dec. in conſil. ccccclxxxix. colum. fin. & in l. ſi donatione, colum. antepen. infrà de colla.

Tertiò per notab. deciſionem Bal. in l. i. cap. viii. ſuprà cod. de emancipato recipiente ſolutionem à debitoribus hæreditariis in præſentia iudicis, cenſetur agnoſcere bonorum poſſeſſ. propter adhibitam iudicis præſentiam. Nec eſt bona ſolut. & reſponſ. Decii hîc in penul. colum. quòd in prædicta quæſtione Bald. emancipatus non poſſet ſuccedere de iure ciuili, quum eſſet incognitus. loquitur enim Bald. ſecundum tempora ſua, ſecundum quæ poterar de iure ciuili uenire. §. nullam, in auct. de hære. ab inteſt. uenien.

In hoc tamen non uidetur uerſari magna utilitas, quia præſuppoſito quòd talis potuerit de iure ciuili adire, & quòd per uerba prædicta hæreditatẽ fuerit conſecutus, & plusquàm per bono. poſſ. habiturus ſit, quia iura directa, ubi per bonor. poſſ. quærit tantùm utilia. uulg. §. quos autem. ut quid cõ tendimus an agnita cenſeatur bonorum poſſ. tamẽ poſſet, hoc eſſe utile, ut per Alex. in l. puberem. ff. de iure delib.

Et ſi quis agnoſcat bonor. poſſ. incompetentem
26 † an cenſeatur agnouiſſe illam; quum poterat agnoſcere & uerè competebat, ut una pro alia cenſeatur agnita, & ualeat agnitio. tradunt Alex. & alii in l. ii. ff. de ſucceſ. edic.

Ex ultima parte legis, quæ obſcura eſt & difficilis, non colligo aliqua not. quia in gloſſ. omnia declarabuntur, dum enucleabimus intellectus iſtius textus.

Circa glo. primam, Iaſ. per multa uerba nixus eſt declarare mentem & intentionem gloſſatoris eam ſequens, ſed nugæ ſunt, ſiue ſit, excludimus, ſiue excluſimus, idem eſt ſenſus. Et quum omnes leges in glo. allegatæ ſint Cõſtan. Imperatoris noſtræ legis auctoris, ad quamlibet prædictarum legum ſi tantummodo ſpectaremus, uerba referri poſſet: ſed ad proximã præcedentem ſecundum uerum & rectum ſenſum referri non poteſt: ut per Rimin. hic & in l. præcedenti. tenenda eſt ergo prima expoſitio, ut ſe referat ad. l. i. ſ. de formu. prout declarati ſuprà apoſtillando text.

Glo. ſecunda diuiditur ut hîc per Rimin. & Iaſ. & eſt expedita in not. ubi uidimus quòd hodie bonor. poſſ. decretalis non eſt neceſſaria, licèt non ſit ſublata. Et quòd poteſt agnoſci iudice non ſedente pro tribunali, & nemine citato.

Glo. in uerbo properantius. diuiditur in tres par tes ut hîc per Rimin. & Iaſo. declarantes expoſitiones gloſ. tertia tamen non procedit, dum exponit exarauit. i. ad bonor. poſſ. cucurrit. quia in text. eſt exaratur, non exarauit. de quo infrà dicam.

Primus intell. glo. ad hunc text. quem ſequuntur Bart. & communiter Doct. ut hic dicunt Iaſ. &
27 Deci. † quòd ſi contingat primum cui defertur bo nor. poſſ. per repudiationem excludi à bonor. poſ. ante curſum temporis ab edicto præfixi, incipit ſtatim currere tempus ſecundo, ac ſi primus ex eo numero nõ fuiſſet, ut dicit iuriſconſ. in §. quibus. l. i. ff. de ſucceſ. edic. & id dicere uoluit Imperator ibi, properantiùs exaratur. intelligendo ſecundum Alexand. à die quo de renunciatione aut excluſione
28 primi ſecundus fuit factus certior; † quum tempora ſint utilia. l. ii. ſ. cod. l. i. ff. de iur. & fact. ignor. l. ii. ff. quis or do. facit uulg. regula. l. quidã teſtamento. ff. de teſtam. ubi quando dubitatur de uno in lege præſupponitur habilitas omni alio reſpectu; ergo requiſita habilia hic præſupponuntur. Et ſic q̃ ſecundus factus ſit certior de renunciatione uel excluſione primi.

Iſte intellectus primus, & ſi uerus ſit in ſe & probetur per iura glo. & §. fin. inſtit. cod. quòd excluſo primo ſtatim currit tempus ſecundo, tamen ſecundum Rimin. Iaſ. & quoſdam alios nõ conuenit uer bis text. noſtri. primò, quia nihil de nouo adderet aut induceret, contra uerba text. noſtri, ibi, eo addito. maximè quòd Imperator hîc in principio legis introduxit nouam diſpoſitionem de ſimplici agnitione, quæ hodie ſufficiat loco decretalis, quæ olim requirebatur. propterea quum ſubiungat eo addito, apparet quòd uult hoc etiam de nouo introduce re, de quo ſubiicit.

Secundò, quia ſi primus excluſus eſſet repudiatione aut morte, ſecundus non diceretur agnoſcere bonor. poſſ. i ntra alienam uicem ſeu intra tempora primi, ut in l. iſta dicitur, ſed tempore congruo & ſibi competenti. quia primo excluſo ſtatim incipit currere tempus ſecundo, non expectato fine temporis præfixi primo. §. quibus. & §. ſi. ſuprà alleg. ubi iura aperta ſunt.

Tertiò refragantur uerba hîc in fi. l. poſita, quaſi ſuis ſitam curriculis conſequatur. quæ nota ſunt im proprietatis. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. Sed excluſo primo ſecundum iſtum intellec. uerè proprieq; ſecundus eſſet in curriculis ſuis ſeu in curſu tempo ris ſibi præfiniti: & uerba legis ſunt propriè intelligenda. l. ita uulneratus, cum ibi not. per Bart. ff. ad l. aquil. ergo datur intelligi hunc non fuiſſe uerum ſenſum & intellectum iſtius legis.

Quartò, quia de curſu temporis non uidetur fieri mentio in hoc text. ſed tãtùm de ualiditate actus, ibi, efficaciam conſequatur.

29 Secundus intellectus fuit etiam gloſſatoris † hîc quòd ſi intra tempora primi ſecundus ante tempus ſibi præfinitum bono. poſ. petat, nihil ei præiudicet. glo. obſcurè locuta eſt per uerbum ei. poteſt enim intelligi ei, id eſt ipſi primo, ut hîc intelligunt Bald. Paul. Rimi. & Iaſ. & poteſt comprobari, quia Accurſ. dixit ei, non autem ſibi prout dixiſſet, ſi de præiudicio ipſius ſecundi agnoſcentis intellexiſſet. Item, quia intentio glo. declaratur ſecundum allegata per eam. iuxta dictum Bart. in §. ſi liberationis uerba. l. non ſolùm. ff. de lib. leg. ſed iura in glo. allegata eo modo loquuntur quòd per actum à ſecundo factum intra tempora primi, non ſit præiudiciũ

iuribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuribus primi. & probatur clarè in terminis in .§. cum filius, in gloſſ,alleg. facit regula.l.id quod noſtrum.ff.de reg.iur.tamẽ Pau. Caſt. intellexit quòd non præiudicetur ipſi ſecundo petenti, quum petitio fuerit inutilis.Alex. ſuprà in ſummario generalius intelligendo & comprehendendo, omnes intelligentias,dicit talem petitionem præmaturè factã, non nocere primo nec ipſi ſecundo.Hic intellectus uerisſimus eſt in ſe,quum interim ſecundus non ha
30 beat ius neque ei ſit licitum, ut ait Bal. † terminum iuris præuenire.l.ſi ita ſcriptum.§.i.ff.de le. ii.l. qui ante Calendas,cum ibi not. per Barto.& alios.ff.de uerb.oblig.Et petitio præmaturè facta fuerit inutilis,ut. ſ. dixi.d.§.cum filius,& notat Rimin. J. in ulti.colum.ideò nimirum,ſi talis petitio nec ſibi, nec alteri præiudicat: ut etiam hic per Aret.& Dec, circa finem.facit regula cap.non præſtat impedimentum de reg.iur. in vi.

Iſte intell. communiter reprobatur, ut hic per Corn.Iaſ.& alios. primò non eſt conſentaneus uerbis legis noſtræ,quæ de præiudicio ipſius agnoſcentis uel tertii uerbum non facit. Secundò refragantur uerba legis ibi, parem efficaciam conſequatur. quæ præſupponunt ualiditatem actus: & prædictus intellectus nullitatem.

31 Inducitur tamen text.† ſecundum iſtum intellect. ad not. quæſtionem,quòd ſi fuerit quis aſſignatus ad probandum in menſe ſeqnenti,& anticipando tempus anteà probationes fecerit,nulliter agit: quia ſicuti non ualet quod fit poſt tempus & terminum præfixum. l. ſi à te. ſ. de pact.inter empt.& uend. ita non ualet quod fit ante terminum: ut hoc text. ſecundum intellectum prædictum; ut hîc per Bald. ſed Paul.de Caſt.in ſi.commenti contrarium
32 tenet, & ſequitur ſimpliciter Alex. † eo quòd probationes fieri poſſunt nulla data dilatione. l. ſi quã do,& l.cum à nobis. ubi Bald. & Paul.Caſt.not.ſuprà de dilat. ideò licèt fiant ante, non obeſt. & ſequuntur Fel.in c.licèt cauſam. colum.viii.de prob. & Iaſ.in l.ſi.col.ſi.de fer.

Sed non recederẽ à deciſione Bald. quando data
33 & ſtatuta fuiſſet dilatio, aliàs † ordinationes & præcepta iudicum ludibrio eſſent. contra tex. l. ſi prætor.ff.de iud.& l.fin.ff. ne quid in loco publ. Et deciſio Bald. & aliorum ſuprà ad oppoſitum allegata, procedere poteſt quando à iudice nulla eſſet aſſignata dies,nec ad probandum data dilatio. Intelligendo tamen adhuc deciſionem Bald. quando factæ eſſent probationes parte citata, aliàs non ſubſiſterent: ut poſt Bald.tradit Iaſo.in d.l.fin. col.ult.

Poſſet pariter iſte text. ſecundum prædictum in
34 tellectum induci ad aliam not.quæſtionẽ, † de qua per Fulg.in conſi.ccx.in fin.de Canonico,qui optauit præbendam intra tempora aliis competentia,q̃ non ualet optio,nec præcedentibus præiudicat.

35 Tertius intellectus fuit antiquorum † Odofr. & Alber.relatus hic per Iaſ.in ult. colum.quòd repudiante illo qui primo loco ad bonor. poſſ.admittebatur, tranſacta aliqua parte temporis ſibi præfiniti incipiat currere tempus ſecundo, qui tamen habebit terminum ſibi ſtatutum integrum: nec tempus illud tranſactum deliberante primo computabitur in tempore ſibi competenti. pro quo intelle, uidetur facere text.l.ii.in. §.penul. ff.quis ordo. & præalleg.§.cum filius.l.ſi filius.ff.de bon.lib.Et iſte intell. uerisſimus eſt in ſe & probatur per iura præalleg. tamen ad hunc tex.minus cõuenit,quam præcedentes: quia uerba legis aliud præſeferunt:& obſtant quæ contra alios præcedentes adduximus.

Primò quòd Imperator hîc nihil de nouo introduceret.

Secundò per uerba text. ibi, par eſt efficaciam. quæ non inſinuant quòd tempus tranſactum deliberante primo, cui deferebatur bonor. poſſ. ſecundo non obſit,ut diceret ſecundum iſtum intellectũ; ſed aliud præſeferunt,ergo &c.

Tertiò, quia dubium non eſt quòd tempus præcedenti competens & eo deliberante elapſum,non uenit computandum in termino præfinito ſequenti in gradu. nam de hoc inanis & ſtulta eſſet dubitatio: ergo reiicienda. l.Domitius Labeo. ff.de teſtament.

Quartus fuit intellectus Roman. & Salic. pere-
36 grinus, † quòd ſi notatus ſecundo loco ad bonor. poſſ. intra tempora primi,& ſic properantius & celerius quàm debebat, ut hîc dicitur, eam agnouerit effectum conſequitur agnitio, & parem efficaciam ac ſi competenti tempore eſſet facta,excluſo poſteà primo repudiatione aut morte. hunc intellect. ut pulchrum & peregrinum ſequitur hîc Corn. col. ii. Alexand. & Rimin.ultima,licèt Iaſ.in principio. l. quamuis, in fine commenti uacillet. qui quidem intellect. aliàs etiam mihi placebat. quia hæc materia bonor. poſſeſſ. in æquitate fundatur. ut in præalleg.§.emancipati. & inſtit. eo.per totum.ea propter Imperator hîc reiectis apicibus & ſolemnitatibus iuris diſpoſuerit in principio. l. qualemcunque agnitionem hodie apud iudicem factam ſufficere pro antiqua petitione & concesſione bon. poſſeſſ. Et in ſecunda parte legis ſubiunxerit aliam nouam prouiſionem in materia bonor. poſſeſſ. in æquitate fundatam: ſecundum quem intellectum uerbum exeratur in text. poſitum exponi debet, id eſt emittatur & proferatur, iuxta illud Perſii Satyrici: Digitum exere peccas. hoc eſt profer. & emitte. Et Oui dii faſtorum primo, altius exteruiſſe caput. Et eſſet ſenſus eo addito,ut qualiſcumque teſtatio agnoſcẽdæ bonorum poſſeſſ. intra alienam uicem tempora properantius & celerius exeratur, id eſt emittatur & proferatur, efficaciam conſequatur &c. ex quo conſtat de animo uolentis agnoſcere bonor. poſſeſſ.

Secundum quam declarationẽ & intelligentiam
37 hic tex. inducitur ad q̃nem† duorum diuerſis temporibus impetrantium Canonicatum primò uacaturum in certa eccleſia, quem infra menſem duxerint acceptandum. ſi ſecundus intra menſem primi acceptauerit, primo poſteà excluſo per repudiationem, non erit opus noua acceptatione: ut hîc per Corn. colum.i. & Alex. ultima. immo exigitur quòd quilibet acceptet infrà primum menſem, ut per Corn. licèt Alexan. præſupponat duos menſes prædictis impetrantibus competere, unum uidelicèt cuilibet, quoniam ambobus unus tantùm menſis competit. Et ideò ſecundus acceptans intra menſem à die uacationis congruo tempore dicitur

acceptaſſe: quia etiam ſibi competebat menſis prædictus. Ita quòd rectè intelligendo,iſte tex.nihil faceret ad quæſtionem prædictam,de qua tamen uide Sali.plenè in conſi.incip.A.& B.Io.Fab.& alios in §.fin. inſtit. eod.

Aret.hîc & ambo Decii poſt Seuer.intellectum prædictum damnant: quorum motiuis facilè eſt reſpondere.

Nam ad rationem Aret.de l.qui ſuperſtitis, iuncta l.is poteſt,de acquiren.hæredit.ultra ſolu. Decii.& Iaſo.in ſi.l.reſponde ut per eundem Iaſo.in l. clam poſsidere, in §. qui ad nundinas.colum. ſi. ff. de acquiren. poſſeſſ.

Ad ſecundam rationem quòd non ſit licitũ terminum iuris prꝫuenire, pariaq̃; ſint facere actum ante tempus,& facere poſt tempus. reſpon.not. ut hîc per Rimin.in ult. colum.

Ad.§.cum filius.l. ſi filius.ff.de bon. lib. ubi dicitur,quòd præcedente alia poſſ.qui ſequitur,non poteſt interim accipere.Reſpond. uerum eſſe, ut ſortiatur effectum eo tempore, quo accipitur, & contra illum qui præcedebat.ita uult text.d.§.cũ filius. non autem quòd ſi ſecundus acceperit & primus excludatur,quòd acceptatio nõ operetur effectum in tempore congruo ſecundum intellect. Salic. & Roman.

Ad rationem Decij hîc in fin.de correctione legis. Reſpond. non corrigi, ſed limitari in materia bonor.poſſeſſ.propter æquitatem. uel ſi etiam uelis corrigi.d.§.cum filius,dicam conſtare de intentione & mente legis id facere uolentis, ibi, eo addito. Et per conſequens tota lex noſtra erit correctoria iuris antiqui.

Ad §.fin.inſtit.eod.per quem Iaſo.in d.§. qui ad nundinas,colum.fin.hunc intellect.Roma. reprobabat aut de eo dubitabat. Reſpond.quòd licèt uerùm ſit & procedat, quòd ibi dicitur, tamen non probat talẽ fuiſſe ſenſum & intellectũ legis noſtrę.

Nunc autem grauius pedem figens, licèt in uia diſputationis intellect.Rom.poſsit defendi,tamen in uia ueritatis illi non puto eſſe adhærendum neque tenendum eſſe.

In primis, nõ eſt ueriſimile quempiam ſcienter agnoſcere bonor. poſſ.intra tempora alterius præcedentis eum in gradu: & ſic tempore quo bonor. poſſeſſ.alteri delata erat,faciendo actum nullum & inutilem ab initio.argum.l.iij.ff. de mil.teſt.l.quoties nihil.ff.de uerbo.ſign.& & de reg.iur. & quòd legiſlator uoluerit hîc caſum talẽ ueriſimiliter non contingentem decidere.argum.l.non eſt ueriſimile.ff. quod met.cauſa. & l.nam ad ea.ff.de legibus. eò maximè, quòd iſta lex non eſt facta ad interrogationem alterius,ſed populo Rom. directa, ut ex ſuprafcriptione legis apparet.facit lex ſi quis ita,ad fin.ibi,quod nemo ſanus diceret.ff. de euict. quòd ſermones noſtri rebus ſenſatis & intellectu fruenti
38 bus,non autem chymericis adaptandi ſunt † abſonumq̃; uidetur & contra regulas iuris talem agnitionem prꝫmaturè & incongruo tempore factam, efficaciam conſequi debere: ut hîc per Rim.in ult. colum.facit text.not.ff.de iure fiſ. in l.edicto. in §. cum ante, ibi, neque enim dignam eſſe prꝫmio tã
40 præcipitem feſtinationem prioris. hoc ergo abhorret lex.

Secundò,quia text.in præalleg.§.cum filius, omnino confundit intellectum Rom.& prædictorum dum inquit: ſine dubio qui ſequẽtis gradus ſunt, ad bonorum poſſeſſ.non admittuntur: & interim cum præcedit alia bonor. poſſeſſ. qui ſequitur non poteſt accipere.pondera negatiuam illam prepoſitam uerbo poteſt,quæ importat nullo modo admitti petitionem ſecundi præcedente primo: ergo inutilis omninoq̃; nulla fuiſſet. Præterea & tertiò una lex declaratur per aliam. l.non eſt nouum.ff. de ll.l.j,cum not.ibi per Soc.ff.de reb.dub.

Compilatores inſtitutionum qui ex legibus Digeſtorum & C. ut plurimum text.inſtitutionũ extraxerunt, ut apertiſsimè ex eis liquet, poſuerunt in d.§.fin.inſtit. eo. duas deciſiones de quibus in l. noſtra per uerba clariora & legalia, quòd hodie ſufficiat qualitercunque agnoſcere bon. poſ. & animum ſuum demonſtrare. Quodq̃; ſi quis delatam ſibi bonor.poſſeſſ. repudiauerit,non expectetur finis temporis præfiniti excluſo: ſed cæteri ſtatim admittantur, & bonor. poſſeſſ. ſuam conſequatur efficaciam, incipiatq̃; tempus currere, ac ſi prior ex eo numero non fuiſſet: ut etiam dicitur in l.j.in §. ſi intrà,cum ſequenti inci.quibus.ff.de ſucceſ. edict.& in.§.fin.inſtit.eo. † Eapropter hęc lex declara
39 tur per illa iura, ut intelligatur ſecundum primam lecturam.

Quòd primo cui deferebatur bonor.poſſeſſ.per repudiationem excluſo,admittatur ſecundus, ac ſi primus ex eo numero non fuiſſet: ut dicitur in iuribus præalleg. & conſequenter Imperator in hac lege uoluerit dicere: hodie ſufficere quoquo modo agnoſcere bonor.poſſeſſ.apud aliquem iudicem intra tamẽ tẽpora edicti. quòd ſi intrà prædictum tempus ille cui bonor.poſſ.competebat, illam non petierit, defertur cæteris, ac ſi ille qui præcedebat ex eo numero non fuiſſet. Et hic eſt primus intellectus ac ſenſus ſuprà relatus, ſed aliter & melius declaratus: quem (ut dixi) Doctores communiter ſequuntur,immo Iuſtin. ipſe in d.§.fi.ita interpretatur.l.noſtram: & iuuenibus loquens uerbis clarioribus & magis legalibus declarat.

Non obſtant modò quæ contra illum in ſuperioribus adducebam. nam ad primum arg. de uerbis eo addito,bona eſt reſponſio Decij hîc in uſt.colũ. ut additio facta dicatur in hoc titulo & in hac lege ad deciſionem poſitam in principio legis.& eſt pertinens additio & declaratio in materia bono poſſ. in hoc loco,ubi de ea principaliter agitur:quinimmo una eademq; lex uerbo tenus in diuerſis titulis poſita, non eſt ſuperflua propter diuerſitatem titulorum & uarios reſpectus ſituationum: ut per Fel. in prooem. Rex pacificus col. ult.

Ad ſecundum motiuum reſpond. non eſſe uerum dici ſecundum primum intellect. gloſſ. quòd bon. poſſeſſ. agnita fuerit intrà tempora primi, ſed quòd intrà tempora primi bono. poſſeſſ.exerata.i. nudata, aperta & delata fuit ſecundo properãtiùs, quia illud tempus præfixum erat primo,non ſecundo, ſed primo excluſo renunciatione puta, aperta
40 eſt uia ſecundo properantiùs & citiùs ſolito. † & ſic uerbum exeratur,alibi in iure noſtro fortè non

Universidad de Deusto
Biblioteca

usurpatum exponi debet nudetur ac aperiatur, bonor. possess. scilicèt de qua hîc tractatur. iuxta illud Statij: fulgentemque exerit ensem. id est extrahit & nudat.

Ad tertium de dictione quasi improprietatis nota, quod uidebatur ostendere communem sensum non esse uerùm: quia excluso primo repudiatione uel alio modo statim admittitur sequens, ac si primus ex eo numero non fuisset. Respond. ut hîc per Dec. in ult. colum. & quum etiam alibi sit ueritatis expressiua, ut in l. si id quod, cum ibi not. per Alexan. ff. de acquir. possess. non inconuenit, maximè per prædicta, hîc eo modo stare. Et de industria (ut dixi) Imperator hîc obscurè locutus est. ideò Iustinianus ad iuuenes in d. §. fi. Instit. eod. has decisiones tradens, clariùs locutus est secundum hanc cõmunem intellectum: ex quo manifestè liquet, ita debere hanc legem intelligi.

Ad quartum & ultimum respond. quòd immo fit mentio de cursu temporis: quia si bonor. poss. delata properantius consequitur efficaciam, ac si primus ex eo numero non fuisset, quia statim admittitur secundus non expectato fine tẽporis primi, sequitur de necessitate, quòd secundus statim potest agnoscere: & propterea sibi currit tempus agnoscendi, ac si primus non fuisset ex numero eorum quibus bonorum possess. delata fuit. iuribus supra alleg.

Et secundum hunc primum & communem intellect. iste tex. induci potest ad plures not. quæstio
41 nes: † prima fuit Bald. hîc, quòd si à iudice datus sit terminus actori ad probandum dierum decem, & aliorum decem dierum sequentium reo ad probãdum eius exceptionem: actore renunciante termino sibi dato, statim currit reo tempus dilationis sibi statutæ: per hunc text. iunctis prædictis. Et quia finita causa dilationis finitur dilatio: iuribus uulgaribus. Et quicquid dicat Rimin. Doct. hanc decisionem Bald. sequuntur communiter ut hîc per Corn. col. iij. Ale. & Dec. ultima, & Aret. in l. si quis hæres ita, col. j. per illum tex. ff. de acquir. hære. limita tamen ut per Alex. post Fulg.

Secundò inducitur ad aliam qõnem per Pau. Castr. si statuto caueatur, quòd appellare quis debeat infrà decem dies, & post decẽ dies habeat quadra
42 ginta dies ad prosequendum appellationem. † Introducta appellatione prima die statí incipient currere alij quadraginta dies: per hunc text. & prædicta. Alex. hîc in prima parte glo. referendo Paul. de Castr. simpliciter cum sequitur. quem similiter approbant Fel. in c. quod ad consultationem. col. pe. de re iud. & Aret. in. d. l. si quis hæres ita. ad fi. allegans pro decisione Paul. Castr. text. in clem. sicut cũ glo. de appel. ubi licèt tempus decem dierum ad appellandum præfixorum non confundatur cum fatali dato ad prosequendum appellationem, nec curat ipsum fatale, nisi post dictos decem dies: tamen si appellatum fuerit ante decem dies, incipiet statim tempus currere. Corn. tamen hîc colum. j. Ale. & Rimin. ult. tenent contrarium. quia non dicitur finita causa dilationis, licèt appellatio sit introducta: ut per eos.

Præterea, uerba statuti propriè intelligẽda sunt, & ad ungem obseruanda: præsertim circa tempus: ut per Alex. in consi. xlii. col. vi. uol. i. & consi. 100. colum. ii. lib. v. & Iaso. in auct. quæ supplicatio, col. ii. supra de precibus imper. offer. Ad text. præalleg. clem. sicut, respond. posset tenendo hanc partem, iure non caueri, ut post decem dies ad appellãdum datos, annus prosequendæ appellationis currat: ut ibi dicit: text. ideò nimirũ si incipit statim currere.

Saluari tamen posset decisio Paul. de Castr. quando appellans posteà nihil fecit: & sic non uariauit nec appellationem mutauit, ut dicebat Alexan. & per consequens uerè & omnino finita est causa dilationis: ut tunc statutum recipiat interpretationẽ passiuam, quòd finita causa dilationis sit finita dilatio. iuxta l. ii. §. de noxal. & no. per Alex. & alios in l. i. in §. lex falcidia. ff. ad l. falc. & in auct. præterea, colum. v. j. unde uir & uxor.

43 Posset pariter hic tex. † induci ad plures alias notab. quæstiones, de quibus breuitatis gratia uide Alber. de Ros. in ii. parte stat. quæstione dcxxi. Io. Fab. & alios in §. fin. instit. de bonor. poss. Aret. in d. l. si quis hæres ita. Corn. hîc col. i. ubi Alex. ultima eundem Alex. in l. si mater. j. de institu. & substit. & in l. fin. colum. fin. infrà de repud. hæred. & in consil. lxxv. lib. ii.

Glossæ sunt expeditę in notabilibus: & consequenter in rubr. & his tribus legibus, quas interpretatus sum, absoluta est (Deo fauente) ordine pulcherrimo tota materia bonorum possessionum in celeberrimo Gymnasio Patauinorũ pridie idus Decembris. 1548. Et si iam annis uiginti quinque præteritis hanc materiam sæpe enucleauerim, & ad diuersas orbis regiones scripta mea per auditores nostros fuerint delata: ita ut non sit mirum, si quandoque alios sibi appropriasse labores nostros uidebitis.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dubitandi & decidendi.*
2 *Facta non præsumuntur prout confecit quis testamentum, quòd adiuerit uel repudiauerit hæredem. & num. 37.*
3 *Intestatus, intestabilis & ab intestato ualde differunt.*
5 *Suitas quid sit, & de effectibus suitatis, & numer. sequent.*
7 *Suitatis fundamentum est in patria potestate, & num. seq. & ommno. 12.*
8 *Sui an & quomodo dicantur posthumi, Episcopi, religiosi; & nu. seq.*
9 *Suus an tenere debeat primum locum tempore mortis parentis, uel satis sit id facere alio tempore, & nu. sequenti.*
10 *Diffinitio licèt copulatiuè dari debeat, descriptio alternatiuè tamen danda est.*
11 *Galli an habeant iura suitatis, & filios in potestate.*
Glo. instit. de patr. pet. in uerbo Romanorum, quæ dicit Francigenas non habere filios in potestate declaratur. ibid.
13 *Suitas non capit nisi unum, & primum gradum, & nu. seq. usq; ad nu. 17.*
Tex. §. interdum. l. qui in aliena, de acquirend. hæredi. declaratur ibidem.
15 *Exhæredatio non tollit patriam potestatem nec suitatem & num. sequ.*
18 *Creditorum intentio agentium contra filium uti hæredẽ patris an sit fundata, licèt non probauerit immissionem. & nu. seq.*
Filius conuentus à creditoribus paternis uti hæres patris an sit condemnandus uel absoluendus alio non facto. ibidem. & si ipse agat contra debitores hæreditarios quid probare debeat. ibidem. & nu. 21.
19 *Filius ergo hæres, ut inquit Apost. an sit bona consequentia. & quomodo procedat. & nume. pluribus sequentibus.*
20 *Abstinere ad hæreditate propriè quid sit. & de beneficio abstinendi. & nu. sequ.*
24 *Exceptio iuris & notoria non est aliter opponenda.*
27 *Successorium edictum quid sit, & quotuplex. & de eo plura. & num. sequ.*
28 *Hæreditas transmittitur non tanquàm adita, sed ut adeunda cum beneficio inuentarij.*
29 *Intellectus qui dantur ad hanc legem qui se patris, excutiuntur & declarantur, & nu. sequ.*
32 *Hæreditatem repudians an & quando censetur repudiare etiam bonor. pos. de iure prætorio. & num. sequentibus. & 40.*
36 *Intellectus communis ad hanc legem defenditur. & nu. sequentib.*
38 *Successorium edictum in casu istius legis potentius est iure transmissionis.*
39 *Facultates hæreditatem important.*
40 *Sui hæredis existentia ac uis suitatis an faciat bona defuncti hæredis dici absque immissione.*
41 *Bono. poss. an sit necessaria in casu istius legis.*
Lex ista an hodie possit dici correcta per legem unicam infrà de his qui ante aper. tab. ibidem.
42 *Transmissio hæreditatis ad hæredem ratione sanguinis an sit potentior illa, quæ fit iure suitatis. & nume. sequen.*

In l. Qui se patris. C. unde lib.

Ex ista quam omnes difficillimam & utilem prædicant, commendatione non eget. etsi ignorantes, qui eam non intelligunt, nec propter profunditatem materiæ & apices iuris, ut intelligant laborare uoluerunt; eam inutilem dicant ac negligant. ut hîc post Cyn. & Alber. scribunt Iaso. & alii in primis colum. indiget magis declaratione, quàm prolixitate scripturæ. ideò nitar omni conatu resecatis superfluis, & omissis pluribus, quæ Doct. perperàm inculcarunt, illam uobis claram reddere, & paucis lectionibus absoluere.

H. D. in summa secundum uerum & communem sensum. Auo intestato defuncto relictis filio & nepote, si nepos paternam hæreditatem repudiauerit, hæreditatem auitam, quæ patri suo delata fuerat, non potest de iure ciuili consequi: sed de iure prætorio per bon. poss. unde lib.

Diuiditur secundum Cyn. & Angelum in duas partes, prout duas ponit decisiones. secunda ibi, nisi, uel in tres, ut per Iaf. & Decium.

Casus figurari potest ut hîc per omnes scribentes: sed clariùs ut hîc per Iaf. colum. x. & xi. quæ figuratio casus procedit secũdum communem intellectum de quo infrà latè uidebimus.

Omissis rationibus dubitandi & decidẽdi Paul. de Castr. hîc in ii. colum. quæ sunt secundum suum intellectum reprobatum, sed secundum communẽ
1 ratio dubitandi potest assignari: † quia pater & auus sunt diuersæ personæ ut in tit. C. ne fil. pro pat. & hæreditates eorum diuersæ sunt, ut hoc tex. appa ret: ideò nepos excluſus per repudiationem suam ab hæreditate patris, non uidebatur per hoc excluſus ab hæreditate aui. arg. l. si domus. ff. de ser. urban. præd. & quia ex diuersis non bene infertur. l. fin. ff. de calum. & l. Pap. exuli. ff. de mino. Vnde nepos qui excluſo filio à succes. patris sui immediatè uenit & succedit. l. iiii. in fin. ff. unde liber. non uidebatur prohibitns succedere auo, & facultates eius susc ipere.

Cuius contrarium deciditur in l. nostra. ratio decidendi potest assignari secundum communem intellectum, ut hîc per Iaf. colum. x. post Doct. & sequuntur communiter Moder. ut hic per Deci. col. ix. & Curt. v. quia nullam uiam habet, per quã possit ad successionem illius uenire, ut per præfatos.

Ex quorum dictis patet solutio & responsio ad rationem dubitandi: quia nepos isto casu non poterat uenire ad successionem aui, nisi per medium patris: ideò nimirum si sublata uia ueniendi per medium patris, non potest aui hæreditatem consequi de iure ciuili. Et maximè emancipatus, quia nõ potest uenire tãquàm suus nec tanquàm agnatus, quum esset incognitus de iure ciuili, secus autẽ de iure prætorio: quia patre non accipiente bon. poss. in bonis aui uocatur à prætore nepos. l. iiii. in fin. ff. unde libe. ideò nimirũ si de iure prætorio potest tunc auo succedere: & sic de iure prætorio habet uiam succedendi apertam, de iure ciuili non.

Procedã in interpretatione istius legis more solito: primò literam in aliquibus locis apostillando. Secundò præmittendo quædam cuidentialia in quibus intellectus istius legis excutiam, illamque declarabo.

In text. ibi post auum. hoc dicitur cũm mysterio: quia si uiuente auo decessisset, non obstaret filio & nepoti: quia ex persona sua tanquàm proximior & suus posset auo succedere, & sic de iure ciuili. §. i. & §. cum filius. instit. de hæred. quæ ab intesta. defer. & sic non procederet tunc lex nostra, ut hic per Rimin. col. i.

In eo tex. ibi intestatum. cũ mysterio ponit, quia si testatus decessisset, nepos potuisset uenire ad hæreditatem aui eum uocãtis de iure ciuili, ut hic per Rimin. & probatur in l. lege, de uerbor. signifi. & tamen hic dicitur quòd non potuit uenire de iure ciuili, ergo cum mysterio loquitur Imperator in successione intestati.

Item cum mysterio loquitur de auo intestato, sentiens patrem testatum: quia si uterque fuisset intestatus, ita dixisset de patre sicut dixit de auo: ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 uoluit Curt. hîc in vi.col.† Quod uerum non uidetur, quum testatum fuisse sit facti, quod non præsumitur: ut est text.in l.si emancipati. ff.de colla. absonum est igitur dicere, quòd supponat patrem testatum. Nec obstat ℘ loquatur tantùm de auo intestato. quia istud est, quia quæstio & difficultas solùm erat de hæreditate aui, nõ de hæreditate patris: ideò nõ est uis quò ad patrem, an decesserit testatus uel
3 intestatus.† Rectè etiam dixit intestatum, ex quo testari potuisset.l.j.in princip.ff.de suis & legit. & an quæue sit differentia inter intestatum, intestabilem & ab intestato, dixi. plenè in.d.l. si emancipati. ubi uidendum est.

In tex.ibi negat hæredem.etiam hoc positum est cum mysterio: quia si non negasset se hæredem patris, potuisset aliquo casu auo succedere de iure ciuili secundum Rimi. hîc col.i. posset enim tunc uenire de iure ciuili ex persona patris, ut hîc per Dec. col.iii. Nunquid autem per prædicta uerba inducatur repudiatio hæreditatis, uidebimus. ff. in glo.

In eo text.ibi, aui paterni. Cum mysterio loquitur de successione aui paterni per rationes prædi-
4 ctas. † secus enim esset in successione aui materni ad quam de iure ciuili etiam nepotes uocantur. §.i. insti.de Orfi.senatusconsul. de quo pleniùs hîc per Iaſ.in x.col.Dec.ix.& Curt.vi.

In eo tex. ibi, maximè emancipatus. Istud hîc ponitur tanquàm indubitatum, quia emancipatus erat isto tempore incognitus de iure ciuili: ideò Areti.hic in ii.colum.dicit quòd dictio maximè, abundat. Et casus de quo hic dubitatum principaliter fuit, erat, quando uterque erat in potestate secundum Cur.hic in vi. colum. & istud erat ualde dubitabile, ut diximus.

Et istud quod hic dicitur de nepote emancipato optimè procedit in sensu directo, sed in sensu contrario lex ista nõ procederet, quia emancipatus nepos quum de iure ciuili esset incognitus, siue negaret se hæredem patris siue non, indistinctè excluderetur à successione aui de iure ciuili, quum (ut dictum est) esset incognitus: ut declarat Deci. infrà colum.vi.in fine.

Pro intelligentia dicendorum plura præmittunt scribentes ad nauseam usq; loquentes, ut hic per Iaſo.& prius per Ang.de Periglis in d.l.in suis, per Ix. col.hac materiam tractantem. Sed restringẽdo fimbrias, necessaria tantùm attingam. Primò, quia de
5 suitate hic principaliter tractatur, ut à diffinitione proficiscatur disputatio, † uideamus quid sit suitas Dec.hîc & Curt.colum.i.sequuntur diffinitionem Baldi & Ang.de Periglis latius finientis ut per eos. Soci.in l.si filius qui patri, col.viii. ff. de uulg. quia omnis diffinitio est periculosa, noluit diffinire, arbitratus satis esse declarare quid sit, ut ibi per eum.

Ea autem quę hic scribit Dec.defendendo quod in diffinitione relata, de patria potestate dicebatur; & si taceat, fuerunt dicta Aret.in cap.in præsentia, colum.fi.de proba.& in l. lege Cornelia de testam.

Dicunt ergo præfati post Ang. ℘ suitas est quod dam ius intellectuale directum propter patriam potestatem, & quandam domesticitatem dominii bonarum ascendentium continuationem ad successionis proximos post mortẽ immediatè inducens.

Et in quantùm præfati in diffinitione ponunt, ℘ est ius intellectuale eò ℘ magis intellectu percipiatur, quàm alia demonstratione. hoc non multum mihi placet. quia actio tale quid est, & tamen in diffinitione eius nõ dicitur ℘ sit ius intellectuale, sed ℘ est ius simpliciter. ut insti.de actio. in prin. & idẽ est in cæteris iuribus ut instit. de rebus corpo. & in corpor. & in l.seruus. in §. incorporales. ff. de acquirerum domin. Soci. in d.l. si filius. colum. ix. ergo in diffinitione in qua nihil debet superesse nec abesse, & quæ breuis debet esse, non est apponendum istud uerbum intellectuale.

Rursus parum placèt, ℘ in diffinitione ponitur directum, eò ℘ non transeat suitas in alium. quia licèt in suis non sit locus successorio edicto. l.i. §. sciẽdum, ff. de suis & legit. tamen iura directa bene possunt transire de persona in personam. c. quàm periculosum. vii. q.i. ubi ius primogenituræ quod est directum, transire potest in alium per cessionem. Nisi respondeas, ℘ dicitur directum, quia est inseparabile à persona. Et licet nepos succedat in locũ filii. d. §. sciendum. hoc tamen est priuatiuè, nõ transmissiuè: ut declarat Bar.in.l.ii.in iiii. oppos. ff. de liber. præter. quia nepos succedit in locum patris priuati uè, quum priuato filio suitate per mortẽ uel aliter, ius suitatis deferatur successiuè nepoti, qui uenit ex persona propria, non ex iure trãsmisso. l. posthumorum. ff. de iniust. rupt. testam. ut per Bart. in. l.i. in. §. si sit nepos col.i. ff. de colla. dotis. & in l.i.in. §. si filius. ff. de coniug. cum emancip. liber. & tradit Dec.in consi. ccccxliii. col.iii.

Præterea, ℘ in diffinitione prædicta Ang. de continuatioue dominii dicitur, est effectus unus suitatis, non substantia suitatis: ergo non conuenit in diffinitione, ubi solùm poni debent substantialia rei diffinitæ. l.i. cum ibi not. ff. de testam. nec obstat replicatio Decii quòd possit tantùm demonstrari suitas per effectum. quia licèt istud esset uerũ, non esset ratio quare magis iste effectus poni deberet in diffinitione, quàm alii, qui plures sunt: & usque ad quindecim enumerat Corn.in d. l. iii. in col. xxii. cum sequenti. ff. de iure delib. & priùs Ang.in repetitione. d.l.in suis.

Aliter suitatem diffiniunt etiam Moder. Medio. in Parergon iuris lib.v.cap.cxix. dicentes, quòd est qualitas hæredum, qui primum in potestate paterna locum tenent, continuationem dominii necessitatemq; successionis ipso iure inducens. est satis in geniosa diffinitio.

Attamen, non euacuat bene materiam, nec essentiam rei diffinitæ ostendit. iuxta l. primam cum ibi notatis per Bar. ff. de testa. Ideò quum fundamentum suitatis sit patria potestas (ut dixi) id dici in diffinitione debet. Secundò, ut in superioribus dixi, inducitur à lege non ab homine. ergo exprimendũ in diffinitione. Tertiò, quia ponit effectus patriæ potestatis, qui non debent poni in diffinitione. l. cũ no. ℘ Bar. ff. de appel. Et si pur ponendi sunt, quare magis unus quàm alii, qui plures sunt, ut dixi? quia suitas est absq; continuatione dominii, ut in exhęredato. l.i. §. sciendũ. ff. de suis & legi. ubi Bart. no. Cur. hic co.ii. & Iaſ.in l.qui i aliena. i §. iter col. i. ff. de acq. hær. ergo diffinitio prędicta min. bona.

Quinto

na. Quintò & ultimò suitas nõ est illa quæ inducit necessitatem successionis, sed illam inducit lex propter suitatem. ita uult text. instit. de hæred. quali. & differentia. in §. sui. dicens, quòd sui sunt propter domesticitatem illam & continuationem dominii. prout etiam dicit text. notabitis in l. cum ratio, in princ. ff. de bon. damn.

6 Ego uerò hoc modo describerẽ suitatẽ. † Quòd est ius ex dispositione legis propter patriam potestatem causatum in descendentibus primum locũ tenentibus tempore mortis, uel quo hæreditas defertur.

Ius ponitur in descriptione tanquàm genus, ut instit. de act. & oblig. in prin. alia, ut differentię specificæ. ista diffinitio ostendit quidditatem & essentiam rei diffinitæ, ergo bona.

Quod sit ius, probatur instit. de hæred. quali. & differentia. & de exhær. liber. in §. posthumorum. ff. de iniusto rupt. & irrit. testam. Quòd ex dispositione legis sit causatum, probatur instit. de hær. quali. & differentia. in §. sed sui, ibi, ex lege duodecim tabularum hæredes fiunt. Ideò homo non potest suitatem uoluntate sua introducere Aretin. in dicto §. interdum. l. qui in aliena. colum. prima. ff. de acquiren. hæred.

7 Quod fundamẽtum suitatis † sit patria potestas, & ab illa dependet suitas, est tex. in dicto §. sui in §. posthumi. instit. de hæred. quæ ab intest. & in l. lex Cornelia, in fin. ff. de testam. & notat ibi Aret. & in d.c. in præsentia, col. fin.

8 Non obstat † quòd posthumus & Episcopus dicantur sui, & tamen non sunt in potestate patris: ut post alios tradit hîc Decius. & prius per Aretin. in locis prælegatis. quia respond. ut ibi per eosdem. Et dicit Ar. in d.l. lex Cornelia, teneas securè quòd propriè suitas mera non datur sine patria potestate tempore mortis. per illum tex. & d. §. sui. alii uerò de quibus suprà sunt sui fictè & impropriè, ut ibi per eum, & in d. §. interdum. col. i. & sic diffinitio seu descriptio prædicta, est de suitate propriè sumpta, quæ non est sine patria potestate: fictè autem & impropriè sic, ut in dictis casibus, & instit. de hære. quæ ab intest. defer. in §. interdum, ubi fictè datur suitas, licèt tempore mortis non esset talis in potestate patris. Et prædicta procedunt in successione
9 ab intestato in suitate propriè considerata: † facto autem testamento sufficit quòd quis teneat primũ locum tempore quo testamentũ destituitur, ut sit suus. prælegato §. sciendum. ubi Bar. notat & Pau. Cast. hîc in iii. colum.

Et licèt descriptio non comprehendat illos casus, non est damnanda: quia sunt casus speciales, qui licèt non comprehendantur in diffinitione seu descriptione, non insiciant descriptionem uel diffinitionem: sufficit enim ad regulam adaptari. l. omnis diffin. cum ibi per me dictis de reg. iur.

10 Item licèt diffinitio danda sit copulatiuè, † per ea quæ dixi in d. l. omnis diffin. descriptio potest dari alternatiuè. l. i. ff. de pact. rem descriptam demonstrando.

11 Ex prædicta diffinitione sic declarata † resultant multi notabiles effectus, & plures quæstiones possunt decidi, ut per Soci. in d.l. si filius. colũ. ix. Dec. hic & alios in locis prælegatis.

12 Et notandum est † quòd dixit famosa illa glo. in stit. de pat. potest. circa finem in uerbo Romanorũ quòd Francigenæ non habent filios in potestate: & ideò iura suitatis apud eos non erunt. ex quo inferri potest ad infinitas quæstiones. Id enim ius ad ciues Romanos tantùm pertinebat, ut in tit. prælleg. de patr. potest. unde qui iura ciuitatis Romanæ nõ habebant, filios in potestate, quæ erat ciuium Roman. non habebant. ergo bene dicit illa glosſ. Accurſ. de Francigenis loquens, quòd non habent filios in potestate, & consequenter iura suitatis non erunt apud eos. prędictam glosſ. dicit communiter approbatam & sequitur Iaſ. plura accumulans in l. fina. colum. pen. ad finem. ff. qui testa. fac. possſ. & latiùs in l. moribus. col. iiii. ff. de uulg.

Dec. hic colum. ii. dicit se credere quòd dictum illius glo. non seruetur in Gallia, quia habetur ibi ratio patriæ potestatis, ut per eum, & per Mod. Mediol. in ii. Dispũ. c. xxii. Moderni de Ripa in d.l. moribus. colum. ii. sequuntur istam opinionem contra illam glo. quia Galli postquàm fuerunt sub Imperio Romano habuerunt ius ciuitatis Rom. ut tradunt historici: ergo potestatem patriam & iura suitatis. Vos uidete not. Aquensem uirum Excellentissimum, & de consuetudinibus Galliæ instructum, dicentem propterea illam gl. malè dicere, & in Francia seruari contrarium, quia habent iura ciuium Romanorum in l.i.in §.in filii. ff. ad Trebell. quod not. uos domini Vltramontani. uidete etiam quæ dicam in l. frater à fratre, in euidentialibus. ff. de condit. indeb.

Secundò præmitto quòd plures sunt species liberorum, ut hic latè per Iaſo. post Angel. de Periglis & alios. Et hæredum triplex est qualitas, ut hîc per Bald. & Dec. & declarat clarè tex. insti. de hære. qualit. & differ. ubi scribentes.

Cum primam speciem suorum & necessariorũ,
13 Doct. communiter concludunt, quòd † ad hoc ut quis dicatur suus & necessarius, requiritur quòd nemo illum præcedat in gradu: quia suitas non capit, nisi unum gradum. l. sui. §. sciendum, & l. posthumorum. prælleg. adeò enim est superba, & indignabunda suitas, ut non patiatur præcedentia. iõ nepos existens cum patre in potestate aui non dicitur suus, ut ibi. quod est uerum propriè, impropriè tamen & largo modo sic. l. suus quoque, in princ. ff. de hæred. instit. Dec. hic colum. ii. & Curt. prima. In nepote tamen iura suitatis propriè sunt in habitu & in potentia, quæ multipliciter potest deduci ad actum: ut per Iaſo. in l. qui in aliena, in §. interdum, colum. ii. de acquir. hæred.

14 Et ibi est casus ualde notabilis † limitãs hãc materiam ut procedat in successione ab intestato, secus in successione ex testamento: quia si nepos fuerit hæres institutus, efficitur suus & necessarius, & facit patrem suum hæredem necessarium, licèt non teneret primum gradum.

Circa quem textum ualde laborat Deci. hîc, concludẽs quòd procedit ille text. propter exhæredationem quæ tollit suitatem. quam tamen rationem postea improbat, relinquens insolutum, & se remittens, quia punctus est ualde difficilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aretinus in.d.§.interdum, multùm se inuoluit,
15 nec bene resoluit.† Ias. hic & ibi colum.j.& ij.concludit, quòd exhæredatio non tollit patriam potestatem nec suitatem, licèt suspendat suitatem; sed bene tollitur continuatio dominii, quæ fit de patre in filium, quando pater uult, exhæredando filium, & uocando nepotem: ideò transit suitas facto testatoris instituẽtis nepotem ad ipsum nepotem. ita procedat ille text.

Quæ dispositio non uidetur subsistere posse: quia suitas inducitur à lege, non facto hominis, ut suprà dixi. Secundò, quia si interruptio continuationis dominii propter exhæredationem cum uocatione alterius ad bona operaretur dictum effectum, sequeretur quòd sola exhæredatio cum uocatione alterius etiam extranei tolleret suitatem: quod est falsum, ut dixi, ergo &c.

Curt. hîc in prima charta latè insistit, & concludit exhæredationem non tollere, sed suspendere suitatem. Quantùm ad text. in d.§.interdum, concludit ideò ibi nepotem statim suum dici, quia non interest patris sui, quòd expectetur aditio hæreditatis, non iudicium querelę, ex quo, nepote existente suo, statim ipsi patri acquiritur hæreditas aui.

Quæ solutio & intelligentia non uidetur bona: quia immo interest patris expectari aditionem & iudicium querelæ, nec anteà tolli suitatem, licèt nepos sit institutus: quia potest abstinere, attento beneficio prætoris.§.sed his.instit.de hære. qualit. & differ.l.necessariis, de acquiren.hered.ergo interest patris ius suum conseruari, & suitatem eius non tolli, quamuis institutus fuerit nepos & filius eiusdem patris.

16 Tandem ad text. d.§. interdum.† uidetur quòd ibi sit casus not. multùm & specialis, ubi nepos uiuente patre est suus & necessarius. plura enim ibi concurrebant ad inducendum illum effectum & dispositionem. In primis exhæredatio filii quæ interrumpit illam continuationem dominii, de qua in l.in suis.

Secúdò institutio & uocatio nepotis. per quem actum suitas quæ erat in potentia facilius deducitur ad actum quàm de nouo induceretur, ut suprà dixi. & sic homo non inducit suitatem, sed inductam ad actum deducit, quod facilius est. l. à patre furioso. cum ibi notatis. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris.

Tertiò factum filii acceptantis hæreditatem sibi aseriptam & acquirentis patri, ut præsupponit tex. ibi, acquirent hæreditatem. Et tunc bene uenit id quod suprà dicebatur, quod non interest patris aliud expectari: propterea nimirũ si in casu illo nepos efficitur suus hæres auo.

17 Est etiam casus notabilis† in quo nepos est suus & necessarius, licèt tempore mortis non teneret primum locum. d.§.sciendum. & alius quando testamentum destituitur in l. si quis posthum. §. primo, ubi Ias. in vii. not. ff. de lib. & posthu.

Quia ergo filius ex indulgentia & concessione
18 prætoris (ut dixi) habet ius abstinendi† reducendo rem ad practicam utiliter quæro, an sit fundata intentio creditorum agentium contra filium tanquã hæredẽ patris absq; probatione immissionis?

Et uidetur quòd sic, maximè filio non excipiente quòd non sit hæres & quòd uelit abstinere: quũ ex dispositione legis sit suus & necessarius; ut dixi. † Item propter dictum Apostoli: Si filius, ergo 19 hæres. sequitur glo. in auctẽ. ut hi qui obligatos habere perhibent res minorum. in uerbo parentis. & multi relati per Ias. in locis infrà allegandis.

Tertiò, quia imputandum uidetur filio non opponenti exceptionem sibi competentem ex beneficio abstinendi, quum in exceptione actor reus sit. l.j.& ii.ff. de except. & debet hoc proponi & allegari, etiam quòd sit notorium. iuxta gloss. in clemen. appellante, de appel. Et ita tenent Barb. multos alios allegans in cons. xii. col. vj. & vii. lib. iiii. & Are. in cons. xxvj. in primo dubio.

Contrarium tamen tenent glo. Bart. & communiter scribentes. in l. necessariis. ff. de acquiren. hęred. Primò, quia propter beneficium abstinendi à prætore datum redacti sunt filii ad instar & similitudinem extraneorum in his quæ essent sibi damnosa, ut in proposito nostro. tex. est in l. si filius qui patri. ff. de uulg. ibi Doct. notant. Secundò, quia
20 abstinere † secundum propriam significationem uocabuli, est hæreditatem non tangere. Aret. in d. l. necessariis. colum. iiii. & fin. Alex. in d.§. transgrediamur. colum. iiii. & Soci. in d.l. si filius, colum. ii. & sic filius absque alia deductione & probatione, non tangendo hæreditatem ex concessione prætoris habet intentionem fundatam in beneficio iuris sibi dato. & creditores uolentes obtinere, quod quærunt, debent probare immixtionem. s. factam per filium in bonis paternis, aliàs deficiunt in salutari suo.

Et ista est communis scribentium sententia: ut etiam per Bald. in l.j. in fine C. communia de lega. Aret. & alios in d.l. necessariis. & in l. ei qui, eod. tit. Paul. de Cast. in l. cum hæreditas, suprà depositi. Alexand. in lege si cum dotem, in §. transgrediamur. colum. quarta. ff. solu. matrimo. & in consilio xxxiiii. incipiente Viso. col. ii. lib. iii. Soc. in d.l. si filius, colum. ii. Ias. in d. l. ei qui, & Deci. in l. emancipata. colum. fi. in principio & in fi. suprà qui admitti. & per Rom. & Imol. in d.§. transgrediamur. ubi attestantur communem.

Non obstant allegata in oppositum. nam ad primum respondẽ, quòd procedit considerata dispositione legis duodecim tabularum, quæ faciebat (ut dixi) filium suum & necessarium: secus est hodie attento iure prætorio, & considerata potestate abstinendi concessa per prætorem, quę operatur, ut filius non possit conueniri (ut dixi) nisi probetur quòd se immiscuerit.

21 Ad secundum: Si filius ergo hæres. † dico quòd non probatur lege, ergo &c. eapropter illam glo. damnant scribentes, ut per Ias. in d. lege ei qui. Vel aliter, quòd illud procedit in dubio, secus ubi agitur de damno & præiudicio filii, ut in casu nostro. Alexand. in dicto §. transgrediamur. columna quarta.

22 Facit quod dicimus † de beneficio abstinendi, quod nõ operatur in his quæ essent contra filiũ, sed tantùm in fauorem filii. d.l. si filius. ubi Soc. in fin. commenti, & Deci. in. d.l. Emancipata. ad finem.

Dicit

Dicit etiam Bald. in d.l. in fin. j. communia de leg.
23 quòd illa est naturalis præsumptio † quæ non est loco probationis: debet ergo probari per creditores fundantes se in illa. Et multos casus in quibus illa consequentia Pauli Apostoli non est bona, ponit Curt. consil. cxxxvi. col. ij.

Ad tertium de oppos. excep. abstensionis, respõ.
24 q̃ quum ista sit exceptio iuris & notoria, † non est aliter opponenda: ut post Aret. & alios scribit Ias. in d.l. ei qui.

Sed si filius ageret tanquàm hæres patris, quia aditio solo animo inducitur. l. gerit. & l. pro hærede ff. de acquiren. hæred. non debet probare aliam a-
25 ditionem uel immixtionem, † quia satis probatur ex tali petitione & actione. Bal. in d.l. prima in fin.
26 Alexand. in consil. prælleg. xxxiiii. colum. ii. † tenetur tamen probare filiationem & mortem patris: ut per Soc. in cons. cxx. colum. vii. & viii. libr. j. & Ias. in cons. cii. lib. iiij.
27 Secundò principaliter † quia de successorio edicto lex ista & clarius Doct. tractant: uidendum est, quid & quotuplex sit successorium edictum. Ias. hic colum. vj. & sequen. latè tractat, nec mirũ, quia de eo non tantùm leges, uerùm etiam tituli in ff. & C. conspiciuntur.

Est igitur successorium prætoris edictũ quo mediante prioribus tempore uel repudiatione exclusis sequentes successiuè admittuntur. l. j. in principio, iuncto. §. quibus. ff. de succ. edic. l.j. cum glo. fi. ff. de succes. edi. Ias. hîc col. vj. & Dec. in rubr. ff. de succes. edic. in principio. Et istud successorium edictum non habebat olim locum in suis: ut hîc & in §. sciendum. l.j. ff. de suis & legit. ubi Bar. rationem pnnit & Ias. in colum. vii. post Alex. & Rimin. hodie autem sic, secundum Alex. & Ias. quod est uerùm, impropriè, non propriè loquendo de suitate, ut ff. per Rimin. in. ix. col. ubi præfati scribentes. rationes assignant.

Quotuplex sit dictum successorium edictum, & de ipsis speciebus successorii prædicti, & in cuius fauorem fuerat introductum, ultra dicta. Ias. hic, ui de Rim. & alios in rubr. & in tit. ff. de suc. edic.
28 Tertiò præmitte † ad intelligẽtiam legis nostrę, quòd hęreditas ex potentia suitatis transmittitur, non tanquàm adita, sed uti adeunda cum beneficio abstinendi. text. est not. in l. si quis filium. in. §. primo, ubi Aret. & alii notant. ff. de acquir. hære. quicquid aliter & malè dixerit Are. in. l. uentre. column. xv. ff. de acquiren. hæred. & notat. Cur. hîc column. xv. Ias. & Dec. in l. Emancipata. colum. prima & secunda suprà qui admitti. & idem in aliis speciebus transmissionum.

Quartò omissis ad nauseam accumulatis hîc per Ias. Curt. & alios. & latius per Ang. in d.l. in suis.
29 & Corn. in d.l. iii. C. de iure deliber. † quia siue pater acceptauerit hæreditatem aui, siue repudiauerit, siue decesserit non adita nec repudiata hæreditate, decisio istius text. non uidetur posse procedere: ut hîc per Ias. iccircò legitur multis modis lex ista.

Primus intellectus gl. Bar. Paul. de Cast. & Aret. hîc in princ. & in. iiii. col. quòd pater nepotis decesserit hæreditate patris sui repudiata. Et dicitur hîc q̃ nepos, qui repudiat hęreditatem patris sui, quanuis nõ possit auitam de iure ciuili habere & rõnibus s. assignatis, tamen quia hæreditates sunt separatę, possit illam consequi de iure prætorio.

Hic intellectus penitus diuinat, nec est uerisimile quòd aui hæreditas fuerit repudiata per filium, eò maximè, quòd hic nepos uult & quærit illam nunc consequi & habere; & per alias rationes quibus Ias. hic in. ix. & x. colum. hunc intellectum reprobat.

Sed Curt. colum. xvii. nititur illum defendere, & malè, quia non respondet prædictis rationibus, nec rationibus Iaso. Nec est uerum dictum Curt. q̃ hic tota dubitatio esset circa successorium edictum, quia (ut dixi) clarissimè erat, quòd in suis cessat successorium edictum.

30 Secundus fuit intellectus Bal. hic, † quem sequũtur. Aret. col. viii. Ias. ix. & sequenti Curt. v. & vii. & refert hic Paul. Castren. colum. iiii. dicebãt præfati quòd hic nepos cum patre suo esset in potestate aui mortui ab intestato eis relictis, inde decesserit pater deliberans, & sic nec adita nec repudiata hæreditate aui, & nepos repudiauit hæreditatem patris sui: dicitur hic quòd de iure ciuili non potest succedere auo per rationes prædictas, sed bene de iure prætorio: quia filio non petente bonorum possess. integra remanent iura nepotibus, ac si filius non fuisset. l. iiii. §. fina. ff. unde liber. Et istum intellectum dicit Curt. communem. quod non uidetur uerum, quia pauci illum sequuntur: est tamen multùm planus, & uerbis legis consentaneus.

Iste intellectus non uidetur posse procedere, q̃ nepos repudiando hæreditatem patris possit auitam successionem consequi: quia ille iure suitatis transmittitur per patrem ad quoscunque hæredes patris. l. apud hostes, de suis & leg. ff. l. hæreditatem §. primo. ff. de castr. pecu. ergo hæredes patris excludent nepotem ab hæreditate aui. qua ratione Paul. hic colum. iii. & iiii. & Aret. viii. dicunt, hoc casu nõ posse procedere hanc legem. Et propter rationem prædictam, cui uidetur impossibile respond. Deci. hic colu. ix. & x. & Cur. v. & xvii. recedunt ab isto intellectu.

31 Propterea † Alber. de Rosa. hic in iiii. col. quem sequitur Curt. colum. v. vi. & xviii. dedit alium intellectum ad hanc legem, quem pro nouo tradebat etiam Curt. quamuis posteà fateatur esse Alber. & ita posteà inuenisse dicit, uidelicèt quòd iste nepos negauerit se hæredem patris, & sic repudiauerit hæreditatem patris, & consequenter successionem de iure ciuili tam patris explicitè quàm aui implicitè, quæ erat inclusa in hæreditate patris iure suitatis transmissa, q̃ tamen possit ad dictam successionem
32 uenire de iure prętorio, & sic per aliam uiam: † quia repudiando hæreditatem solùm repudiat de iure ciuili, sicuti repudiando bon. poss. censetur hæreditatem repudiare de iure ciuili. l. suum. ff. de iure delib. ideò nimirũ, si põt posteà uenire de iure prætorio, ut latiùs per eũ in locis prælleg atis, & per Dec. hic in x. & xi. col. Qui contra ipsum intellectũ fortiter oppo. & inde saluat, & respondet ut per eum. uolentem q̃ etiam patri potuisset iste nepos succede re de iure prætorio, quũ sint diuersa remedia, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

uno ſublato, non ſit ſublatum aliud. & hoc uoluit etiam Alber. ut hic etiam per ipſum Curt. in vi. & xviii. colum. Et ſic etiam Decius tranſit tandem cũ intellectu Alber. de Roſ.

Iſte intellectus non eſt uerus, nec poteſt procedere: quia ille qui repudiat hæreditatem, † nõ poteſt uenire ad ſucceſſionem ipſam, etiã de iure prætorio: quia tollit ſibi omnem uiam & modum ueniendi ad hæreditatem: quia appellatione hæreditatis continetur bon. poſſ. l. hæreditatis appellatione de uerb. ſign. l. puberem. ff. de iure delib. ergo repudians hæreditatem cenſetur etiam repudiare bono. poſſ. quia etiam in materia pœnali & renunciatiua ſtrictè; intelligendo, uerba ſunt largè intelligenda, quatenus proprietas uocabuli patitur. l. cũ l. ubi Aret. no. ff. de teſta. l. poſtquàm liti, ſuprà de pact. ergo comprehendent etiam bon. poſſ. de iure
34 prætorio. † Et iſta eſt communis ſcribentium ſententia per plura alia de quibus per eos: ut poſt alios latè ſcribit Alex. in l. ſuum. ff. de iure delib. De cius met ſibi contrarius. in. l. i. col. viii. ſ. qui admitti. & in conſi. cclxvi. ubi reſpon. facientibus in contrarium, cum aliis quæ adduxi in d. l. i. in pen. not. ex quo manifeſtè confunditur iſte intellectus qui totum contrarium uolebat.

35 Fulg. hic in principio † tradidit alium ſubtilem intellectum, quem Alex. & alii reprobant, ſed Dec. in xi. col. nititur ſubſtinere: & rationibus Decii ac quieſcit Cur. hic col. xvii. Qui intellectus non eſt literæ conſentaneus, diuinat, & nõ eſt ueriſimilis q̃ nepos uelit ſucceſſionem aui, quam pater repudia-
36 uit alio non apparente. Eapropter † non recederem à ſecundo intell. Bal. Aret. Iaſ. & ſequacium, qui planus eſt & amicus literæ, & rationi legum conſentaneus. quod clarè oſtendo. Quia hic non dicitur nec apparet de immixtione, aditione uel repudiatione
37 ſucceſſionis auitę per patrem facta. † Et in factis nõ eſt ſumenda præſumptio affirmatiuè aut negatiuè l. hoc iure, cũ ibi notatis per Bar. & Doct. ff. de uerbor. oblig. tradunt Rom. & Corn. in. l. ſi emancipati. per illum text. C. de collat. ut ibi latiùs ſcripſi in iii. not. Ergo bene procedit iſte intellectus ad hanc legem, ſecundum quem intelligimus patrem deceſſiſſe nec adita nec repudiata hæreditate aui, & conſequenter nec aditam affirmatiuè nec repudiatam negatiuè dicimur aut præſumimus.

Supereſt, ut ſoluamus tres oppoſitiones quæ contra hunc intellectum urgent, eidemque plurimùm refragari uidentur.

Et primò non obſtat quòd ſucceſſio aui ſpectare debeat ad hæreditatẽ patris per tranſmiſſionem hæreditatis in illum factam per filium iure ſuitatis l. apud hoſtes. ff. de ſuis & leg. cum not. in l. emancipata. ſ. qui admitti. & ſic nepos ab illo utî ius habente in facultatibus aui excludatur. Bar. hîc & Aret. in viii. col. reſpondent, extraneum repudiaſſe hæreditatẽ aui, iccirco nihil obſtare quin nepos ad illam admittatur. Quod continet manifeſtam diuinationem, ut in quit etiam hîc Decius in. ix. colum. Item, ſi ille repudiaſſet hæreditatem aui tanquàm damnoſam, non eſt ueriſimile q̃ nepos illam acceptaret: quum nemo præſumatur iactare ſuum. uulg. l. cum de indebito. ff. de probationib.

Idcò reſpondeo q̃ ratione coniunctionis & ſanguinis quæ eſt inter auum & nepotem, & ne hæreditas aſcendentis deuoluatur ad extraneos, contra uotum aui, iuxta tex. l. ſcripto. in fin. ff. unde lib. hîc ſingulariter deciditur q̃ nepos hæreditatem aui ſeparatam ab hæreditate patris propter repudiationẽ hæreditatis paternæ ab ipſo nepote factam per bono. poſſ. & ſic de iure prætorio, & ex æquitate prędicta in qua actiones prætoris fundabantur, ut in rub. ſ. qui admitti, diximus, conſequi poſſet.

38 Et conſequenter hoc caſu † ſucceſſorium edicti prætoris potentius erit iure tranſmiſſionis, quæ fit per ſuitatem, quæ fundatur in mero iuris ciuilis rigore. Et hoc etiam in effectu uoluit hic Alber. & ſequitur Iaſ. col. xxiiii.

Et nititur illum à morſu quorundam tueri Dec. hic in. x. col. qui tamẽ poſteà recedit, eò q̃ hic eſſet caſus ſpecialis, & tamen Imperator ad conſultationem ſecundum regulas iuris reſpondet. Sed dico q̃ immo Imperator reſpond. hoc contingere de æquitate attento iure prætorio in æquitate fundato.

Tertiò non obſtat, q̃ iſte nepos repudiauit hæreditatem patris in qua erat incluſa hæreditas aui, ergo excludi debet etiam à bon. poſſ. quæ uenit appellatione hæreditatis. l. hæreditatis appellatione de uerb. ſign. cum aliis de quibus. ſ. Quia reſpon. hoc eſſe uerum reſpectu ſucceſſionis paternæ, per prædicta, quicquid dixerint Dec. & Curt. in ſuperioribus. Non autem à ſucceſſione aui, quæ alia eſt ab hæreditate patris, de qua ſucceſſione aui hic agitur. & ex diuerſis & ſeparatis malè infertur. iuribus uulg. Nec eſt uerum q̃ eſſet incluſa in hæreditate patris, quum deceſſerit ea non adita, ut diximus. In
39 telligitis (ut puto) quod uoluerit dicere † iſta mala beſtia, quę noluit intelligi.

No. primò ex iſto text. quod diximus in ſummario, q̃ mortuo patre nepos in poteſtate exiſtens, nõ poteſt ſuccedere auo ſuo de iure ciuili ex ſua perſona, ſed bene de iure prætorio: ut hic per Rimin. rationes uidiſtis ſuprà.

Secundò not. ibi, ſuſcipere facultates. q̃ uerbum facultates hæreditatem ſucceſſionemq; ſignificat, ut etiam in l. cogi. ff. ad Treb. cum aliis hîc alleg. per Corn. Dec. & alios. facit text. in. l. iii. in. ſ. bonorũ ff. de bonor. poſſ. ubi appellatur patrimonium, ſiue res defuncti.

Tertiò noto ex eodem tex. ibi, aui facultas. quòd pater iſtius noſtri nepotis non adiuerat hæreditatẽ patris ſui & aui hic mentionati; quia tunc nõ aui, ſed patres facultates dicerentur: ut probatur inſtit. de her. qualit. & diff. in principio, ibi, potiùs heredis bona &c. & in ſ. ueteres. l. i. ff. de acquir. poſſ. ut hic per Dec. inferentem ad not. qõnem. de qua re latiùs ſcripſi in. l. hæreditas. ff. de regu. iur. & in. l. ſin. ſuprà de pact.

40 Et ex eodem tex. noſtro apparet, quòd exiſtentia ſui heredis ac uis ſuitatis, quę (ut dixi) multos operatur effectus, non facit, ut bona defuncti dicantur heredis, quamuis ſit ſuus: ſed requiritur immixtio ſecundum Dec. hic. Quod poſſet procedere hodie propter beneficium abſtinendi à prętore inductũ, quod operatur ipſo iure, ut. ſ. dixi. ſecus autẽ fuiſſet temporibus l. xii. tab. quę faciebat ſuum & neceſſarium

ceſſarium hæredem, ut diximus. ſ.

Quartò no. ibi, maximè emancipatus, q̃ implicatiua maximè, eſt contrarię naturæ implicatiuæ etiã. nam dictio maximè, implicat caſum magis dubitabilẽ, & explicat minus dubitabilẽ: ut hic per Rimi. Dec. & alios.

Quintò no. q̃ repudians hæreditatem, non cenſetur repudiare bon. poſſ. & ſic uiam ſuccedendi de iure prętorio, ſecundum Albe. Dec. & Cur. hic. Cuius oppoſitum uoluit Bald. in rubri. ſ. qui admitti. colum. iii. & communiter ſcriben. ut dixi. ſ. excutiendo intellectus legis, ad hunc text. reſpond. ut ibi dixi.

41 Vltimò not. † unum caſum in quo eſt neceſſaria bo. poſſ. ſecundum Alex. & Cur. idem dicit Aretin. inſt. de exhęr. lib. in principio in ultima col. alios caſus uidiſtis in rub. ſ. qui admitti. Conſidera tamen ſi dici poſſit, q̃ hodie hic nepos ad hæreditatem aui poſſet uenire de iure ciuili ex beneficio & remedio l. unicæ. ff. de his qui ante aper. tab. & conſequenter correcta eſſet hæc lex in prima parte. per d. l. unicã. Eſt uerum quòd Dec. hîc in ix. col. uidetur contra-
42 rium ſentire: ſed quæ ipſe adducit, † procedunt in uolente uenire per ſuc. edictum, quod uincitur à iure tranſmiſſionis, quæ fit iure ſuitatis per filium ad eius hæredem. ſed nos loquimur in uolente uenire iure tranſmiſſionis, quæ fit beneficio d. l. unicæ. Et
43 uidetur quòd iſto caſu iuſtior & potentior ſit tranſmiſſio quæ fit beneficio ſanguinis, & d. l. unicæ tanquàm magis æqua & ſpecialis, quàm illa quæ fit iure ſuitatis: per ea quæ not. per omnes Docto. in l. ſi Ruffi. ff. de teſtam. milit. prædictæ enim duæ tranſmiſſiones ſe habent tanquàm excedentia & exceſſa. ut poſt Iaſ. diximus in l. emancipata. ſ. qui admitti. Et in iſto caſu ratione ſanguinis & deſiderii auiti in quibus fundatur diſpoſitio d. l. unicę. ff. ad fin. hæc ſpecies tranſmiſſionis tanquàm æquior & ſpecialior uincet illam, quæ ſit generaliter ex iure ſuitatis: ita q̃ iſta lex noſtra in prima parte erit hodie correcta per illam l. unicam. prout etiã de d. l. emancipata, ibi diximus.

44 Accurſius hîc † (ut dicunt Barto. Bal. Corn. Paul. Areti. & alii) poſuit duas antiquas glo. quę erant ad l. hanc unicam. unam Ioannis Cremonenſis, & alteram Vgolini Vercellenſis, quæ eſt in uerſic. Et ideò dicit maximè in quibus cum faſtidio repetuntur ſępe iam dicta. Et ſecundum Areti. reputatur una de difficilioribus gloſsis totius. C. eſt confuſa, intricata & inepta: ideò Doct. in expeditione diuerſimodè hîc proceſſerunt. Ego ſequendo uiam iam demonſtratam, clariùs quàm fieri poterit, conabor reliqua abſoluere.

Prima glo. Ioannis diuiditur in ſeptem partes. in prima parte declarat tex. noſtrum in uerbo negat ſe hæredem. concludens quòd per hæc uerba, non ſum hæres, uel nõn adeo, non inducitur repudiatio hæreditatis.

In ſecunda ponit aliam interpretationem ad uerbum negat, quod alibi exponitur pro non dicit.

In tertia ponit tres caſus in quibus poteſt hęc lex exemplificari. duo primi ſunt clari & indubitati: tertius ueriſimilior & dubitabilis.

In quarta remouendo unum contrarium, ponit duos caſus in quibus non procedit, quod. ſ. dixerat de nepote, qui non admittitur ut ſuus patre eum præcedente tempore mortis, declarando ut hic per Aret. in vj. col.

In quinta ponit aliud dictum ſiue ampliationem ad dictum præcedens, quòd nepos non admittatur ut ſuus patre eum præcedente, quia non admittitur etiam ut agnatus. quod limitat non procedere hodierno tempore.

In ſexta glo. rediit ad lecturam noſtræ. l. & ponit unum alium caſum in quo nepos ſuccedit de iure ciuili, licèt pater eius uiuat, qui eſt indubitatus, & non conueniens uerbis legis noſtræ.

In ſeptima quæ eſt multùm difficilis, glo. format unam oppoſitionem contra tex. noſtrum in uerbo negat. q̃ ſiue nepos ſe hæredem patris dicat ac contendat, ſiue neget, nihil faciat, nihilque interſit. cuius oppoſitum innuit hic text. in uerbo negat. Et hoc probatur arguendo à partibus ſufficienter enumeratis ſecundum gl. ut declarant hîc Are. col. viii. & Iaſo. xii. nam ſi filius idemq; pater nepotis bona patris ſui acceperit, bona patris & aui ſunt commixta, effectum eſt iam unum patrimonium & ſeparari nequeunt. l. quidam eulogio. ff. de iur. deliber. l. prima, & ſecunda, & l. ſi quis filium. ff. de acquir. hæred. non poteſt ergo habere bona unius quin habeat etiam bona alterius. nec repudiare bona unius quin repudiet etiam bona alterius. Si uerò pater nepotis repudiauerit hæreditatem patris ſui & aui nepotis, non uidetur etiam eſſe differentia: quia ſeparatæ ſunt, & de una ad aliam non infertur: quum ſe paratorum ſit diuerſa ratio, & diſpoſitio. iuribus uulg. ſiue ergo acceptet, ſiue repudiet hæreditatem patris, hoc nihil uidetur facere quò ad hęreditatem aui, de qua hic dubitabatur.

Glo. uolens ſoluere hanc oppoſitionem, reſpon. q̃ ſi nepos neget ſe hæredem patris, facultates aui non poteſt habere, niſi de iure prætorio: ſed quando non negaret, uerùm acciperet hæreditatem patris, poſſet facultates aui habere aliter quàm de iure prætorio, & ſic de iure ciuili: ut quando patet ne potis emancipatus uel in poteſtate adiuit hæreditatem aui: quia tunc nepos habebit illam etiam de iure ciuili, quum hæres hæredis &c.

Clariùs tamen, & meliùs reſponderi poteſt argumento glo. ſecundum Are. hic col. viii. & Iaſ. xvi. quòd argumentum non procedit, ſed corruit: quia partes non ſunt ſufficienter per glo. enumeratæ eſt enim omiſſus caſus in quo optimè procedit & exẽplificatur lex noſtra, quando pater nepotis deceſſerat non adita, nec repudiata hæreditate patris ſui. tunc enim uerbum negat, importat iuris miniſterium, quia ſi negat nepos ſe hæredem patris, non poteſt hæreditatem, & facultates aui de iure ciuili habere, per rationes quas gloſ. ſequens ponit, & in ſuperioribus diximus: ſed tantùm de iure prætorio, ut hic dicitur: ſecus ſi non negaret, uerùm uellet eſſe hæres patris ſui, ut in caſibus poſitis per glo. noſtram in hac ultima parte.

Secunda pars gl. eſt ibi, quandoque tamen tertia ibi, ſi ergo. quarta ibi, niſi. quinta ibi, nec ut agnatus. ſexta ibi, ſi ponis, ſeptima & ultima ibi, ſed i eo.

Sequens glo. ibi, & ideò dicit maximè, diuiditur

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in duas partes, in prima declarat tex. in uerbo. maximè. quare id dicat. in secunda quæ est ibi, nã &c. declarat quare nepos in casu. l. nostrę repudiata hæreditate patris non possit de iure ciuili facultates sui suscipere. Non processit auctor ultra propter superuenientes ferias & uacationes Carnispriuii. Sed ex his paucis tribus lectionibus dictis excussus est intellectus legis, & aperta uia ad alia omnia, quæ hic à scribentibus traduntur.

Padуæ die xvi. Ianuarii. 1549.

SVMMARIVM.

1 *Commendatio legis & materiæ.*
2 *Substitutio, generis, & speciei nomen est, & numer. sequenti.*
3 *Diffinitio substitutionis plenè excutitur, & nu. pluribus sequentibus.*
4 *Institutio genus est, & secundum illius naturam regulatur substitutio, & nu. sequenti.*
7 *Substitutio pupillaris facta ex hæredato impropriè dicitur substitutio, & nu. 8.*
8 *Substitutio pupillaris hodie ex hæredato fieri non potest, & nu. 65.*
Diffinitio non debet, nec potest comprendere casus speciales. ibidem.
9 *Substitutio militaris an sit semper secunda institutio propriè.*
Tex. l. quærebatur cum glo. ff. de testa. mil. declaratur, ibid. cum sequent.
10 *Tex. §. fin. l. miles ita. ff. de testamen. milita. declaratur. & nu. sequenti.*
13 *Secundus an dici possit omnis qui sequitur post primum, licèt sit tertius uel quartus.*
14 *Tex. l. qui soluendo, la secunda. ff. de hære. instit u. declaratur.*
16 *Substitutio an sit conditionalis institutio.*
17 *Fideicommissaria substitutio fieri potest purè, de præsenti, sub conditione, & in diem, & numer. sequenti.*
18 *Conditionale & in diem differunt.*
19 *Conditionalis intrinsecè est substitutio pupillaris purè facta.*
Pupillarem substitutionem purè fieri posse, quomodo intelligatur. ibidem.
20 *Conditionis ad actum, effectumue requisitæ an, & quomodo faciant actum conditionalem.*
21 *Differentia faciliter constituitur apud legistas.*
23 *Diffinitio poni debet copulatiuè & coniunctim, non alternatiuè.*
25 *Substitutionis noua diffinitio & descriptio, & numer. sequen.*
29 *Substitutus an dicatur propriè institutus. Et an dispositio faciens mentionem de institutione comprehendat substitutionem. & nu. seq.*
30 *Tale secundum quid non est propriè tale.*
33 *Tex. §. fin. l. mulier. ff. de condi. insti. nouo intellectu ornatur.*
34 *Diffinitionis uerba propriè intelligenda sunt, & in specie potius quàm in genere.*
35 *Statutum de institutione loquens an comprehendat substitutionem in genere.*
Substitutio in genere an comprehendatur in statuto faciente mentionem de institutione. ibid.
36 *Substitutionum species quæ & quot sint.*
37 *Substitutio fideicommissaria an propriè sit substitutio.*
39 *Fideicommissarius est loco hæredis.*
40 *Disiunctiua, & copula ponuntur aliquando tanquàm inter genus & speciem.*
42 *Substitutio non comprehendit fideicommissariam, sed tantum uulgarem & pupillarem.*
43 *Testator & si censeatur minus grauare hæredem suũ, quàm sit possibile, larga tamen fieri debet interpretatio quatenus proprietas uocabuli patitur.*
47 *Tex. l. iam hoc iure, ibi, communi uerbo substituo. quomodo intelligatur.*
51 *Fideicommissarius non dicitur propriè substitutus, sed largo modo & impropriè, nec etiam dicitur propriè hæres institutus, & nu. seq.*
53 *Substitutiones an per principem tolli possint.*
54 *Rub. C. de impuberum &c. quare aliter concepta sit, quàm in Pandectis factum legatur, & ubi melius.*
55 *Verba quædam sunt directa, alia obliqua, non nulla communia.*
Et quare ita dicantur: Et cur potiùs directa obliquentur, quàm obliqua directentur. & num. 246.
56 *Substitutio compendiosa est duplex, restricta & non restricta, & num. 136.*
57 *Substitutio in primum, in secundum, & in tertium casum quæ dicantur & quare, & nu. seq.*
58 *Substitutus dicitur secundus hæres.*
65 *Pupillus hodie non potest exhæredari, nisi sit doli capax.*
66 *Medium an hodie detur inter mortem patris, & successionem filij in potestate.*
Hæreditatem iacentem an hodie in suo sit dare. ibidem.
69 *Legis precibus, difficultas consistit in fine.*
71 *Casus cum rationibus dubitandi, & decidendi in l. precibus pulchrè ponitur, & nu. seq.*
72 *Supplicatio principi porrecta clarè distinctéq; debet rẽ continere atque exprimere, nec sufficeret inferere tenorem instrumenti in supplicatione, nisi fieret specialis mentio particulæ, in qua consistit dubitatio, & num. seq.*
74 *Factum est perfectè narrandum Doctori à quo consilium petitur, aliàs non potest bene respondere.*
Ius ex facto oritur, & data minima mutatione facti, totum ius mutatur. ibid.
76 *Quærenti implicitè, an, & quando sit explicitè respondendum.*
77 *Doctor interrogatus de aliquo casu implicitè à rustico debet explicitè respondere.*
78 *Iurisperito uel scholari prouecto nescienti factum proponere, uel arguere, lege permittente potest asperè responderi.*
Scholari ineptè arguenti an & quando sit benignè respondendum. ibid.
80 *Respondenti minus benignè & gratiosè quando parcatur, & nu. seq.*
83 *Interrogationi supplicantis implicitè, & si respondendum sit explicitè, secus tamen in interrogatione litigantis.*
84 *Substitutus an & quando dicatur secundus hæres.*

85 *Sub-*

85 *Substitutione pupillari secundi casus perempta, an & quando perimatur uulgaris primi casus.*
86 *Substitutio pupillaris ad hoc ut ualeat, requirit illum cui fit esse in potestate: sufficit tamen tempore mortis esse. Et quare non possit fieri emancipato, quum sit merum pupilli commodum, & nu. sequenti.*
89 *Substitutio compendiosa fit per uerbum decesserit, etiam non expresso distributiuo quandocunque.*
90 *Substitutio pupillaris tacita quæ continetur in uulgari an & quando excludat matrem, & numer. sequenti.*
93 *Substitutionis pupillaris tacitæ efficacia an excludat matrem, dependet à uoluntate testatoris. propterea ex multis coniecturis quas considerarunt Doct. excluditur mater per tacitam pupillarem quæ regulariter contra matrem non habet efficatiam, & nume. 118. cum seq.*
94 *Suitas an & quando tollatur per uulgarem substitutum.*
95 *Substitutio pupillaris expressa matrem pupilli etiam à legitima excludit omni iure humano & diuino. & nu. sequenti.*
98 *Substitutio pupillaris non excludit filium pupilli.*
99 *Substitutionis pupillaris conceptio, & forma. & num. 120. cum sequenti.*
100 *Substitutio pupillaris in compendiosa contenta dicitur expressa uerbis generalibus, & matrem excludit, quemadmodum expressa pupillaris, & numer. sequentibus.*
103 *Exclusio legis utrum sit fortior, quàm hominis.*
Legitima licèt non tollatur per generalem hominis renunciationem, illi tamen derogatur per generalem legis dispositionem. ibid.
106 *Rusticorum sententia per medium rem contentiosam diuidentium, non est semper damnanda.*
107 *Substitutio compendiosa facta à milite filio impuberi, matre existente in medio, quomodo ualeat, & nu. sequenti.*
109 *Substitutio uulgaris expressa continet tacitam pupillarem, etiam matre, medio stante, quanuis contra matrem non habeat effectum, ex quo plures notab. effectus resultant, & nu. sequenti.*
110 *Miracula non fiunt per legem.*
111 *Substitutio uulgaris expressa continet pupill. tacitam ex præsumpta uoluntate testatoris.*
112 *Excludi quempiam ab hæreditate alicuius repudiatione uel morte, an paria sint.*
113 *Tex. no. in §. cum quis. l. filiusfam. de leg. primo, declaratus.*
Restituere hæreditatem rogatus si sine liberis decesserit, an teneatur restituere superstitibus liberis, si non sint hæredes: & sic an superexistentia liberorum faciat deficere fideicommissum si hæredes non sint. ibidem.
114 *Tex. l. cum auus. ff. de condit. & demonstra. non procederet liberis institutorum de quibus ibi non succedentibus.*
116 *Substitutio facta Titio filio pupillo pupillaris est expressa matrem excludens. & nu. 132.*
117 *Substitutio facta filio impuberi si decesserit, compendiosa est, pupillarem, & fideicommissariam continens.*
119 *Pia causa quando excludat matrem ex tacita pupillari.*
122 *Substitutio pupillaris locum habet, etiam quòd pupillus repudiet patris hæreditatem.*
124 *Suitatis existentia tabulas pupillares confirmat.*
125 *Substitutio sic facta: si filius hæres mihi erit, & in pupillari ætate decesserit, Titium substituo, est formaliter pupillaris, uulgarem omnino tacitam continens. Et quare dicatur tacita.*
Substitutio uulgaris contenta in pupillari quare dicatur tacita. ibid.
126 *Substitutio tacita potest etiam præsumpta appellari.*
127 *Substitutione pupillari per mortem pupilli uiuo testatore extincta an uulgaris tacitè in illa comprehensa extinguatur. & nu. 133.*
128 *Expresso uitiato, non uitiatur tacitum æquè principale, & quod potest per se stare.*
129 *Substitutio filio pupillo si in pupillaris ætate decesserit facta, an dicatur pupillaris expressa, uel compendiosa ad certam ætatem, restricta? Et an contineat uulgarem omnino tacitã. uel expressam uerbis generalibus? & qui effectus inde resultent; & num. seq.*
Substitutio compendiosa non est nisi habeat tractum temporis, saltem uirtualiter & fideicommissariam contineat. ibid.
133 *Substitutio facta filio si in pupillari ætate decesserit, expirat post pubertatem, etiam respectu uulga. in ea contentæ.*
134 *Substitutio uulg. expressa excludit matrem testatoris, tacita autem non.*
135 *Perueniat uerbum, commune est, non directum.*
137 *Intel. ad hunc tex. ibi, uel compendiosa non usque ad certam ætatem.*
138 *Substitutio compendiosa non dicitur quæ fideicommissariam non continet, & nu. sequenti, & 161. cum sequenti.*
Substitutio restricta ad pupill. ætatem an possit dici compendiosa, & quid referat. ibid.
140 *Intel. ad hunc tex. in uersi. & si adierit, & numer. sequenti.*
142 *Contrarium. l. nostræ. Et l. Centurio, est difficilius, quàm sit in corpore iuris. Et quomodo dissoluatur, & nu. sequentibus.*
Intell. istius tex. in fine ibi, uelit ex causa fideicom. quà lis sit.
143 *Obliquationis substitutionis hic relatæ effectus, fauore matris contingentis qui sit.*
144 *Legitima filij comprehenditur in directa militari.*
Matri fauendum est in hæreditate filij sui pupilli, non autem in hæreditate mariti.
148 *Lex ista precibus, in fin. quare non faciat mentionem de fructibus, sicut l. centurio, de uulg.*
149 *Mater in terminis istius. l. an possideret bona hæreditaria.*
150 *Intellect. Benedicti de Plumbino ad hanc. l. non subsistit.*
151 *Substitutio directa militaris non restricta ad certam ætatem, excludit matrem à bonis testatoris.*
153 *Intellectus nouus ad fi. l. nostræ.*
154 *Substitutus directò à milite potest capere possess. bonorum auctoritate propria, si non sit apprehensa per alium.*
155 *Substitutionis compendiosæ materia difficilior est, frequentior sine fundo, & utilior, quàm materia aliarum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum substitutionum, & num. 189.
156 Compendiosum & compendiosa subst. quid & quæ dicantur, & nu. 159. & 162.
157 Substitutio compendiosa facta uerbis directis non obliquatur post pubertatem.
158 Compendiosa sit etiam maiori 14. annis. & num. 163. & 178.
160 Substitutio reciproca propriè quæ sit, & an differat à compendiosa, & nu. sequenti.
Substitutionis plures possunt misceri seu permixtim fieri, ibi, & 166. 168. & 244.
Substitutio fideicommissaria semper continetur, ubi potest aliquid, quod habet tractum temporis ibi.
164 Substitutio facta alicui quandocunque decesserit in pupillari ætate, non est compendiosa, sed pupillaris.
Substitutionis pupillaris forma quæ sit. ibid. & nume. sequenti.
165 Substituo ad uulgarem adaptatur, nisi additum fuerit post mortem, & nu. 185.
166 Substitutio facta filio si decesserit in pupillari ætate uel aliàs quandocunque, an sit compendiosa, uel quæ. & nu. seq.
167 Substitutiones contineri distinctè uel sub compendio differunt.
169 Substitutio fideicommissaria non continet uulgarem.
170 Substitutionis compendiosæ diffinitio latè explicatur.
Sub uerborum compendio aliquid contineri, & per coniecturam seu interpretationem legis longè differunt ibidem.
171 Substitutio compendiosa non est, nisi contineat fideicommissariam. ibid. & 171. cum seq.
173 Substitutio compendiosa & reciproca an dicantur propriè species substitutionis ab aliis distinctæ.
174 Substitutio compendiosa facta per uerba obliqua cum distributiuo quandocunque, nō comprehendit uulgarem propter repugnantiam. Et ineptè appellatur compendiosa, quæ solùm continet fideicommissariam aut unicam substitutionem, & nu. seq.
176 Substitutio compendiosa potentialiter continet uulgarem, pupillarem, exemplarem, & fideicommissariá, actualiter uerò non: plures tamen debet ab initio continere, & nu. seq.
178 Substitutio compendiosa non fit uerbis directis, sed communibus, & si uerbis directis facta fuerit, an expiret post pubertatem.
179 Substitutio pupillaris contenta in compendiosa, dicitur expressa uerbis generalibus, quamuis sit tacita uerbis specialibus.
180 Præsumptiones & coniecturæ ll. dicuntur liquidissimæ probationes, tamen tacitum dici potest, quod ex illis resultat.
181 Substitutio reciproca quando in ea est expressus & specificatus casus uulgaris substitutionis an contineat pupillarem expressam uel tacitam.
182 Substitutio pupillaris etiam tacita matrē excludit, quando fuit substitutus frater pupilli. & nu. seq.
186 Substitutio compendiosa quæ fit à milite, an dicatur noua species ab aliis distincta.
Substitutio compendiosa & reciproca an dicantur nouæ species substitutionis. ibidem, cum sequentibus numer. seq.
188 Differentia consideratur respectu formæ, & respectu substantiæ & effectus.
190 Substitutio compendiosa facta à pagano uerbis directis an expiret post pubertatem, uel trahatur ad fideicommissariam, & nu. seq.
191 Defunctorum uoluntates seruandæ, ideò leges quantum possunt, fouent.
192 Tex. §. si seruus alienus. l. si seruus legatus. ff. de leg. primo, ornatur & declaratur.
193 Verba prolata à peritis an intelligi debeant propriè prout periti utuntur, & prolata ab idiotis prout idiotæ, & nu seq. & 234.
196 Annus non sufficeret, si quis uellet omnia, quæ hic tractari possent examinare.
197 Clausula codicillaris utiliùs concipitur cum uerbis respicientibus futurum, quàm cum respicientibus præsens tantùm: ut si non ualet aut ualebit iure testamenti, ualeat iure codicillorum. estq; maximi effectus. & an trahatur semper ad fideicommiss. post pubertatem, si fuerit concepta uerbis directis. ibid. & 197. cum seq.
199 Iuramentum in testamento appositum multùm operatur, rarò tamen apponitur.
200 Testamentum factum inter liberos continere clausulam codicillarem quomodo intelligatur, & numer. sequenti.
Tex. l. si frater. C. de fideicom. declaratur. ibid.
Testamentum inter liberos est priuilegiatum, & multis prærogatiuis donatum, etiam quòd liberi sint inæqualiter instituti. ibid. cum seq.
203 Substitutio de persona dilecta facta, est priuilegiata.
204 Decisio causæ quando fieri debet de æquitate, quæ solemnitates censeantur remissæ. & nu. sequenti.
206 Substitutio facta in codicillis per uerba directa trahitur ad fideicommiss. ut ualeat eo meliori modo, quo potest.
207 Substitutio compendiosa uerbis directis facta, & cum obliquis uerbis copulata, post pubertatem ualet iure fideicomm.
208 Substitutio compendiosa facta sub expressa dinumeratione ætatum post pubertatem, ualet iure fideicommiss.
210 Substitutio compendiosa facta puberi uel impuberi non existenti in potestate ualet iure fideicom.
211 Substitutio compendiosa hoc modo concepta, quandocunque filius meus decesserit, talis sit mihi hæres, trahitur ad fideicommissariam post pubertatem.
213 Substitutio compendiosa facta à pagano per uerba communia utrum sit semper fideicommissaria, uel ne: etiá matre existente in medio. & nu. seq.
215 Sententia compositionis quando laudabilis. & num. sequenti.
Rusticorum sententia diuidentium rem contentiosam per medium laudabilis, ubi res est dubia. ibid. cum sequenti.
217 Substitutionis pupillaris efficacia contra matrem à uoluntate testatoris dependet.
218 Moriatur, an sit uerbum directum, uel commune.
219 Tex. c. si pater, de test. in sexto, in ratione sua, quòd substitutio in dubio iudicanda sit directa, declaratur.
220 Tex. §. cum in bello. l. qui duos. ff. de rebus dubijs, declaratur pulchrè & nouiter.
221 Naturæ ordo in obitu est, ut qui primo uenit in lucem præsumatur prædecessisse.
222 Humanitas pro mortalitate, & humanum per mortali

tali accipitur.
223 Substitutio pupillaris tacita excludit matrem pupilli ex pluribus coniecturis. & nu. seq.
225 Clausula quòd omnia bona testatoris sine diminutione, uel tota & integra deuenire debeant ad substitutum an faciat substitutionem censeri directam.
226 Fideicommissum iniungi potest hæredibus filij pupilli in legitima filij. Et in dubio, ut actus ualeat, censetur illi iniunctum. & nu. seq.
227 Tex. §. fina. l. si Titio. de leg. primo ornatus, & numer. sequenti.
228 Substitutus pupillariter succedit in omnibus bonis, etiá pupilli.
230 Testator potest dare licentiam legatario uel fideicommissario accipiendi rem auctoritate propria.
232 Testatoris uoluntas declaratur ex præcedentibus & sequentibus in testamento.
233 Secundæ nuptiæ an & quomodo reddant uxorem odiosam.
234 Verba uulgaria seu prolata materna lingua quomodo interpretari debeant.
235 Clausula testamenti uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum maximi effectus est, & nu. pluribus sequentibus.
236 Tex. §. Titius. l. recusare. ff. ad Treb. declaratur & ornatur, & nu. seq.
237 Substitutio compendiosa continet uulgarem pupil. & fideicommissariam. & tantùm est dicere compendiosè, quantum uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.
238 Clausulæ solitæ de consuetudine apponi in instrumentis per notarium, habentur per appositis, & quandoq; iniungitur à superiore ipsi notario, ut illas apponat.
239 Substitutio facta filio quandocunque sine liberis decesserit, per uerba directa uel communia, quæ & qualis sit, & de illius efficacia & ualiditate. & numero sequenti.
240 Conditio si sine liberis decesserit, non inconuenit pupillo, immo est quasi necessariò uera.
242 Substitutio compendiosa facta à pagano uerbis communibus ualet intra tempora pupillaris ætatis iure directo & tanquàm pupillaris, post pubertatem uerò iure fideicom.
243 Substitutio compendiosa facta per uerbum commune cum alternatiua uel distinctione temporum pupillaris ætatis, & pubertatis, quomodo & qualis iudicetur.
246 Verba obliqua trahuntur ad directa, & directa ad obliqua, quando constat de uoluntate testatoris, & num. sequenti.
248 Substitutionem esse obliquam & fideicommissariam potiùs quàm directam militarem, militum interest. & plura commoda quæ in hoc sunt, enumerantur. & nu. pluribus sequentibus.
249 Trebellianica non detrahitur de testamento militis de iure digestorum.
Tex. §. denique. l. primæ. ff. ad Treb. declaratus. ibid.
250 Trebellianica & falcidia hodie detrahi possunt de testamentis militum.
251 Trebelliani commoda multa sunt.
252 Sepulchrorum iura penès quos remaneant, & num. sequentibus. & ibi latè de sepulchris familiaribus, hæreditarijs & posteritatis.
Patronatus ecclesiæ & liberorum in quos transeant. ibidem.
254 Tex. l. uel quæ, de religio. ornatur & declaratur.
256 Hæredibus suis in dubio prouidere quis censetur.
258 Substitutio fideicommissaria & directa militaris comprehendunt tantùm bona testatoris.
259 Falcidia capitur aliquando pro legitima.
260 Miles an possit priuare filium legitima in eaq; filium grauare. An de fideicommisso, per militem iniunctō hæredes filij possint legitimam detrahere filio debitam. Et an in directa militari comprehendatur legitima filij, & nu. pluribus sequentibus.
261 Militis testamentum an subiaceat querelæ. & numer. sequenti.
265 Tex. l. sequens quæstio. ff. de leg. ij. declaratur.
Trebellianica detrahitur secundum uoluntatem testatoris militis.
266 Legitima filij an possit tolli uel grauari per milites.
267 Tex. l. Centurio. ff. de uulg. loquens de fructibus inuentis in hæreditate, quomodo debeat intelligi.
Fructus quomodo ueniant in restitutione fideicommissi etiam per militem iniuncti. ibidem. & numer. sequentibus.
269 Additione hæreditatis induci confusionem patrimoniorū, quomodo intelligatur.
270 Fructus non præsumuntur durare ultra triennium.
272 Naturale debitum potest retineri in restitutione fideicommissi.
273 Conditionis implendæ causa dandum, cui dari debeat, hæredi uel fideicommissario, aut bo. possessori. & nu. sequentibus.
Tex. §. cum hæreditas. l. qui hæredi. ff. de condi. & demonst. & tex. §. fi. l. is qui in potestate. ff. de leg. præsian. quomodo intelligi debeant, declaratur. ibid.
276 Hæres potest auctoritate propria apprehendere possessionem rerum hæreditariarum, nisi sit per alium occupata. Et an tunc cadat à iure suo & nu. seq.
Substitutus directò potest auctoritate propria accipere poss. bonor. sine incursu alicuius pœnæ. ibid.
277 Fideicommissarius non potest apprehendere possessionē bonorum, nisi facta restitutione re uel uerbo, & de manu hæredis. & si illam accipiat, cadit à iure suo, si hæreditas erat adita, & possessio apprehendenda: aliàs non, sed tenetur tantum restituere hæredi possessionem. & nu. seq.
Legatarius an possit accipere rem legatam auctoritate propria. ibid.
283 Filius institutus in legitima an possit pro ea aliquam possessionem auctoritate propria accipere.
284 Testamento caduco uel quasi effecto relicta remanent penès grauatos. & nu. seq.
285 Substitutione militari effecta caduca uel quasi, hæreditas pertinet ad uenientes ab intestato militis.
287 Clausula uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum de qua suprà, hodie facit cessare multas difficultates, quæ sunt in materia substitutionis.
288 Contineri aliquid ex propria significatione uerborum, uel uenire ex coniectura, & interpretatione legis, multùm differunt.
Fideicommissum iniunctum filijs filiorum an ualeat & subsistat. Et quando censeatur potiùs iniunctum instituto, quàm substituto sub duplici conditione. ibid. & nu. sequentib.

Gra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grauari an possit qui non honoratur, & quando in necessarium antecedens grauatus censeatur honoratus. ibid.

293 *Tex. §. Seia libertis. l. Titia, de leg. ij. declaratur.*

294 *Substituo uerbum adaptatur ad uulgarem tantùm, & non comprehendit fideicommissariam, nisi additum fuerit uerbum decesserit.*

295 *Hæredis appellatio in materia substitutionis, de quo hæredite intelligatur.*

296 *Substitutio facta alicui si institutus efficeretur presbyter an ualeat.*

297 *Substitutio facta de tali domo, quomodo intelligatur.*

298 *Conditio apposita substitutioni, si stuederet in legibus, quomodo intelligatur.*

Scholaris cui fuit legatum si studeret in legibus, quomodo ac quando ad legatum admittatur. ibid.

399 *Suorum appellatione qui ueniant in substitutione, & alia materia.*

390 *Substitutionis materia stricta est, ideò fortissimum est argumentum in ea: substitutio non loquitur de te ergo, &c.*

Lex precibus. C. de impub. & alijs substit.

ECce dilectissimi Auditores tempus acceptabile, & studiis amicum. Mutata sunt tempora, mutanda est uita: à ludisq; & iocis ad lucubrationes & uigilias animabus corporibusq; conferentes, & salubres reuocandus animus: precibus tuis &c. uerba sunt istius nostræ legis, quam omnes scribentes difficillimam sem-
1 per prædicarunt †propter sinuosam profundamq; substitutionem matetiam hoc loco conuenienter pertinenterq; tractatam. Quam in toto corpore iuris nulla est utilior, nulla frequentior, nulla quę maiora lucra honoremque Doctoribus ferat: testes sunt omnes scribentes hic & in rub. ff. &. s. cod. titu. nostro. Non pigeat igitur charissimi studio uiriliter incumbere. hic iuuat impallescere chartis. hic alacri animo infundandum & laborandum est. quandoquidem in steriles campos non feretis iuga, sed ingentia præmia, fructumq; laborum, & honores reportabitis.

Sed ne illotis (ut aiunt) pedibus hoc mare magnũ substitutionum, quod in præsentia transfretaturi sumus, ingrediamur: præfata quędam ponimus, seu ut Pompo. noster ait, præfationes euidentialiaq; ad declarationem & intelligentiam legis nostræ, & totius materiæ præmittemus.

Et in primis, ut intelligatur quid sit id de quo disputatur, à diffinitione incipiemus: iuxta doctrinã Iurisconsulti & Ciceronis uulgatam sæpeq; relatã. Quæ quidem quæstio longa est, difficilis ac de apicibus iuris. quum multæ aliæ quæstiones simul hic tractandæ, ne materiæ connexæ diuisim examinentur, & absoluantur, contra iura uulgar. hic descendant.

Substitutio est nomen generis, & nomẽ speciei,
2 †prout adoptio: ut per Cur. s. in Rub. in secũda col. & Polit. in tract. substit. fol. primo, & secundo, quẽadmodum etiam successio, ut dixi in l. emancipata. s. qui admitti. Quid sit substitutio in genere declarant scribentes prædallegati.

Substitutio in specie, & in hæreditate de qua est
3 †hic tractatus, dicitur esse secunda institutio. ita gl. ad hoc semper allegata in rub. ff. eo. Et approbatur communiter ut ibi per Parpal. & per Dec. hic in ii. col. & in l. in testamento. s. de testa. milit. & uidetur probari per tex. l. prima. ff. eod. & l. nostram ibi, secundum hæredem. cum not. infrà per Deci. in tertio nota.

4 Ex qua diffinitione †infertur, primò institutionẽ esse genus, quòd propriè omnes species sub se continet; ideò appellatione institutionis cõtinetur propriè substitutio: quicquid dicat Soc. ut per Polit. in prædallegato tract. substit. col. i. & Mod. de Ripa. in d. l. i. col. j. & ii. quem art. latiùs excutiam. j. postquã absoluta fuerit diffinitio.

5 Secundò infertur, †q substitutio quum sit institutio, regulatur secundum naturam ipsius institutionis. l. i. ubi omnes scriben. notant. s. eo. cum pluribus accumulatis per Iaso. in consi. xxxii. lib. iii. & Dec. in consi. 504. & 599.

Prædicta diffinitio malè potest defendi à pluribus difficultatibus, quæ contra eam mirum in modum obstant.

6 †Prima in legatis, fideicommissis, donationibus causa mortis & codicillis fieri potest substitutio. l. ut hæredibus. ff. de leg. ii. l. unica, circa fi. j. de caduc. toll. l. Titius & Seius, cum duabus. ll. sequen. & not. ibi per Bar. ff. de hær. instit. l. in principio cum ibi no. per gl. & Bart. ff. de leg. iii. & l. Scæuola. ff. ad Trebel. Et tamen in prædictis non cadit institutio, quæ ad hæredis institutionem tantummodò refertur, & adaptatur. d. l. i. de uulg. & pup.

Politus loco prędallegato col. ii. & iii. respondet q institutio (ut dictum fuit. s.) idem est q ordinatio, substitutio, subordinatio: substitutio ergo dicitur secunda institutio. i. secunda ordinatio, siue referatur ad institutionem hæredis, siue legatarii, siue ad quamlibet aliam ordinationem. Et sic, licèt in dicta. l. prima, institutio de hæredis institutione prædicetur, tamen potest & de alia institutione prædicari ut per eum. Et fuit ex mente Aret. sed reprobatur per Ripam in rub. ff. co. col. prima. ad fin. quia uerbum institutio hic in diffinitione non accipitur ita largè. ideò melior fuit solutio Areti. Soc. Iaso. & Parpa. in prædallegg. rub. de uulg. quòd prædicta diffinitio est de directa substitutione, quę sit in hęreditate tantùm de qua tractatur in illo titulo & in isto: non autem est de omni substitutione, quæ cadit in aliis dispositionibus de quibus. s. Et cum ista transeunt etiam Cur. s. in rub. in ii. col. & Ripa loco prę
7 alleg. Et ad declarationem tex. d. l. ut hęredibus, †ui de Dec. in consi. 245. col. fi.

Secunda difficultas est propter substitutionem pupillarem, quę fieri potest, etiam exhęredato. d. l. prima in §. fi. & in §. non solùm. instit. de pupil. & tamen non potest dici secunda institutio, quum prima non prędefuerit, nec pupillus fuerit institutus hęres.

Potest

Potest responderi, quòd dicitur secunda institutio respectu testatoris, qui non potest pupillariter substituere, ni faciat sibi testamentum & primum hęredem. l. prima. §. fi. &. §. priùs. l. ii. ff. eo. institu. de pupill. in §. liberis autem. Ita uoluerunt Dec. infrà in ii. col. Polit. loco prædallegato, & Ripa in Rub. de uulg. colum. prima. Quæ solutio non uidetur bona, quia substitutio hic non potest capi & considerari in genere pro subordinatione, & sic habito respectu ad testatorem, non ad hęredem, quia diffinitio non datur de equiuocis, nec in genere, sed capitur substitutio propriè, strictè, & in specie, & sic consideratur respectu ciusdẽ hęreditatis, non aũt diuersarum, ut hic per eundem Dec. in ii. col. & Cur. s. in rub. in j. col. Id quod probatur subtiliter inducendo d. l. primã de uulga. in principio, ibi, filius mihi hęres esto, si hęres nõ erit Seius mihi hęres esto, signa uerbũ mihi, ergo substitutio sit in eadẽ hæreditate, & ipsi instituenti primũ hæredẽ. hoc etiam patet ex ui & significatione uocabuli. dicitur. n. substitutus in locum primi seu prędecedentis positus. l. ij. in fi. ff. iud. fol. c. j. & c. si duo cũ simil. de procur. in sexto.

Melius ergo potest responderi, q hic est casus specialis & irregularis, qui non habet uitiare diffinitio-
8 nẽ; licèt nõ fuerit in ea cõprehẽsus secũdũ Cur. s. in ru. col. j. Are. in cõtrario sequẽtis difficultatis in ru. ff. eo. & Poli. loco prędallegg. in vj. col. Et ista est cõis & uerior conclusio. q diffinitio nõ corruat, licèt nõ comprehendat casus speciales: immo q non debeat nec possit illos comprehendere: ut in d. l. oĩs diffinitio. ff. de regu. iu. nouissimè probaui. hodie tamen quum pupillus nõ possit committere causam ingratitudinis non potest legitimè exhæredari, ut latè examinauimus in l. posthumo. s. de contratab.

9 Tertia difficultas †p l. quęrebatur, in fi. cum gl. ult. ff. de mil. test. ubi secunda institutio à milite facta, non dicitur nec censetur substitutio, quia si esset substitutio legata & relicta ab instituto quum censeantur repetita à substituto. l. licèt Imperator. ff. de leg. j. deliberentur ab illo secundo & posteriori hęrede: cuius cõtrariũ uult tex. ille. est ergo ibi secũda institutio, quæ non est substitutio, & consequenter diffinitio minus bona, quum non conuertatur semper cum suo diffinito. uulg. §. dolum.

Potest respon. gl. illã malè dicere, quia dicta secũda institutio dicitur propriè substitutio. l. miles ita hæredem, in principio, ibi nemine substitutio. ff. de mil. test. facit quod proximè retuli, substitutum dici loco primi seu prędecedentis positum: sed ille de quo in §. fi. d. l. quærebatur, talis est, ergo &c.

Et licèt non teneatur ad legata, non sequitur, ergo non est substitutio. satis. n. ibi erat deberi à primo hęrede. Et ita reprobatur gl. illa p Soc. & Iaſ. latè in rub. ff. de uulg. Poli. loco prædall. col. vj. & Curt. s. in rub. in j. col.

Inuenio tamen q Parpalea in d. rub. de uulg. dãnat considerationem Soc. s. relatam. primo, quia est auctoritas gl. quę maxima est in d. l. quærebatur, approbata ibi expresse per Bal. & per Bar. in d. l. licèt Imperator. in prima oppo.

Secundò, quia oĩs substitutio directa necessariò est conditionalis. §. coheres l. cohæredi. ff. de uulg. l. in rõne. §. quod uulgo. ff. ad l. fal. gl. in l. substitutio. ff. de acq. rer. domi. & in l. qui liberis, in gloss. j. ff. de
10 uulg. sed in d. §. fi. l. quęrebatur, substitutio facta fuit pure, ergo substitutio dici non potest.

Ad l. miles ita, resp. q secundò institutus dicetur substitutus largo modo, non aũt propriè, ex quo nõ est conditionalis. Et p istã rõnẽ licèt non relato Parpa. idem tenet Ripa in ea ru. col. ij. aliter respondẽs ad d. l. miles ita. Sed pp gl. & Doct. prędall. nõ est recedendũ à tex. alle. p Soc. & alios. s. relatos clarè dicẽte & nominante illũ talẽ substitutũ, licèt nõ fuerit cõditionaliter institutus. Et respõsio ac intelligẽtia Parpa. ad l. miles, q procedat ipropriè & largo mõ, est mera diuinatio & destructio: quum in dubio nõ sit recedendum à proprietate uerborũ, maxime Iurisconsul. l. nõ aliter. ff. de l. iii. l. ita uulneratus ff. ad l. aqui. Et ad prędictã rationem de conditionali institutione patebit respõsio ex dicẽdis. j. circa aliam diffinitionẽ, q sit cõditionalis institutio. Posse etiã aliter responderi ad d. l. quęrebatur, in fin. q. est ibi speciale in milite, ut p Are. in d. ru. de uulg. & Poli. loco prędalleg. faciunt quæ diximus. s. proximè de substitutione facta filio exhęredato, q licèt non sit secũda institutio respectu eiusdem hęreditatis, per hoc tamen non sequitur, quin sit substitutio, quod speciali fauore pupillorum fieri permissum fuit.

Quarta difficultas †de tex. in §. fi. l. miles ita, præ
11 all. ubi dicitur militẽ posse filio pupillo substitutionem facere, quamuis sibi non fecerit testamentum, est ergo substitutio, licèt non sit secunda institutio. idem uult tex. in l. ii. in §. quisquis. ff. de uulg.

Poli. loco prędalleg. col. v. †respõdet dando notũ intellectum ad d. l. miles ita, & §. quisquis. q miles speciali prærogatiua potest facere testamentum filio, licèt sibi non fecerit. Ita uolunt iura prædicta, sed non probari iure q possit substituere.

Quæ consideratio & solutio est contra tex. clarum in §. fi. d. l. miles. in principio, ibi, an substitutio quam pupillo fecit &c.

Iccircò resp. melius, ut p Are. in d. l. j. col. pe. Ripã
12 rub. prędall. col. ii. & etiã Poli. loco prędicto, esse ibi casum specialem priuilegio militari ubi est ualida substitutio, quãuis non prędecesserit institutio. Et nos loquimur in diffinitione de substitutione regulari, tex. ibi de irregulari facta priuilegio militis, & consequenter de substitutione largo modo sumpta.

Quinta difficultas: †substitutio fieri potest in ter
13 tio, quarto, & sequentibus gradibus. d. l. j. ff. de uulg. & inst. eo. tit. in principio. Et tamen non est simpliciter secunda institutio, sed tertia uel alia.

Glo. in prędalleg. rubr. ff. de uulg. respon. q secunda dicitur, etiam si facta sit tertio uel quarto gradu.

† quemadmodũ omnes nuptię quę sunt factæ post primas dicũtur secundæ propter primas: ut. s. in rubro & nigro de secund. nup. & sequuntur communiter Doct. ut per Deci. in d. l. in testamento. col. j. Quędam alia similia ponit Dec. in prędalleg. rub. de secun. nupt. in. j. col. Polit. prędalleg. & Ripa in rub. de uulg. col. j. inferentes ad no. quęstiones ut p eos.

Ista respõsio & resolutio malè procedit p punctũ rationis: absonũ est. n. et cõtra rationẽ recti & latini sermonis, tertiũ uel quartũ dici, secundũ, q propriè dicitur ille qui sequitur immediatè post primum. l. ii. C. ut dign. ordo ser. lib. xii. in l. j. ff. de alb. scrib. l. hac edictali in principio, suprà de secun. nupti. & in materia propria, est tex. in dic. l. j. de uulg. ibi, sub

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtituti.ſecũdo uel tertio ergo tertius nõ eſt propriè ſecundus. Et ita tenet Dec.in rub.ſ̃.de ſecun.nupt. col.i.& ij.Poli.loco prælallegato.Cur.ſ̃.in rub.in ii. col.ad tex.ſillius tit. de ſecun. nup. uno modo reſp. Cur. & Pol.ſ̃.alleg.alio modo & ſubtiliùs reſpõdet Deci. loco proximè alleg. Vnde quum plures ordines & gradus ſubſtitutionum in eodem teſtamento fieri poſſint, tertia uel quarta nõ poterit propriè ſecunda dici, eſt dare ſubſtitutionem, quæ non erit propriè ſecunda inſtitutio.nec reſponſio Politi.loco prælallegato,procedit ut per Cur.proximè alle.licèt de Poli.non faciat mentionem.Iſta eſt realis oppo.& difficultas,quæ non poteſt bene diſſolui.

14 Sexta difficultas mota per Parpal.†de l.qui ſoluẽdo la.ii.ff.hær.inſti.ubi qui ſoluendo non erat,ſcripſit primo loco ſeruum ſibi hæredem ſecũdo loco alium ſeruum hæredem.& primus ſolus, ut ibi dicitur,hęreditatem capit.Et ſic eſt dare ſecundam inſtitutionem,quæ tamen non eſt ſubſtitutio.ſi. n.ita eſſet,ualeret,cuius oppo.ibi dicitur:annulatur;q; propter primam, quum duæ inſtituriones ſeruorum in ſolidum eſſe nequeãt,lege elieſcentia,ut ibi dicitur prohibente. propterea annullatur ſecunda tanquã facta contra legem, quæ naluiſſet ſi ſubſtitutio fuiſſet. ut inſt.de uulg.in principio.Ergo contra prædictam diffinitionem, quum ſit dare ſecundam inſtitutionem, quæ non eſt ſubſtitutio, & ſic diffinitio non conuertitur.

Huic argumento & difficultati poteſt reſpon. ui delicèt ꝙ ibi fuerunt duo ſerui ſimul hæredes ſcripti,& ſic cohæredes erãt,eodẽq;tẽpore ſimul inſtituti:ut dicimus in contutore, qui ſimul tutor eſt, non qui poſt aliũ ſequitur. fuerunt igitur ibi illi duo ſerui ſimul hæredes inſtituti hoc modo, puta, Titius, & Sempronius ſerui mei hæredes mihi ſunto. Sempronius ratione ordinis in ſcriptura ſeruati dicitur ſecundo loco ſcriptus hæres,non autẽ ſecundo gradu inſtitutus:quum ambo in primo gradu hæredes inſtituti fuerint:ſed dicitur ſecũdo loco ſcriptus in ordineq; nominatus, prout uult illa lex ad ſinem,ꝙ omnes ſcripti fuerint hæredes, ſed hęres remaneat ſcriptus primò non ſcriptis: ſecundò propter l.clie ſcentiam.Idem eſt quãdo teſtator inſtituiſſet primò Titium ſeruum ſuum hæredem, poſtmodũ ẽt inſtituiſſet Semproniũ:quia cenſentur oẽs ſimul inſtituti,& faciunt partes ꝑ concurſum.l.cõiunctim. ff.de leg.iii. ſed propter prohibitionẽ legis Elieſcẽtię tã tũ admittitur,qui primò ſcriptus eſt:ut ibi habetur.

15 Septima difficultas:† prędicta diffinitio nõ cõſtat ex genere & differentiis ſpecificis,quia uerbũ ſecũda differre facit ordine & gradu, non ſpecie, & ſatis uerba ipſa oſtendunt, in quibus nulla continẽtur differentia,ergo &c. huic tamẽ arg. põt reſpõd. ut dicã in ſequenti diffinitione in quinto motiuo.

Vides igitur prædictã diffinitionẽ gl. malè poſſe ſaluari & defendi. Eſt potiùs deſcriptio quædã uerbi,de qua plura diximus in d.l.omnis diffinitio.

Datur alia diffinitio ꝑBal.Soc.& alios.in rub.de
16 uulg.Bar.& Are.in l.qui liberis,eo.tit.†ꝙ ſubſtitutio ſit cõditionalis inſtitutio.ſed obſtant plura ex dictis.ſ̃.proximè,& dicẽdis.ꝯ.ſtatĩ.Ideò aliũ cõiungẽdo prædictas ambas diffinitiones, dicunt ꝙ eſt ſecũda & cõditionalis inſtitutio.& dicũt Parpa. & Ripa in rub.prędall.hãc cõuerti cũ diffinito:quia oĩs ſecunda inſtitutio in teſtamento & hęreditate directò & conditionaliter facta,erit ſubſtitutio. Et ceſſare difficultates motas de ſubſtitutione facta, in donatione cauſa mortis,legatis,& codicillis.ut de d.l.quærebatur. in fine ſecundum eos.

Et ꝙ dicatur cõditionalis inſtitutio,probatur in l.cohæredi in §. cohęres.in duobus locis,ibi, ſub cõditione.& in l.in ratione, in §. quod uulgò. ff. ad l. fal.ſecundum Cur.hic in.ii.col.& Ripam in d. rub. de uulg. & fuerunt iura priùs adducta per Bart. & Are.in l.qui liberis.in principio.ff. de uulg.

17 Sed nec diffinitio iſta poteſt defendi.† In primis fideicommiſſaria,quæ ſubſtitutio eſt,fieri poteſt purè & de præſenti.l.generaliter.ſ̃.tit.proximo.§.poteſt.inſti.de fideicom.hær.& ff.ad Treb.in pluribus iuribus,ut etiam ꝑ Cur.ſ̃.in rub.in ii.col.& Poli.loco prælallegato ergo diffinitio mala:quũ ſit ibi ſubſtitutio,quæ tamen non eſt conditionalis.

Huic motiuo reſpõ.põt ſecundum Cur.ſ̃.in rub. col.ii.Parpa.loco prælleg. põſt Seneſes, ꝙ hic ſolũ diffinitur ſubſtitutio directa in hęreditate, & prędicta nõ eſt directa:ideò &c. ſed quũ de directa & de hęreditate nullũ fiat uerbũ i diffinitione,ergo &c.

Secũdò uidetur obſ.ſecundũ Cur.quia ir inſtituo aliquẽ ſub cõditione,iſta eſt conditionalis iſtitutio, ut de ſe patet,& dicitur.ſ̃.de inſt. & ſubſt. ſub cõdi. fac.& tamẽ nõ dicitur ſubſtitutio.Poteſt reſpõderi, ꝙ uerbum ſecunda in hac diffinitione poſitum difficultatẽ tollit.ſecundũ præfatos, quia licèt prædicta ſit conditionalis,non tamen eſt ſecunda ſed prima.

Tertiò uidebatur obſtare tex.prædall. l. quęrebatur,in ſi.ff.de mil.teſt.ubi eſt ſubſtitutio(ut.ſ̃.dixi) & tamẽ nõ ẽ cõditionalis. Ripa loco prędalleg. reſp.
18 ꝙ illa ſecũda erat ex die,†ſed quid ad propoſitũ, nõ erat cõditionalis,ergo ẽ dare ſubſtitutionẽ, quę nõ eſt cõditionalis iſtitutio, & ſic contra prædictas diffinitiones.facit tex.in §.poteſt.ſ̃.alleg.ubi ſubſtitutio ex die ponitur,ut diuerſa à conditionali.Melius poſſet reſp. eſſe ibi caſum ſpecialem fauore militari, ut in alio propoſito dictum fuit in ſuperioribus.

19 Quartò obſ.tex.no.ĩ.l.qui liberis.ff.de uulg. †ubi dicitur poſſe quẽ purè pupillariter ſubſtituere,ergo nõ eſt uerũ, ꝙ ſubſtitutio ſit ſemper cõditionalis inſtitutio.ſecũdũ prędall.oẽs Mod.& Are.ĩ d.l.qui liberis,reſpõdẽtes tamẽ poſt gl.ibi Iuriſc.dixiſſe ſubſtitutionẽ purã habito reſpectu ad cõditiones extrinſecas, quæ non ĩſunt tacitè ex ſubſtãtia & ex natura rei.Ibi ergo tex.loquitur de extriſeca cõditione cuius reſpectu pupillaris ſubſtitutio ibi appellatur pura,cõditionalis tamẽ eſt cõditione intriſeca. Et hęc ſol.clarè probatur ꝑ exempla.ibidem à Iuriſc.data.

Sed obſtat ſecundũ Politum loco prędalleg. in vi.
20 col. †quia cõditiones quę ad actũ ſiue ad effectũ requiruntur,nõ faciunt actũ,nec diſpoſitionẽ cõditionalem.l.iii.ff.de leg.i.Sed cõditio de qua in d. l.qui liberis,talis eſt,ergo &c.quæ cõſideratio non uidetur procedere,quia ſequeretur ꝙ ẽt ſubſtitutio uulgaris nõ eſſet cõditionalis inſtitutio:quia ẽt ad effectũ ipſius requiritur, ꝙ fiat in caſu, in quo primus non ſit hæres.l.i.de uulg.cuius oppoſitum dicitur in l.cohęredi,ĩ principio illo eo. tit.propterea dicit ſubtiliterAret.in d. l.qui liberis.in iii.col.poſt glo. & Bar. ꝙ uerè quælibet ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio,ſiue illa conditio ſit expreſſa,ſiue non:

Per

per prædicta. quia quando conditio reſpicit diſpoſitionem ipſam & eius eſſentiam, ut in propoſito noſtro,quum iſtæ ſubſtitutiones fieri nequeãt,niſi ſub iſtis conditionibus, pupillaris,ſi pupillus deceſſerit in pupillari ętate:uulgaris,ſi primus hæres non erit tunc diſpoſitio redditur conditionalis,& ſuſpenditur per conditionem:ſecus quãdo ineſt tacitè & reſpicit executionem actus.d.l.iii.quum.n. non reſpiciant diſpoſitionem uel ſubſtantiam, nimirum ſi illa conditionalis non ſit: ſecus quando prædicta reſpicit.

Quintò obſtare uidetur,quia diffinitio prædicta non uidetur conſtare ex genere & differentiis ſpecificis,ut per Ripam in prælle.rub.col.ii.& dixi in ſu
21 perioribus. Poteſt reſpon.† ꝙ apud nos de facili conſtituitur differẽtia ſpecifica.l.ii.col.ii.§.deinde, ibi,factum eſt ut ſpecies conſtituendi intereſſet, poteſtas autem eadem eſſet.ff.de orig.iu.& in l.ii.in §. creditum,ubi Dec.& Mod.notant.ff.ſi cer.pe. ideò dictum uerbum ſecunda, ſatis poteſt dici apud nos conſtituere differentiam ſpecificam. præterea conditionalis non ne cõſtituit differentiam ſpecificam reſpectu purę?

Sextò obſtat, quod in ſuperioribus diximus de pupillari ſubſtitutione facta exhæredato, quæ eſt ſubſtitutio,tamen non eſt ſecunda. niſi reſpondeas ut.ſ̃.diximus,ꝙ eſt caſus ſpecialis fauore pupillorũ contra regulas iuris communis;ideò non habet uitiare diffinitionem,ſecundum regulam datam.

Septimò obſtat quod.ſ̃. dixi de ſubſtitutione facta tertio,& quarto loco,quæ dicitur ſubſtitutio, & tamen non eſt ſecunda inſtitutio,ſed alia. Diſputando poſſet reſpon.per ea quæ.ſ̃.diximus de ſecundis nuptiis: ſed per punctum rationis ſuſtineri hoc nõ poteſt,ut in ſuperioribus dictum fuit. Et hęc ultima oppo.eſt illa quæ magis urget, & ſuadet nos recedere à prædicta diffinitione.

Eapropter ueniamus ad alias diffinitiones. Cur,
22 ſ̃.in rub.in ſecunda col.diffiniendo dicebat,† ꝙ eſt in alterius locum quantùm ad bona teſtatoris, uel pupilli repoſitio.probando iſtam diffinitionem per l.quamuis.ſ̃.eo.cum ſimil.

Nec obſtat quòd pupillaris ſubſtitutio fieri poſſit exhæredato,ut.ſ̃.diximus, ubi non poteſt uerificari quod de repoſitione in locum alterius dictũ fuit:quum teſtator priùs non poſuerit pupillum in illum locum:ex quo fuit ab eo exhęredatus. Quia reſpondetur, ꝙ reſpectu bonorum pupilli teſtator poſuit ſubſtitutum loco pupilli, non tamẽ reponit per rationem prædictam,ergo &c.Secundò confunditur per tex.in l.miles ita, in §.fi.ff.de mili.teſt.ubi ualet ſubſtitutio facta per militem pupillo,licèt ſibi miles non fecerit teſtamentum. Et ſic non eſt repoſitio, & tamen eſt ſubſtitutio . quamuis huic motiuo poſſit reſponderi per ea quæ in ſuperioribus diximus, ꝙ eſt caſus ſpecialis.Tertiò,quia bona diffi-
23 nitio†debet dari coniunctim, & copulatiuè. nõ diſiunctim & alternatiuè:ut dixi in dict. l. omnis diffinitio.

Pol.loco prælallegato,col.vj. dabat aliã diffinitio
24 nem,dicendo ꝙ eſt ſequens inſtitutio.†Iſta confunditur per tex.in d.l.miles.in §.fi.ubi eſt ſubſtitutio, & tamen non eſt ſequẽs inſtitutio: quum miles nominem ſibi inſtituerat hæredem.& contra illũ text. loquutus eſt Politus, ut dixi etiam ſuperioribus de illo tex.uerba faciendo.ſed poſſet reſpond.ꝙ eſt ibi ſpeciale fauore militum,ut.ſ̃. dixi. Item obſ.tex.in l. ſi quis hæredes,& in l. ſi ita quis hæred.ff. de hæred.inſt.

Ripa in rub.prælleg. reprobata alia diffinitione
25 Azonis†dicebat,ꝙ eſt inſtitutio facta ſub cõditione purificandi per non aditionẽ uel mortem, uel aliud impedimentum inſtituti,uel exhæredati.Obſtat primò huic diffinitioni tex.in prælleg.l. quærebatur, in ſi.ubi(ut dictum fuit.ſ̃.) eſt ſubſtitutio,quæ tamẽ non eſt conditionalis: & ſic non eſt purificanda.

Secũdò non uidetur uerũ ꝙ ſubſtitutio quantùm
26 ad formã uerborum fieri debet ſub conditione, † ut in diffinitione prędicta habetur.tex.eſt in l.qui liberis,in principio.ff.de uulg. ubi probatur poſſe purè ſubſtitutionem fieri, licèt conditionalis ſit cõditione intrinſeca:ut in ſuperioribus dixi.ſed apertè probat,ꝙ non requiratur illã fieri ſub conditione. Tertiò non procedit prædicta diffinitio cum tot diſiunctiuis data,ut dixi proximè cõtra diffinitionẽ Curt. rationes latiùs uidebitis per me in d.l.oĩs diffinitio.

27 Poſtremò conſiderabam † ſic poſſe ſubſtitutionẽ deſcribi & oſtendi,ꝙ eſt conditionalis inſtitutio purificanda per non aditionem,mortem aut aliud impedimentum inſtituti,præterquàm in pupillari facta filio exhęredato,uel per militem,qui ſibi non fecit teſtamentum.

Iſta deſcriptio ſeu declaratio eſt generalis omnia comprehendens,ſecundum quam ceſſant difficultates contra alias diffinitiones.ſ̃.motæ.

Eſt.n.oĩs ſubſtitutio conditionalis inſtitutio, ſalte cõditione intrinſeca,ut prędiximus:ideò cũ myſterio dixi conditionalis,non aũt ſub conditione facta: quia quò ad formam uerborum (ut dixi) purè fieri poteſt. alia uerba exceptiua poſita ſunt ad excluſionem caſuum,ſpropter quos præcedentes diffinitiones impugnabantur.

Et quũ ſit deſcriptio & demonſtratio rei non refert ꝙ fiat cum alternatiua,per text. in l.j.ff.de pact.
28 † Diffinitionem uerò directę ſubſtitutionis ſit traderem: Dicendo, ꝙ eſt ſequens & conditionalis in hæreditate inſtitutio.

Iſta eſt generalis, conuertibilis cum diffinito, conſtans ex genere ex differentiis,ponens ſubſtantiam rei diffinitæ,ergo bona.

Genus eſt ibi,inſtitutio,ut. ſ̃.dictum fuit. Differẽtię(legaliter loquẽdo(ibi,ſequẽs,ad differentiam inſtitutionis,quę prima eſt.l.j.ff.eo. Et dixi ſequẽs, nõ ſecũda,quia ĩ quocunq; gradu,ſecũdo tertio,aut aliis illã fieri contingat, certè ſequens nuncupabitur. quo uocabulo non ſine miniſterio utitur iuriſconſultus in l.Lucius.ff.eo.tit. Dixi etiam conditionalis, quia omnis directa ſubſtitutio eſt conditionalis,ſaltem conditione intriſeca:ut.ſ̃. dixi.Item dixi in hæreditate, ad differentiã ſubſtitutionis, quæ fit in legatis,fideicõmiſsis & donatione cauſa mortis, quæ non eſt ſequens inſtitutio in hæreditate. Item dixi generaliter in comprehendendo eo modo tam hæreditatem teſtatoris,quàm pupilli.

Nec cõtra iſtã diffinitionem obſtant quæ in ſuperioribus dicta fuere,de ſubſtitutione pupillari,quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri potest exhæredato, & de militari quæ fieri potest filio pupillo, etiam non præcedente heredis institutione. ibi est substitutio, & tamen non est secunda, uel sequens institutio, quum nō præcesserit prima: quia sunt casus speciales à regula excepti, qui non habent uitiare diffinitionem factam secundum regulas & communia, non habito respectu ad specialia, ut in superioribus dictum fuit.

29 Iuxta prædicta cadit no. dubitatio: ¶utrum substitutus dicatur propriè institutus, & sub dispositione faciente mentionem de institutione comprehendatur substitutio? articulus no. est & difficilis. uidetur dicendum ꝙ nō, primò per tex. in l. prima. ff. de uulg. distinguentem, & separantem institutum à substituto: diciq; institutum in primo gradu positum, substitutum uerò positum in secundo, uel tertio aut sequentibus.

Secundò per tex. in rubro & nigro. ℨ. de instit. & substit. ponderando copulam, quæ denotat, diuersitatem prout habetur in rub. ff. de iu. & fac. ign.

Tertio, quia institutio communiter est pura, & substitutio semper conditionalis: ut. ℨ. diximus, ergo non simpliciter talis. l. j. cum ibi no. ff. de dona. l.

30 j. §. si quis simpliciter. ff. de uerbo. obl. ¶ Et quod est tale secundum quid, non est propriè tale. l. hic legatum. ff. de leg. iij. l. Lucius. §. quælitum. cum ibi not. per Bar. eo. tit. cū accumulatis per Soc. in d. l. j. col. j. Et ista est communis opinio scribētium, ut. j. dicā.

31 In contrarium uidetur esse tex. no. ¶ in l. mulier, in §. fi. ff. de condi. institu. ubi si quis te hæredem ita instituerit, si tu eundem hæredem instituisses: nihil interest in quo gradu is à te hæres fuerit institutus. Et sic conditio institutionis uerificatur in quolibet gradu substitutionis, ergo substitutus dicitur propriè institutus: quia conditio debet propriè uerificari. l. quod hæredi, in principio. l. Mæuius. ff. de cond. & demonst.

32 Secundò, quia ¶ ex diffinitione quæ propriè intelligi debet, cognoscitur proprietas uocabuli. l. j. cum ibi no. ff. de testā. l. omnis diffinitio, cum gl. ff. de reg. iur. notat Bar. in l. oēs populi, in iiii. q. vj. quæstionis principalis. ff. de iust. & iur. sed in diffinitione dicitur ꝙ est institutio, ergo &c.

Tertiò, quia institutio est genus sub se continens institutionem in specie, & substitutionē in specie, & speciei propriè ineſt genus. l. si quid earum. §. inter emptum, cum gl. ff. de leg. iii. l. semper in generalibus, & l. in toto, ubi dixi de reg. iu. Soc. in d. l. j. col. ii. ergo substitutus propriè dicitur institutus. Et ita tenent Bar. Bal. Imo. & Pau. de Ca. in d. l. mulier in §. fi. Rapha. Comen. Are. & Aquenſ. in l. j. col. j. ff. de uulg. Polit. loco præal. col. iiii. Iaſ. in l. Cēturio, col. pen. ff. de uulg. Cur. in rub. ℨ. eod. col. iii. & Ripa in præall. l. j. col. j.

Et tenendo hanc opinionem, ad primum fundamentum partis contrariæ de d. l. j. respondent præfati ꝙ loquitur ibi tex. de institutione in specie, & de substitutione in specie, nimirum, si unum censetur diuersum ab altero: quum ponantur ut species oppositæ: secus quando institutio capitur in genere, prout nos loquimur, tunc comprehenduntur oēs eius species, ut dictum est: ut per Cur. in rub. ℨ. eod. col. iii. & Ripam in d. l. j. col. j.

Ad secundum potest responderi ꝙ copula &, ponitur ibi inter genus & speciem, ut in rub. ℨ. de seruit. & aqua. cum gl. & no. per Alex. in rubr. ff. eod. circa fin.

Ad tertium ꝙ substitutio conditionalis sit, & talis secundum quid. Respondeꝙ ex quo cōditio est de natura actus, & dispositionem non alterat, illud conditionale censetur propriè tale: ut per Ripā in d. l. i. col. i. quod probari etiam potest ex uulgari, & pupill. substitutione, quę necessariò conditionales sunt conditione intrinseca, uulgaris, si primus hæres non erit: pupillaris, si in pupillari ætate decesserit: ut in superioribus dictum fuit: & tamen sunt propriæ substitutiones.

Sed non uidetur esse recedendum à prima opinione, quia substitutio necessariò (regulariter loquendo) est secunda uel sequens institutio: ut. ℨ. dictum fuit, ergo non est talis, nisi secundum quid. Et huic argumento non respondent tenentes contrariam opinionem. Item, quia substitutio semper est conditionalis ut etiam diximus, ergo alia ab substitutione simplici.

Et hāc opinionē tenent Bald. Ang. Imo. & Soc. il los referēs in d. l. j. col. ij. & iii. de uulg. pro hāc cōsuluit Ant. de Butrio magnæ auctoritatis uir. in cons. lxxvii. Viso puncto. sequitur Lance. Galliaul. dicens communem in d. l. Centurio. 104. in v. conclusione, & Dec. in rub. ℨ. de inst. & substit.

Non obstant adducta pro contraria parte: & primò tex. in §. fi. d. l. mulier, quia potest multipliciter responderi, ut p Soc. & Ripam in d. l. j. uel ut p Cur. uel ut per Galliaulam in locis proximè allegatis.

33 Ego aliàs clariùs respondebā ¶ dando nouum & pulchrum intellectum ad illum text. & dicebam nō esse mirum, si uerba illa, si me instituisset hæredem, conditionaliter prolata, uerificantur etiam in substitutione facta in secundo uel tertio gradu ex mente testatoris ibi, quæ totum facit in conditionibus, ut. ff. de cond. & dem. l. in conditionibus. quum. n. subiunxerit, uel quid aliud sibi legasse, quæ uerba uerificantur ēt in minimo. l. cum quid, ubi Deci. & alii notant. ff. si cer. pe. clarè patet testatorem non fecisse uim in institutione pręcisè, & propriè, sed consideraſſe honorem sibi habitum in dicto testamento ex nominatione in eo facto, siue per uiam institutionis, siue per uiam legati, quę tamen differunt, & maior honor impeditur alicui ex institutione, quā ex legato, ut per Iaſ. in auct. nouiſsima. col. iiii. ℨ. de inof. testa. unde, nimirum si censetur satisfactum illi conditioni, si me instituisset hæredem, mediante substitutione in aliquo gradu facta, propter uoluntatem defuncti: quia cēseretur adimpleta conditio & illi satisfactum per quodcunq; legatū. fortiùs ergo & multò magis per substitutionem, quæ magis honorifica cēsetur, ut dixi: non adęquatur igitur ibi substitutio institutioni, sed potiùs legato. Et inuenio nunc ꝙ istum intellectum ad illum text. sentit etiam Dec. in præall. rub. ℨ. de inst. & substit. &c.

Ex quo inferò, ꝙ si testator ibi non subiunxisset illa uerba, uel quid sibi legasset: ꝙ nō haberet locū decisio illius text. nec p substitutionē satisfieret illi cōditioni. quod no. Et sic ille tex. bene itellectus in contrarium retorqueri potest, ꝙ appellatione institutionis

tutionis simpliciter prolatæ non ueniat substitutio.

Ad secundum argumentum sumptum ex uerbis diffinitionis, quæ propriè intelligēda sunt. respō. uerū esse, ¶ sed ꝙ uerba debent intelligi in spetie, potius quā in genere. d. l. hoc legatū. cū no. per Bar. ff. de leg. iii. simpliciter & in proprio significatu. l. i. §.

34 qui in perpetuū. ff. fi. ager. uectig. uel emphy. pet. & hic de institutione in spetie, nō de institutione in genere: ita no. respondet Soc. in d. l. i. col. ii. & Lance. Galiau. loco proximè alleg. per tex. in d. l. i. Nec obstat replicatio Ripæ. in d. l. i. col. ii. dicentis considerationem Soc. confundi per tex. in §. fi. d. l. mulier, quia illi pater responsum ex prædictis.

Ad tertium ꝙ omnes species de proprietate sermonis continentur sub genere. respon. ut elegāter & subtiliter per Soc. loco præallegato.

Ex quibus ultra quæstiones Ant. de But. & Alex. de quibus per præfatos, inferri posset ad alias quæ-

35 stiones ¶. l. ꝙ statutum faciens mentionem de institutione non haberet locū in substitutione in genere, sed de institutione in spetie, p prædicta: ut de fideicommisso dicunt Alex. & alii in rub. ff. eo. tit.

36 Secundò principaliter præmitte ¶ ꝙ duæ sunt species principales substitutionū: directa uidelicēt, & obliqua seu fideicōmissaria. Quæ subdiuiduntur in alias speties, ut p Alex. Iaſ. & alios Mod. in præalleg. rub. de uulg. & p Cur. ℨ. eo. in rub. col. iii. Dec. in d. l. in testamento. col. i. ℨ. de mil. test. & Polit. loco prę allegato col. vii. Et declarāt etiam præfati scribētes quare dicantur directæ, & quare obliquæ. ut per eos in locis præalleg.

37 Hoc loco ¶ notab. & alta occurrit difficultas: utrū substitutio fideicommissaria dicatur propriè substitutio, & comprehendatur sub dispositione statutaria de substitutione mentionem faciēte? Iaſ. in rub. proximi tit. Dec. in l. in testamento. col. ii. ℨ. de mili. test. in rub. ℨ. eo. Et Ripa in rub. de uulg. post Nicol. de Mat. Bal. Sal. Pau. & Cor. dicunt & tenent ꝙ non attestantes hanc esse communem opi. doct. ut etiam dicunt moder. repetentes in §. quidam rectè. l. Gallus. col. v. & vi. de lib. & posth. uideamus rationes, & an uerum sit eorum testimonium.

Probatur hæc opi. primò, quia substitutio dicitur esse secūda uel sequens institutio, ut dixi. ℨ. ¶ sed

38 fideicommissaria non est talis, ut per Doct. in locis præal. sed est fideicommissum, & grauamen quoddam, ergo &c. Alex. ℨ. in rub. & Soc. in rub. ff. eo. respon. non esse necesse substitutionem esse secundā institutionem, propriè loquendo, quum etiam in legatis propriè fiat substitutio, quæ tamen non est secunda institutione per eos.

Cōfirmo ex his quæ in superioribus diximus de substitutione pupillari facta filio exhæredato, & de facta à milite filio nō instituto. substitutiones enim sunt, & tamen non sunt secundæ, quum primæ non præcesserint. patet ēt in substitutione facta tertio, uel quarto loco, quæ est substitutio propriè, & tamē non est secunda.

Prædicta tamen nō multū satisfaciunt: quia nos loquimur de substitutione in hæreditate, nō in legatis item, quæ confirmando diximus, procedunt in casibus specialibus, ut in superioribus diximus.

Ideò melius pōt responderi secundum scribētes in locis præall. ꝙ diffinitio prædicta concernit substitutionem directam, non autē fideicommissariam de qua nos loquimur: quæ licēt non esset propriè seda institutio, est tamen propriè substitutio. ¶ quum

39 fideicommissarius loco hæredis ponatur & constituatur. l. postulante, ibi, loco hæredis. & l. si hæres ab eo, ibi, uice hæredis. ff. ad Treb.

Secundò pro opinione prædicta facit tex. in rub.

40 ii. ti. præcedentis ibi, seu restitutionibus. ¶ quæ disiūctiua ponitur inter substitutionem & restitutionē ideſt fideicommissariam. ex quo patet illā non comprehendi, nec uenire appellatione substitutionis: quum talis disiunctiua inter diuersa ponatur. l. hæc uerba ille. ff. de uerb. sign.

Respond. secundum Alex. in rubricis præall. Soc. Cur. & Ripā. ꝙ illa dictio seu, ponitur ibi ranquā inter genus & spetiē, ut in simili copula &, in rub. ℨ. de seruit. & aqua. Et in libro meo satis antiquo est copula, nō disiūctiua, quāuis in hoc nō sit uis, utrūq; ergo sit, non notat diuersitatē, nisi modo prædicto.

Tertiò adducitur tex. no. in l. recusare. §. Titius. ff. ad Treb. ibi, potiùs ex restitutione, quā ex substitutione. & in l. generaliter. ℨ. tit. i. in duobus locis ibi, locū substitutioni uel restitutioni. & ibi, certo sub-

41 stitutionis uel restitutionis fine. ¶ ad idē tex. in l. arrogator, in §. i. ff. de adop. & in l. tutores, in §. ii. ff. de admin. tut.

Potest respō. ꝙ substitutio directa & fideicōmissaria, & sic species ipsæ, licēt inter se differant & ponātur ut species diuersæ, sicuti institutio & substitutio in l. i. ff. de uulg. tamē generaliter loquendo, substitutio in genere cōprehēdit sub se ipsas oēs ut species. præterea in prædictis iuribus cōstabat de mēte loquētis, quum expresse distinguat restitutionem à substitutione. & sic non loquatur in genere de substitutione, ut in terminis quæstionis nostræ, sed in spetie de ipsis substitutionibus uulg. & fideicō. quo casu quum utraque sit species distincta, nimirum si differunt, & ut diuersæ ponantur.

Quartò pro opinione prædicta citatur tex. l. secun

42 de. §. eo. & in l. iā hoc iure. ff. de uulg. ¶ ubi uerbum substituo, nō comprehendit nisi uulgarē & pupillarē, non autē fideicommissariā. & notant ibi Doct. & Soc. in præall. rub. de uulg. col. ii. & Dec. in d. l. in testamēto. col. ii. sed si substitutio fideicōmissaria esset substitutio propriè, sine dubio cōtineretur in substitutione facta duobus uel uni p uerbum substituo; cuius contrarium ibi dicitur, & concludunt communiter Doct. ut p scriben. in locis præall. & Alex. in d. l. ii. & Dec. in d. l. in testamento. col. ii.

Curtius. ℨ. in rub. col. iiii. in fi. dicit, argumentum stringere, tamen respondet, ut ēt priùs per Deci. in d. l. in testamento. col. ii. ꝙ in dubio substitutio censetur directa non fideicommissaria. c. si pater. de testa. in sexto, propterea, nimirum si obliqua & fideicommissaria non continetur. Quæ solutio mihi nō satisfacit: quia si substitutio fideicommissaria esset propriè substitutio, ita cōprehēderetur fideicōmissaria in dispositione loquēte de substitutione, sicuti

43 cōprehēditur directa. ¶ Nec refragatur cōsideratio quorundā dicentiū id contingere, quia testator censetur minus quam sit possibile hæredem suum grauare, quia, ut replicat Lancel. Galiau. in d. l. Centu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio,col.cv.id non procedit quando proprietas uocabuli restringeretur,ut minus importet,quàm uocabulum designet.l.non aliter.ff.de leg. iii. confirma per tex.no.in l.postquàm liti.s̄.de pact. & in l. cum lege,cum no.ibi per Are.ff.de testa.

Ad dicta iura aliter respon.Ripa in l.Lucius,col. antepe. ff. de uulg. quòd illa taxatiua non excludit casus similes prout erit fideicommissaria in persona utriusq; instituti,sed casus dispares.allegat uulg. l.ob æs, cum gloss. suprà de præd.mino.excludit ergo directas omnibus illis personis non conuenientes,non autem fideicommissariam aptam omnibus conuenire.Et licèt taceat,fuit consideratio Areti.ut refert Dec.in d.l.in testamento.col.i.sequitur tamẽ ibidem Ripa decisiouẽ Bar.communiter receptam limitando ut ibi per eum, & prius per Dec. in d. l. in testamento.colum.ii.Sed est manifesta uiolẽtia ad dicta iura, quum enim d. l. ii. dicat in unum casum duntaxat,ergo non in duos,quod esset,si compræhenderetur fideicommissaria.& in d.l. cum hoc iure, dicatur in uulga. tantummodo casum factam uideri substitutionẽ, non ne excludit fideicommissariam? quod clarius ex ratione quâ statim subdit, patet,ibi,incongruum enim uidebatur in altero duplex substitutio, in altero sola esset uulg.ergo &c.

44 Contrariam sententiam ac partem † tenuere, & amplexi sunt Alex.Soc.& Parpalea in prælleg.rub. de uulg.Politius in tract.subst.prælleg.col.v.Lancel.Galiaula in d.l.Centurio,loco.s̄.relato.Et Cur. s̄.in quarta col. qui miratur q; Dec. attestetur communem.sed nõ est mirãdum,quia ita est, ut ex relatis.s̄.apparet,siue attendamus numerum siue pondus & auctoritatem prædictorum scribentium.

Pro hac opinione primò facit, quia in legatis & donationibus causa mortis potest fieri substitutio, ut iura. s̄. alleg. apertè dicunt, & uerba intelliguntur propriè, ergo in fideicõmissario datur propriè substitutio.Dec.in rub.s̄. co. & Ripa in dicta rubr. de uulg. respondent,q; est substitutio largo modo, & impropriè, non autem propriè, ut in proposito nostro.

Quæ responsio nõ uidetur bene procedere, quia iura appellant illam substitutionem, & non est dicendum q; loquantur largo modo & improprie. ideò uidetur posse meliùs responderi, q; substitutio in hæreditate de qua loquimur,est propriè & in potentiori significatu substitutio: ideò de ea intelligitur non de aliis:per no.per Socin. & alios in prælleg.rub.de uulg.

Secundò facit tex.in d.l.generaliter,in.§.cum autem,in uerbo substituit.†quod refertur etiam ad fideicom.prout & ff.ad Trebel.in l.Scæuola,ibi in fideicom. substitutionem.

Ad §.quum autem.respon.Dec.s̄.eo.ad fin. rub. ad l. Scæuola, respon.q; licèt tex.ibi appellet fideicom. substitutionem, ex hoc non infertur q; ubi fit simpliciter mentio de substitutione,q; ueniat fideicõ.†immo potest retorqueri in contrarium,q; illud ibi contingat ratione adiuncti:ergo sine illo adiuncto, appellatione substitutionis non intelligeretur de fideicommissaria.

Tertiò allegatur tex.in d.l.iam hoc iure. ibi, hoc cõi uerbo substituo.† Dec.s̄.in rub.circa fi.resp.ne gando id uerbum commune esse, & alium esse sensum illius.l.ut per eum.& fuit Bar.& aliorum. ante eum, ut per Ias.in d.l.iam hoc iure,in tertio not.Et Bal.s̄.in rub.ad fi.ubi eleganter respondendo ad illum tex.dicit,q; loquitur alio respectu,& in aliis terminis de communione, quę est respectu personarũ coniunctarum in reciproca, non autem de communione,idest differentia aptitudinis ad directam, & obliquam.

Sed licèt ille tex.cuitari possit,quia nõ probat id ad quod allegatur, ueritas tamen, est & communis receptaque sententia uerbum substituo, commune esse:ut per Bar.Bal.Ias.& præfatos.Cur.in rub.s̄.eo. col.4.Galiau.in d.l.Cẽturio,loco prælleg.to,& Ripam in prælleg.rub.de uulg. col. ult. si commune est ad directã & obliquã seu fideicommissariã, ergo tàm fideicommissaria, quàm directa erunt propriè substitutiones.

Nec obstat quædam respõsio Ripæ loco prælleg.to q; tale uerbum stet propriè respiciens directã, impropriè respiciens obliquã.argu.glo.in l.ii. ff.de off.proconſ.& lega.quia hæc responsio non probatur iure. Et in d.l.ii.illud contingebat ratione subiectæ materiæ, quæ omnino suadebat & admittebat, talem intelligentiam & interpretationem, secus in proposito nostro: quia eadem determinatio plura determinabilia respiciens,nõ debet differmiter aut 48 diuersimodè determinare. d. l. iam hoc iure. † quã regulã ultra Doct.in d.l.iam hoc iure,examinat plenè Dec.in l.in testamento.s̄.de test.mil.Et quia uerba propriè,non impropriè intelligenda sunt. iuribus uulg. ergo tam de directa, quam de obliqua: quum omnes sint propriè substitutiones. Disputando oporteret negare communem ueritati subnixam esse,& quòd iure non probaretur.

Quartò ut inquit Polit.loco prælleto col.v.secundum communem usum loquendi fideicommis 46 saria substitutio appellatur,†& etiam de ea communiter intelligitur: & omnis dispositio de mundo à consuetudine & communi usu loquendi interpretationem recipit:ut plenè per Fel.in proœm.decre. col.iiii. & v. ergo sermo de substitutione comprehendet etiam fideicommissariam.

Huic motiuo potest responderi, negando cõmunem usum loquendi,qui probandus esset:ut per Fel. ibidem.quo probato tunc aliud esset,quia censeretur derogatum tunc iuri communi,& recepta contraria sententia.

Ex prædictis uidetis quantæ difficultatis sit hic articulus:maximè propter duas communes opiniones,quæ malè uidentur posse simul stare & procedere.ubi fit mentio de substitutione,intelligitur de directa: ut per Dec.in d.l.in testamento,col.i.& diximus. s̄. Et quòd uerbum substituo est commune ad directam & obliquam,si ita est,quare de utraquè non intelligitur.

Nõ esset recedendum à prima opinione, quæ ut 50 dixi.†communis est:præsertim per tex.in d.c.si pater.qui non pôt euitari, quòd ubi fit mẽtio de substitutione,de directa intelligitur,nisi cõmunis usus loquẽdi esset ad oppositũ,sed probari deberet,ut dixi.

Secundò probatur dicta cõis per ea, quæ dixi in superioribus post Soc.in d.l.i.col.ii.q; ubi unũ uerbum

bum reperitur esse nomẽ generis & nomen speciei, prout in proposito est substitutio,intelligi debet in specie,nõ in genere. Et intelligẽdo in specie debet de directa intelligi, ergo &c.

Limita tamen ultra id quod dixi de communi usu loquendi,ut per Moder. Repe. in. d. §. quidam rectè in vj.colum.

51 Ex prædictis † apparet, quòd fideicommissarius non dicitur propriè substitutus, sed largo modo,& impropriè,ut per Dec.s̄.in rubr.Nec etiam dicitur hęres nisi largo modo,quia est loco hęredis; ut dixi suprà.Et ideò in materia stricta,odiosa seu pœnali fideicommissarius non ueniret appellatione hæredis: aliàs secus, ut per Curt.s̄.in iiij. col. Ripam in prælleg. rubr. de uulg. circa fin. Soci. & latiùs eundem Ripam in §. de illo.l.j.ff. ad Trebellia. ubi inferunt ad plures quæstiones. Et ex dictis ibi per Doct.quia largo modo fideicõmissarius hæres nuncupatur,non male dicebant Angel. in l.sicut, in §. creditor per illum text.ff. quibus mod.pig.uel hyp. solu.quòd si quis acceperit feudum uel emphyteosim sibi & hæredibus suis, ueniet etiam fideicommissarius, quia materia non est pœnalis, correctoria, nec odiosa.

52 Indubitanter autem concedendum est † fideicõmiss. non dici propriè hæredem institutum.l. pater filium. §. fi.& l.Lucius in fine de lega.iij. quum, ut suprà diximus, sit loco hæredis,& substitutus, non institutus secundum Alexand.Soci.Parp. & Ripam in prælleg.rubr.de uulg.Si enim substitutio ut suprà ostensum fuit, non est propriè institutio, cui dubium quòd substitutus non poterit propriè dici institutus hæres?

Tertiò inquirenda esset ratio inuentionis & introductionis substitutionum. Curt.in ultima colũ. rub. s̄. eod. tit.arbitratur id fuisse ut res defunctorum deuoluantur secundum illorum uoluntatem. quod legi semper curæ summoperæ fuit. l. j.de sac. san.eccle.l.in conditionibus.ff.de condi. & demonstr.§.disponat.in auctẽ.de nupt.cum similibus.

Sed an princeps tollere uel prohibere possit sub 53 stitutiones? †Dicendum quòd non:quia testamentum est de iure gentium,quò ad substantiã, quamuis quò ad solemnitatẽ sit de iure ciuili: ideò princeps non potest illud tollere.l. si testamentum, suprà de testam. latè Deci.in consi.cccIvij. colum. penul. & consi. DIvij.

54 Quartò uidendum esset, † quare Iurisconsultus in pandectis rubricauerit de uulg. & pup. & Imperator hîc titul.nostro aliter conceperit.uidelicèt de impub. & alijs substit. Ias. suprà in rubr. uult quòd Imperator hic rectiùs loquatur per rationem l. pupillus.ff.de uerb.signifi. Curt.suprà in rubr.col. ultima aliter resoluit,saluando omnes. Mihi uidetur esse difficultas leuis momẽti, quum sint iuris positiui & ad placitum, ideò Imperator met in institutionibus secutus est iurisconsultum, rubricando de uulgari & pupillari. Et ibidem in nigro impuberem existentem in potestate patris, pupillum sæpe appellat. Et secundum uim uocabulorum non est differentia,uerùm prædicta sinonyma sunt. dicitur enim pupillus à pupo, idest puero, prout est impubes, iurisconsultus tamen ut plurimum capit pupillum,ut in d.l.pupillus,traditur.

55 Quintò uidendum esset † pro declaratione l. nostrę & totius materiæ,quæ sint uerba directa, quæ obliqua,& quæ cõmunia. Id quod latè prosequuntur Seuer. hîc in ultimo folio. Corn. in xvj.colum. & omnes Moder. in d.l. Centurio.in ultimis chartis. Quare autem ita dicantur,declarant Doct.s̄.allegati in secundo præfato seu euidentiali.

56 Sextò præmitte † quòd substitutio compendiosa est duplex,ad certam ętatem restricta, & generalis sine restrictione ætatis facta.d. l. Centurio. & l. nostra,ibi,compendiosa non usque ad certam ætatem restrictam.de qua dicam plura. ſ. in glo.super uerbo in secundum.

57 Septimò & ultimò† præcedẽs accedendo ad hũc text. quia in hac l. fit mentio de substitutione facta in primum & in secundum casum, uidendum est quæ substitutio dicatur fieri in primum casum, quę in secundum,& quæ in tertium.

Inde uidendum erit de ratione: & quare ita dicantur fieri in casus prędictos.

Substitutio in primum casum uulgaris nuncupatur.text.est hîc, & in l. Lucius, ubi glo. in uerbo primum casum.ff.eod. Et ab ista opinione nemo discrepat,ut hic per Bald.Corn.Scueri.Ias.Deci.& alios in primis colum. & tantùm est dicere substituo in primum casum, quantum substituo uulgariter secundum Doct. sed & si uulgaris substitutio dicatur primus casus seu facta in primum casum,
58 taliter tamen substitutus † dicitur secundus hæres, text.est hîc in principio legis ibi,secundum hæredẽ scripsisse.& in l.cum proponas,suprà de hær. insti. notant Seuer.& Deci.hic in secunda colum.Et hoc est propter primum hæredem seu primo loco institutum, quum substitutio sit secunda institutio. l. j. ff. de uulg.& latiùs infrà dicetur. Et ideò iurisconſ. in d. l. appellat duplicem institutionem eam, quæ substitutionem continet.

59 Substitutio uerò secundi casus † siue in secundũ seu sequentem casum, pupillaris dicitur. text. est hîc & in d. l. Lucius.tantumq; est dicere substitutio in secundum casum, quantùm substituo pupillariter, secundum Iaſo.

Contra quam conclusionem uidetur esse text. hîc in uersic. an in secundum,& in uersi. si uero, q; compendiosam uult dici factam in secundum casum, ergo secundus casus non intelligitur præcisè de pupillari; quum etiam compendiosa comprehendatur: ut hîc etiam post Oldr. uoluerunt Bald. & Paul.Castr.colum.j.Scuer.ij.& Deci.j. Ex quo sequitur maximus effectus, quòd substitutio facta in secundum casum comprehenderet compendiosam, & sic fideicommissariam: quod est ualde not. Substitutio ergo facta in secundum casum comprehendet non solum pupillarem, uerùm etiam compendiosam,& sic fideicommissariam: quia(ut infrà dicam) compendiosa fieri potest secundo casu & loco,si hæres erit, & sine liberis, uel quandocunque decesserit, substituo &c. Secundus enim casus diuiditur in duos,si decesserit in pupillari ętate: item si decesserit post:ut hîc in prima colum. declarauit Paul. de Castr.& probatur clarè in hac l.nostra: generaliter ergo loquendo de secundo casu omnia

membra

Universidad de Deusto
Biblioteca

membra quę sub eo possunt includi, comprehenduntur. c. in toto. & c. plus semper. de reg. iur. in sexto. & sic pupillaris & compendiosa, quę sub secundo casu continentur, comprehenduntur.

60 Compendiosa uerò † dicitur facta in tertium casum. secundum Iaſ. cuius dictum est uerum, ratio autem & declaratio nō: ut hic per Decium. & fuit conclusio Cyn. quam sequuntur ambo Decij hic, & Curt. col. j. maximè per text. in l. iam hoc iure. ff. de uulg. & clariùs probabo ſtatim, ponendo & aſſignando rationes. ſubſtituens ergo in tertium casum dicitur compendiosè ſubſtituere, & ſimiliter ſubſtituens in ſecundum caſum, ut dixi, uel in primum & ſecundum caſum, dicitur compendiosè ſubſtituere: ut hic uoluerunt poſt Old. Cy. & Bal. Seuer. Dec. & Cur. faciunt quæ infrà dicam de ſubſtitutione facta in tertium caſum.

61 Expedito primo pollicito, †uenio ad ſecundum, uidelicèt ad rationes in quibus fundantur prædictę concluſiones. prouiſio ergo in primum caſum facta, dicitur uulgaris, quia eſt primus caſus, qui poſsit cōſiderari, ut ipſa ſubſtitutio locum habeat, & primus euentus qui poſsit aperire uiam ſubſtituto. Pupillaris uerò dicitur in ſecundum caſum. quia eſt ſecundus caſus, qui aperiat uiam ſubſtituto moriente pupillo inſtituto in pupillari ætate. Et ideò uulgaris dicitur primus caſus, quia fit & concipitur ante tempus aditæ hæreditatis. l. j. in princ. ff. de uulg. & inſtit. de uulg. in princ. Et de neceſsitate naturæ non eſſe præcedit eſſe: ideò qui prouidet in primum caſum ſeu tempus, dicitur regulariter prouidere & ſubſtituere.

62 Secundum tempus † eſt, eſſe quod poſteà deſinit ſecundum rerum naturam: ideò qui prouidet in ſecundum caſum reſpicientem eſſe, quod poſteà deſinit, dicitur prouidere pupillariter uel compendiosè. ita ſubtiliter declarabant Odofred. Cyn. Alber. & antiqui: ut hic referunt & ſequuntur Bal. Seuer. Iaſ. Dec. & alij in primis colum.

63 Ego autem legaliùs & clariùs loquendo, † dico uulgarem ſubſtitutionem dici in primū caſum fieri, quia eſt primus caſus conceptionis uulgari ſubſtitutionis: ſi Titius hæres meus non erit, tunc Seius mihi hæres ſit. iuribus præalleg. Pupillaris autē ſubſtitutio dicitur fieri in ſecundum caſum, quia eſt ſecundus caſus conceptionis pupillaris à communiter accidentibus: ſi filius hęres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, talē ſubſtituo. præalleg. l. j. & inſtit. de pupil. in princip. Vulgaris ergo dicitur fieri in primum caſum, & pupillaris in ſecundum ab effectu, ut diximus. item ſecundum communiter accidentia, quia ita communiter fieri & concipi dictę ſubſtitutiones ſolent: & ualidū eſt argumentum à communiter accidentibus. l. ſiue poſsidetis. cum glo. ſuprà de probat. l. certi conditio. in §. ſi nūmos. ff. ſi certum petatur.

64 Aliquando tamen † fieri poterat pupill. & ſi nō præceſsiſſet primus caſus additionis hæreditatis, ſeu conceptio illa ſi hæres erit: ut quando eſſet facta dicta ſubſtitutio pupillo exhæredato. d. l. j. in fin. & §. non ſolùm. inſtit. de pupill. ut hic per Deci. colum. j. eſt enim pupillaris, quamuis non ſit tunc ſecundus caſus: ſed eſt ſpecialis. Et concluſio ſuprà facta procedit (ut dixi) ſecundum communiter contingentia. † hodie uero prædicta non ita procedunt,
65 quum pupillus non poſsit exhæredari, niſi fuerit doli capax, & cauſam ingratitudinis dignam exhæredatione commiſerit. l. ſi quis ſuo. §. fina. ſupra de inoffic. teſtamen. tradunt omnes ſcribentes in. d. §. fin. l. primæ, & in l. poſthuino. ff. de contra tab.

Item, quod dictum eſt de primo tempore non aditæ uidelicèt hæreditatis nō procedit in ſuis, qui per legem duodecim tabularum ſiunt hæredes neceſſarij. §. ſui. inſtit. de hæred. qualit. & differentia.
66 † & ſic non eſt dare medium inter mortem patris & ſucceſsionem filij in poteſtate. l. ſi poſt mortem. ff. de leg. j. prout eſt glo. no. in l. cum hæreditas, ſuprà depoſ. quam ibi ſequuntur Cyn. & Bald. adducentes ad not. quæſtionem. ſequitur Iaſo. hic, colū. prima, & in l. in ſuis, colum. ij. de libe. & poſthum. in rubr. de acquiren. hær. colum. j. & in l. ij. col. penult. eo. tit. Aret. in rubr. prælleg. de acquiren. hæred. & in conſi. xxvj. incipien. factum. in primo dubio. Et Barb. in conſi. xij. col. vj. & vij. libr. iij. & ſic uidetur communis cum glo. in d. l. cum hæreditas, ꝙ non ſit dare medium in ſuo inter mortem patris. & ſucceſsionem filij.

Contrarium tamen tenent Salic. & Paul. de Caſtr. in d. l. cum hæreditas, hodie propter beneficium abſtinendi à prætore inductum, & ibi etiam uelle uidetur Bart. de hac materia latius & ſubtiliter loquens in l. fin. colum. fina. ff. de condi. inſti. & iſta opinio uidetur uerior in puncto iuris; niſi quando id eſſet nociuum filio: quia tunc beneficium abſtinendi non operatur. l. ſi filius qui patri; ubi Soc. & alij notant. ff. de uulg. & dixi in l. qui ſe patris, ſuprà unde lib. & hoc modo tædere diſtinctionis cō cordari poſſent dictæ opiniones Doct. contrarię, ut non ſit dare medium inter mortem patris & ſucceſsionem filij. Et ſic non ſit dare hæreditatem iacentem in ſuo, niſi quando id eſſet ſibi utile & proficuum propter beneficium abſtinendi.

67 In tertium uerò caſum facta ſubſtitutio † compendioſa cenſetur, ſiue de compendioſa dicitur: quia ſit tertio loco poſt duas uulgarem ſcilicet & pupillarem ſecundum Iaſ. hic in prima col. quem improbat Dec. per tex. l. noſtrę, quæ uult talem ſubſtitutionem compendioſam dici factam ſecūdo caſu ſiue in ſecundum caſum: poſteà ſaluat aliter intelligendo, & declarando ſecundum Cyn. & Lancel. eius fratrem, ut compendioſa dicantur fieri in tertium caſum, eò quia comprehendit primum & ſecūdum de quibus ſuprà; ita quòd iſte dici poteſt tertius, & ſubſtitutio facta in tertium caſum, ſicuti dicitur de tertio genere in l. iam hoc iure. ibi, ad tertium genus ſubſtitutionis. ff. de uulg. & ſequitur ſimpliciter Curt. hic in prima colum. Ratio tamen aſsignata per Iaſ. poteſt etiam procedere & defendi per ea, quę dixim us ſuprà, quòd uulgaris dicitur fieri in primū caſum, quia à communiter accidentibus eſt primus caſus in quo fit ſubſtitutio, ſi Titius hæres non erit, Seius ſit hæres. Et pupillaris in ſecundum, quia à communiter accidentibus ſecundo caſu, loco & ordine ſit: ut ſi hæres erit, & in pupillari ętate deceſſerit, ſubſtituo talem. propterea dici poteſt facta tertio caſu, ſiue in tertium caſum:

ſum: ut uolebat Iaſ. quicquid dicant Dec.

Nec obſtat lex noſtra per eum contra Iaſo. alleg.
68 † Quia reſpon. quòd licèt compendioſa dici poſsit facta in ſecundum caſum per iſtum text. & rationem ſuprà aſsignatam, tamen dici poteſt etiam facta in tertium caſum per aliam rationem, de qua ſuprà: compendioſa ergo dici poterit in ſecundum caſum, item in tertium caſum diuerſis rationibus & reſpectibus: nec eſt aliqua repugnantia in prędictis. Et quicquid hic dicat Decius & Curtius eum ſimiliter referens, & ſequens, prædicta præcedunt etiam quòd ſpecialiter facta fuiſſet prius ſubſtitutio uulgaris, inde prouiſum in tertium caſum: quia intelligitur de compendioſa per rationem prędictam, non per hunc text. & niſi ita diceremus, de qua nam ſubſtitutione dixiſſe intelligeretur teſtator in tertium caſum ſubſtituendo? de nulla, quod abſonum eſt dicere.

Summatur ut hic per Paul. Caſtr. & Alex. quod ſummarium ſine ſcrupulo procedit uſque ad ultimam partem legis, & etiam procedit ad ipſam ultimam partem ſecundum communem intellectum ſcribentium, quòd loquatur in compendioſa facta à milite, quæ non ualet iure directæ militaris poſt pubertatem, ſed iure fideicom. ut hic per Alex. Iaſ. & Paul. Caſtr. in primis colum. ſed ſecundum uerum intellectum non procedit ad ipſam ultimam partem legis, ut infrà declarabimus.

Tota difficultas legis noſtræ eſt in ultima parte
69 † ſecundum Paul. Caſtr. in ii. col. ideò uerum ſenſum latiùs excutiemus, & demonſtrare curabimus ℣. in glo. fideicom.

Diuiditur & ſubdiuiditur diuerſimodè hic per
70 Doct. nec labor iſte inutilis eſt, quum diuiſio plura bona operetur, ut alibi diximus. Et ut intelligas ſecundum Ammonium in quinque uoces Porphirii, Diuiſio eſt integræ rei inciſio, ſpecierum partitio exempli gratia, animal diuiditur in rationale & irrationale: id eſt diuiſio. Rurſus in ſupercœleſte ac terrenum, mortale & immortale. hæc eſt ſupradiuiſio. Supercœleſtium aliud fixum, aliud uagum atque enans. hæc eſt ſubdiuiſio.

Ego autem hanc diuido in duas partes principales: in prima ponitur facti ſpecies: in ſecunda determinatio. ſecunda eſt ibi, nam non eſt incerti iuris. Rurſus prima ſubdiuiditur in duas particulas: in prima refert factum à muliere confuſè propoſitum, dicens eam manifeſtiùs & apertiùs loqui debuiſſe, ut congruum reſponſum accipere. In ſecunda quæ eſt ibi, utrum, ponit tres caſus ſeu tria membra in quibus conſiderari poteſt factam fuiſſe ſubſtitutionem à milite marito iſtius mulieris ſupplicantis, & caſum facientem ad propoſitum debuiſſe mulierem exprimere, dicit, in precibus ſuis, ſi de iure certum deliderabat reſponſum. Secunda pars principalis ſubdiuiditur in tres particulas prout ad quemlibet prædictorum trium caſuum diſtinctē & particulariter reſpondet. ſecundæ ibi, ſi uero. tertia ibi, ſi uerò poſt.

Species facti talis eſt, ſeu caſus ſic figurari poteſt.
71 † Mulier quædam Patrona nomine, Diocle. & Maxi. Imperatoribus preces ſupplicationē ve porrexit, exponens, ſicuti Fœlicianus quōdam maritus ſuus & miles cæſareus facto teſtamento inſtituit filium ipſorum hæredem, cui deinde ſubſtituit, ſecundumue hæredem ſcripſit. Mortuo marito milite obiit pariter mortem filius. Inſurgunt tædia coruo, dicit ipſa mulier. Nā ſubſtitutus à me petit bona, dicens ſucceſsionem ad eum uirtute ſubſtitutionis pertinere. non poſſum mihi perſuadere, quòd leges ueſtræ tolerent, dicit ipſa mulier, tantam iniquitatem, & uelint quòd ego quæ fui priuata marito & filio, priuet & dictis bonis, addendo afflictionem afflictæ. Quæro quid iuris? bona mulier, reſpondent dicti Imperatores, precibus tuis manifeſtiùs & clariùs caſum exprimere & narrare debueras: Vtrum ſcilicèt ſubſtitutio facta fuerit in primum caſum, & ſic uulgariter: an in ſecundum, id eſt pupillariter uel compendioſè, ſi filius in poteſtate exiſtens intra quartum decimum ætatis annum uel poſteà deceſſerit: & ſic qualis fuerit ſpecies ſubſtitutionis, uulgaris an pupillaris uel fideicommiſſaria, quæ inter ſe ualde differunt. Et tu non expreſſiſti qualis fuerit aſſerta ſubſtitutio filio tuo facta. Præterea, filius tuus potuit decedere tàm ante aditam hæreditatem, quàm poſt aditam, & tàm in pupillari ætate, quàm poſt pubertatem: id quod precibus tuis non explicaſti: & ſcire neceſſariò erat propter diuerſas diſpoſitiones iuris ex prædictis caſibus reſultantes. Ideò, quum factum bene & perfectè non fuerit propoſitum, iuſq; ex facto oriatur, ut infrà in no. dicemus, non uidebatur ſupplicationi & quæſito iſtius mulieris certum de iure poſſe reſponſum dari. Tamen quum ſis mulier, dicunt Imperatores, ignoſcendum tibi eſt: ideò explicitè & diſtinguendo caſus, qui in hac materia conſiderari poſſunt, reſpondebimus, ſatisfaciendo quantùm fieri poterit interrogationi tuæ. Nam clariſſimi iuris eſt, quòd ſi filius fuerit in poteſtate patris militis, & in primo tantùm habuerit ſubſtitutum, & patri hæres extiterit, eo defuncto eius ſucceſsio omni modo ad te ſpectat: quia fuit uulgaris, quæ expirauit per additionem hæreditatis à filio factam. Si uerò ſubſtitutio prædicta fuerit in ſecundum caſum expreſſa uidelicèt pupillaris ſi intra xiiii. ætatis annum decederet, uel compendioſa non reſtricta ad certam ætatem, ut quandocunque decederet. ſi dictis caſibus deceſſerit in pupillari ætate ad ſubſtitutum ſpectabit ſucceſsio, te excluſa. & ſi. i. quamuis filius adierit hæreditatem patris: quia ſubſtitutio pupillaris expreſſa uerbis ſpecialibus uel generalibus quæ te excludit, non expirauit per additionē hæreditatis, ut uulgaris de qua ſuprà. Si uerò ſubſtitutio prædicta fuerit compendioſa, & filius tuus deceſſerit poſt pubertatem te obtinēte ſucceſsionem ipſius filii, inſtar & ad ſimilitudinem fideicommiſſi, bona quæ patris fuerunt à te peti poſſunt, non autem bona filii. ſ. ſecundum intellect. quem infrà tenebo. Sed ſecundum communem intellec. reſpōdet quòd bona patris peti poſſunt, ueluti ex cauſa fideicom. quia quum ſubſtitutio facta fuerit per uerba communia poſt pubertatem ualet iure fideicommiſſi, hic eſt caſus.

Rationes dubitandi & decidendi à ſcribentibus non aſsignantur, fortè quia hīc ponuntur principia artis, ſeu quia legiſlata procedit per regulas generales:

Universidad de Deusto
Biblioteca

les quo casu nõ solent assignari prædictæ rationes: ut post Cyn. & Seuer. diximus in l. Imperium. ff. de iurisd. omn. iud. si tamen illas uolueris, dicas uideri in primo casu matrem excludi à successione filii, quia sub uulgari expressa inest una tacita pupillaris. l. quamuis, suprà eod. l. iam hoc iure. ff. de uulg. quæ pupillaris matrem excludit. §. sed nec impuberis. &c. si pater, præalleg. ergo &c. ratio decidendi oppositum, quia prædicta regula procedit, quando pupillaris est expressa, sed in primo casu est tacita, quæ matrem non excludit: ut per glo. infrà in uerbo omnimodò, ubi dicam. auferret enim matri legitimam, quæ est quasi de iure naturali, quod est in conueniens secundum Bald. hic in ij. col.

Veniendo ad secundum casum non uidebatur per pupillarem expressam uel contentã sub compendiosa matrẽ debere excludi ab hæreditate filii, quũ impium id uideatur. l. fin. ſ. tit. proximo. ratio decidendi oppos. quia non censetur excludi per filium, sed per patrem, cuius est testamentum. d. c. si pater. ideò mater non potest de filio conqueri, qui ipsam ab eius hæreditate non excludit, nec similiter de patre, qui uxorem non tenetur instituere.

Circa tertium casum ratio dubitandi potest assignari, quia compendiosa facta à milite ultra tempore pubertatis, tempore pupillaris ætatis ualet iure communi & tanquàm pupillaris, postea iure directæ militaris. d. l. Centurio. & tamen hic dicitur & deciditur contrarium, quòd ualet iure fideicom. post pubertatem secundum communem intellectum. Ratio decidendi oppos. est, quia quum facta fuerit uerbis communibus post pubertatem obliquatur, ut ualeat iure fideicom. sed secundum meã intelligentiam ad finem. l. nostræ alia erit ratio dubitandi & decidendi, ut ex. ſ. dicendis apparebit.

72 Noto primò † ex isto text. ibi precibus tuis manifestiùs exprimere. quòd supplicatio principi porrecta debet clarè & distinctè exprimere & narrare casum, de quo dubitari contingit, seu cuius decisio petitur. ad idem text. in l. ut responsum, suprà de transactio. ubi Rimin. multa colligit inferendo ad quæstiones.

Nec sufficeret inserere in precibus tenorem &
73 exemplũ instrumenti seu testamenti, nisi fieret † distincta & specialis mentio illius particulæ, quæ facit ad rem, & de qua contenditur. tex. est no. quem ibi Doct. ualde signant, in l. fi. ſ. de precibus Imperat. offer. ut hic per Curt. col. j.

74 Et ex eo. text. nostro † colligit Dec. hic distinctè perfectèq; factum proponi & narrari debere, aliàs non posse bene de iure responderi: ut etiam dicitur in d. l. ut responsum. nam ex facto ius oritur: ideò data minima mutatione ipsius facti, totum ius mutatur: ut ff. ad l. Aqu. l. fi ex plagis. §. in cliuo Capitolino, ibi, respon. in causa ius esse positum. facit ad quæstionem de qua hic per eum. ultra quem uide Specul. in tit. de Aduoca. in §. nunc ut dixi. col. j. Bald. consi. clx. in fi. lib. j. & Dec. in consil. dlxxxiiij. col. j. & dxcix. col. ij.

Secundò noto ibi, quondam tuus defunctus. poni quandoque aliqua uerba superflua in l. alterum enim ex prædictis uel quondam, uel defunctus, superfluit. Respon. quòd determinant diuersimodè.

uerbum enim quondam respicit maritum cum defunctus non iungitur cum uerbo quondam, sed respicit aliud, uidelicèt, quòd qui quondam fuit maritus tuus defunctus est. & uerbum prædictũ quondam subauditur in instrumentis pro ualiditate ac-
75 tus. † ut per Bart. & omnes in l. pen. in principio. ff. si cer. pet. & de text. istius l. nostræ in principio non potest fieri fundamentum ut dixi, quia continet narrationem facti à parte propositi, & à muliere, quod plus est.

76 Tertiò not. † quòd implicitè quærenti, explicitè ad singula membra, quę sub implicito themate contineri possunt ac benignè exemplo Imperatorum l. nostræ auctorũ respondědũ est. idem fecerunt in d. l. ut responsum, ubi etiam scriben. notant. fuerunt ergo hi Imperatores nostræ l. auctores, benigni in respondendo mundanarũ decorati prudentia: uerè tamen pietatis expertes, & crudelissimi. sub eis nãq; Christiani maximas persecutiones passi sunt: ut tradit Paul. Oros. in sua historia, prout retuli in
77 l. fi emancipati. de collat. suprà. † Et istæ ll. ut dicit Bald. in d. l. ut responsum. instruunt Aduocatos cõ sultos à rustico nesciente casum suum distinctè narrare, ut distinguendo ad omnes casus explicitè respondeant: ita ut satisfiat rustico, & illi possit esse consultum.

Intellige primò id faciendum, secundum Seue. habita ratione qualitatis personarũ. mulieri enim militi, & cæteris personis imperitis benignè & explicitè respondendum est: ut his ll. factum fuit.
78 † At iuris perito cui turpe esset nescire factum aptè proponere & distinguere. iuxta l. ij. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. non esset sic benignè respondendum. l. Domitius Labeo. ff. de testam. in re tamẽ perplexa & ambigua excusaretur etiam iurisperitus. l. proximè. ff. de his quæ in test. del. secundum Dec. hic post Salic. & Rimin. in d. l. ut responsum, & etiam Aret. in d. l. Domitius, notantè quòd perito exponenti quæstionem de re clara & indubitabili cum increpatione responderi potest. Et ita excusat Iurisconsultum ibi à rusticitate & asperitate responsi.

79 Similiter dicebat hic Fulg. † respon. posse proue cto scholari ineptè arguenti, & caput præceptoris obtundenti: Tyroni uerò & iuueni minimè, ut hic etiam per Seuer. in ij. colum.

Decius tamen oppositum firmat: quia dum scholaris in studio moratur, semper est in uia ad actum & excusatione dignus est. Nihilominus postquàm tanto tempore in iure uersatus est, & legis operam parum nauauit, oleumq; frustrà consumpsit, quum aptè uia argumentatiua rem nesciat proponere aut deducere, laudandus uidetur Doctor, qui eo modo increpando respondet; ut saltem ea ueluti tactus contumelia scholaris melius horas collocare studeat: exemplo Seruii Sulpitii suprà relato.

80 Rursus & secundò, † non esset benignè respondendum, sed asperè toruaq; facie, ubi de re turpi fieret interrogatio. l. mirchalem. ſ. de condi. ob turp. causam, secundum Sali. & Rim. in d. l. ut responsum & Aret. in d. l. Domitius Labeo.

81 Tertiò quando † loco & tempore incongruis facta esset interrogatio: de inciuilitate enim pot quis tunc

tunc argui. argumento text. in l. si soluturus. ff. de solut. in l. mora, cum glo. ff. de usur. & not. per Bal. in l. fin. j. de condit. inser. id enim est peccare in naturalibus, quo casu nec rusticitati parcendum est. l. ii. ſ. de in iu uoc. multisq; malè cesit minima parum rite compellasse: ut historici tradunt.

82 Quartò parcitur respondenti asperè, † quando non est respondens bene dispositus secundum Salice. & Rimin. in d. l. ut responsum. qua ratione Lectores & Aduocati nauśea ferè semper repleti propter tot labores, fastidia & occupationes, quibus cõtinuè obruuntur, nunquàm de responsionibus minus benignis damnandi essent.

83 Vltimò prędictum not. † ex text. collectum intelligit Bald. in interrogatione supplicantis, secus in interrogatione litigantis: quia inuolutæ & cornutæ positioni non est respondẽdum, etiam quòd ponens dicat se diuisim & disiunctim ponere, secundum eum; quia non ponit, ut debet: ideò non est respondendum. cap. ij. in uerbo rationabili causa, de confess. libr. vj. sequitur simpliciter. Aret. in d. l. ut responsum.

84 Quartò not. † ex isto text. ibi secundum hæredẽ scripsisse. quòd substitutus dicitur secundus hæres intellige in omni substituto secundum Seue. & Dec. hic. sed pro clariori intelligentia distinctè magis procedendum est. Quantùm ad uulgariter substitutum, dubium non est, per text. l. primæ. ff. eo. tit. & l. cum proponas. ſ. de hæred. instit. intelligendo quando fuit substitutus secundo loco, aliàs non erit propriè secundus, sed sequens, ut suprà dixi.

De alijs non ita clarum, nec lex nostra ad hanc quęstionem uidetur facere, quicquid dicat Dec. illam ponderans in omni substitutione: quia prædicta uerba, secundum hęredem scripsisse. uerba sunt facti per mulierem propositi narratiua. nec de hoc Imperatores nostri in responsione & decisione sua uerbum faciunt: ideò super hoc tex. non potest fieri fundamentum. glo. approbata in l. unica. ſ. quando non pet. part. & hæc uidetur melior responsio, quam illam quam ponit Dec. quòd tex. noster non loquatur respectu testatoris uel pupilli, sed respectu testamenti. quęstio enim erat de hæreditate nõ de testamento. Pręterea, licèt id esset in casu istius l. ubi ita contingit scriptum fuisse secundo loco hęreditatem, non sequitur idem esse ubique.

Sed circumscripto text. l. nostræ quò ad pupillarem institutio factam, satis dici potest secundus hæres: quia hæres hæredis, testatoris est hęres: ut hic per Dec. & Cur. & probatur instit. de pupil. in princip. & in d. l. j. cum glo. v. & in l. paterfamilias. cum glo. ff. eo. tit. de uulg. & in l. cum quidam. cum not. ibi per Dec. in j. col. & in l. fin. in princ. ſ. tit. proxi.

Secus ubi pupill. substitutio pupillo exhæredato facta foret, quia quum pupillus non sit hæres testatoris, cessat ratio illa quòd hæres hęredis &c. ideò secundus hęres non posset tunc dici, secundũ Deci. & Curt. hic. & Ripam. in d. l. j. col. v. sed de hoc parum hodie curandum est: quia, quum pupillus non possit committere causam ingratitudinis, exhęredari hodie non potest, ut in superioribus dictum fuit: ideò futilis est quæstio.

85 Respecta uerò substituti fideicommissarij, † qui non dicitur hęres, nisi largo modo, ut hic per Dec. in ij. colum. talis non poterit dici propriè hæres, sed largè, impropriè & loco hęredis: ut per Curt. suprà in rubr. in ult. colum. Ripam. in rubr. ff. eodem colum. fina.

Quintò not. ibi in primum an in secundum quòd uulgaris dicitur fieri in primum casum, pupillaris & compendiosa in secundum, de quo plenę scripsi in ultimo euidentiali. Nunquid autem perempta pupillari secundi casus perimatur uulgaris primi casus, declarat pulchrè Paul. Cast. hic colum. iij. & in l. unica. in §. pro secundo. colum. ij. C. de cad. tol. & Moder. de Ripa post alios in l. j. colum. pen. & fi. ff. eodem.

86 Sextò noto † ex text. ibi, quem habuit in potesta te mortis tempore. quòd miles non potest filio pupillariter substituere, nisi eum habeat in potestate. rationem uidete per Curt. hic in tertio not. declarantem quare pupillaris non possit fieri filio emancipato: quum sit merum commodum & fauor pupilli, propter quod fieri potest emancipato. Alb. assignauit unam rationem, alteram Ioã. Fab. ut Curt. refert, & quicquid ipse dicat, utraque defendi potest. nam ratio Alber. neruum habet, quòd filio in potestate existente pater pupillariter possit substituere, quia una & eadem persona censetur. l. fi. j. eo. Cuius quidem coniunctionis ratione id permittit lex, quasi filius ipse testamentum sibi fecisse censeatur. sed quando est emancipatus, restat ratio illa
87 unitatis personarum † ut per Iaso. in d. l. fi. colum. prima. uersic. secundò intellige. Non est etiam reproba ratio Fabri quod substitutiones sint de iure ciuili, quo iure introducta est patria potestas, in qua fundatur ipsa pupillaris substitutio. probantur prędicta, instit. de patr. pote. & in l. ij. in principio. ff. eodem.

88 Et per hunc eundem text. † in uerbo mortis tempore. probari uidetur ad ualiditatem pupillaris substitutionis, satis esse minorẽ in patris potestate fuisse mortis tempore. Sed eadem lex nostra in uersic. nam non est incerti. ibi, in patris militis positus potestate. & l. ij. in princ. ff. eod. & instit. de pupill. in principio uidentur requirere minorem esse in potestate patris tempore substitutionis. Et principiũ istius l. loquitur de tempore mortis, quia tali tempore, ut ex serie tex. colligitur, facta fuit substitutio. Et istam conclusionem nititur defendere Politus in trac. substit. in fol. xxxiij. & xxxiiii. dum agit de pupillari, sed communis est ad oppositi. Et. ſ. alleg. quæ uidentur exigere patriam potestatem tempore substitutionis procedunt & concernunt communiter contingentia. sed quantùm ad iuris effectum, sufficit filium esse in potestate patris, tempore mortis & quo actus consumatur & sortitur effectum. text. est not. in l. ij. in uersic. sed si extraneum. ff. de uulgar. ut tradunt in d. l. ij. Soci. in iij. not. & Ripa in vj. colum. ubi respon. rationibus Politi pro contraria opin. factis.

89 Septimò noto ex text. ibi, decesserit. † ꝙ substitutio facta alicui si decesserit, dicitur compendiosa, licèt non fuerit expressum uerbum quandocunque. quia id uerbum habet tractum temporis in futurum, ut de se patet: & sic expressio temporis futuri

Universidad de Deusto
Biblioteca

turi esset expresio eius, quod inest, quæ nihil operaretur. l. iii. ubi latè not. ff. de lega. i. & ita per hunc text. concludit Bart. in l. Centurio, colum. ii. in i. q. ff. de uulg. cum quo transeunt ibi communiter alii ut ibi late per Galiau. colum. lxxxviii. & Dec. hic colum. ix. & ita etiam consuluit, alias rationes addens Curt. iunior in consi. clxxii. & idē tenet hic in xxii. colum. in fin. conclusio uera est, sed non probatur hic propter uerba illa an postea decesserit, quæ æquipollent distributiuo quandocunque.

90 Octauò noto ex isto text. † ibi, ad te omnimodò eius pertineat successio. Quòd tacita pupillaris, quæ continetur sub expressa uulgari, non excludit matrem. inducendo ut hic per omnes scribentes. & ista est communis & recepta scribentium sententia: ut hic per Alexand. Corn. Seue. Ias. Decium. ut not. & in glo. in vi. colum. Curt. & alios post antiquos. & per Polit. in tract. substit. sub rubr. de uulgar. in secundo effectu. & Ripam in l. secunda col. xiii. ff. de uulg.

Quæ quidem communis opinio multifariā probari potest. † Primò per istum text. qui principaliter ad hoc allegatur. Et probat inducendo, ut hic per Doct. & per Alexand. in l. fin. colum. fin. suprà titulo primo.

Secundò per text. in d. l. fin. à fortiori secundum Corn. & alios ibi, quia mater pro parte hæres instituta à testatore fuerat unà cum uentre. qua parte hæreditatis uidebatur debere esse contentam, & tamen ibi dicitur, quòd succedit pupillo, excluso uulgariter substituto: ergo tacita pupillaris matrem non excludit.

Tertiò, quia lex pro inconuenienti habet, ꝙ mater excludatur à luctuosa hæreditate filii. d. l. fi.

Quartò, quia Imperator qui benignè huic mulieri respondit, distinguendo in materia precū sua rum omnes casus qui considerari & euenire potuissent, hunc not. & frequentem non determinasset: quod non est dicendum.

92 Fulgos. tamen hic subtiliter loquens, † contrarium tenuit: cuius opinionem sustinere defendereq; nituntur Dec. & Curt. hic in iiii. not. & latiùs infrà in glos. super uerbo omnimodò. ex quorum dictis disputando argumentis in oppos. satis respōderi posset: sed rationibus eorum respond. ut per Ripam loco prælleg.

Nec est recedendum à prædicti opinione, quia communis & æquior per rationem d. l. fin. Itē, quia in puncto iuris uerior est, maximè per hanc legem in d. uersi. ad te omninò eius pertineat successio. inducendo ut per Alex. & alios.

Nec obstant responsiones Fulgosii. & primò dū ponderabat uerba istius tex. ibi, primo casu tantùm habuit substitutum. quæ taxatiua ostendit testatorem substituisse uulgariter tantùm. De cuius quidem taxatiuæ natura, est excludere casus dissimiles. l. ob æs, cum glo. suprà de prædiis minor. nec in claris est opus coniecturis. scribentiumq; communis conclusio est, quòd substitutio uulg. facta cum taxatiua tantùm non contineat pupillarem. ut per Alex. & alios in l. quamuis. s. eo. Dec. ĵ. col. iii. & in consi. cccxv. Curt. ĵ. col. vii. & Polit. in tract. præall. fol. xxviii. col. i. uersi. ii. prædictus effectus.

198 in l. quotiens, suprà famil. ercis. Ideò, ut seruetur uoluntas testatoris dicam substitutionem factam per uerba directa post pubertatem ualere iure fideicomm. & largo ac grosso modo intelligi debere, potiusque menti & intentioni testatoris in-
194 seruiendum quàm uerbis. † Intellige tamen ut per Bar. in l. si quis filiabus. ff. de testam. tut. & Alexan. in consi. v. colum. iii. uolum. iii. & in consi. primo, colum. v. lib. v. concludentes quòd uerba idiotæ redacta per notarium in scripturam intelligi debent secundum dispositionem iuris, & ꝙ præsumendum est rem in scripturam redegisse secundum uoluntatem testatoris, uel partium.

Retenta communi opinione, ꝙ substitutio concepta uerbis directis non trahatur ad fideicomm.
195 † Sciendum est, plures limi. ad illam dari per scribẽ. in locis præalle. quæ diligenter notandæ sunt, postquàm articulus adeò perplexus & ambiguus est. nam in casu limitationum res sine scrupulo procederet. Iaf. & Dec. hîc fuerunt nimis breues. Cur. plenius tangens posuit octo limitationes, & Ripa xii. in d.l. Centurio, col. 24. cum sequentibus. Si uellem cuncta discutere, annus non sufficeret ad expedien
196 dũ hanc legem, † meq; extricandũ ab hoc pistrino.

Prima limitatio tradita hîc per Cor. in 9. col. Seuer. 16. concluſi. vii. Iaſ. Dec. & Cur. de clauſula codicillari non eſt negligenda, quia quotidiana eſt, & de pane lucrando: quùm ſoleat per notarios in teſtamentis communiter apponi. Clauſula ergo codicillaris † erit maximæ uirtutis, & operabitur, ꝙ uerba directa ad fideicomm. poſt pubertatem trahentur iuxta glo. in §. pen. Inſtitu. de pupil. & text. cum ibi no. in l. ſi frater. ff. de fideicommiſſ. & per Cur. hic. ff. in xviii. column. Quam limitationem ſanè intellige, ubi dicta clauſula codicillaris. concepta & appoſita fuit per uerba reſpicientia futurum, ut ſi non ualet, uel ualebit iure teſtamenti, ualeat iure fideicommiſſi, ſecus ſi uerbum ualebit futurum reſpiciens non fuiſſet appoſitum: quia tunc non apparet de mente teſtatoris fuiſſe uelle poſt pubertatem & tempus teſtamenti ualere ſubſtitutionem: ut hîc per Seuer. loco præallegato, & Cur. col. 19. poſt Bar. Ang. Ale. & alios. Et hæc fuit etiam intentio Decii, ut conſtat ex allegatis per eum. Idem tenuerunt Ripa in d.l. Centurio, col. 23. uerſi. Intellige hanc. & in l. Lucius in penul. colũm. & Modern. Rep. in d.l. Galus, in §. Quidam rectè, col. 8. & ſequen. poſt alios per eos allegatos. & ratio quam omnes præfati aſſignant inter uerba præſentis temporis & futuri eſt realis & fatis clara, & uoluntati teſtatoris conſona.

Contrarium tamen uolebat Corn. hîc in ix. col. nam quum à principio ad pubertatis tempus refera tur ſubſtitutio, quatenus tempus ipſum pubertatis reſpicit ab initio inualidum eſt, ideò conualidari debet per clauſulam codicillarem, quamuis conceptam per uerba præſentis temporis.

Sed non eſt recedendum à communi opinione. Et mortuo teſtatore ſtatim ualet ut directa, poſteà ergo euaneſcit conditio, ut per Ripam, in d.l. Lucius, col. pen.

Reſtringit Deci. eius concluſi. & dicta de clau-
198 ſula codicillari † ad compendioſam ſubſtitutionem, iuxta terminos concluſi. prædictæ, ſub qua (ut diximus) continetur fideicommiſſaria, ſecus ubi ſubſtitutio fuiſſet uulgaris tantùm, quæ reſultat, quando teſtator inſtituit filium, & ſubſtituit eius liberos uel alium: quia non trahitur ad fideicommiſſariam. nam iſtud eſſet præter mentẽ & uoluntatem teſtatoris, qui de hoc non cogitauit, ut hic latiùs per eum: qui dicit ualde nota, quia etiam doctiſſimi in hoc utili puncto decipiuntur. Et id intelligit etiam in breuiloqua, quod eſt contra tex. in l. Scæuola, ad Trebellian. qui loquitur de breuiloqua in ſecundo reſponſo. Et tamen uult quòd uerba directa in codicillis prolata trahantur ad fideicommiſſ. ergo idem in clauſula codicillari, quæ ſecundum Bartol. & communiter Doctor. eundem habet effectum, quem habet ſubſtitutio in codicillis facta. ſed lex Scæuola, loquitur quando ſubſtitutio directa facta fuit in codicillis, & ſic inutiliter, tunc trahitur ad fideicom. ut ibi: ſecus quando potuit ab initio ualere iure directo, ut ibi per Doc. & per Galiaulam in d.l. Centurio. columna 55. in principio & per ipſum Curt. in conſi. 70. cum tribus ſequentibus.

Hanc reſtrictionem Decii reprehendit Galiaula in dict. l. Centurio, column. 55. poſt Fulgoſi. Paul. Corn. & Soc. firmans ꝙ reciproca ſubſtitutio cum clauſula codicillari ſimpliciter facta, & ſimiliter uulgaris ſimpliciter facta: ut Titium inſtitutio, & Gaium ei ſubſtituo: trahatur ad fideicomm. quia uerba dictæ clauſulæ codicillaris important ꝙ quũ non poſsit ualere iure directo, poſt pubertatem ua-
201 leat iure fideicom.

Sed Dec. bene loquitur ſanè intelligendo, quando dicta clauſula concepta fuit ſolùm per uerba præſentis temporis, ſi non ualet iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum per rationes ſuas, & prout ipſe loquitur: ſecus quando eſſet etiam concepta per uerba futuri temporis ſeu habentia tractum in futurum, ſi non ualet uel ualebit: quia tunc procederet altera opinio prędallegatorum, ex quo enim non poteſt ualere iure directo, poſt pubertatem ualebit iure fideicommiſſi. Et ſic ex mente teſtatoris ſubſtitutio tunc trahetur ad fideicommiſſ. Et hanc diſtinctionem & concordiam tradunt, & ſequuntur Ripa in dicto l. Lucius, columna penul. Modernior. Repet. in d. §. quidam rectè, columna
202 octaua in fin. cum ſequenti poſt Peruſinum ibi relatum. Et ſic quamuis Galiau. loco prædallegato derideat Deci. hîc, tamen ſanè loquitur, & melius quam Galiaula, quando uidelicèt non eſſet poſitum uerbum ualebit in clauſula codicillari. Et ſubſtitutio non refertur ad tempus pubertatis ab ipſo initio. Et per conſequens ex mente teſtatoris
203 non eſt aliquo modo fideicommiſſaria, quum in ſubſtitutione non fuerit poſitum uerbum quandocunque, nec aliud habens tractum temporis in futurum.

199 Ex limitatione prędicta † infert Iaſon hîc colum. x. duas alias not. limitationes, quando eſſet appoſitum iuramentum in teſtamento, & quando teſtamentum eſſet inter liberos factum. Circa primam (quicquid dicat hîc Curt. colum. 19.) non eſt recedendum à Iaſo. quia iuramentum facit actum ualere omni meliori modo quo fieri poteſt: ut per Bar. in d. §. filius matrem. ergo iure fideicom. poteſt pubertatem, quum directo nõ poſsit ualere: ut hîc per Seuer. col. 17. in 9. concluſi. & Galiaulam loco prædallegato in 53. col. & Ripam ibidẽ col. 27. uerſi. nono correlarię. rarò tamen uidebis iuramentum in teſtamento apponi.

200 Tertia limitatio Iaſ. † quando teſtamentum eſſet factum inter liberos. quia cenſetur habere clauſulã codicillarem, approbatur ſimpliciter ut per Dec. in conſi. 242. col. ii. & per Galiaulam in d.l. Centurio. col. 54. licèt non referat Iaſ. alii impugnant per tex. in l. ſi frater. ff. de fideicom. ubi teſtamentum factũ fuerat inter liberos, quum lex illa ſolùm loquatur de duobus fratribus: & tamen ut uerba directa obliquantur, exigitur ꝙ adſint uerba aliqua, & ſigna denotantia fideicom.

Cur. hic col. 19. reſpon. ꝙ loquitur in pupillari ſubſtitutione, quæ non trahitur ad fideicom. quia id eſſet contra eius naturam. ſed contra hoc eſt tex. in d.l. Scæuola, ubi erat pupillaris, & tamen trahitur ad fideicomm. ex mente teſtatoris in codicillis illam facientis, ubi eo modo ualere non poterat.

Alii dicunt non conſtare ibi factum fuiſſe teſtamentum inter ſolos liberos, quãuis de duobus fratribus fiat mẽtio: poterant. n. eſſe alii hæredes, ſed hoc eſt diuinare, ideò non dicendum, ut per Iaſon. in d.l. ſi frater, & in l. cohæredi, in §. cum filiæ, ad ſi. ff. eodem.

Fortè poteſt reſpon. † ꝙ in teſtamento prędicto inter liberos facto intelligitur clauſula codicillaris per uerba præſentis temporis, non per uerba futuri, uel ualebit: ideò, quum ſemel ualuerit iure teſtamenti, non obliquatur, ut poſtmodum ualeat iure fideicommiſſ. iuxta gloſſ. in l. ſi. in uerbo ualere. ff. de codicil. faciunt quæ diximus. s. circa primam limitationem.

Propterea iſta tertia limitatio Iaſ. nõ uidetur procedere, niſi quando in teſtamento apparerent conjecturæ de mente teſtatoris: ut uoluerit etiam uale re iure fideicom. ut quando cum reciproca eſſet mixta compendioſa, ut per Ripam in d.l. Cẽturio. col. 27. in 8. reſtrictione. Et in d.l. ſi frater. uerba teſtatoris nõ erant limitata ad pupillarẽ ætatẽ, ut ibi per
202 Cor. & per Mod. in d. §. quidam rectè, col. 8. † Item no. ꝙ prærogatiua data teſtamento condito inter liberos uendicat ſibi locum etiam quòd liberi ſint inæqualiter inſtituti, quicquid dixerit Roman. ut per Rimin. & Corn. in auctẽ. ex imperfecto. C. de teſta. & Dec. in l. ut liberis, in tertio no. ſuprà de collation.

Poſſet etiam poni alia limitatio † ad cõclu. ſeu potius inferri ad aliũ caſum, ubi ſubſtitutio compẽdioſa facta uerbis directis obliquatur poſt pubertatẽ, & ad fideicõ. trahitur quando eſſet ſubſtituta perſona multũ dilecta: quia perinde eſt, ac ſi eſſet appoſita clauſula codicillaris. l. in teſtamento. cum glo. ff. de fideicom. lib. Cur. hîc col. 19. uidetur tenere contrarium, quia glo. prædallegg. ſolùm procedit, quando ſunt relicta libertatis uel pietatem concernentia, ut tradit Socin. in repetitione. l. cum auus. col. iij. ff. de cond. & demonſt.

Sed non eſt recedendum à prædicta conclu. & limitatione quam ſequũtur cõiter Doc. ut p Seue. j. col. 15. in j. concluſio. & col. 17. in x. conclu. Dec. j. col. x. in uerſi. Et iſta opinio Ioan. And. Iaſon in l. eam quam, col. iiij. ff. de fideicom. Ripa in d.l. Cẽturio, col. 27. i xj. limitatione. Et fundatur in amore liciti amoris & ſtriſecę amicitię, quę arguit maximã affectionẽ ad amicũ ſubſtitutũ, ut dicũt oẽs præfa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti, & Cicero in libro de amicitia. Cui ergo dubiũ ꝙ id operabitur, ut substitutio ualeat semper omnia meliori modo possibili? & sic ex mente testatoris operabitur idem quod clausula codicillaris, nimirum igitur, si trahatur ad fideicommiss. post pubertatem.

204 Quinta limitatio, † quando causa esset decidẽda de equitate prout proceditur ĩ curia mercatorũ, ut hîc per Seue. & Dec. in locis præall. Cur. hic col. xx. tenet contrarium, ut per eum.

Sed non est recedendum à prædicta limitatione, quam sequuntur communiter scriben. ut etiam per Galiaulam in d. l. Cẽturio, col. liii. & Ripã xxv. in fi. Et Moder. Repe. in d. §. quidam rectè. col. xj.

205 Ad motiuum Curtii † ꝙ cẽsentur solùm remissæ solennitates rigorosæ in materia processus, non in meritis causę principalis & negotii ac rei. Respõ. ꝙ solennitates quæ non tangunt ueritatem negotii, sed apices iuris, non considerãtur in curia mercatorũ, ubi proceditur de equitate: ita uult Bart. in §. quædam alleg. per Doct. sed prædicta differentia de uerbis directis & obliquis non tangit rem & negotium principale, sed procedit ex subtilitate iuris, potius quàm ex uoluntate defuncti, quæ uidetur magis esse ad oppos. propter uerbũ quandocunq; decesserit &c. propterea nimirum si ubi de æquitate proceditur, talis differentia non attenditur nec consideratur.

206 Sexta limitatio, quando uerba directa † prolata fuissent in codicillis, tunc, quia non potest ualere iure directo, obliquabitur ut ualeat eo modo quo potest, & sic iure fideicõ. Et ista est cõmuniter à Doc. approbata, ut ỹ. per Seuer. col. xvj. in v. conclu. Cur. col. xix. & sequenti. Ias. in d. l. uerbis ciuilibus, col. penul. & fi. Cur. in consi. lxx. cum tribus sequentibus. Moder. Mediol. lib. primo Paradox. cap. v. & facit pro hac limitatione tex. ĩ c. intelligẽtia. de uerb. sign. & est pro ea casus in d. l. Scæuola, & in locis s̃. alleg. inuenientis responsum ad aliqua quę in cõtrarium uidebantur facere.

Septima limitatio, quando cum uerbis directis
207 copulata, & coniuncta essent obliqua, † ut quia dictum fuisset, quandocunque institutus decesserit, talis sit hęres & fideicommissarius, uel talẽ instituo: ut hic per Corn. colum. ix. Seuer. colum. xviij. conclusione xiii. Cur. colũ. xx. Ripam in d. l. Centurio, col. xxvj. in vj. limitatione post Bar. ibi in xii. col. in iiij. quæstione. conclusio uera est & indubitata, sed limitatio inepta, quum regula & conclusio sit de substitutione facta & concepta uerbis directis, non obliquis.

208 Octaua limitatio, † quando compendiosa facta esset sub expressa dinumeratione ætatum secundũ glo. hic in fi. ut hic per Corn. colum. ix. Seuer. xv. in ij. conclusio. & Cur. xx. & Ripam in d. l. Centurio, column. 25. in quarta limitatione. Nihilominus hæc glo. nostra in fine non loquitur quando facta esset substitutio per uerba directa, & sic (ut proxime dicebam) ista limitatio non esset regula, & si uera sit in se. Reformari posset hæc limitatio, quando substitutio facta fuisset per uerba directa hoc modo: si filius meus in pupillari ætate, uel aliàs quãdocunque decesserit, talis sit hæres. nam, quũ uerba illa, uel quandocunque nouam substitutionem inferant, quæ nullo modo potest ualere iure directo, erimus in terminis regulæ d. l. Scæuola, quòd quando uerba directa nullo modo possunt iure directo ualere obliquantur ex mente testatoris, per ea quæ s̃. dicta sunt.

Nona limitatio, quando uerba substitutionis essent directa non de iure ciuili, sed gentium, † ut per
209 Bartol. in dict. l. Centurio, column. quarta, improbatur communiter, ut hic per Seuer. colum. xiij. cũ sequenti, Iason. colum. viij. in uersicu. sexta fuit opinio. & Cur. column. 21. in uers. Potes addere. facit tit. x̃. de formul. &c. uide tamen si possit saluari ex his quæ in sequenti quæstione glo. dicam dum ponderabo tex. in c. si pater.

Decima limitatio, quando dicta substitutio facta esset puberi uel impuberi non existenti in po-
210 testate † per ea quę diximus. s̃. in vj. limi. & sequuntur communiter Doctor. ut hic per Seuer. col. 16. in vj. limit. & Curt. column. 20. in secunda limitatione omnes in d. l. uerbis ciuilibus, & Paris. in cõs. 54. col. 4. lib. 3.

Vndecima limitatio, quando testator dixisset,
211 † quandocunque filius meus decesserit, talis sit mihi hæres: ut hic per Seuer. column. 17. in viij. conclusion. sed hic constat de mente testatoris per illud uerbum mihi in substitutione expressum, iuncta regula ꝙ per fideicomm. succeditur testatori l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulga. & sic perinde est, ac si apposita fuisset clausula codicillaris. secundũ hanc limitationem consuluerunt Doct. & communiter illam sequuntur, ut hic per Cur. col. 20. & sequenti in quinta limitatione. & Ripam in d. l. Centurio, col. 25. in ij. limitatione.

212 Duodecima limitatio generalis, † quando ex dictis in testamento apparere posset de mente testatoris fuisse, ut substitutio post pubertatem ualeret iure fideicom. per prædicta, & quæ dicit Scueri. loco proximè allegato? Bar. ỹ. in ult. col. & in l. quęrebatur. per illum tex. de test. milit. & Moder. Repe. in d. §. quidam rectè. char. iii. & Ripa in d. l. Centurio, col. 25. cum similibus.

Expedita prima quæstione glos. facio transitum ad secundam de substitutione compendiosa facta
213 à pagano per uerba communia, prout est uerbum substituo, † utrum sit semper fideicommissaria uel ne? glo. concludit ꝙ sic: quia hoc modo intelligendo, actus semper & omni tempore ualet, & consequenter admittitur semper mater ad successionẽ, sed illam restituere tenetur detractis detrahendis. Quæstio ista, quemadmodum præcedens, fundum non habet, & est de apicibus iuris. Et dum scribentes de hac inter se certant, ueritas ad superos quasi indignata recessit.

Hunc articulum tractarunt ex Doctor. nostris multi, & nouissimè reassumptis dictis aliorum latè disputantes illum examinarunt Galiaula in d. l. Centurio, char. 23. cum sequenti, & Ripa decima. Ego autẽ (Deo fauẽte) absq; fastidio odioſę prolixitatis illũ uobis declarare & demonstrare conabor.

Accurs. in §. qua ratione, ad fin. instit. de pupil. substit. tenuit ꝙ intra tempora pupillaris ętatis sit pupillaris, postea fideicõmissaria. sequitur Barto. ỹ. in

in ult. col. nisi mater in medio sit: quia tunc erit fideicommissaria omni tempore. Quam opinionem magis communem & tenendam propter auctoritatem Bar. qui fuit pater iuris dicebat Aret. in consi. clv. Periculosum, colum. fin. Ioan. Anan. in consil. lxxix. Galiaula in d. l. Cẽturio. colum. lxxiii. cum sequenti, ubi Ripa char. x. & Afflic. in decisione Regni. cccl xvii. referentes multos alios, illustresq; Doctores hoc idẽ dicentes & attestantes. Et teste ipso Afflicto ita per sacrum Consilium maiestatis regiæ iudicatum fuit. & concludit quòd in restitutione hæreditatis detrahere poterit legitimã & Trebel. ca pereꝙue fructus perceptos per minorem post mortem testatoris in hæreditate inuentos. ex quo patet quantæ utilitatis sit disputatio præsens. Hanc eandem opin. sequitur Dec. in consi. dlxxii.

Præcipuum fundamentum prædictæ conclusionis est in fauore & prærogatiua matris, quibus lex illam prosequitur in hæreditate & bonis filii. Hinc est, quòd contra eam non admittitur tacita pupillaris. l. præcedenti, & l. nostra secundum communem intellec. ut plenè dixi. Facit etiam tex. in l. qui duos in §. cum in bello. ff. de rebus dub. ubi mortuo patre cum filio in bello, præsumitur pater præmortuus, ut bona filii ad matrem deuoluantur. Quemadmodum igitur ibi fauore matris præsumitur præmortuus pater, ut bona ad matrem deuoluantur, si- 217 militer fauore matris præsumendum est testatorẽ uoluisse ualere substitutionem omni tempore iure fideicommissi. Et ad argumenta in contrarium adducta respond. præfati, maximè Mod. in d. l. Centurio, ut per eos.

Corn. hîc Ias. & Curt. & idem Ias. in d. l. Centurio, colum. xviii. relatis auctoritatibus multorum doct. in hoc articulo testantur totum contrarium
214 eius quod alii suprà relati dicunt: † uidelicèt magis communem opin. esse contra Bart. quòd prædicta substitutio intra decimum quartum ætatis annum pupillaris sit, matre in medio existente. Idem facit Excellentissimus Doctor Christoforus de Castillione in disputatione sua incipiente. Scæuola. colum. fi. dicens in hanc sententiam contra Bart. se aliàs taxisse totum collegium Mediolani. Eiusdem sententiæ est Polit. in tract. de compendiosa col. xii. ubi pariter testatur magis communem esse contra Bartol.

Dec. hîc in xiii. colum. negat magis communem esse contra Bart. immo inquit discerni non posse, quæ nam sit in hoc articulo opinio communis. propterea concludit post Ioan. de Montesperello & Soci. quòd si casus contingeret stante incertitudi-
215 ne communis opinionis † ad sententiam compositionis deueniendum esse. Et debere iudicem operam dare, ut mater contenta legitima, reliquũ substituto dimittat, & remittat. Et sic nõ acciperet Trebellianicam nec fructus, de quibus per Afflic. loco præall. in fi. laudat itaque hoc casu Dec. & amplecti tur sententiam rusticorum diuidentium rem con-
216 tentiosam per medium † propter perplexitatem rei. limitando hoc casu conclusionem glo. in l. Nesennius. ff. de nego. gest. ad quod uidete pulchrè Soci. in consil. colum. penul. lib. i. Dec. in c. i. colum. v. in fin. de prob. & in consi. clxxvi. col. pen. & consil. cccclxlv. Curt. iuniorem in consi. cliiii. col. ii. & eundem Dec. ita etiam concludentem in cõsil. ccxxviii. colum. fin. & in consi. Dxliii.

Sed hoc procedit ex quædam æquitate â lege nõ informata, de iure aliud est. propterea, si iudex posset partes ad amicabilem concordiam reducere, id laudarem, & sententiam compositionis prædictæ probarem. sed ubi ius diei oporteret, non esset recedendum ab opin. glo. in d. §. qua ratione, etiam matre existente in medio. & quicquid dicat Dec. contra Bart. stat receptior sententia scribentiũ: plures enim sunt & Illustres Doct. qui dicunt & attestantur magis communem esse contra Bartol. ut ex suprà alleg. licèt colligere, quòd etiam matre in medio stante prædicta substitutio intra tempora pupillaris ætatis sit semper pupillaris, & seruet naturam suam, postmodum sit fideicommissaria, & ab ista opin. (ut dixi) non esset recedendum in iudicando seu consulendo. & secundum eam uidi in ardua causa iudicatum per Excellentissimum Senatum Illustrissimi Principis mei existentibus in consilio uiris doctissimis & omnibus numeris absolutis.

Sed uideamus rationes & fundamenta quibus hæc opinio contra Bart. iustificatur. omissis multis hisce fundamentis sententia ista contra Bart. armari & probari potest.

In primis, † quum à uoluntate testatoris dependeat an in substitutione insit talis pupillaris, quæ matrem excludit. l. fi. s̃. tit. i. notat Dec. ỹ. in ult. col. & pater soleat cõsilium pro filio capere. l. nec in ea, cum seq. ff. de adult. magisq; diligat filium, quàm uxorem. l. isti quidem, in fin. ff. quod met. causa. l. fin. in principio suprà de curat. fur. & decedere testatum, proficuum & utile per legem sit iudicatũ, etiam in pupillo. l. quæsitum. & l. si pupillus. ff. de acquiren. hæred. l. i. in fi. ff. de uulg. & §. non solùm. Instit. de pup. ubi propterea etiam pupillo exhæredato lege permittente potest testator pupillariter substituere, attendi potius debet fauor filii pupilli, ut intra tempora pupillaris ætatis substitutio iudicetur pupillaris: & sic filius decedat testatus, quàm fauor matris, ut eo tempore fideicommissaria censeatur, illaq; succedat filio ab intestato, & inde hæreditatem restituat.

Secundò, quia sic intelligendo non receditur à regulis iuris communis, de quibus suprà, ꝙ compendiosa facta pupillo per uerba communia sit pupillaris intra tẽpora pupillaris ætatis, ergo talis sententia erit præferenda, quum adhærendum sit regulæ, ut Bononienses adhærrent Carrotio. l. i. & l. omnis diffinitio, cum glo. ff. de reg. iur. facit propterea quod tenet Dec. suprà in quinta colum. in uersic. postremò.

Tertiò per text. optimum in d. c. si pater, ubi etiam matre existente in medio, mortuo pupillo intra decimum quartum ætatis annum fit interpretatio, ut eo tempore substitutio sit pupillaris.

Nec obstat respon. Bar. Galiaulæ, Ripę, & aliorũ quòd ubi facta fuerit substitutio per uerbum moriatur, quod est directum, quo casu uidetur ma- 218 gis constare de uoluntate testatoris: † quia immo est potius commune, ut substituo. tantùm enim est dicere moriatur illi, quantùm ad utilitatem illius.

id quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

id quod verificatur tàm per obliquam, quàm per directam substitutionem, ut hic per Corn. colũ.xj. uersic. nec obstat responſ.datæ ad c. ſi pater. & Polit.loco proximè alleg.

219 Quarto & ultimo † uidetur hoc concludenter 221
probari per rationem assignatam in d.c. ſi pater. q̃ ſi fieri posſit, ac uerba patiantur, & qualitas personarum non repugnet, substitutio directa iudicari debet. hæc in proposito nostro conueniunt, ergo &c.

Nec obstat replicatio modern. suprà alleg.quòd ea ratio restringenda sit ad terminos ipsius textus, quando uerba substitutionis directa fuerunt, uide licèt ne sequatur iniquitas & absurditas, quòd mater penitùs excludat à luctuosa hæreditate filii, contra tex.l.fi.ſ.tit.proximo.

Quia (ut dixi) uerum non est, quòd uerba directa penitùs fuerint. Præterea, citra ueritatis præiudicium, esto ita sit, ratio illa generalis est, & generaliter intelligenda, etiam quòd esset maior ratio uno casu quàm alio. iuxta l. primam. §. quod autem. ff. de aleat. cum accumulatis per Dec. in conſ. dxx. Pa 223
tet, quia generaliter tex. ibi subiungit, quum in substitutionibus fieri semper debeat interpretatio, ut substitutio sit directa. Et sic non se restringit ad terminos ipsius tex. sed ultra procedens, id fieri debere generaliter dicit.

Nec aliqua resultat iniquitas, quum lege ex iusta causa id permittente, & consequenter quum mediante pupillari substitutione adiit potestas priuandi matrem successione filii, & uerisimile sit patrem feciſſe prouisionem in fauorem filii pupilli, quem magis præsumitur dilexisse, quàm uxorem: iudicándum est id fuisse factum absque iniquitate aliqua. Nec obstat quòd ubi ageretur de admittẽdo filium uel matrem ad hæreditatem, tunc ex præsumptamente testatoris filio magis fauendum esset: ut infrà in prima coniectura uult Bart. sed hic solùm agitur, ut substitutio directa sit, & ex testamento filius hæredem habeat: quo casu magis fauetur matri, quàm substituto: ut hac l. in uersic. nam non est incerti iuris, secundum Galiau.præalleg. 224

Quia respond. quòd immo agitur de commodo & fauore filii, cui facta est substitutio, ut decedat potius testatus, quàm intestatus, ut diximus suprà. Nec obstat lex ista ponderata. ſ. in contrarium, quia loquitur de tacita pupillari comprehensa in expressa uulgari, quæ matrem non excludit, eò quòd uerba pupillari substitutioni repugnent: ideò non præsumitur patrem hoc uoluisse facere. sed in quæstione nostra uerba non repugnant, quũ 225
apta sint in generalitate comprehendere pupillarẽ & matrem excludere: ut dictum fuit suprà.

220 Nec obstat etiam §. cũ in bello, suprà alleg. † quia loquitur in succesſione intestati secũdum aliquos, sed nos in succesſione testati, pupillaris uidelicèt substitutionis in compendiosa comprehensæ, quæ ex generalitate uerborum matrem excludit, ut dicitur hic in uersic. si uerò substitutio. uel meliùs & fundamentalius respon. quòd illa interpretatio nõ fit fauore matris & benignitatis intuitu, ut Soci. & alii intellexere propter illud uerbum humanius, positum in l. cum pubere. ff. de rebus dubiis. infe-

rendo multa ex illa conclusione & intelligentia & malè. sed ratione naturali, & sequendo ordinẽ naturæ, humanitatis uidelicèt & mortalitatis nostræ fecit Iurisconsul. illam interpretationẽ: nec potuiſset rectè aliter fieri secundum rigorem. † Qui quidem ordo naturæ est, ut qui prius in lucem uenit, ab eadem prius subtrahatur, ipsaque careat; quemadmodum satis bellè probatur in l. nam & si parentibus. ff. de inof. testamen. ibi, turbato ordine mortalitatis. cum gloss. idem uoluit rectè ponderando gloss. in d. l. cum pubere, declarando uerbum diutius. dum intelligit, ut seruetur ordo mortalitasq̃. Istud est quod uoluit ibi sentire Iurisconſ. per uerbum humanius. hoc enim mortalitati & humanitati conuenit, ut qui prius uenit in mundum, prius 222
recedat, illumq̃; aliis colonis relinquat. † Facit tex. in l. Publia. in principio. ff. depoſ. & in §. primo. inſtit. de dona. ibi, ſiquid mihi humanitatis contigerit. utrobique enim pro morte secundum humani tatem nostram contingente accipitur.

Sciendum est quòd Bart. & qui eum sequuntur, fatentur eorum opinionem non procedere, † quando de uoluntate defuncti, etiam coniecturata appareret, testatorem uoluisse facere pupillarem substitutionem intra quartum decimum ætatis annum. pro qua opin. facit, quia (ut dixi suprà) à uoluntate defuncti dependet uirtus & efficacia pupillaris substitutionis etiam contra matrem.

Ponuntq̃; Bart. & scriben. hic & in d. l. Centurio, aliquas coniecturas per quas cognoſci & diſcerni potest testatorem uoluisse facere pupillarem substitutionem, & matrem excludere, de quibus diligenter diſpiciamus: quia in casu earum res esset extra omne dubium quemadmodum in præcedenti articulo per limitationes ad concluſionem communem assignatas, extra aleam dubitationis iacta fuit. & has coniecturas in actu practico omnibus iuribus quærunt in hoc articulo practicantes in palatiis.

Prima coniectura, † quando esset substitutus frater pupilli: quia præsumptio est quòd uoluerit matrem excludere, per rationes de quibus in præcedenti articulo. Et quicquid dixerit Bald. suprà in iij. colum. Doct. communiter sequuntur Bartol. ut pulchrè per Dec. infrà in ult. colum. ubi respondet rationi Bald. immo hæc coniectura generalius procedit ubicunque est substituta persona, quæ uerisimiliter est magis dilecta, quàm mater impuberis: ut per Ripam in d. l. Centurio. colu. xlv. in septima coniectura num. 137.

Secunda coniectura, † quando testator dixit q̃ omnia eius bona sine diminutione, uel quòd tota & integra hæreditas eius ad talem perueniat. quia, quum hęc solùm fieri posſit per directam substitutionem, interpretationem facere debemus, quòd facta fuerit talis substitutio. argumento. l. quotiens ff. de rebus dubiis. & l. Iulian. ff. de leg. tertio, & melius in d. l. Centurio. colum. viij. licèt hic Bart. scripserit post lecturam d. l. Centurio, prout ipse dicit infrà in fine commenti. Et quicquid post Bald. dicant Iaſ. & sequaces, hanc concluſio. sequuntur & defendunt communiter Doctor. ut per Deci. hic in xiij. colum. & Curt. xxiiij. & Polit. in dicto titulo de compen-

compendioſa colum. xij. Quia, & ſi uerba prædicta propriè & ordinariè uideantur respicere prohibitionem detractionis trebellianicæ, nihil tamen obstat, quin etiam ad prohibitionem detractionis legitimæ adaptentur. fieri enim potest per pupillarẽ substitutionem intra tempora pupillaris ætatis. & maximè in dubio hoc dicendum est, ut substitutio potius iudicetur directa, quàm obliqua. d. c. ſi pater. & hanc quæstionem & dicta Bart. latiſsimè pro sequuntur Moder. in d. l. Centurio. ut post Galiau. tradit ibi Ripa fol. xi. nũ. cxxv. declarantes quando fideicommiſſum censeatur iniunctum potius substituto, quàm filio.

226 † Et in secreto conscientiæ Bartol. hîc uidetur in duobus labi & à recto tramite diſcedere. Primò dũ uult testatorem facere non posſe, quòd tota & integra hæreditas sua, uel omnia bona sua sine diminutione perueniant ad substitutum, niſi per directam substitutionem perueniant ad substitutum, & quòd propterea sit directa. nam in casu substitutionis Bart. hic, ut uoluntas testatoris posset effectum habere, & bona sine diminutione ad substitutum per uenire secundum ordinationem testatoris fideicõ. & grauamen censeretur iniunctum hæredibus filii, qui potuerunt grauari etiam in legitima filii inſtituti. † tex. est singularis in l. ſi Titio. in §. fina. ff. de 227
leg. j. secundum communiter Doctor. hic & in d. l. Cẽturio. De quo uide omninò Paul. de Caſt. ibi & 230
Alexan. in conſi. xii. colum. fin. lib. iii. Iaſ. in conſil. xcix. & cviii. lib. iiii. & Curt. iuniorem in conſi. lxx. cum tribus sequentibus. ergo etiam quòd substitutio non sit directa, sed fideicommiſſaria substitutus habebit integram hæreditatem mortuo pupillo in pupillari ætate. sicq̃; uerum non est dictum Bart. q̃ substitutio censenda sit directa, eò quòd integra hę reditas non posſit ad substitutum aliter quàm per directam substitutionem peruenire. niſi faluando Bart. respondeas, quòd in dubio (ut dictum est suprà) substitutio ſi fieri potest, iudicanda potius est directa, quàm obliqua. d. c. ſi pater. ideò potius iudicabimus directam pupillarem, quàm obliquam: quum id fieri posſit. & ista fuit mens Bart. quamuis faluari non posſit, quia male dicat, q̃ id aliter fieri nequeat, quàm per directam: quia etiam fieri potest per obliquam.

Secundò, quando testator dixiſſet uelle q̃ omnia bona sua uel tota uel integra hæreditas sua ad talem perueniant, secundum terminos quæstionis formatæ per Bart. ista non potest esse directa pupillaris per quam succeditur pupillo non solùm in bo
228 nis testatoris, † sed uniuersaliter in omnibus. inſti. de pupil. substi. in §. igitur. l. ii. §. prius. & l. sed ſi plures. §. ad substitutos. ff. de uulg. & uerba non essent apta & congrua ad substitutionem pupillarem, ergo &c. De quo uide in terminis Politum loco præalleg. col. xii. Ripam etiam loco præalle. Dec. in cõ ſi. ccclxxi. & dxlii. & Pariſ. in conſi. lxxiii. colũ. ii. lib. ii. ubi respond. ad l. primam. ff. eo. in uerbo mihi. quod non impedit substitutionem pupillarem esse ut ibi per eos.

229 Tertia coniectura est; † quando testator dixit, quòd bona ad talem perueniant, & quòd auctoritate sua posſit accipere: ut hîc per eum. cum quo

transeunt communiter scriben. ut hîc per Curt. colum. xxiiij. Galiaulam in d. l. Centurio, col. lxxvii. & sequenti ubi Ripa. col. xlii. num. cxxiii. ubi Bart. de ineptitudine redarguit, quum exemplum Barto. sit in claris, quòd substitutio sit directa. Galiaula loco præallegato intelligebat Bar. quando talia uerba directa fuiſſent posita in causulis executiuis, quę non ampliant principalem diſpositionem. tamen, ut replicat Ripa, declarant, quę declaratio debet esse conformis diſpositioni iuris, sicq̃; intelligi debet, non ut censatur facta directa substitutio, sed ut substituto censeatur concesſa licentia apprehendendi posſesſionem bonorum auctoritate propria. sed potest respond. ut per Curt. loco præalleg.

Sed non est uerum quòd prædicta uerba de quibus hic per Bart. apposita fuerint in causulis executiuis, immo simul & semel cum principali diſpositione; ita uoluit & intellexit quæstionem suã Bart. prout ex uerbis eius apparet.

Et §. primus. l. Titia cum testamento, de legat. ii. per Bart. alleg. uidebatur potius contrarium probare. sed respond. ut hîc per Curt. colum. xxiiij. breuiter (ut dicam quod sentio, & uerum fatear) puto dictum Bart. ueriſsimum, sed non esse bonam limitationem, quia non est de regula. Nec facit ad propoſitum cõcluſio. suprà facta, quando substitutio uerbis prædictis communibus concepta fuit.

†Ad declarationem uerò d. §. primi. in l. Titia cum testamento. ff. de lega. ij. uidete Dec. in consil. ccccl xxvj. colum. fin.

Quarta coniectura, † quando appoſitum fuit in substitutione uerbum liberè perueniant bona ad talem; ut latiùs tradit ipse Bart. in d. l. Centurio, colum. viii. rationem assignans, & approbatur communiter per scriben. ut hîc per Curt. column. xxiiij. Galiau. in d. l. Centurio. char. xix. ubi Ripa xj. quicquid dixerit Polit. in trac. de compendioſa colũ. xii. cuius motiuo ex dictis præallegatorum patet solutio. ad quod uide etiam Alex. in consil. xl. colum. j. lib. vj. ut tamen dixi circa præcedentem coniecturã concluſio est uera, sed limitatio & restrictio inepta: quia in terminis iſtius cõiecturę res est clariſsima, & substitutio directa, non autem per uerba communia concepta.

232 Quinta coniectura posita hîc per Bart. † quando ex præcedentibus aut sequentibus aliud appareret esse de mente testatoris, tunc enim illi standum esset. d. l. in testamento. in fi. cum ibi not. ſ. de testa. milit. iſta approbatur per scribentes communiter, ut hîc per Curt. colum. xxiiij. Galiaulam & Ripam in locis præallegatis. & plura adduci posſent accumulata per scribentes. in l. ſi seruus plurium. in §. fina. per illum text. ff. de leg. j. Facit etiam, quia ut sæpe diximus suprà efficacia pupillaris substitutionis contra matrem an excludatur per substitutum, à uoluntate testatoris dependet: ideò nimirum, ſi ex præcedentibus & sequentibus posſit probari talem fuiſſe uoluntatem testatoris, quòd sit directa pupillaris quæ matrem excludat. Facit, quia una pars legis uel testamenti declaratur per aliam. l. utrum, de pet. hæred. l. j. cum not. per Socin. ibi in prima col. de rebus dubiis. una ergo pars testamenti declaratur per aliam.

Sexta

Universidad de Deusto
Biblioteca

233 Sexta coniectura additur per Doct. † quãdo mater ad secunda uota transijsset: quia tunc ex tacita mente defuncti qui contristatur de transitu uxoris suæ ad secunda uota, prædicta substitutio censenda erit directa: ut post Ang. tradit hic Ias. in xii. col. & Dec. xiii. sed (ut mihi uidetur) Ias. concludit op posi. quia tacita pupillaris nõ excludit matrem, quæ ad secunda uota transiuit: ut per eum hic, & per Alex. in l. ii. colum. pen. ff. eo. ergo nec in propolito nostro coniectura transitus ad secunda uota, idonea erit & sufficiens ad faciendum matrem pupilli priuari eius successione mediante pupillari substitutione. ita etiam tenent Moder. de Ripa. in dicta l. Centurio, colum. xlv. in viij. coniectura. quando ergo teneretur opin. Bart. de qua suprà, coniectura ista non esset idonea ad arguendum directam & pupill. substitutionem.

234 Sed quid si uerba prolata essent † lingua materna seu uulgari sermone, an adhuc procederet dicta differentia inter uerba directa & communia? Curt. hic colum. xxiiii. post Bart. & Seue. hic. in xv. colum. in iii. concluſi. tenet quòd sic, per doctrinã Bart. in l. si quis filiabus. ff. de testamen. tut. ubi uult quòd uerba in uulgari sermone prolata in testamẽto intelligantur secundum dispositionem iuris, præsumendumq; sit notarium in testamento apposuisse uerba importantia & significantia uoluntatẽ testatoris secundum iuris dispositionem. De quo uide accumulata ibi per Alexand. in apostillis ad Bar. & Imol. & Barb. in cap. cum tibi, circa finem de testam. Alexand. in consil. ii. colum. vii. uersic. nõ obstat quintum. & in consil. ix. Visis colum. ii. uersic. benefacit. lib. j. & in consi. v. colum. ii. lib. iiii. & Fel. in rubr. de constit. colum. fin. cum aliis quæ adduxi in l. si librarius. char. ii. ff. de reg. iur.

Postremò, sciendum est cessare his nostris temporibus plures difficultates in quibus Doct. se torquent plurimùmq; laborant † propter clausulam
235 illam codicillarem, qua in practica utuntur notarii in omnibus testamentis. dicentes testatorem substituere uulgariter, pupillariter & p fideicõ. quæ clausula est maximi effectus, quamuis ipsi Tabelliones qui eam clausulam apponunt non intelligant quæ dicunt ad instar illorum Cantorum qui per rerum naturam bene cantant, sed non intelligunt rationẽ sui cantus: ut post Bald. in d. l. iam hoc iure, tradit hic Seuer. colum. xxv. in xiii. conclusio. sunt enim tunc expressa uulgaris, pupillaris & fideicomm. de quibus non erit dubium.

236 Et inter cætera † ubi est apposita dicta clausula, censetur concessa facultas substituto ueniendi ex quocunque capite substitutionis uoluerit, per text. in l. recusare, in §. Titius. ff. ad Trebell. ubi substitutus potest cogere grauatum adire hæreditatem, & illam sibi restituere: & sic omissa uulgari potest eligere, & amplecti fideicommissariam. ita Bart. in d. l. Centurio, cum quo alii communiter transeũt. ut ibi per Aquens. colum. pen. Galiaulam colu. xcvii. cum sequenti ubi Ripa colum. lv. num. clxxj. & Polit. in tract. præalleg. sub rubr. de compendiosa col. fin. Socin. in consi. xx. col. vj. & vii. lib. j. & consi. ccxc. col. fin. lib. ii. & Paris. in consi. lxxiii. colũ. ii. uol. iii. & Aquens. in d. §. Titius.

Quam concluſi. limitabant Imol. in d. l. Centurio, Bart. pe. colum. & Seue. hic colum. xxv. in xiii. concluſi. quando casus substitutionum distinctè essent expressi, quasi tunc de mente testatoris fuerit non dare electionem succedendi substituto, sed uoluisse quamlibet prædictarum substitutionum habere locum in casu suo; uulgarem, si institutus non erit hæres, pupillarem si in pupil. ætate decesserit. si deicom. si post pubertatem.

Quæ limitatio & restrictio est contra tex. in d. §. Titius, ubi substitutiones erant factæ diuisim & distinctè, & tunc censetur ibi licentia data substituto ex qua parte substitutionis uellet uenire secundum communiter scrib. in locis præalleg.

Aquens. tamen in locis præalleg. saluabat opin. Imolæ quando testator distributiuè expressisset plures casus gratia exempli, quia dixisset: si filius meus non sit hæres. uel sit hæres, & in pupillari ætate decesserit, uel aliàs quandocunque substituo Titium uulgariter pupillariter & per fideicom. quasi tunc non sit data electio substituto: sed quelibet substitutio censeatur facta in casu suo. Quæ restrictio & declaratio confunditur etiam per tex. in d. §. Titius. & ideò opinio Aquens. damnatur per Galiaul. Ripam. & Paris. in locis. s. alleg.

Dec. hic colum. xiiii. concordando scribentes salubabat opin. Imol. quando esset facta compendiosa continens sub se prædictas substitutiones, siue ubi facta compendiosa exprimerentur dicta uerba uulgariter, pupillariter & per fideicom. quia quum sit expressio eius quod inest, nihil operaretur. l. iii. cũ not. ff. de leg. j. quasi tunc testator censeatur fecisse plures substitutiones successiuè in casu suo uulgariter si nõ erit hæres, pupillariter si in pupillari ætate decesserit, & per fideicom. si post aditam & post pubertatem decesserit.

Sed Galiaula & Paris. in locis præalleg. damnant Dec. hic per text. in d. §. Titius. salua tamen eorum reuerentia, Deci. hic quando substitutiones factæ fuerunt distinctè tenet contra Imol. prout & ipsi, secus quando in compendiosa essent contentæ dictæ substitutiones secuudum Deci. saluantem hoc casu Imolam.

Quam opinionem Decii à ueritate alienam credo, † quia compendiosa omnes prædictas substitutiones sub se continet, perinde ac si dictum fuisset: uulgariter, pupillariter & per fideicomm. ut hic dicunt omnes scribentes, & sæpe dictum fuit suprà. & tradit Aret. in l. generaliter in ii. not. per illum tex. s. de instit. & substit. sub condit. fac. & est receptior scribentium sententia, ut per Doct. præalleg. & Ripam in d. l. Centurio. colum. xlvii. in iii. quæstione Bart. Præterea, si quando explicitæ sunt & distinctæ substitutiones, nihilominus censetur data licentia substitutio ueniẽdi ex quo capite substitutiones uoluerit. d. §. Titius, quantò magis ubi implicitè per compendiosam factæ sunt: iccircò concludamus prædicta uerba uulgariter, pupillariter & per fideicom. esse maximæ efficaciæ, & tollere multas difficultates in hac materia: quum in generalitate uerborum expressè censeatur uulgaris, pupillaris & fideicom. censeriq; per talem clausulam concessam licentiam substituto ueniendi ex qua substitutione uoluerit

uoluerit, etiam quòd casus fuerint distincti, aut cõpendiosa facta substitutio, quicquid dixerit Aquẽs. & Dec. post Imo. & est diligenter notandum quòd quum prædicta clausula uulgariter, pupillariter & per fideicomm. sit de solitis apponi in omnibus testamentis de consuetudine notariorũ habetur pro
238 apposita, † etiam quòd non fuerit per notarium adiecta: ut per Ripam in d. l. Centurio, col. xxvi. cum multis quæ accumulaui in. l. si librarius. ff. de regu. iur, & uidi in facti contingentia iniungi per Senatũ Illustrisimi Principis mei cuidam notario, ut apponeret dictam clausulam in quodam instrumento, quod erat in publica forma leuatum sine dicta clausula. quæ omnia diligenter notate.

239 In tertia quæstione istius ultimæ partis, † gl. concludit cp si testator sic substituendo dixerit. Quandocunque filius meus sine liberis decesserit, ille sit hæres; uel illum substituo: semper & omni tempore substitutio erit fideicommissaria, non faciendo differentiam inter uerba directa & uerba communia: quoniam prædicta uerba sine liberis non
244 conueniunt pupillo, sed maiori, cui pupillaris substitutio fieri non potest. l. ii. & l. in pupill. ff. eo. & in stit. de pupill. in princ. trahunturq; intra tempora pupillaris ætatis uerba directa ad fideicomm. quasi uideatur prædictus testator ad tempus habile ad suscipiendum liberos se retulisse, & sic ad tempora pubertatis, nec uideatur sine liberis decedere, cp liberos habere non potuit.

Hanc conclu. glo. sequuti sunt multi Doct. quos refert hic Corn. in xii. colum.

Sed Bart. & alii plures eam fatuam ineptamq; reputantes damnarunt per d. l. Centurio, & d. c. si pater. quæ iura uolunt substitutionem ea lege & conditione factam, si sine liberis decesserit, referri ad tẽpus pupillaris ætatis intraq; illud ualere iure communi ut pupillaris substitutio.

240 Nec uerum est prædictam conditionem † si sine liberis non conuenire pupillari substitutioni, ut probatur in l. Centurio. & in c. si pater. præalleg. secundum Bart. in d. l. Centurio, colum. iiii. immo est quasi necessariò uera, ut post Bal. scribit hic Corn. in xiiii. colum. & ita communiter concludunt scribentes. ut hic per Paul. Castren. colum. pen. Alexã. iiii. Corn. & Ias. xiiii. & Curt. xxiiii. & per Alexand. in d. l. Centurio, col. v. & Polit. in tit. de compendiosa colum. x. latius Ripam in d. l. Centurio, colum. xxvii. & sequenti. in quibus locis Doct. respondẽt ad text. §. si uerò. l. credendum. ff. qui pet. tut. qui Ias. dubitantem faciebat. erat enim ibi fideicomm. expressè iniunctum. De quo text. nonnulla scribit etiam Rom. in consi. ccvii.

241 Sed non declarant † scriben. præfati an substitutio facta uerbis directis in casu prædicto ualeat post pubertatem iure fideicom. uel ne. ego dico cp non: quum euanescat. l. uerbis ciuilibus. ff. eo. & concludit glo. s. in. i. q.

Et quemadmodum ibi dixi, hęc est receptior scribentium sententia. De quo uidete etiam Moder. de Ripa in d. l. Centurio, colum. xxiii. & seq. quicquid postea dixerint in xxix. col. num. xciiii.

242 Sed quando facta fuisset à pagano † uerbis communibus ualeret intra tempora pupillaris ætatis iu re directo tanquàm pupillaris, post pubertatem uerò iure fideicom. & tanquàm fideicom. quicquid dicat glo. ut per Alex. colum. iiii. & Polit. loco præalleg. col. xi. & sequenti cum aliis quæ adduxi suprà in ii. q. glo.

243 In ultima quæstione concludit not. glo. † quòd ubi substitutio compendiosa facta fuit per uerbum commune cum alternatiua, uel distinctione temporum pupillaris ætatis, & pubertatis, quòd erũt duæ distinctæ substitutiones, pupillaris uidelicet & fideicommissaria. hanc concluſi. glo. tanquàm not. & singularem sequuntur Bart. hic Paul. Cast. Ias. & alii allegantes pro ea tex. in l. si frater. ff. de fideicõ. licèt lectura Bar. sit corrupta. quibus adde Ripã in l. Centurio. col. xxv. in iiii. declaratione.

Et quæ dixi in superioribus de illo text. & not. quia gloss. non dicit contineri hoc casu pupillarem sub compendiosa, sed quòd est pupillaris & fideicommissaria, & bene, quia quum pupillaris expressa sit, non continetur tunc in compendiosa. arg. text. in l. doli clausula ff. de uerbor. obligat. † Sunt ergo commixtæ pupillaris & fideicom. ut post Raph. Comẽ. scribit Deci. in. l. in testamento, col. iii. s. de mil. test. & in consi. cccxviii. col. ii.

245 Sed hîc quæro: † si facta fuerit substitutio per uerba obliqua, quo casu glo. Bart. & Doct. communiter concludunt ualere semper iure fideicomm. quum uerba obliqua in directam transire non soleant. d. l. uerbis ciuilibus. cum glo. fina. † declarat
246 pulchrè Paul. de Castr. in pen. colum. dicens, quòd uerba obliqua nunquàm assumunt interpretationem directam, sed bene directa obliqua: quia directa in plus se habent: ideò de facili possunt descendere: sed obliqua in minus, ideò hic de facili non possunt ad maiorem significatum ascendere. nam, ut inquit Virgilius, Facilis est descensus auerni, sed reuocare gradum &c. Nunquid ubi facta fuit prædicta substitutio uerbis obliquis, quæ iure fideicõ. ualere non potest, an ualebit iure directo? Exempli gratia, dicit testator: Si talis non erit hæres, grauo ut restituat hæreditatem Sempronio. si non sit hæres, certi iuris est, quòd non potest illam restituere. per uulg. regulam l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. an tunc directetur substitutio, ita quòd substitutus succedat iure directo per uulgarem? prædicta faciunt quòd non, secundum aliquos.

247 Sed † cõtrarium est uerius; quia uerba obliqua directantur, quando constat de mente testatoris uolentis id, ut in casu prædicto: per l. quærebatur, ubi Bart. no. ff. de milit. testam. & ita tenent Bald. in l. seq. col. antepen. Deci. suprà col. ix. uersi. Sed tamẽ considerandum. & Curt. hîc colum. xxv. in uersic. circa ultimum.

Glo. finalem potestis diuidere in quatuor partes in prima declarat text. nostrum in fin. in uerbo peti possunt. in secunda remouet unum tacitum contrarium: quia non uidebatur esse differentia an substitutio ista facta à milite ualeret iure directo uel obliquo: ut hic per Bar. col. ii. per Paul. Castren. col. penul. & latiùs Ias. prænte penultima. Glossa ualde laborat in probando contrarium demonstratis pluribus difficultatibus inde resultantibus. In tertia reprobat argumentum Irnerii antiqui glossatoris,

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui colligebat ex hoc text. tacitam pupillarem excludere matrem fauore militis. respondendo ad istum text. In quarta & ultima se remittit de materia ad ea quæ scripsit instit.eod. in §. qua ratione. partes satis clarè patent,& eas distinctè assignat hic Iason.

Veniamus ad commoda assignata per glo.in secunda parte, in hoc quòd substitutio potius sit obliqua & fideicommissaria, quàm directa militaris.

248 † Prima utilitas est propter trebellianicam detrahendam de obliqua, non de directa secundum Irnerium. sed Accurs. reprobat, quia de testamento militis Falcidia & Trebellianica non detrahuntur. iuribus per eam alleg. & probatur (quicquid dicat Dec.) in l.in testamento. ff.ad l.Falcid.arguendo de 255
Falcidia ad Trebell.ex identitate rationis, ut faciũt ibi Doct.& concludunt communiter Moder. in l.

249 i.in §.in filii.ff.ad Trebel.† Et probatur etiam clarè in d.§.denique.per glo.alleg.intelligendo de quarta Trebell. secundum naturam tit.non de falcidia, ut post Alex. uoluit hîc Dec. & illud uerbum fideicommissario, ponitur in passiua significatione, id 256
est aduersus fideicommissarium,ut in §. præcedenti patet,& in l. cogi, in §.Metianus.eo.tit.& sic planè intelligendo est ibi casus, q̃ non licet hæredi ex testamento militis detrahere trebell. aduersus fidei commissarium.

250 Hodie secus est, † quum falcidia & trebellianica etiam de testamentis militum detrahantur secundum communiter Docto. quicquid hîc dicat Dec. text.est non cauillando in §. penul.in aucten.de hære.& fal.rectè ponderando, ut per Aquens.in d.§. in filii,Cur.hic colum.xxvi.Polit.in præalleg.tit.de compendiosa colum.vi.Lancel.Galiau.in l.Centu- 257
251 rio,colum. xvi.&Ripam in d.§.in filii.† Quæ autem sint alia iura & commoda trebelliani, de quibus glo.meminit,tradit glosſ.in d.l.in testamento.ſ.de testam.milit.

252 Alia utilitas est, † quia restituta hæreditate iura sepulchrorum non transeunt in fideicomm. sed remanent penès directum hæredem. l. quia perinde ff.ad trebellia. & cum hac concluſi.glosſ. transeunt Bar. hic in ii.col.Alex.& alii communiter.

253 Et similiter † in fideicommissarium non transit ius patronatus ecclesiæ nec libertorũ: ut post Paul. & Alex.scribit hic Dec.& Curt. in xxvi.colum.Polit.loco præalleg.col.vi.& Galiau. in d.l.Centurio, col. xxj.ubi Ripa.xix.

254 Sed uidetur esse text.ad oppos.† in l. uel quæ. ff. de religiosis, ibi, hæredibus cæterisq; successoribus qualescunque sint. secundum Galiau.in d.l. Centurio.col.xx. & prius Raph.Comens. & Aquens.in d. l.quia perinde, ubi Aquens. reprobata solutione Raph.respondebat illum text. solùm procedere in sepulchris familiaribus. Quæ solutio confunditur 258
per illum text.ibi, iura sepulchrorum in generalitate sua. non enim distinguit familiaria ab hæreditariis, sed in generalitate sermonis de iuribus sepulchrorum omnia includit. Repugnant etiam uerba d.l.uel quæ.ibi,in utroque, iuncta glo. intelligente & exponente tàm familiari,quàm hæreditario. Ripa loco præalleg.aliter solucbat,sed est uerbalis tantùm ut uoluit hic Dec.

Ideò ego respon. quòd uerba illa qualescunque sint,posita in d.l.uel quæ. declarantur per immediatè sequentia siue sint hæredes & successores de iure prætorio ex testamento, siue ab intestato, siue ex magna siue ex minima parte.sicq; nihil dicit nec intellexit de fideicommissariis: concordabit ergo cum d.l.quia perinde.

Et si sint sepulchra familiaria illi de familia & agnatione ibi poterunt sepelire & mortuos inferre, licèt hęredes non sint; alii etiam affines nequaquã si non sunt hæredes. Hæreditaria autem ad solos hæredes & si extranei sint, pertinent. l. ius familiarium. & l.pen. suprà de religiosis.& ff. eodem.l.familiaria.

Sed quid in dubio, † ubi ex ordinatione defunctorum uel ex inscriptione sepulchrorum non apparcat,an sepulchrum sit familiare uel hæreditariũ, ut quia reperitur constructum & factum sepulchrum non apposita inscriptione declarante qualitatem sepulchri; an sibi familiæq; uel hęredibus cõ structum,uel quale iudicabimus? † Credere hęreditarium, quum in dubio censeatur quis prouidere sibi & hæredibus suis.l. si pactum.ff.de proba. l.ueteris. ff.de contrahen. & commit. stipul. cum accumulatis per Iaso.in l.si Stichum. in §. stipulatio. ff. de uerb.obl.& in consi.ccxvij.lib.ij.Dec.in.l.unica colum.ij. suprà quando non pet.par. pulchrè in cõsil.xxvj.columnn.ij.lib.v.& Deci.in consil.ccxvi.colum.ii.& cclxii.& Curt.in consil.clix.colum. fin. & consequenter soli hæredes ius dicti sepulchri habebunt.

Sed quid si inscriptio & titulus sepulchri dicat, ut sæpe uidi, sibi & posteris illud extructum & ædificatum.† Non erit familiare nec hæreditarium,sed ius sepulchri spectabit ad omnes descendentes tam masculos, quàm fœminas, qui ueniunt appellatione posterorum in materia non ödiosa.d.l. uel quæ. ibi, non alios præter suam posteritatem inferre licet, & l.si uenditor, ibi, ut ipsi posterique eius illo fruantur.eo.tit.cum accumulatis per Barb.in repetitione uulg.l. cum acutissimi. fol.xvii. super not. text.in uerbo posteritatem. hæredes tamen licèt nõ sint de posteris, non uidentur excluſi, qui ibi possint sepelire sicuti in sepulchris familiaribus dictũ est, quia hæredibus suis censetur quis prouidisse. De inscriptione uerò sepulchrorum an faciat præsumptionem uel probationem quòd ita sit, ponunt Salic.in l.monumentorum. suprà de religio. scribẽtes.in l.i. ff.si cer.pet.

In tertia utilitate,Bart.hic Alex.& alii increpant glo.quia quantùm ad effectum tactum per glo. de bonis filii militis penès quem debeant remanere post pubertatem substitutione ualente iure directæ militaris, substitutus non habet nisi bona testatoris † in directa militari.est text. hic in fine, & in d. l.Centurio, in.l.quinta, & in.l. miles ita hereditatem, in §.exhæredato.ff.de mili.test.in fideicomm. est text.in l.cohæredi, in §.cum filio,in fin.ff.de uulgar.ibi nec fideicommiss. propriæ facultatis filii tenebuntur,cum multis no. per Bal.in consi. cxcviii. & cccclii.lib.iiii.Paul.Castr.in cõs.vii.col.fin.cxiii. & clxiiii.col.ii.in antiquis.Alex.in consil.xx.col.ii. uol.iii.& Dec.in consi.dxcvii.col.fin.

Circa

Circa quartam utilitatem gloss. aduertendum est primò, quia secundum Curt. & quosdam alios
259 hic,glo.inepè loquitur de falcidia. † debuit enim loqui de legitima secundum terminos. l. quoniam in prioribus, per eam citatæ. sed respon. saluando glosſ. quòd nomen falcidiæ generale est,detractionem omnium quartarum significans. §. quarta. & §.meminisse.l.Papinianus.ff.de inoffic. testam.notant Alex.& alii in rub.ff.ad l.Falcid. cum aliis quæ allegaui in d.§.quarta. per falcidiam ergo non ineptè glo.legitimam intellexit.

260 Hic cadunt tres articuli not.† Primus, an miles possit priuare filium legitima, uel in ea filium ipsum grauare. Secundus, utrum de fideicommisso per utilitatem iniuncto, hæredis filii possint detrahere legitimam ipsi filio debitam. Tertius utrum in directa militari comprehendatur legitima filii.

261 Circa primum articulum † res non est magnæ difficultatis, quia de iure antiquo digestorum & C.clarum est quòd sic: quum pro libito miles possit filium exhæredare, nec testamentum querelæ subiacebat.l.sicut certi. & l.si cum in utero. suprà de testam.milit. & l. fin. suprà de inoffic.testamen. quoquo enim modo testati fuissent milites, rata erat eorum uoluntas.l.i.ff. de milit.testam.&.l. cum
262 filius,eo.tit.† Hodie secus est, quia in exhæredatione requiritur legitima causa.§.aliud quoque. in aucten.quomodo de appellat. cogno. qui text. locum habet etiam in milite. §. & hæc quidem. in co. aucten. dum generaliter loquitur de liberis, qui habent licentiam testandi de bonis propriis, sicq; de militibus. & hæc est receptior scribentium sententia, quòd hodie miles non possit priuare filium le-
263 gitima sine causa à iure approbata. † & quòd eius testamentum hodie subiaceat querelæ, ut hîc per Bartol.Paul.Alexand.Corn. Iaſ. Deci. & alios. q̃ per Iaſ. in d.l.fina.& Deci.in d. l. si cum in utero. Polit. in tract. compendiosæ colum.sexta. Galiaula in d.l.Centurio,colum.xii.ubi Ripa xvii.cum sequenti.

Circa secundum articulum.Bar.hic in ii.eodem.
264 tenet† non posse detrahi dictam legitimam filii in qua potuit per militem grauari.Paul.Alexan.Iaſ.& alii communiter reprobant: quia licèt de iure antiquo miles testando id posset facere, non sequitur ergo generaliter grauando ad restituendum hæ-
65 reditatem id uoluisse. † argum. text.no.in.l. sequens quæstio.ff. de lega. ii. ubi licèt maritus grauare possit nominatim uxorem restituere per fideicommiſ. quæ uiuus donationis titulo in illã contulit, non tamen illa ueniunt in restitutione fideicomm.simpliciter iniuncti, quem text.pulchrè declarat Alexan. in consil.xx.colum.ii.& sequ.libr.iii. Dec. hic post Socin.tamen sequitur & defendit opinionem Bart. quia, quum miles posset filium in legitima grauare uirtute uniuersalis fideicommiſſ.id fecisse censetur. sed in d.l.sequens quæstio,termini sunt diuersi, quia ut ibi dicitur, illa donata iam erant x̃ causam bonorum, ideò nimirum si non ueniunt in restitutione fideicom.simpliciter iniuncti.

Non est recedendum à communi de qua.ſ.cum qua etiam transeunt Galiaula & Ripa in locis præalleg. ex quo etiam testator miles olim poterat pro hibere trebellianicam, non prohibendo uidebatur permittere: & sic detrahebatur secundum uoluntatem testatoris militis, ut ibi per eos. fatuumq; & inutile est de hoc nunc contendere aut uerba ulteriùs effundere; quum miles non possit hodie (ut dictum est) filium in legitima grauare, aut onus illi apponere.

Veniamus igitur ad discussionem tertii articuli. an in directa militari comprehendatur legitima fi-
266 lii.† quem articulum præfati disputant. Dec. hic in pen.colum.post Soci.tenet cum glo. hic, quòd per directam militarem tollatur legitima filii,& ad substitutum pertineant omnia bona priuilegio militis qui potest filio facere qualemcunque uoluerit substitutionem.d.l.j.& l. cum filius famil. ff. de milit. testam. & sic directam militarem,quæ comprehendet legitimam.

Sed contraria opinio æquior est & uerior. sicuti enim miles non potest filium omni tempore priuare legitima: ita nec pro parte temporis per directam militarem.argum.text.in.l. quæ de tota.ff.de rei uendic. & §. primo. l. miles ita hæredem. ff. de milit. testam.

Nec obst.quod de priuilegio militari dicebatur: quia id hodie (ut ſ.dixi) correctum est: quum non possit grauare filiũ in legitima. & ista est receptior & communis sententia scribentium: ut hic per Alexã.Corn.Iaſ.Curt. & alios,Politum & Ripã in locis ſ.alleg.& ab ista opinione tanquàm æquiori, benigniori & magis recepta,non est recedendum.

Alia etiam est utilitas † secundum Bartol. hic in
267 ii.col.& in d.l.Centurio, de fructibus iudicio testatoris perceptis, quòd in fideicomm.hæreditatis restitutione non ueniunt. l. in fideicommissariam. ff. ad trebell.secus in directa militari compendiosa.d. l. Centurio, ut hic etiam per Alexand. colum. penul. & Iaſ. antepenul. per eodem & Aquens. in d. l.Centurio.

Oppos. tenent Iaſ.& Deci.in.l.in testamento,colum.xii.& pen.ſ.de test.milit.post Ang.Fulgo. Roma.& Paul.Castren. quia fructus percepti per hæredem in uita post aditam hæreditatem sunt de patrimonio hæredis mediante aditione. §.i.instit. de hære.qualit.& diff.ideò quum fuerint effecti hæredes non ueniunt in restitutionem: quia non sunt de hæreditate, quam rogatus est restituere, & hanc rationem assignat Iurisconsultus in d.l. in fideicõ. ideò.l.Cẽturio, intelligi debet de fructibus inuentis in hæreditate testatoris militis, prout innuunt uerba illa, inuentis in hæreditate, de quibus potuit miles testator disponere; non de fructibus hæredis,& sic tertii,de quibus non potuit disponere.

Attamen Dec.Bal. Ang.Salic.Imol.Aret.Soc.& communiter Doct. tenent cum Bart.prout transeũtes cum illo atteſtantur Curt.hic col.antepen. Politus loco prealleg.Galiaula in d.l.Centurio.colum. xviii.ub. Ripa xv.& sequenti.

Quæ opinio multifariam probari potest. In primis,quia si text.l.Centurio.intelligeretur de fructibus inuentis in hæreditate testatoris militis, esset de indubitabili secundum Aretinum, & præfatos: quum fructus illi dicantur pars hæreditatis & ueniant in petitione hæreditatis. l. & non tan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tùm. & l. item ueniunt. §. fructus. ff. de petit. hæred. l. sed si plures. §. filio. ff. de uulg.

Nec obstat quòd petantur sub nomine & consideratione fructuum; ut inquit Deci. quia licèt de fructibus nulla esset facta mentio, tales fructus etiam si essent percepti post mortem militis ante aditam hæreditatem, quum sint hæreditarii & augeant hæreditatem, uenirent in petitionem hæreditatis & in restitutione. iuribus prælegatis. & §. j. l. ita tamen. ff. ad Treb. ideò si iurisconsultus in d. lege Centurio, intelligeretur de prædictis fructibus, superfluò ipse apposuisset cum fructibus inuentis in hæreditate.

Secundò, quia directa militaris non trahitur ad
268 bona hæredis, † sed comprehendit bona militis testatoris tantùm. l. milites etiam his. l. cum filius famil. l. miles ita. §. ex hæredato. ff. de milit. testam. ne priuilegium militis in præiudicium tertii trahatur & operetur. contra l. nam ita diuus. ff. de adopt. & §. meritò, & §. si quis à principe, legis secũdæ. ff. ne quid in loco publico. sed dicti fructus proueniunt ex bonis & hæreditate ipsius testatoris militis, ergo
269 &c. † & si dicas per aditionem hæreditatis confusa sunt patrimonia, & bona facta hæredis, ut dixi, ergo fructus dicentur percepti ex bonis hæredis instituti, non ex bonis militis. Respond. ex mente Corn. infrà in ult. colum. quòd aditio perpetua operatur effectum perpetuum, sed aditio temporalis resultans ex directa militari, ut patet ex dicta lege Centurio. l. quinta, & l. miles ita hæredem. ff. de testamen. mili. operatur effectum temporalem: hoc est, quòd hæreditas adita adueniente casu non operetur prædictum effectum commixtionis bonorũ: & propterea finito dicto tempore non consideratur aditio facta. d. l. miles ita.

Tertiò, quia intelligendo secundum prædictum intellec. Iaſ. Decii & prælegatorum, illa dispositio 272
l. Centurio, non contineret aliquam specialitatem fauore militis respectu fructuum, sed dispositionem iuris communis per ea, quę suprà adduxi: & tamen Iurisconsultus uoluit ibi denotare prærogatiuam & specialitatem in milite: & ideò posita est illa lex in titulo de testam. milit. ergo debet intelligi, ut contineat specialitatem in milite, & sic de fructibus inuentis in hæreditate instituti. quod est speciale in milite.

Quartò, quia in d. l. Centurio, post tempus factæ substitutionis labi potuerũt plures anni à xiiij. usq; ad xxv. qua temporis intercapedine stante, fructus
270 in hæreditate testatoris reperti † non potuissent conseruari ultra triennium. iuxta glosſ. l. unicæ, suprà si aduersſ. usucap. ut post Lanfranc. de Oriano scribit Ripa loco prælegato. de qua glo. uide Alexand. in lege procuratorem suprà de procurat. Bologni. in additionibus ad quintum consilium Ioan. de Anan. cum aliis quæ post Mod. adduxi in. l. unũ, si cert. petatur.

271 Et not. bene uerba Bartol. hîc, † dum' dicit quòd 273
ueniunt fructus percepti iudicio testatoris. ex hoc enim sequitur quòd si consumpti fuerint debetur illorum æstimatio: ut per Ripam loco prælegato. Quæ opinio à ueritate aliena uidetur: quia lex Cũturio, non loquitur simpliciter de fructibus percæptis, sed de fructibus inuentis in hæreditate: ergo non omnes, sed illi qui percepti sunt & reperiuntur in hæreditate, & ita per illum textum uoluit Barto. in dicta lege Centurio. colum. ij. in ultima oppoſ. & sequitur ibidem Galiaula columna xviii. in uersic. Aut uerò sunt fructus percepti post aditam. quum enim ex re sua percepti fuerint factique sui, nulla ratio est, cur hæres de illis ad libitum non potuerit disponere. quare ergo teneri debet ad illorum restitutionem? Iccircò dispositio illa de fructibus quum sit contra ius commune, debet strictè intelligi, & uerba limitatè prout loquuntur, accipi secundum terminos dictæ legis de fructibus in hæreditate inuentis. quasi text. satis habuerit obligare hæredem post pubertatem ad restituendum bona militis cum fructibus ex dictis bonis perceptis, tunc tamen in hæreditate inuentis. Confirmatur, quia quum dispositio illa sit contra ius commune, & satis operetur respectu fructuum in hæreditate inuentorum debet ita strictè intelligi, & munus derogetur iuri communi, quàm fit possibile. argum. l. si quando. ff. de lega. j. l. secundæ suprà de noxal. & c. cum dilectus, de consuet. cum not. per Dec. in consil. ccix. colum. ij. & in consilio cclxxxj. colum. ij.

De materia autem fructuum quomodo ueniant in fideicommissariam hæreditatis restitutionem, plenè ponunt omnes Doctores antiqui & moderni in dicta lege in fideicommiſſ. in lege iubemus. C. ad Trebellian. in. l. in quartam. ff. ad legem Falcid. Paul. Castren. in lege cum pater. in §. Titio frater. colum. secunda. ff. de lega. secundo. Iaſ. in consil. cexxxi. lib. ii. Curt. Iunior in consil. cxx. colum. fina. & Moder. Mediol. in l. j. in §. si stipulanti, colum. fina. de uerbor. obligat. cum pluribus similibus.

Addit hîc Bartol. in fin. ii. colum. † aliam utilitatem resultantem ex prædicta differentia obliquæ substitutionis ad directam militarem propter naturaliter debitum, quod potest retineri in restitutione fideicommiſſ. l. Stichum. §. aditio. ff. de solut. secus esset si iure directo ualuisset substitutio. cum Bart. simpliciter transeunt Pau. & Iaſ. & Alexan. & decisionem Bart. procedere dicunt, quando mater non possideret, aut mala fide possideret: quòd si bona fide, etiam quòd substitutio ualuisset iure directo, posset mater naturale debitum retinere. per l. si quid possessor. in §. iustus, cum glosſ. ff. de petitione hæredit. & licèt Bart. loquatur inter dentes, & ineptè dicendo quòd secus esset &c. quia cui dubium quòd si non possideret, non posset retentione uti? tamen mens sua fuit facere differentiam, an mater possideat uel non: quia primo casu potest retinere debitum naturale: secundo non potest petere. hoc uoluit dicere Bartol. quod adhuc declara alio modo, ut hic per Corn. in ultima columna.

Alia utilitas, † quia dandum causa conditionis 273
implendæ dari debet hæredi, non autem fideicommiſſ. l. qui heredi. §. cum hæreditas. ff. de condit. & demonſtrationib. ideò si substitutio est obliqua impleri deberet conditio in persona matris penès quam remaneret nomẽ hæreditarium, etiam facta restitutione, secus si substitutio ualeret iure directo: quia penès eam non esset nomen hæreditariũ, sed esset extinctum per mortem filii, & sic impleri deberet in persona directò substitutæ. ita post Ang. & Imol. uoluerunt hic. Paul. Castren. & Corn. in ult. col.

Contra prædictam concluſi. uidetur esse tex. no. & terribilis in l. is qui. §. fina. ff. de legat. præstand.
274 † ubi conditio prædicta implenda est non in persona hæredis instituti, sed in persona bonor. possessoris, qui per contra tab. impugnauit testamentum, ut apud eum sint commoda hæreditatis penès quẽ sunt onera. quæ ratio, ut post Alex. Soci. & Iaſ. dicit hîc Deci. in ult. col. uidetur militare etiam in fideicommiſſario, qui est loco hæredis, ut ff. ad Trebell. l. postulante, circa fin. ergo similiter in persona ipsius fideicomm. uidebatur conditionem prædictam impleri posse.

Ad ista iura dantur multæ solutiones, & uarii intellectus per Alexand. in l. qui liberis, in §. hæc uerba. ff. de uulg. Socin. in d. c. cum hæreditas. Ruinum in §. & quid si tantùm. l. Gallus colum. x. & sequenti. & alios scribentes. ff. de liber. & posthum. Socin. in d. §. cum hæreditas, concludebat bonor. possess. §. quos autem instit. cod. fideicomm. autem non ideò dandum hæredi causa conditionis implẽdæ hæredi. & non fideicommiſſ. dari debet. d. §. cum hæreditas. maximè, quia id esset contra mentem testatoris, qui prouidit de hærede & de fideicommissario, hæredi autem dari iusit. ex quo patet, eum intellexisse de hærede, & sic de directo qui propriè & per prius talis est. ita intelligitur & procedit text. in d. §. cum hæreditas. sequuntur Mod. de Ripa in d. l. Centurio, colum. xix. sed in §. fin. d. l. is qui extraneus, scriptus hæres contratabulato testamento & auocata ab eo hæreditate nullo modo remanet hæres: ideò nimirum si conditio dandi hæredi in eius persona non est implenda, sed in persona illius, qui contratabulato testamento successionem obtinuit: ut postquàm sentit onus præstandi relictum speciali personæ & exceptæ con- 276
seruatum sentiat similiter commodum consequendi quod pro relicto habendo iussum fuerat hæredi dari. ita procedat ille text. prout uoluit etiam Alexand. in. l. qui liberis. in §. hæc uerba. ad fin. primæ colum. ff. de liber. & posthum. Curt. hîc colum. penult. Ruin. in d. §. & quid si tantùm. colum. x. cum sequenti. & Galiaula in d. l. Centurio, colum. xxi. quam solut. refert, & non impugnat hic Deci. in ultima colum. licèt dicat se clariùs respond. cuius responsio non placet Curt. hîc, licèt non dicat rationem, nec Galiaulæ loco prælegato. per text. d. §. fina. & pro ueritate, licèt illa conseruatio legatorum speciali ratione fiat exceptis personis, & prætor conseruarit legatum cum onere annexo soluendi alteri quod testator disposuit, hocque clarum sit, de 277
hoc non querimus: sed cui soluendum & præstandum illud sit, & hoc non euacuat solutio Decii.
Propterea dicendum est, quòd solutio Alexand. So-
275 cin. & prælegatorum clara est & tenenda. † nec aliter secundum rectam, & naturalem rationem potuissent determinari illi casus, quàm ibidem factum fuit per Iurisc. sultum in d. §. cum hæres. quia hæres scriptus remansit adhuc hæres post restitutionem, & testator uoluit dari hæredi. & de fideicommiſſ. per eum ordinato, non curauit, ut dixi; nimirum ergo si hæredi & non fideicommissario dandũ esse ibi deciditur.

Sed in d. §. fin. contratabulato testamento ruente fundamento, omnia in testamento deposita corruere secundum punctum rationis debebant. l. Titia. ff. de inoffic. testamen. l. eam quam, infrà de fideicommiſſ. tamen speciali ratione per prætorem conseruata ibi fuerunt relicta exceptis personis, & exceptæ personæ relictum fuit si hæredi decem dederit contratabulato testamento & auocata ab hærede scripto hæreditate: quum nullo modo remaneat hæres, nec grauetur onere præstandi legatum prædictum, quod filium contratabulantem subire oportet. Nulla ratio suadet dandum hæredi causa conditionis implendæ debere solui ei qui hæres scriptus fuerat: quum non remanserit hæres: nec subeat onus præstandi legatum, illud tamen præstandum & soluendum est secundum legem & dispositionem testatoris, qui id onus legato appoſuit, postquàm est soluendum & præstandũ. cui. n. potius dari & solui debet, quàm illi qui sibi dat & præstat legatum, & qui sentit onus legati speciali ratione conferuati? certè nulli, ideò bene subiungit ibi Iurisconsultus. idem esse, si Titio fuerit iussus dare; quia non Titio, sed filio dari debet: ut postquàm prætor illum in uno grauauit compellendo ad soluendum legatum speciali quadam ratione releuetur in alio, ut sibi detur quod causa conditionis implendæ dandum est; cumque prædicto Titio dari non possit nec debeat, attento quòd omnia in testamento disposita (ut dixi) corruunt. Ideò decisio illa æquissima fuit & in ratione naturali fundata, ut cum sequantur commodo hæreditatis quem onera comitantur. iuxta. l. secundum naturam. ff. de reg. iu. & istud est quod uoluit dicere Iurisconsultus in d. §. fin. in ratione ibi assignata.

Alia est utilitas, † quia quemadmodum hæres 276
institutus auctoritate propria potest apprehendere possess. bonorum hæreditariorum. l. cum hæredes. ff. de acquiren. possess. Paul. hic in ult. colum. etiam quòd in re certa fuisset institutus: quia absque incursu alicuius pœnæ illam potest auctoritate propria accipere. ut per Bartol. in l. ex facto. ff. de hæred. instit. Iaſ. post alios infrà de lega. in lege non est dubium. Dec. in lege fina. colum. vii. infrà de edict. diui Adri. Pichum in repetitione. l. in quartam, colum. lx. & sequenti. ff. ad legem Falcidiam. ubi Ripa colum. xxii. nisi possessio esset per alium occupata, ut ibi per eosdem, ita directò substitutus potest auctoritate propria possessionem bonorum accipere dicta lege Centurio, in fin. fideicommiſſarius autem † id facere non potest, & ius sibi dicere 277
ingrediendo absque consensu partis & interuentu magistratus possessionem rerum hereditariarum, sed debet capere de manu heredis mediante restitutione re uel uerbo sibi facta, ut dicitur in lege prima. ff. quorum legatorum. in lege facta. & in lege restituta. ad Trebellianum, & §. restituta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in stit. de fideicommiss. hæred. aliàs possessio uitiosa esset. l. filiam fratribus. cum not. ff. ad trebel. tradit Dec. in consil. cexliii. & alii in locis infrà alleg.

278 Quæ quidem conclusio † quòd hæres, & directò substitutus possint auctoritate propria possessionẽ prædictorũ bonorum accipere, intelligi debet possessione uacante, aliàs nec hæres, nec directò substitutus, nec alius habens ius & titulum in re potest auctoritate propria possessionem apprehendere: immo tunc cadit à iure suo. l. non est dubium. C. de leg. l. si quis in tantam. infrà unde ui. l. extat. ff.

279 quod met. causa. cum similibus. † quia possessor in possessione sua defendi debet, nec ea priuandus est sine ordine iudiciario & causæ cognitione. l. si diserta, suprà si propter publ. pensit. c. licèt episcopus, de præb. in vi. cap. in literis. de restit. spol. l. ii. §. qui à me. ff. de ui & ui arm. tradit latè Benedic. Capra in consil. lxiii. colum. fina. & quicquid dicat Ripa in d. l. Centurio. colum. xix. communis est quòd hæres uel directò substitutus accipiens possess. bonorum hæreditariorum per uiolẽtiam expulsiuam

285 uel ablatiuam cadit à iure suo, per iura prælleg. ut per Galia. in d. l. Centurio. colum. xvi. & xvii. Curt. hic colum. xvii. num. xlii. Alexan. Ias. & alios. in d. l. non est dubium. Benedic. Capram in consi. iii. col. fin. xxxii. colum. ult. & lxiii. etiam in ult. col. Dec. in

280 consi. 84. 243. 424. & 476. col. fin. † Possessio ergo apprehensa per fideicommissarium ante hæreditatem sibi restitutam uitiosa est. d. l. filiam. cum not. & l. facta. & l. restituta. ff. ad Trebell. & §. restituta. instit. de fideicom. hæredit. & propter illicitam apprehensionem possessionis priuatur iure suo, ubi post aditam hæreditatem per hæredem id fecit, per iura prælleg. ita post Oldr. uoluit Dec. in con

281 sil. cccexxiiii. col. fin. † sed non est uerum, nisi etiam possessio fuisset, per hæredem apprehensa, & consequenter interueniret ex parte apprehendentis possess. uiolentia expulsiua uel ablatiua; & sic hæreditas esset adita & apprehensa possessio. sed uacante possessione, ut quia nondum per hæredem apprehenda, excusaretur à pœna priuationis iuris sui. & teneretur tantùm restituere possessionem hæredi, qui constituendus esset in possessione ipsorum bonorum. per text. in l. i. in princ. & in §. i. ff. quorum legat. Benedic. de Perusio siue Capra, & Decius in consiliis prælleg. Iaso. in consi. clxvi. lib. iiii. Dec. in l. fina. colum. xviii. ỹ. de edicto diui Adr. & Mod. Taur. repet. in §. nihil commune. nu. xxvii. de acqui. possess.

282 Excusaretur tamen legatarius † & fideicommissarius à prædicta pœna priuationis iuris sui ubi accepisset possessionem rei post aditam hæreditatem & apprehensam possessionem ignorans probabiliter apprehensam possess. per hæredem, ut quia id fecisset antequàm corpus defuncti traditum fuisset sepulturæ, quum non sit uerisimile hæredem ita citò & uelociter accepisse possess. bonorum hæreditariorum: ut post Oldrad. scribit Deci. in dicto consilio. ccxliii. colum. fina. ideò isto casu teneretur restituere tantùm possessionem, & inde petere posset.

Sed nunquid filius simpliciter institutus in legitima possit unam rem hæreditariam pro ipsa legitima auctoritate propria accipere, & an cadat à iure suo p r opter occupationem, † ponit in specie Pichus in repetitione. l. in quartam. colum. lx. & sequen. ff. ad. l. falcid. ubi concludit quòd non possit dictam possessionem auctoritate propria accipere: excusatur tamen à pœna priuationis iuris sui propter ius & titulum quem habet, etiam quòd possessio non esset uacãs. quod est contra iura. s. alleg. & communes prædictorum scribentium sententias. & Pichum in specie damnat Ripa. in d. l. in quartã. colum. xxii. & sequenti.

Aliud emolumentum & commodum haud le-

284 ue resultat ex prædicta differentia: † quia si obliquetur substitutio & efficiatur fideicommissaria deficiente fideicommisso per mortem puta fideicommissarii uiuo testatore contingentem, & substitutione in causam caduci deuoluta, & si non propriè caducata, quòd solùm contingit deficiente relicto post mortem testatoris, ut infrà de caduc. tollen. l. unica. in §. & cum triplici. & in §. pro secundo

285 ubi Paul. Castren. † hanc differentiam existentem inter caducum & quasi caducum declarat, hæreditas remaneret penès matrem filii pupilli hæredem quoniam fideicommiss. deficiens remanet penès institutum & grauatum restituere à quo relictum est, nisi adsit substitutus uulgaris uel quibus applicatur cum onere suo. l. si ab eo. ff. de usufruct. lega. §. pro secundo. & §. sin autem aliquid sub conditione. prælleg. l. unicæ cum notatis per Deci. in consil. cccexviii. & cccexxvii. Curt. iuniorem in consil. lxxxiii. colum. fin. & Alexandrinum in consilio xxiii. Sed si esset substitutio directa militaris caduca uel quasi effecta, hæreditas prædicta non remaneret penès matrem, sed deuolueretur ad proximiores militis testatoris, seu ad uenientes ab intestato, & illis deficientibus tanquàm bona uacantia ad fiscum, secundum Paul. de Castr. post Fulgo. infrà in ult. colum. & post Alexand. Ripa in d. l. Centurio, colum. xx. adducunt omnes text. in l. miles ita hæredem, in principio. ff. de milit. testam. ibi, in testati causa locum habebit. & ibi, intestati hæredi-

286 tas deferatur. ubi est text. apertius † quòd cessante directa militari causa intestati locum sibi uendicat. Intellige, nisi miles instituisset unum purè & simpliciter, alium sub conditione: quia cessante conditione cessat ademptio, & relictum ad eum pertinet à quo translatum fuerat; nisi aliud uoluerit testator. l. quòd si alii, cum lege sequenti. ff. de adimen. lega. ut post alios ibi relatos tradit Ripa loco prælleg. nec mirum, quia dicto casu non cessat nomen hæredis: ideò nec ab illo aut eius hærede aufertur relictum, ut hîc per Paul. de Castro in ultim. colum. quicquid dicat hîc Corn. columna finali enumerans nonnullas alias utilitates ut per eum.

Reliqua tacta hîc per gloss. de tacita pupillari in uulgari contenta, quæ matrem non excludit, secus in pupillari contenta in compendiosa & reciproca: quia dicuntur expressæ uerbis generalibus, ideò excludunt matrem, etiam quòd non sit substitutus frater pupilli: quicquid dicat gloss. ut hîc per Alex. & Dec. expedita sunt in superioribus. ubi uidistis etiam quòd hæ subtilitates hodie sunt pauci

pauci momenti propter clausulam uulgariter, pupillariter & per fideicomm. quæ solet communiter apponi in testamentis, & pro appolita habetur, etiã quòd scripta nõ fuerit, ut dixi suprà. ideò hic omittam. solùm notate & diligenter signate glo. hic cir

287 ca fin. ꝟ ibi, non declaratur ex significatione uerborum. aliud esse in hac materia nostra substitutiones contineri ex uerbis, aliud colligi ex interpretatione legis. Quod optimè seruit ad id quod dixi in superioribus, quòd compendiosa dicitur quę sub compendio uerborum continet plures substitutiones & differm a tempora. pupillaris enim & reciproca quamuis contineant differmia tempora ante aditam, & post aditam uidelicèt, hoc tamen colligitur ex interpretatione legis, & non declaratur ex signi ficatione uerborum, prout contineri & declarari debet per compendiosam iuxta diffinitionem suprà datam.

Absolutis glosis & dictis Doct. in utili & sole-

290 mni hac materia substitutionis, pro complemento interpretationis nostræ examinabimus nonnullas pulchras & utiles quæstiones in iudiciis sæpe exagitatas.

288 Prima erit † utrum fideicommissum iniunctum filiis filiorum ualeat ac teneat? exempli gratia, ut res clariùs pateat & intelligatur: Si filii mei decesserint sine liberis, uel filii ipsorum filiorum sine liberis moriantur, uolo quòd successio & bona mea deueniant ad talem. utrum fideicommissum istius subsistat, & debeatur si filii filiorum sine liberis è uita migrarint? Ias. in d. l. Centurio, charta vj. disputat quæstionem, concludens contra Bar. prædictum fideicommiss. non tenere. sed ualde miror, quia secundum terminos quæstionis per eum formatæ & suprà relatæ fideicom. ualidum est, & subsistit: quia quum non fuerit expressè iniunctum filiis filiorũ, sed impersonaliter dictum quòd bona deueniant ad talem, ut in dubio actus potius ualeat, quàm pereat, censentur grauati instituti sub duplici conditione alternatiua si ipsi decesserint sine liberis aut filii eorum, aut saltem grauata hæreditas & affecta onere fideicommissi ad quemcunque deuoluatur. ideò decedentibus filiis filiorum sine liberis bona

291 testatoris ex fideicomm. prædicto debebuntur substituto, tanquàm sit tunc purificata conditio substitutionis. iuxta. l. legata sub conditione. ff. de condi. & demonst. & ab instituto uidetur relictum fideicomm. argum. l. si seruus, in §. qui margaritam. ff.

292 de lega. j. & hoc uoluit Bar. in d. l. Centurio. colum. xj. uersic. quæro ulteriùs. & clariùs hoc procederet quando fideicomm. expressè esset iniunctum filiis institutis.

Et quicquid dicat Iaso. ista est uera & receptior scribentium sententia, à qua non est discedendum ut per Socin. in consi. ccxviii. char. prima lib. ij. omnes scribentes in d. l. Cẽturio. ubi Galiaula fol. xxiiii. in tertia conclusione, & Ripa fol. x. & ita consuluit in terminis Curt. iunior. in consilio cxxxix. colum. penult.

289 Sed magna dubitatio est, † quando fideicomm. iniunctum fuit filiis filiorum, qui non fuerunt expressè honorati, aut filii filiorum expressè grauati de restituendo, ut sæpe fieri uidemus: & difficile est

293 cognoscere, quę sit communis opinio. Bartol. loco prælleg. tenet, fideicommissum ualidum esse & subsistere; quia iniungendo onus fideicomm. filius filiorum in tacitum & necessarium antecedens illos honorare uidetur, eisdemq; relinquere. l. denique. §. interdum. ff. de pen. lega. l. ii. cum latè notatis. ff. de iurisd. om. iud. utque fiat interpretatio pro ualiditate actus. iuxta. l. quotiens. ff. de rebus dubiis, & defuncti uoluntas seruetur. Quam opinio. Bart. sequuntur Petrus de Anchar. Fulgos. Paul. de Cast. Angel. de Aret. Franc. Aret. Corn. Soci. & Guido Papę relati per Ias. Lanc. Galiau. & Ripam in locis prælleg. qui Modern. sequuntur hanc opin. Bart. tanquàm magis consonam uoluntati testatoris. idem facit Politus in. d. tit. de compendiosa, charta penult. cum hac opin. transeunt etiam Ruin. in l. cum filio, char. iii. ff. de lega. iii. & Curt. iunior in consil. xj.

Contrariam opinionem † amplectitur ipsemet Bart. in consilio incipiente Andreas. quam partem similiter tenuerunt Richardus Malumbra, Rayn. de Forli. Alber. de Rosa. Anchar. Imol. Comen. & Alex. quos refert & sequitur Iason loco prælleg. to. eandem opinionem tam legendo quàm consulendo secuti fuere communiter & sæpius Imol. & Alexand. ut patet ex consiliis ibi per Ias. relatis, & per Aquens. in d. l. Centurio. col. pen. & in. l. ex facto. in §. ex facto. ff. ad Trebel. & in d. l. cum filio, colum. iii. ubi dicit hanc opinionem contra Barto. ibi ueram esse & communem, neque esse ab ea receden dum; & ita in arduis causis sæpe consuluisse. idem inquit & consuluit Dec. in consil. cccexxii. & latiùs Ias. lib. iii. in consi. xxxv. ubi respon. arg. tenentium contrariam partem, & Curt. iunior in cons. cxxxix. Pro ista opinione plura adducuntur per Ias. & prædictos in locis alleg. suprà, sed potissimum fundamentum est in regula l. ab eo. ỹ. de fideicom. quem non honoraui grauare non possum. ad quam tamen multipliciter respon. tenentes contrariam partem, ut per Ruin. Baueriam, Galiaulam, & Ripam in locis prælleg. per Soc. iuniorem & alios Moder. in d. l. cum filio, in primis chartis.

Limita prædictam conclusiouem † quando liberi liberorum cum qualitate masculinitatis mentionati fuissent. Censerentur enim tunc uocati, ideò grauari potuisse: ut per Deci. in consilio. cclxx. de quo latè scripsi in l. i. C. de pactis.

Item, quando substitutio facta esset † ultimo decedenti sine liberis in bonis & hæreditate testatoris: quia censeretur factum reciprocum fideicommiss. inter liberos & liberorum liberos de uno in unum. l. Titia Scio. in §. Scia libertis. ff. de lega. secundo. quo casu cessaret dicta regula. l. ab eo. De quo uide Iaso. in consil. lxxxix. lib. j. & xxxv. libr. iii. Curt. iuniorem in consil. cxxxix. Paul. de Castr. in consil. xxxviii. dubium facit, in antiquis. Alexand. in consilio. xcj. libro primo, & in consilio. cxxxj. colum. fina. in quarto uolumine. & consilio. lxiiii. circa fin. libro quinto. Deci. consilio xxxviii. & alibi sæpe. Alexand. Aretin. & Ias. in l. potest. ff. de uulgar. Curt. plenè † de intellect. illius textus in §. Scia libertis. in lege penult. colum. quinta titulo nostro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

294 Secundò quæro, † si testator dixerit : Si filius meus intestatus decesserit, Sempronium substituo. quæ substitutio crit ista? uidetur quòd sit uulgaris, quæ non continet fideicommissariam: quia uerbum substituo, adaptatur ad uulgarē tantùm, quæ non continet fideicommiss. ut per Bart. & communiter scriben. in l. Gallus. §. i. ff. de libe. & posthum. & Deci. hîc in xii. columna. contrarium uerius est, quia est compendiosa, licèt non apponatur distributiuum quandocunque, propter uerbum decesserit, quod habet tractum in futurum, ut dixi suprà in not. & tradit Dec. s̄. in ix. col. & in proposito s̄. formatæ quæstionis, est text. quem ibi ad hoc signauit Aret. in l. generaliter, in princ. s̄. de instit. & substit. & Ias. in d. l. Centurio, col. xxii. in ii. conclusione Bart.

295 Tertiò quæro, † si testator dixerit: Si sine hærede decesserit, talem substituere. quomodo intelligatur hæc conditio de hærede? Curt. hîc in ult. colum. allegando Bald. in cap. primo de natura succ. feud. dicit perinde esse ac si dixisset sine descendentibus. De quo uidete Felin. in c. in præsentia, col. ix. & sequenti ubi Dec. xix. in ii. concluſ. de probat. & uidetur de hoc text. apertus. in l. ex facto, in §. fina. ubi Doct. not. ff. ad trebell. aliàs enim illa conditio esset possibilis, quum hæredem extrancum possit quis semper habere, & latè tradit Dec. in consil. ccxciiii. colum. ultima.

296 Quartò quæro, † si substituerit testator alicui, si efficietur presbyter, an ualeat substitutio? Alexand. in consil. c. col. i. lib. iiii. consuluit quòd sic: & sequitur simpliciter hîc Curt. in ult. col. Sed contrarium dicit esse tenendum. Ias. in l. Gallus. in §. & quid sit tantum. col. viii. ff. de liber. & posthu. confirma per plura quæ scribit Parisius. in c. in præsentia, col. li. & sequenti de proba.

297 Quintò quæro, † si testator substituit domum de Zabarellis puta, an omnes de domo uocentur ad successionem? Bart. in l. fin. C. de conduc. & procur. prædiorum fisca. lib. xi. tenet quòd sic, & sequitur hîc simpliciter Curt. colum. fina. Addite Ias. & alios in l. fina. ff. de uerb. significat. ex quorum dictis potestis dictam conclusionem declarare, ut tamen proximiores tantùm gradatim admittantur ad bona, & si omnes dicantur substituti: ut dicit Bart. & probatur in l. peto. in §. fratre. ff. de legat. ii. de qua materia uidete Ludouicum Gozadinum in consil. xlv. & lxxix.

298 Sextò quæro, † instituit Titium, & substituit Seium si studeret in legibus: an mortuo Titio ante aditam hæreditatem, Seius qui incœpit in legibus studere, admittatur ad successionem ex substitutione? inspecto cortice uerborum uidebatur quòd sic: cui enim conueniunt uerba, conuenire debet & dispositio. l. iiii. in §. totiens, cum not. ff. de dam. infec. cum uulg.

Contrarium tamen dicendum est: quia conditio illa si studeret in legibus, cum effectu est intelligenda. l. prima. §. hæc autem uerba. ff. quod quisque iuris. Ita quòd perfecerit studium, & Doctor. factus sit; quum de fine & effectu censeatur cogitatum, nec sufficiat fuisse in studio, sed bene & laudabiliter uixisse, & studuisse. secundum glo. in. l. unicuique. C. de proxim. sacr. scrin. lib. xii. & ita cōsuluerunt Dec. in consi. clxxvii. & Ias. in cons. cxlix. libr. iiii. idem uoluit. Dec. in. l. si donatione, colum. fin. C. de colla. Confirmo, quia si pro implemento prædictæ conditionis sufficeret incipere studio incumbere, aut inter scholares uersari, facillimè eludi posset conditio de studendo per testatorem apposita: quia quilibet modico tempore, ut commodum aliquod consequeretur, id faceret: & sic eluſoria redderetur dispositio testatoris: quod absonum est dicere. l. si quando. cum glo. ff. de iudi. & l. fin. ff. ne quid in loco publ. ergo euitandum. uulg. l. nam absurdū ff. de bon. liber. & sic censetur plus dictum, quàm scriptum, sicuti in. l. cum auus. ff. de condit. & demonst. Facit text. no. in. l. nam & si parentibus. in §. i. ff. de inoffi. testam. ibi, non enim sufficit item instituere, si non perseueret in ea. nihilominus ad tollendum dubitationem uidi aliàs fieri legatum unius palatii illi de domo testatoris, qui primus efficeretur Doctor in iure ciuili. facit ad prædicta q̄ si pater donauerit filio libros conuenientes doctori, nisi ad doctoratum peruenerit, non ualet donatio, ut post Ang. & Alexand. tradit Deci. in l. si don. col. fin. C. de collat.

Septimò & ultimò quæro, testator instituit filiis suis casu quo decederent sine liberis, substituit Titium & suos: qui ueniant appellatione suorum hoc casu, & quomodò huiusmodi substitutio intelligatur? suorum appellatio latè patet, & ipsa materia suitatis, de qua in §. sui, iustit. de hæred. qualit. & differen. in lege in suis. ff. de liber. & posthum. & in l. qui se patris, suprà unde liber. non est bene & specificè decisum in iure, ideò scribentes uariant, & secundum subiectam materiam accipiunt: ut per Bald. in lege prima colum. xx. infrà qui accus. Felin. in cap. de cætero, colum. fin. de testi. & in cap. cum dilectus, colum. ult. de accusat. Aret. in consil. xxxix. in facto. Alexand. in consi. xxvi. colum. ii. lib. v. & consil. xxvi. uolum. vi. & Barb. in repetitione. l. cum acutissimi, fol. xviii. super uerbo posteritatem, infrà de fideicommiss. propterea, quando quis stipulatus est sibi & suis, quum materia conueniat etiam hæredibus extraneis, & quis in dubio censeatur prouidere hæredibus suis, ut in superioribus dictum est, tunc potius de hæredibus etiam extraneis, quàm de liberis & descendentibus intellexisse censetur: ut per Alexandr. in consil. xxvi. colum. ii. uolum. v. & Dec. in consil. ccxvi. colum. ii. in casu quæstionis formatæ per glosſ. fina. l. emancipata. suprà qui admitti de descendentibus intelligitur, ut ibi per Corn. & Alexand. in l. cum antiquioribus, colum. ii. infrà de iure deliber. quia ita loquitur. l. unica. infrà de his qui ante aper. tab. per glo. allegata in terminis quæstionis nostræ. Dec. in cōsi. ccii. col. ii. dicit intelligi debere de filiis & de descendentibus, allegando Alex. qui in consil. alleg. id noluit. idem uelle uidetur ipse Deci. in consil. cclii. col. ii. & sequenti, & Mod. repetē. in d. §. quidam rectè l. Gallus. in 20. col. cum sequē ti, nihil tamen allegant. Barba. uerò loco. s̄. allega. post Bald. & Anch. uult quòd id uerbum ponatur ad differentiam extrancorum, qui nullo modo con iuncti

iuncti sunt, si casus contingeret, esset multùm ambiguus: maximè † quia in materia substitutionis fortissimum est argumentum, substitutio non loquitur de te, ergo &c. ut per Socin. in consi. cxvj. colum. vi. lib. iii. & Dec. in consi. ccxviii. col. ii. & ille qui uellet ex substitutione uenire teneretur probare pro fundamento suæ intentionis, quòd esset uocatus per dictam substitutionem: ideò res esset multùm dubia nisi haberentur aliquæ coniecturæ de mente & uoluntate testatoris. Expedita Paduæ Die. 10. Aprilis. 1549. in uiginti quatuor lectionibus à principio Quadragesimæ usque ad finem.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

Proœmium lectionum seu interpretationis præsentis.
1 *Præteritio quid sit. & nu. seq.*
Exhæredatio quid sit. ibid. & 7.
2 *Præteritionis defectum non tollit substitutio.*
3 *Legitima debetur filio iure institutionis, & quo iure, cur ac quomodo, & quando iure institutionis eam habere dicatur. & numer. sequenti. & 59. cum sequenti.*
5 *Testamentum inter liberos quomodo & qualiter sustineatur, si filius non habuerit legitimam iure institutionis.*
Tex. §. ex imperfecto. l. hac consultissima, suprà de testa. declaratur. ibid.
6 *Institutionis titulus quot testibus probetur.*
8 *Testamentorum ordinandorum primum præceptum est de liberis hæredibus instituendis, uel exhæredandis.*
9 *Irnerius glossator, qui auctenticas in. C. posuit, non habuit auctoritatem legis condendæ.*
Auctentica & Auctenticum differunt. Et de modo allegandi prædicta. ibid.
10 *Testamento rupto ex causa præteritionis uel exhæredationis legata & relicta conseruantur speciali ratione, ut seruetur uoluntas defuncti cessante ratione iniuriæ commissæ in institutione.*
Legatorum conseruatio, quæ fit per hanc constitutionem à uoluntate testatoris dependet. ibid.
11 *Auctenticum Iustiniani translatum fuit ex græco in latinum per indoctum, & rudem ac ineptum latini sermonis.*
12 *Rationes dubitandi & decidendi in hac auctен.*
13 *Auctentica ista quomodo se habeat ad l. C.*
14 *Ferro uiam aperit, qui per contraria transit.*
Bartoli mos in lectura cur sit incipere ab oppo. ibid.
Tex. l. filio præt. ff. de iniusto rupto, &c. an & quomodo sit hodie correctus. ibid.
Tex. præsentis auctен. an locum habeat in præteritione paterna. ibid.
15 *Fulgo. prudentiæ suæ nimis inuitebatur, ideò sæpe meritò à Doctoribus reprehenditur.*
16 *Tex. §. aliud quoque capitulum, mixto fauore parentum & liberorum processit, & quomodo intelligatur. & nu. 20.*
17 *Præteritus cum insertione causæ legitimæ ab hærede probatæ, an excludatur à bonis per hæredem.*
18 *Præteritio cum insertione causæ quando dicatur exhæredatio.*
19 *Præteritus, quando est apposita clausula codicillaris in testamento uel habetur per apposita, tenetur restituere hæreditatem scriptis hæredibus detracta tantùm legitima.*
20 *Posthumo præterito an locum habeat hæc constitutio, & nu. sequentibus.*
22 *Posthumi ueniunt appellatione filiorum in dispositione legali.*
24 *Tex. l. ab intestato. l. si quis cum testamentum. & l. penul. de iure codicill. quomodo intelligantur. & nu. sequentibus. & 32. & 144.*
25 *Dubij ratione plura conseruantur, quæ aliàs non conseruarentur.*
26 *Circumscriptio est duplex, dolosa, & quæ fit re ipsa.*
27 *Glo. fi. l. iij. C. de inoffi. test. declaratur.*
28 *Tex. l. fi. ff de hær. instit. optimè declaratur. & nu. seq. & 121. & 129.*
29 *Causa an præsumatur finalis, uel quando censeatur finalis. & nu. seq.*
30 *Baldi argumentum contra Bar. primum quod fuerit.*
Tex. l. cum mater ff. de inoffi. testam. declaratur. ibid. cum seq.
31 *Iurisconsultum corrigere quandoq; Imperatorem non est hodie miraculum.*
33 *Tex. aliàs auctен. quòd legata non conseruentur filio, uel posthumo ignoranter præterito ampliatur, & limitatur multipliciter. & nu. seq.*
35 *Cogitare de aliquo, uel de remedio sibi competenti in specie uel in genere, an & quando idem sint.*
36 *Iudex cuius arbitrio committitur an uerisimiliter testator legasset uel donasset, si de liberis futuris cogitasset, ad multa debet respicere.*
37 *Matilda Comitissa de qua fit mentio per glossatorem nostrum, erat mater Ottonis Imperatoris, & potens.*
37 *Tex. l. uxorem, in fi. ff. de manumis. testa. cum simil. declaratur.*
38 *Testamenta non solent esse iurata.*
39 *Pater plus diligit nepotes filiorum, quàm ipsos filios.*
40 *Titulus de leg. præstan. an & quomodo sit hodie correctus, & nu. seq.*
42 *Practicam querelandi contra tab. & dicendi testamentum nullum, & num. 90. cum. seq.*
43 *Contra tabu. ius, & dicendi nullum an à pari procedant.*
44 *Querela inoffi. testam. cur non rescindat statim, sed expectetur sententia, secus in bonorum possess. contra tabu.*
45 *Præteritus quare non teneatur soluere legata.*
Tex. l. ij. de leg. iij. & l. ab eo. C. de fideicom. declaratur ibid. cum seq.
47 *Forma, & modus apponendi causam in præteritione.*
48 *Legata hodie debentur, et conseruantur rupto testamento per querelam, & nu. seq.*
49 *Bar. quando super hac auctен. scripsit, non erat nouus miles, sed iandiu legerat, & alibi scripserat.*
50 *Dependentiæ argumentum, quod hic faciunt Docto.*

quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo & quando procedat.
51 Tex.l.nam si miles.ff.de iniusto rup.declaratur.
52 Bar.hanc auctē.ter uoce magistra audiuit. primo sub Ray,secundò, sub Iacob.Butr.tertiò sub Cyno.
53 Auctē.ista est correctiua iurium loquentium de legatis non præstandis rupto testamento per querelam.
54 Auctē. in ista auctor censetur tantùm tollere, & remouere unum defectum non plures.
55 Grauans magis dilectum, censetur etiam grauare uoluisse minus dilectum.
56 Quare hic conseruentur potius legata, quàm institutio.
57 Tex.§.ex imperfecto.l. hac consultiss. de testam. declaratur.
58 Perfectio testamenti quadruplex est.
64 Verbum relinquo, adiectum certæ rei an, & quando importet institutionem.
69 Testamentum in quo filius est præteritus, etiam inserta causa est nullum, licèt causa fuerit ab hærede probata.
70 Contratabulandi ius non est necessarium existenti in potestate, sed ex abondanti datum.& nu.92.
71 Testamentum in quo filius est præteritus nullum est, etiam filio nihil dicente.
Testamentum in quo filius fuit exhæredatus causa legitima inserta, per hæredem probata, tenet in expugnabiliter, aliàs secus.ibid.cum sequenti.
73 Causa an & quando sit in sententia inferenda.
74 Querelandi, contratabulandi & dicendi nullum, iura & remedia intra se ualde differunt.
75 Exhæredato filio absque causæ insertione testamentum est nullum, & potest dici nullum & contratabulari, querelari autem non.
76 Rescindi reuocariq; aliquid dicitur, quando rescinditur de facto prout processerat de facto.
77 Bono.possess.gratia litis agnoscendæ necessaria erat in emancipato.
Emancipationis, & patriæ potestatis differentia, an et quomodo sit hodie sublata,tam abintestato, quam ex testamento.ibid.
78 Ius dicendi nullum longioris est uitæ,quàm ius contratabulandi.
81 Testamentum descendentis in quo reperitur ascendens puta pater præteritus uel exhæredatus quo nam modo infirmetur.
81 Nepos filiæ tuæ rectè præteriri potest inserta causa legitima.
83 Pietas paterna non censetur offensa, ubi reperitur ingratitudo.
84 Militis præteritio hodie non habetur pro exhæredatione.
85 Legitima ascendentibus relinquenda est iure institutionis.
86 Transuersalibus seu collateralibus non competit ius dicendi nullum, sed ius querelandi certo casu.
87 Legata an conseruentur per hanc constitutionem rupto testamento per querelam transuersalis instituta turpi persona.
88 Correctio l.permittitur in correlatiuis,& ubi resultaret absurdum.
89 Legitimæ supplementum petens, non impugnat testamē tum & de libello agendi ad dictum supplementum legitimæ.& nu.94.
90 Practica magnæ est utilitatis, & nu.seq. ubi habetur practica querelandi testamentum, contratabulandi, & dicendi testamentum nullum.
Libelli forma querelandi testamentum, & practica. ibidem.
91 Libelli forma contratabulandi, & practica.
93 Nullitas dupliciter deducitur in iudicio, & num.sequenti.
Testamentum dicendi nullum modus, & praxis. ibidem.
95 Institutio in re certa, quæ non est legatum absolutè, nec institutio hæredis, sed tertia species, an conseruetur per hanc constitutionem, & in quibus sapiat naturam legati, in quibus naturam institutionis, & nu. sequenti.
97 Legatarij non sentiunt onera legatorum,fideicommissariorum,nec alia onera hæreditaria.
98 Institutus in re particulari deliberante cohærede uniuersali an sentiet conseruationem legati per hanc constitutionem.
99 Legatum per hanc constitutionem an conseruetur instituto in re certo alio filio præterito uel indebitè exhæredato impugnante testamentum.
101 Substitutiones an conseruentur per hanc cōstitutionem, & nu.sequentib.
104 Fideicommissum uniuersale an conseruetur per hanc cōstitutionem,& nu. sequenti.
105 Legitima, & Trebellianica non possunt detrahi, & sic duæ quartæ,quando statim siue purè quis debet hæreditatem restituere, sed sufficit legitimam detrahere, & nu.140.
106 Legatum translatum in personam alterius an intelligatur translatum cum eodem onere & conditione, uel non. Et in cuius persona spectandus sit conditionis euentus,& nu.sequenti.
106 Legati uel hæreditatis translatio an & quando intelligatur facta cum eadem conditione,onere, & qualitate,cum quibus erat uel non,& numer.seq.
108 Translatio hominis & legis differunt, & numer. sequenti.
109 Tex.§.si.l. peculium,de leg.secundo,declaratur,& nu. sequenti.
111 Scholares aliquando relinquere cogitantes, ualde expedit.
112 Cæterorum appellatione hic quæ contineantur.
113 Contractus in testamento celebrati an, conseruentur per constitutionem de qua hic.
114 Haredi dandum causa conditionis implendæ, rupto testamento ex causa præteritionis, uel exhæredationis an dari debeat hæredi scripto,uel filio præterito,aut exhæredato, ad quem deuoluitur hæreditas cum onere præstandi legata,& nu. seq.
Tex.§.cum hæreditas,l.qui hæredi.ff.de de cond.et dem. & § si l. is qui in potestate, de lega. præstan. optimè declarantur.ibid.cum sequentib.
116 Legata facta filio præterito uel exhæredato testamentum impugnanti utrum conseruentur per istam constitutionem.
117 Actum impugnans an, & quando possit se ex eo iuuare.
Testamentum impugnans an & quando possit utilitatem ex eo percipere.ibid.
118 Legatum cum onere factum acceptans, sibi præiudicat ne

ne possit inde petere sibi debitum, censeturq; iuri suo renunciare.
119 Legatæ in codicillis an conseruentur per hanc constitutionem.
120 Legata, quæ conseruantur per constitutionem de qua hic, utrum petantur conditione ex hac lege, uel ex testamento,& quæ utilitas resultet ex prædicta differentia, & nu.seq.
123 Instrumentum an & quando habeat executionem paratam.
124 Tadæus de Pepulis doctor Bononien. & dominus ciuitatis illam uendidit.
125 Legata per constitutionem de qua hic, non conseruantur quando præcessit aliud testamentum solenne, & nu.129.
126 Testamentis duobus quis non potest decedere, & numer.128.
127 Testatus pro parte, & pro parte intestatus,& ex dispositione legis quis potest decedere.
130 Bar.quandoq; breuitate sequenti prolixitatem præcedentium dictorum compensauit.
131 Clausula codicillaris apposita in testamento rupto ex causa præteritionis, uel exhæredationis quid, & quantum operetur, & nu.seq.
132 Hæredum institutiones conuertuntur in fideicom. per clausulam codicillarem. Et testamenta in codicillos, & nu.seq.
134 Text.l.eum qui ædes, de usucapion. quòd eadem res non debet diuerso iure censeri, multipliciter limitatur.
135 Testamentum hodie non rescinditur sub colore dementiæ, sed alio prætextu.
136 Clausula codicillaris tantum operatur quantum expressa repetitio legatorum ab intestato, et nu.151.
137 Clausula codicillaris operetur rupto testamēto ex causa præteritionis.
138 Clausulæ codicillaris uirtus est, ut censeantur rogati uenientes ab intestato restituere hæreditatem scriptis hæredibus.
139 Codicillaris clausula hodie non operatur quò ad legatæ per constitutionem,de qua hic, sed quò ad institutionem hæredis tantùm, quam conuertit in fideicom. & nu.seq.
141 Clausula codicillaris concepta per uerba respicientia præsens,et futurum,puta,si non ualet uel ualebit,etc. operatur prædictam conuersionem institutionis hæredis in fideicom. quando præteritus reperitur posthumus. Et quid si testator diu superuixerit post natum posthumum,& non mutauerit testamentum.nu. 146. cum seq.
142 Aretinus audaciter contra communem quandoque pedem firmat.
143 Sermo generalis non includit illud, quod specialiter quis non dixisset, fecissetue.
145 Notarij sæpe ex capite suo, & ex generali consuetudine apponunt in instrumentis clausulas, quæ licèt censeantur appositæ de uoluntate partium propter generalem consuetudinem, tamen quia sæpe non intelligunt quid importent, contingit quòd eo casu non operantur.
148 Tacens quia scit ius suum saluum durare, sibi non præiudicat.
149 Verisimile non existens dicitur esse quædam falsitatis imago.
150 Oblitio non præsumitur in facto proprio, etiam de antiquo, quando est notabile, & magne importantiæ.

In Authent. ex causa. C. de libe. præter.

BREVIS est, sed in corpore unde sumitur, longior uulg. §. Calimacus. Et secundum Bar. & omnes scribentes continet materiam difficilem & profundam, & utilem, practicabilem, & quo tidianam. In cuius interpretatione Doct. diuersimode processerunt. Nos præmissis quibusdam pro necessaria intelligentia, & declaratione materiæ, ut melius & facilius omnia possint inueniri & uideri, Bartoli uestigia sequemur, qui fuit Dux & auriga noster, & qui magis ordinatè, quàm alii processit. & pro uiribus cuncta clara reddere nitemur pulchra utilioq; interpretatione hanc constitutionem exornantes. Vos autem diligenter oporteat aduertere, quia sine me nihil potestis facere: si quis in me manserit, & uerba mea audierit, ille multum fructum feret.

In primis, quia omnis bona disputatio debet à diffinitione proficisci, ut sciatur quid sit id de quo disputatur, quemadmodum sæpe diximus: † uideamus quid sit præteritio, & quid sit exhæredatio, de quibus hic agitur. Præteritio generaliter & specialiter sumitur seu largè, & impropriè ac propriè. Generaliter seu largè loquendo, & intelligendo, præterire est rem silentio inuoluere, nullamq; mentionem de aliquo facere, ut patet ex ipsa significatione uocabuli,& probatur in l. omnimodò, uersi. sin uerò præterierint. ff. de inof.testamen. Corn. in secunda colum. Aquens. in l.inter cætera colum. prima. ff. de libe. & posthum. Et hoc frequens est tam apud Oratores,quàm apud historicos. Specialiter uerò ac propriè prout in proposito, & in text. nostro accipitur,præteritio est silentium non instituentis nec exhæredatis in testamento cum in quo lex id fieri requirat.ita colligitur ex Bart.in l.iii. ff. eod. in l. quidam. ff.de fideicommiss.dum declarat quis dicatur præteritus. Bald.hic colum.prima, & antepenul.Corn. colum.ii.Alexan.& alii in d.l. iii. Paria ergo sunt,dicunt Bar.Bald.& alii, non facere mentionem de filio, uel facere,sed non ad eum finem ad quem fieri debet, instituendo uidelicèt uel exhæredando,ut probatur in §. aliud quoq;. in auctent.ut cum de appellation. cog.unde hęc auctē. sumitur.& insti.de hæred.quæ ab intest.defer. in §. eadem hæc,ibi,liberis præteritis.

1

Subiungit Imperator interpretando id uerbū.i. nec hæredibus institutis neque ut oportet exhæredatis,& in d.l.inter cætera. Et ideò quamuis in testamento fuerit filio facta donatio,relictum, legatum uel fideicomm. uel aliud etiam ultra debitam portionem alio iure,quàm institutionis,tamen dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur præteritus tam ſecun dum iura digeſtorũ, quã ſecundum iura inſtitutionum, & nouiſsima auctenticorum, Iuribus. præallega. ac. l. ita tamen §. qui rogatus. ff. ad Trebel. ſecundum Bar. Bal. Alexand. & alios in locis præalleg. & Dec. in conſi. 478. colum. prima. Et ſimiliter ſi fuiſſet ſubſtitutus alio in primo gradu hærede inſtituto diceretur præteritus, & uitiaretur teſtamentum. l. ex facto. §. Lucius. ff. de uulg. l. ſi filiusfam. ſubſtitutus. ff. de hære. inſtitu. &
2 per conſequens † ſubſtitutio non tollit defectũ prę teritionis, nec uitium ipſius præteritionis in primo gradu inſtitutionis commiſſum ex eo, ꝙ poſtea facta fuerit inſtitutio uel ſubſtitutio: ut poſt Rom. & alios ſcriben. ponunt Iaſo. in l. inter cætera. colum. ij. ff. de libe. & poſthum. & Dec. in conſi. 478. Nec mirum, quia ſubſtitutio facta eſt in ſecundo gradu & ordine hæredum, defectus autem inſtitutionis eſt in primo. propterea ſubſtitutio quæ ſit in ſecundo gradu non purgat defectum exiſtentem in primo, quum ex diuerſis non bene inferatur.

Filius ergo legitimam iure inſtitutionis habere
3 debet, aliàs teſtamentum nullius eſt ualoris, † uel momenti. d. l. inter cætera, & præallegato. §. aliud quoque capitulum, ibi, nec ſi per quamlibet donationem legatum, uel fideicom. & §. exhæredatos cũ glo. in auth. de trien. & ſemiſſ.

Et uidetur mirabile quòd ſi filius inſtituatur in uno nummo, ualeat teſtamentum, agiq; tantùm poſsit ad ſupplementum legitimæ. l. omnimodò. & l. quoniã in prioribus. j. de inof. teſtamẽto, aliàs teſtamentum nullum ſit, licèt relinquatur maior pars hæreditatis. ratio eſt in promptu, quia titulus inſtitutionis honorabilior eſt, d. §. aliud, ibi, optant honorari. l. filium. §. ſed ſi portio. ff. de lega. præſtand. ibi, pleniore honore. not. Pau. Caſt. in l. ſcimus. §. cũ autem. & in auctẽ. nouiſsima, column. prima, immo & utilior, ut per ipſum Pau. Caſt. in locis præallega. Iaſo. in d. auctẽ. nouiſsima, colum. 4. Ale. in d. l. inter cætera, col. prima, & in cõſi. 168. lib. v. Barb. pulchrè in conſi. 38. col. vj. lib. iij.

Nota tamen, quòd licèt filius inſtitutus in legiti ma non poſsit impugnare teſtamentum, tamen nõ tenetur ſubire onera hæreditatis, nec poteſt intentare beneficium l. fina. j. de edict. diui Adr. nec magis cẽſetur hæres quàm inſtitutus in re certa, quicquid dicat Barb. loco præalle. ut per Alexan. in d. l. ſi. col. ij.

4 † Et ut intelligatis, quomodo & quando filius dicatur ipſam legitimam & portionem ſibi debitã habere iure inſtitutionis, ſciendum eſt, quicquid aliqui dixerint, & conſuluerit Fulgoſ. in conſil. 90. in qõne uerbum relinquo ad certam rem uel ſummam relictum, non importat inſtitutionem ſecundum communem ſcribentium ſententiam, ut plenè per Alexan. & Dec. in l. humanitatis, in primis colum. ſuprà de impub. per Alexand. & Aquenſ. in l. cogi in §. non omnis. ff. ad Trebellian. niſi fuerit relictum pro legitima uel falcidia quia tunc ad inſtitutionem trahitur. quicquid dicat Alex. in conſi. 70. lib. ſecundo, contra quem eſt communis ſcribẽtium ſententia, quòd trahatur ad inſtitutionem, & intelligatur relictũ, prout fieri ex neceſsitate iuris oportet, & ſic titulo inſtitutionis, ut plenè p Deci. reſpondentem motiuis Alexan. in d. l. humanitatis in ſecundo no. & pulchrè per Aquenſ. in d. §. non omnis, & ſubtiliter reſpon. ad tex. in d. §. aliud quo que capitulum, qui uidebatur probare contrarium. & fuit Alexand. in d. l. humanitatis, colum. ſecunda, & per Are. in §. igitur quartam. inſti. de inof. teſtam. Idem eſſet quandò poſt uerbum relinquo eſſet appoſita clauſula omni meliori modo quo fieri poteſt: ut poſt. Paul. Caſtren. ſcribit Ripa in l. in quartam. column. 26. nume. 142. & Fulgoſi. in dicto conſi. 90. Quod tamen intelligite & declarate, ut ſubtiliter per Aquenſ. loco præallegato, ubi poſt Alexand. tangit non nullas aliàs limitationes, & ponit quoſdam caſus in quibus relictum intelligitur iure inſtitutionis, ut teſtamentum ualeat. Item limi ta ut per Iaſo. in l. cum ex filio, in principio, in j. col. ff. de uulg.

5 Limitate etiam prędicta † in teſtamento condito inter liberos, quod non uitiatur ratione præteritionis: quum ſufficiat eiſdem quoquo titulo relinquere. l. hãc conſul. §. ex imperfecto. s̃. de teſt. l. ſi. s̃. fam. erci. Sed communis ad oppo. extat, ꝙ hodie etiã in tali teſtamento requiratur titulus inſtitutionis pro pter generalitatem tex. in d. §. aliud. ut per Deci. in conſi. 105. columna fina. quicquid dicat Iaſon. in dicta auctẽ. nouiſsima. Cuius rationibus & fundamentis reſpon. Cur. in d. §. ex imperfecto, & Aquẽ. in d. l. inter cætera.

Fœdere tamen diſtinctionis concordari poſſunt opiniones, ut talis diſpoſitio non ualeat, nec ſubſiſtat tanquàm teſtamentum, ut hic, & in d. §. aliud. & ita procedat communis Doctorũ ſententia, uale bit tamen ut uoluntas inteſtati, ita ꝙ iudex aditus in iudicio fam. erciſ. illam inter liberos ſeruare debet. d. l. fina. hoc modo procedat alia opinio. Et ita concludit & conſuluit Alexand. in conſil. 168. co lumn. ſecunda. libr. v. Idque procedit etiam quòd liberi inæqualiter fuiſſent inſtituti: ut per Curt. & alios in d. §. ex imperfecto, cũ aliis quæ allegaui. s̃. in d. l. precibus, quicquid dicat Deci. in conſil. 106. colum. ultima.

Alias ampliationes & limitationes tradunt Iaſo. Aquenſ. & alii in d. l. inter cætera, & in auct. nouiſsima præall. & dicemus. j. loco ſuo.

6 Quot autem teſtes requirantur † ad probandum titulum inſtitutionis pro ualiditate teſtamenti ponit Dec. in dicto conſi. 105. ad ſi.

Exhæredatio autem multifariam multisq; modis ſumitur, diffiniriq; ſeu deſcribi poteſt, ut hîc p Bald. & Corn. prędallega. & per eundem Cor. in iiii. colu. propriè ſumendo ut in propoſito noſtro diffiniri ſic poteſt. † Eſſe alicuius ex liberis ſeu parentibus inuitis ab hęreditate, quę ſibi ab inteſtato defertur per teſtatorem facta excluſio. ita colligitur ex Bal. Corn. & præalle.

7 Secundò premittite, quòd inter cætera, quæ ad ordinationem teſtamentorum deſiderantur, principale ius eſt de liberis inſtituendis uel exhæredan
8 dis. ne his præteritis inutile ſit teſtamentũ. † d. l. inter cætera, & inſtitu. de exhær. lib. in principio, propterea dicitur hîc & in §. aliud, ex cauſa præteritionis, uel exhæredationis teſtamentum fieri irritum.

Tertiò

9 Tertiò ſcitote † quòd Irnerius antiquus gloſſator ex corpore auctenticorum multa capita extraxit mirum in modum compendioſe ac breuiter, cum in corpore Iuſtinianus longus & diffuſus nimium fuiſſet, & inſeruit in C. prout ei melius conuenire uiſum fuit. quæ capita appellauit auctenticas, quaſi auctoritatem capientes ex illo libro unde ſumptæ fuere. ipſe enim Irnerius non habuit po teſtatem nec auctoritatem. l. condendæ: ideo iſtæ auct. non arctant, nec ſunt alicuius momenti, ſed attẽditur locus unde ſumuntur. hinc eſt, quòd hîc & alibi reprehenditur Irnerius. in multis in quibus uariauit à corpore unde has auct. ſumpſit, ut hîc p glo. Bar. & alios, & per Dec. & alios in auct. præterea, column. prima. C. unde uir & uxor. & liber ille nuncupatur auctenticum Iuſtiniani, ut per Bald. & mod. in procem. feu. char. prima: imperator tamen ipſe non auctenticum, ſed conſtitutiones, & leges appellauit, ut in rub. de hær. & falci. & in fin. titu. Item in titulo de non alienan. aut permut. in prin. & de Beliſario Vicario conſulis in principio, & in ultima colum. l. ii. de uet. iu. enucl. alii librum illũ appellant nouellam, ut in c. ſecundo de teſt. uidete Corn. in auct. hoc amplius. col. ii. j. de fideicõ. poſt Bal. & Pau. Caſt.

10 Quartò præmitto † quòd rupto teſtamento ex cauſa præteritionis uel exhæredationis conſeruantur relicta & reliqua ab inſtitutione ſeparata per diſpoſitionem tex. noſtri ex æquitate & ſpeciali quodam reſpectu, magis quam per punctum rationis, ut defunctorum uidelicèt iudicia, & uoluntates adimpleantur, ſuſtineantur & executioni demandentur. iuxta l. primam. s̃. de ſac. ſan. eccle. & ff. quẽ admodum teſta. aper. l. omnimodò. s̃. de inof. teſt. §. diſponat. in auct. de nup. eò maximè ꝙ in legatis & cæteris capitulis ceſſat iniuria, quæ in præteritione & exhæredatione conſideratur, in puncto iuris omnia corruere deberent. l. prima. j. titulo primo. l. Titia & l. cum mater. in fi. ff. de inof. teſtamento. l. cum principalis. ff. de regu. iur. c. cum Paulus, & c. principatus. quæſtione prima. Bald. Pau. Alexand. Corn. Iaſo. Cur. & alii hic in primis colum. Bald. in d. l. cum mater. Corn. j. colum. vi. Dec. in l. ſicut certi. colum. ſecunda, ſuprà de teſtam. mili. & in l. prima, colum. fin. s̃. de contratabu. Ripa in l. ſi. in 19. & 21. quæſtione. j. de reuocand. dona. in quibus locis præfati ſcribentes poſt Bald. hîc in prima col. concludunt, hoc fieri fauore uoluntatis teſtatoris conſeruandæ ceſſante ratione iniuriæ, quæ erat in præteritione uel exhæredatione.

Quintò & ultimò ſciendum eſt, quòd multæ ar duæ difficultates quæ ingenia ſcribentium hic acri
11 ter torſerunt, † cauſatæ fuere ex ineptitudine ſermonis legislatoris ſiue locutionis unde hæc auct. ſumitur, quæ conſtitutiones fuerunt latinitate donatæ per rudem aliquem & nudum elegantiæ latini ſermonis. Vosque præmoneo, quoniam lectura Bartol. hîc ualde corrupta eſt, ut illum uideatis in l. filio præterito. ff. de iniuſto rupto, ubi hæc repetit & caſtigatius loquitur, & in l. prima. ff. de iure codicill.

Non eget ſummario, quia breuiſsima & eſt ſum marium tex. auctenticorũ. Diuiditur diuerſimodè p Doct. aliqui. n. diuidunt in tres, aliqui in duas, ut hic per eos, non eſt uis.

Caſus figuratur in nube, & iuxta figuram uerbo
12 rum, ut hic dicunt Cyn. Bar. Alber. Iaſo. & alii. † rationes dubitandi & decidendi ad hanc conſtitutionem colligi poſſunt ex prędictis. uidebatur enim ꝙ annullata inſtitutione omnia deberent corruere. iuribus alleg. s̃. in 4. cuiden. Contrarium tamen deciſum fuit. Ratio decidendi per ſpecialem reſpectum cõſeruandæ uoluntatis defuncti in partibus in quibus filio non fuit irrogata iniuria.

Deſcendendo modò ad dicta Bar. pro declara-
13 tione & introductione inueſtigandum † primò eſſe dicit quomodo ſe habeat hæc auctẽ. ad l. C. & concludit habere ſe correctiuè reiecta opinione tenentium, quòd determinatiuè. Idem uult Anchar. in conſi. 203. Ex themate. colum. fin. oppoſitum uerius uidetur, ut aliàs dicebam, uidelicèt, ꝙ ueniat ſeu habeat ſe confirmatiuè, additiuè ſeu determinatiuè & correctiuè. nam per primum dictum confirmantur iura antiqua uolentia propter præteritionem uel exhæredationem indebitè factam teſtamẽtum irritari, quod hic confirmatur quantùm ad inſtitutionem: ut hic per Pau. Caſt. & Corn. in primã col. Similiter uenit additiuè & determinatiuè ob id quod de inſertione cauſæ dicitur, ut uolebant illi quos Bar. damnat.

Nec refragatur quòd hoc non ſtatuatur & deci-
datur per hanc auctẽ. ſed per præcedentem, ut dicit Bar. Quia utraque ſumitur à §. aliud quoque. ita ꝙ etiam iſta poteſt uenire ſeque habere additiuè & determinatiuè: ut hîc per Corn. & Cur. colum. prima. quamuis replicari poſſit, ꝙ licèt in corpore unde ſumitur ſe habeat ad l. C. additiuè, & determinatiuè, hic tamen ſecundum ordinem & inſertionem Irnerii non eſt iſta, quæ ſe habet additatiuè, ſed præcedens.

Diſtinguendum ergo eſſet, an quæratur de conſtitutione auctenticorum, quomodo ſe habeat ad l. C. & tunc procedat opinio præcedens, ꝙ etiam ad ditiuè & determinatiuè. Aut de iſta auctẽ. Irnerii hîc, & tunc procedat opi. Bar. quòd non uenit additiuè reſpectu cauſarum præteritionis uel exhæredationis, ſed eſt præcedens, quæ eo modo ſe habet. Correctiuè ſine dubio uenit in ſecundo dicto, ut hîc uolunt Bar. Bald. Pau. Corn. Iaſo. & alii. & licèt Fulgoſ. dicat quòd Irner. melius poſuiſſet hanc auctẽ. in titulo. s̃. de inof. teſtam. quàm hic ubi materia exhæredationis tractatur, uerum tamen non eſt quum melius cadat hîc, ubi agitur tam de exhæredatione, quàm de præteritione: ut hic per Pau. Caſt. Cor. & Iaſ. in i. col.

Diſcuſſa dubitatione prædicta. † Quia (ut inquit
14 Bal. in l. precibus, col. vi. s̃. tit. ſecundo.) ferro uiam aperit, qui per contraria tranſit: propterea Bar. hoc iter ingreſſus, more ſuo in difficilibus ab oppoſitionibus doctrinam incipit tradere. & in primis forti ter opponit de l. filio præterito, ſuprà alleg. ubi prę terito filio in poteſtate exiſtente, & ob id rupto teſtamento, neque libertates competunt, neque legata debentur, ergo cõtra. Bar. hic, & in d. l. filio char. prima prolixè nimis ac uerbosè articulum tractans per tres colum. & relatis opinionibus antiquorum

fæde-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fædere distinctionis prædictas opiniones nititur ad concordiã reducere: concludendo, hanc dispositionem locum habere quantùm ad conseruationem legatorum & cæterorum in præteritione paterna scienter facta, quæ comprehenditur sub uerbo exhęredationis largo modo intelligendo, prout est exclusio quædam ab hæreditate. iuribus hic per eum alleg. quia testamentum rumpitur quantùm ad institutionem hæredis cęteris firmis remanentibus. Et sic corrigitur hoc casu d.l.filio pręterito. secus in pręteritione facta ab ignorante, quo casu.l. filio. & iura antiqua remanerent incorrecta, ut hic per eum propter uarias & contrarias opin. scribẽtium, quas referunt Bart.Corn.Iaſ.& alii moder.in prima charta,& Alex.in vij.colum.quum tot fuerint sententiæ quot capita, ut inquit Paul.Caſt.in j.col. adeò ambiguus & perplexus redditus est hic articulus, ꝙ egeat decisione Imperiali secundum Fulgo. quem refert Iaſ.in ij.col.immo hoc dixit Bar. in d.l.filio, ad finẽ primæ colum.

Tamen communis est cum Bar. ꝙ hæc dispositio locum habeat.in prętеritione paterna à sciẽte facta: ut hîc per Paul.Castr.colum.ii.Alex.vii.Cor.iii.Iaſ. & Cur.ii.

Quæ opinio quatuor mediis probari potest: primùm fundamentum est, cui non respondetur secũdum Alexand.loco prælleg. fuit tamen Bar.hîc in prima colum.ut etiam aduertit Cur. Hæc constitutio procedit in exhæredatione facta sine causæ insertione, ut patet ex loco unde sumitur, dum inquit: causam inseri debere in exhæredatione & probari. postmodum in §.sin autem hæc obseruata, subiicit ꝙ si prædicta non fuerint obseruata, & sic causa nõ fuerit inserta, nullum præiudicium fieri exhęredato: legatum tamen & cętera in testamento ordinata & dispoſita sustineri. sed exhęredatio facta sine causa,& sic minus rectè & legitimè, habetur pro prætеritione.l. non putauit.§. non quamuis.ff. de contra tab.cum allegatis hîc per Iaſonem in iii. colum. ergo præsens aucten. uendicabit sibi locum & procedit etiam in dicta prætеritione. Ignæus Vltramõ. hic in 12. uersi. in uersi. ad alium fundamentum respon. negando quòd de iure nouissimo auctenticorum exhæredatio sine causa habeatur pro prætеritione, quæ requirit causæ insertionem. d.§.aliud quoque. quod est contra communem opinionem Doct. uolentium in prætеritione paterna nõ requiri insertionem causæ, ut patet.in.ll. de ea loquentibus, sed tantùm in prætеritione materna. & quod dicitur in d.§. aliud, de causa inferenda & probanda, intelligitur secundum gl.ibi & Doct. in aucten. præcedenti,& in §.fi.insti.de exhęr. libe.in prætеritione lineæ maternæ.

Secundò pro eadem communi opin. facit. quia ut hic in secunda colum.probat Bar.quem sequuntur communiter scribentes, suprà allega. prætеritio patris scienter facta, exhęredatio cẽsetur largo modo.i. exclusio ab hæreditate testatoris tacitè secundum uoluntatem illius facta. ex quo succedit uulgata regula, ꝙ destricta significatione ad latam extensio licita est ex rationis identitate.gl. in auth.ut hi qui oblig.hab.plu.res min.in uerbo curationem, cum aliis quæ cumulaui in l. prætor.ff. de regu. iur. quamuis ergo tex.§.aliud quoq;, loqueretur in exhæredatione, ad prętеritionem tamen extenderetur, ut hic per Cur.

Respon. potest, hoc non esse uerum in proposito nostro ubi de pęna priuationis bonorũ legatorũ agitur: quando enim materia correctoria est & pænalis non sit dicta extensio, ut per Dec. in c.transla to in prima lect. col. i.de constit.& per alios in l. si constante, solu.matrim. nisi dicas non agi hic de ali qua pæna.

Tertiò facit regula per quam arguitur ab ęquiparatis, iuxta glo.in l. si quis seruo, suprà de furt.cum aliis quę plenè citaui.ff.de reg. iu.in l.prætor bonorum. & ꝙ prędicti casus sint æquiparati, probatur in §.eadem. insti. de hær. quæ ab intest.

Respon. ꝙ non sunt æquiparati per modum regulæ.ut requiritur, quemadmodum plenè scripsi. in d. l. prætor. Nisi replices, immo casus prædictos esse æquiparatos per modum regulæ in ll.antiquis, ut quemadmodum rupto testamento ex causa exhęredationis corruebant legata & non præstabantur.l.Papinian.§.penultim.& fina.ff. de inoffic. testamen. ita eo facto irrito ex causa prętеritionis. d. l. filio prætеrito.

Quartò probatur in d. §.aliud quoque, aliter inducendo. generaliter enim loquitur, primò de prætеritione paterna, dum ait, non licere patri uel matri liberos prętеrire aut exhęredare. unde quũ principium constitutionis generale sit, tota constitutio generaliter intellligi debet.l.regula.§.primo cũ ibi no.per Bar.ff.de iur.& fac.igno.& per Dec.in cõsi. 502. ideo licèt exceptio inde tradita de insertione, & probatione causæ legitimæ solùm loqueretur de exhæredatione uel prętеritione materna, nihil obstat considerato principio generali. Et licèt uersi. sequentes fortè de exhęredatione solùm loquãtur, tamen decisio illa generalis de conseruatione legatorum ad prętеritionem paternam, de qua in principio fit mentio, trahi debet, secundum Cor. hic in v. col. & sequitur simpliciter hic Cur. quamuis de Cor. non faciat mentionem.

Disputando respon. potest, quòd ibi uerbũ prætеrire refertur ad lineam maternam, ut ibi per glo. in uerbo prętеrire. sed est destruere illum tex.in generalitate sua. ideò aliter & realiter magis respon. ꝙ licèt tex.in principio loqueretur de prętеritione paterna, tamen dum postea conseruationi legatorũ prouidet, non loquitur de prætеritione, sed de exhæredatione, ut ostendit tex.in uersi. sin autem obseruata, ibi, nullum exhęredatis liberis fieri pręiudicium. ita ꝙ conseruatio legatorum & cęterorum capitulorum non fit generaliter, sed quando testamẽtum corruit ratione exhæredationis.

Eapropter in uia disputationis defendi posset opinio Fulgo. & Imolę contraria opinioni Bar. & communi, quia in constitutione unde hęc sumitur mens & intentio legislatoris fuit diminuere potestatem exhęredandi liberos, filiisque in hoc fauere ne passim & indistinctè possent à parentibus exhæredari aut prætеriri, & à bonis maternis ea uia excludi. si intelligeretur etiam de prætеritione paterna, filius prætеritus esset hodie deterioris conditionis quàm olim, ut ostendit d. l.filio, ergo &c. secundò,

dò, quia hoc modo intelligendo minus corrigitur lex antiqua, uidelicèt d.l.filio. ergo talis intelligentia tenenda est & amplectenda. l. præcipimus, in fi. ff. de appellat. cap. cum dilectus, de consuet. tradit Dec. in consi. 281. column. iii.

15 † Propterea dicebat Fulgoſi. qui sapientia suæ nimis innitebatur, hanc opinionem esse ueram pro ut Deus est in cælis. sed Paul. Castren. Corn. & Iaſon. dicunt eum loqui sine intellectu: ea propter non est recedendum à conclusione communi: præcipuè ob primum fundamentum reale, & fortissimum.

Secundò, quia hæc pars tendit ad conseruationem testamenti quantùm ad legata, & alia in eo dispoſita præter institutionem: ideò tenenda. l.pars. ff.de inofficio.testa.& c.si.de re iud. Defunctorũ. n. uoluntates exequi pium est. §. si uerò expressim. in auct.de hær.& falc.

Tertiò per tex.in d.§.sin autem hæc omnia, in aucten. ut cum de appell.cognoſ.qui loquens de testamentis liberorum, expresè conseruat legata & reliqua capitula testamentorum rupto testamento ex causa prætеritionis quemadmodum & ex causa ex hæredationis: sicut subiungit, superius dictum est & sic uult ꝙ. s. in testamentis parentum fiat conseruatio legatorum & cæterorum, siue testamentum corruat ex causa exhæredationis siue ex causa prætеritionis. secundum quam inductionem erit ibi causus pro opinione communi, ita ꝙ non egebit alia imperiali decisione: quicquid dixerint Bar. Fulgoſi. & sequaces.

Nec est uerum ꝙ dispoſitio. §.aliud quoq;, fauore filiorum facta sit, ut dicebant tenentes cõtrariam
26 opinionem, †quandoquidem mixto fauore parentũ & liberorum processerit: ut per Bartol. infrà in tertia column. in uersicu. ex quibus uerbis. Et patet ex principio dicti §.aliud, ibi, quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem uisæ sunt, aliquæ uerò, quum essent dignæ prætermissæ sunt: quas hac. l. comprehendi ordinauimus. & expresè id ibidem dicitur in penultim. column. in uersicu. hæc autem dispoſuimus. & in §. cæterum. quod etiam patet, quia rupto testamento ex causa exhæredationis, legata & fideicommiſſaria. (ut dictum est) non præstabantur, quę tamen hodie fauore ultimæ uoluntatis conseruantur per illam institutionem. Et licèt in dubio lex debeat intelligi, ut minus corrigatur, quàm sit posſibile, tamen hic, ut ex prędictis apparet, sumus in claris, in quibus non est opus coniecturis. iuribus uulg.

17 Iuxta prędicta cadit no. & pulcher articulus: † si filius non fuerit institutus, nec exhęredatus, sed prętеritus inserta causa ingratitudinis filii in testamento inde probata per hęredem, an posit à bonis & hęreditate patris per hęredem repelli? Iaſon hic in tertia column. post Ange. & Pau.Castren. hîc in quinta colum. concludit ꝙ sic, per tex. in d. §. aliud quoque. quem strictius ad hoc probandum inducit hîc Cur. in x. column. & fuit opinio Bar. ꝛ. in ii. quæstione in primo membro, ibi, nisi causa prętеritionis. Et idem tenuit Corſe. in singu. in uerbo in gratitudo ultimo. & Lance. Galiau. in l. Gallus, in §. & quid si tantum, column. 12. numer. 48. de liber. & posthum.

Sed communis est ad opposi. quia quum non sit seruata forma legis, testamentum est ipſo iure nullum, ut plenè per Alexan. in aucten. præcedenti, colum. penultim. & fina. Bald. pulchrè hic in iiii. colum. Corn. etiam hic colum. 17. & sequenti. Socin. in d.§. & quid sit tantum. column. secunda, & Curt. sibi contrarius in aucten. præcedenti, col. ii. Et ista opinio est communis, mitior, & benignior, ergo amplectenda. iuribus uulgar. Et text. in §. aliud, allega. per tenentes contrariam opinionem non probat, quia procedit in exhæredatione paterna, non in prætеritione, & inquantùm loquitur de prætеritione cum insertione causæ, loquitur de prætеritione materna, ut ibi per gloſſ. & Doct. præall.

18 Et si dicas, †quando causa est inserta in testamento, exempli gratia: prætereo, quia me uerberauit, aut alia affecit iniuria: in effectu est exhæredatio: l. iii. cum ibi no. suprà eod. plenè Alexand. suprà in aucten. præcedenti, in secunda colum. Respond. potest, tex. illum intelligi, quando uerba sunt priuatiua hæreditatis, alias secus, ut per Soc. & alios in locis. s. alleg.

19 Si tamen † clausula codicillaris apposita esset in testamento, uel quum sit de solitis apponi, ut hic per Bald. in iii. columna, sicq; haberetur pro apposita. iuxta ea quæ dixi in l. precibus. C. de impube. institutio conuerteretur in fideicommiſſ. & sic filius prætеritus hæreditatem scriptis hæredibus restituere teneretur. l. Scæuola. ff. ad Trebellian. detracta tantùm legitima hoc casu, per ea quæ dicam infrà in x. quæstione Bartol. & tradit Deci. in consilio. 320.

Limitatur, & restringitur prædicta conclusio,
20 † nisi ipſi filio prætеrito aliquid fuisset quo quo titulo in eodem testamento relictum, quia tunc probata per hæredem causam ingratitudinis in testamento inserta, remaneret testamentum firmum quum enim testamentum in quo filius in potestate olim erat prætеritus aliquo ei relicto quo quo titulo firmitatem sortiebatur, agiq́ue solum poterat ad supplementum legitimæ, si ingratus non probaretur. l. omnimodò. & aucten. nouissima, suprà de inofficio testamento. Ita hodie si filius prætеriretur cum legitima causa in testõ inserta, & per hæredem postea probata, subsisteret testamentum in quo fuisset relictum aliquid filio quo quo titulo, secundum Corn. hîc in sexta columna, ponderantem ad hoc text. in dicto §. aliud quoque, ibi, nec si per quamlibet donationem, uel legatum cum limitatione inde tradita, hoc (inquit) respectu adaptatur illa exceptio ad prætеritionem paternam. Ex quo infert. l. omnimodò. & aucten. nouissima, prælleg. non esse ex toto correctas, sed procedere etiam hodie in filio in potestate prętеrito, cui aliquid relictum fuit. Et hunc intellectum dicit Corn. uerissimum ad illum tex. ut quantùm fieri potest, euitetur legum correctio, ut fieri debet, quemadmodum suprà diximus.

Sed prędicta limitatio non est uera nec tenenda nam intell. Corn. ad §.aliud quoque, esse contra iura

Universidad de Deusto
Biblioteca

& communem, immo omnium conclusionem in auctē nouissima.in l.omnimodò, & in aliis locis, suprà alleg. uolentium hodie non sufficere legitimam filio dari alio iure & titulo, quàm institutionis, ut §. dictum est, & ꝙ auctē. nouissima, & l. omnimodò, oppositum uolentia, sint hodie correcta. uerus enim & sanus intellect. d.§.aliud quoq; alius est, quàm ille quem Corn. sensit, uidelicèt ꝙ non liceat parenti liberos præterire uel exhæredare,nec si per donationem,legatū, fideicommissum, uel alium titulum filiis dederit debitam portionē, idest posito & concesso quòd dedisset: & sic uerba illa nec si exponi debent, id est quamuis dedisset, nisi forsitan ingrati probentur filii. tunc enim id liceret facere, & sic possent præteriri uel exheredari,etiam ꝙ non acceperint relictum. ita secundum uerum sensum uoluit ibi Imperator dicere.

Et exceptiua nisi forsitan probabuntur ingrati, ibi adiecta,ut iam diximus, non refertur ad omnia superiora, sed tantùm ad immediatè præcedentia de exhæredatione quemadmodum indicant & declarant sequentia, quæ de exhæredatione loquuntur: ꝙ non liceat parenti liberos exhæredare, nisi causa in testamento inserta, & per hæredem probata, & quòd causa sit legitima, & de enumeratis ibidem.

Vel si uis loqui & intelligi de præteritione, dico ꝙ loquitur de præteritione materna, ut ibi per glo. non autem de paterna: quia tunc corrigeretur d. l. inter cætera, quę correctio quantùm possibile est cuitari debet,ut dictum est. §. Conferunt etiam ad intelligentiam & declarationem prædictorum,quę dicentur. ſ. in.i.q. Bar.

Successiuè & secundò loco principaliter Bar.hîc & in d.l.filio,formauit aliam oppositionem,tractādo an dispositio ista locum habeat non solū quando præteritus fuit filius iam natus, sed enim quando præteritus est posthumus, & est unus † ex difficilioribus articulis,qui hic examinentur nec ullatenus omittendus,necessarius.n.est. 21

Vt clarè & distinctè procedamus, ex dictis Bar. ut ipse nobis ostendit in uersi. quid dicemus, colliguntur duæ conclusiones examinandæ & enucleandæ. Prima est, ꝙ dispositio istius auctē.nostræ in quantùm legata & cætera contenta in testamento prætor institutionem conseruat,procedit etiā quando filius posthumus scienter præteritus fuit,& consequenter correcta sunt omnia iura antiqua, quæ contrarium disponebant.

Articulus est disputabilis, ut patet ex adductis, hîc ꝙ Corn.&Cur.in secunda charta.Communis tamen opinio glossatorum.& Docto, est cum Bar. ut dicunt hic Pau.col.iii.Alex.x.Corn.vi.Iaſo. & Cur. iiii.Corn.in consi.195.lib.i. & Parisi.consili.lxiiii. lib.ſ cundo.

Hæc conclusio probatur primò sic:istius auctē. dispositio locum habet in exhæredatione largo modo sumpta,& sic in exclusione ab hæreditate testatoris tacitè & sine insertione causæ facta, quæ pro præteritione habetur:ut per Bar.§.in ii.col.uersi.Nunc ad quæstionem,cum quo trāsciunt ibi aliū Doct. ergo in posthumo scienter præterito,& sic sine insertione causæ.

Secundò, quia hæc constitutio loquitur de filiis quorum appellatione in dispositione legali, † ut in proposito nostro, ueniunt etiam posthumi de proprietate sermonis. l.etiam, & l. nomen filiarum. ff. de uerb.signi.& l.ſi quis filiabus.in ſi. ff. de testa. tut.Alex.hic col.x.Corn.vi. Benedic. de Perusio in consi.35.Soc.in consi.150.aliàs 301. secundum ordinem continuatiuum in ii.uol.Iaſ.in l.qui filiabus ff.de leg.i.Moder.in d.§.nomen. 22

Tertiò, quia incogniti & sic posthumi non debēt esse melioris conditionis, quàm noti, & sic quā filii iam nati.l.maximum uitium,in ſi. §.eo. l. ii. in fin.C.de anno.ciuil.lib.xi. non obstante præteritio ne uel exhæredatione filii iam nati conseruantur legata & reliqua capitula testamenti,ut uisum est,ergo pariformiter conseruabuntur non obstante præteritione posthumi.

Quartò,quia præsens constitutio in quantū prouidet conseruationi legatorum fauorabilis censetur & extendenda, ut in 4. cuidentiali uisum fuit, ergo &c.

Quintò,quia in præteritione posthumi scienter facta, eadem est ratio, quæ est in præteritione filii iam nati, & conseruantis legata, ut seruetur uoluntas testatoris, ut hîc per Bartol. in quarta column. & ista est ratio,ergo eadem iuris dispositio. iuribus uulg.

Ad argumentum contrariæ partis ex prædictis satis patet solutio,maximè ad urgentiora,ut ꝙ cōstitutio ista non loquatur in posthumo,quia non conueniunt uerba, quum non possit committere causam ingratitudinis inferendam in testamento & ꝙ habentia dependentia ab aliquo,eo ruente pereant. Nam ex quo loquitur de filiis, satis etiam uidetur loqui de posthumis, qui ueniunt appellatione filiorum, & qui non debent esse melioris conditionis, quàm sint iam nati, ut diximus: & licèt non conueniant uerba legis de insertione causę, conueniunt tamen uerba de exhæredatione sine causa facta, quę pro præteritione habetur, ut dixi: ideò conueniet etiam ipsa dispositio, maximè, quum dispositio fauorabilis censeatur,ut uoluntates defunctorū quantùm fieri potest conseruentur. Vel etiam aliter potest respon. ꝙ dicta uerba est causa.sunt uerba Irnerii, qui non habuit auctoritatem. l.condendæ, ut dicit §. Bartolus.

Ad rationem de dependentia respō. ꝙ non concludit de necessitate, nec est semper uera, ut ſ. per Bar.in 6.col.dum citat l.nam similes. & precipuè non procedit in proposito nostro rationi prędsignatę. patet,quia rescisso testamento per querelam legata & reliqua ab institutione & capite testamenti dependentia conseruantur per hanc constitutionem speciali quodam respectu, ut diximus. §. ergo ratio dependentię non attenditur, ut hîc per Curt. etiam in 4.col.

Labitur tamen Bar.hîc in 3.colum.in uersi. præterea sicut olim, arguendo de titulo de lega. præstand. iuncta.l.prima.de contratab.ad quęstionem nostram,ut aduertit Cur.hic in 4.colum. quia titu. de lega. præstand. non loquitur in posthumo, sed in filio emancipato,qui à prętore tantuminodò cognoscebatur.per quam agnitionē contratabulando testa-

testamentum legatarios damno & iniuria afficiebat propterea prætor ex æquitate quadam coniunctis personis legata conseruabat.quæ ratio cessat in posthumo,qui de iure ciuili est cognitus, ut clarissimi iuris est. propterea præterito filio in potestate non habet locum dispositio prætoris, de qua in titulo de lega.præstand. tex. est clarus qui rationem assignat in l.ſi is qui in potestate.ff.de leg.præstan. latè tradit Deci.in l. prima in tertio not. suprà de contratabu. & ita uoluit ipse met Bart. infra in iiii. oppoſi.

Non obstat argumentum Bart.de bonor.possess. contratabu.quæ datur posthumo, ergo locum habeat dispositio prætoris, de qua in dicto titulo de lega.præstan.quia contratab.datur etiam filio in potestate,& tamen non habet locum titulus de lega. præstan.d.l.ſi is qui.& l.j.in fine prędicti tituli nihil facit,quia loquitur in posthumo legatario, non in posthumo hęrede.

Saluari tamen posset Bar.uno casu in posthumo filii emancipati uidelicèt, qui filius uiuo patre suo decessisset. secundum quosdam tamen ea non est mens & intentio Bar.qui loquitur de posthumo ipsius testatoris, ut patet per.l.primam de contratab. per eum alleg.

Secunda cōclusio Bar.† Dispositio istius nostræ constitutionis legatorum & cæterorum capitulorū conseruatiua locum non habet in præteritione filii posthumi ignoranter facta. hic articulus prolixus est & dubius. Corn. Iason. & Curt. post antiquos latè eum examinant, & pariter Bart. & alii in repetitione. d. l. ſi unquam in 19. quæstione, infrà de reuocan. donation. 23

Pro ista conclusione,Bar.hîc sex facit argumēta, sexq; mediis mouetur. primò, quia in corpore auctenticorū non fit mentio de posthumo,uelle ergo dicere constitutionem eum comprehendere, est loqui sine l.contra tex.§.de colla.l.illam.

Secundò per id quod in simili dicitur in l. sicut certi,cum l.sequenti.§.de testam.mili.ubi exclusio filii ab hæreditate ignoranter facta, etiam à milite eidem non nocet, ergo pariter non debet teneri ad legata facta per testatorem de posthumo non cogitante.

Tertiò per d.l.ſi unquam, ubi donatio inter uiuos,quæ maiori nititur firmitate reuocatur per superuenientiam liberorum de quibus testator non cogitauit,multò ergo magis reuocabuntur legata, quæ minori nituntur robore: quum debilius sit ius ultimæ uoluntatis quàm contractus,qui nititur cōsensu duorum sine quo non dissoluitur.l. prima. l. ab emptione.ff.de pact.l.sicuti. suprà de action. & obligation. secus in testamento & ultima uoluntate.l.ſi quis in principio.ff.de lega.iii.l.iii.in fine de adimen.lega.

Quartò per §.fina.cum gloſſ.l.tale pactum.ff. de pact. ubi id seruandum esse dicitur,licèt non sit statutum,quod ueriſimiliter dispositum fuisset, ſi de hoc quæstum extitisset. sed non est ueriſimile,uult dicere Bar. ſi testator sciuisset se filios susceperum quòd fecisset tot legata.argumento.d.l.ſi unquam, ergo &c.

Quintò mouetur Bart.per tex.l.cum acutiſsimi, & l. cum auus, per eum alleg.sed est potius probatio argumenti præcedentis,ꝙ non sic ueriſimile testatorem uoluisse proprię proli & sanguini præferre extraneos.

Sextò mouetur per l.pe.ff.de iu.codicil. in uersi. non etiā posthumus, & in ultima parte.l. ubi posthumus de quo non fuit cogitatum nō tenetur proparte sua ad legata in codicillis facta. Et pariter filius iam natus, quem testator solùm sibi futurum successorem putabat: quum alter simul successerit, ad legata pro dimidia tantummodò tenetur, modò sint talia legata, quæ pro parte possint præstari, aliàs nullatenus tenetur.

Septimò & ultimò facit text.in §. ſin autem hæc obseruata non fuerint, in corpore unde hæc sumitur in rationibus ibi assignatis, quæ adaptantur ad præteritionem factam à sciente dum Imperator inquit, ne liberi falsis accusationibus condemnētur, uel aliquam circumscriptionem in parentum substantia patiantur:ut per ipsum Bart.§.in præceden ti contrario ad ſi.secundæ colum.cum sequenti. prima enim ratio respicit exhæredationem uel præteritionem cum insertione causæ non uerè factæ,quę non cadit in prætéritione posthumi, qui nō potest committere causam in exhęredatione uel præteritione inferendāut patet ad sensum. secunda respicit exhæredationem uel præteritionem factam sine insertione causæ scienter tamen, quia uerbum circumscriptionis, dolum includit, ut hîc per Bartolū in iii.colum.

Contrariam opinionem tanquàm veriorem post Signorol.de Homodeis,& collegium Mediolanen. tenuerunt Alex. & Corn. col.8. & duobus sequentibus latè articulum tractantes. pro qua opin. Corn. facit sex fundamenta. Ripa præalle.post scriben.hîc decem,ſi omnia quæ dici possent uellem adducere, & discutere,charta Chrysippi opus esset, & cū Persio Satyrico possem dicere.

Depinge ubi ſiſtam
Inuentus,Chryſippe tui finitor acerui.

Propterea omissis leuioribus referemus urgentiora fundamenta scribentium in hoc articulo.

In primis pro hac parte stringit tex.in l. iii. cum glo.fin.§.de inoffi.testam.dum uult.l. illam locum habere, etiam ſi extraneus simul institutus sit cum aliis filiis:superuenientia igitur filii de quo non fuerat cogitatum tempore testamenti,non facit, ut reuocetur portio extraneo data, similiter non debet tollere legata in testamento etiam extraneis personis facta.

Secundò stringit.l.fina.ff.de hæredi.instituendo. & l. cum mater.ff.de inofficio.testamento, ubi non obstante præteritione ignoranter causata prestantur legata,quę irritata institutione conseruantur. Nec secundum Cur. hic colum. v. prędictis iuribus satisfacit solutioni Bar. ꝙ quando institutio tāquàm erronea reuocatur, legata in testamento conseruentur,quum error circa institutionem tantùm fuerit, non circa legata secundum Bar. & consequenter ex quo in legatis adest uoluntas testatoris conseruentur, aliàs secus: ut in proposito nostro. Quia uidetur à ueritate alienum,ꝙ in legatis adsit uoluntas testatoris:quum non teneat cōsequentia:testator uo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

luit grauare hæredem in secundo testamento per eum condito, institutum: Ergo & institutum in primo magis dilectũ: quinimmo cõstat de cõtraria uoluntate, quũ in primo nõ fecerit illa legata, quę inde facta leguntur in secundo. Ergo patet q̃ nõ uolebat ita grauare institutum in primo, sicut in secundo, & tamen talia legata conseruantur.

24 Stringunt etiam † contra Bar. l. ab intestato, & l. si quis cum testamentum nullum. ff. de iur. codicil. quæ contrariari uidebantur. l. penultim. eiusdem tituli. dicitur enim in dictis iuribus, quòd legata facta in codicillis à uenientibus ab intestato relicta natiuitate posthumi non reuocantur. per quæ iura in hanc partem inclinauit. hîc Alexand. immo fortiùs, consulendo concludebant Signorol. Homodeus, & Mediolanense Collegium per oppositum faciendam esse distinctionem, & conseruationem legatorum potius locum habere filio ignoranter præterito, quàm scienter, ratione satis colorata: ut hîc in quarta column. refert. Iaso. & illam sumpserunt ex Barto. hic in secunda column. & in dict. l. filio, column. v. in uersi. Hugol. tamen assignauit aliam rationem.

Ettenendo hanc partem ad alleg. pro prima parte respond. potest, ut hic per Corn. Iason. & Curt. post alios. ad primum argumentum, & motiuum respond. hic Corn. in vj. columna. uersicul. non obstat secundò, quòd appellatione filiorum de quibus loquitur Imperator in corpore constitutionum in materia legali ueniunt posthumi, ut in præcedenti conclusione dixi, rationibus ibidem adductis.

Ad secundum respon. ut per Alex. col. viii. Corn. ix. & Iaso. v. quòd in iuribus prædictis distinguitur inter scientiam & ignorantiam quantùm ad inducendam uel non inducendam exhæredationem, ne filii legitima priuentur: sed quò ad præstationem legatorum non distinguitur, quia filius omninò habiturus est legitimam, ut per eos.

Ad tertium d. l. si unquam, respondent etiã præfati Alex. & Cor. q̃ legata possunt faciliter reuocari, etiã nuda uoluntate. d. l. iii. in fin. ff. de adimend. lega. ideò lex citius uoluit prouidere de reuocatione donationis, quæ aliàs per donantem reuocari non poterat. & sequitur hanc respons. Curt. hic in v. column.

Ad quartum respond. quòd licèt fortè tot legata non fecisset, aliqua uerisimiliter fecisset, ut communiter fit, docente experientia rerum magistra. iuxta
25 tex. in capitu. quàm sit, de election. in sexto, † & ratione dubii ne cuncta contra ius, & uoluntatem defuncti corruant, omnia conseruantur. argumento tex. cum ibi no. in cap. quod in dubiis. de consecr. eccles. uel altar. ut hic per Corn. colum. ix. uersicu. prætereà, & colum. sequenti in uersi. nec uidetur obstare.

Ad quintum de l. cum acutissimi, & l. cũ auus, respond. ut hic per Alexand. in ix. column. uersicu. non obstat. l. cum acutissimi, quòd ibi res iam erat filio quæsita, & applicata, iccircò auferenda non est nepoti, qui ita censetur prædilectus quemadmodum filius. inribus præallegat. & l. liberorum, in fine de uerborum sign. quę rationes cessant in legatis, quæ nunquam fuerunt acquisita filio, immò legatarii in illis semper prędilecti.

Ad sextum, quamuis Curt. hic in vj. colum. dicat insolubile, respond. tamen potest, quòd legata ibi nominatim à filio relicta fuerunt: propterea nimirum si ab alio non debentur: secus si simpliciter relicta fuissent. l. ab intestato, & l. si quis cum testamentum, suprà allega. ut hic per Alexan. columna vj. in uersicul. non obstat. l. penultima. Corn. columna 10. uersicu. quare attentis, & Soci. consili. 93. col. vij. ad fin. lib. 4. non enim debet esse melioris conditionis posthumus, & qui uenturus est, quàm natus, & qui iam uenit, ut suprà diximus. si grauauit iam natum, quem diligebat, dicendum est uoluisse ueri similiter grauare posthumum non magis dilectum. argumento. l. Publius, §. pen. ff. de cond. & demonst.

26 Ad septimum & ultimum respond. † quòd duplex est circumscriptio, dolosa, & quæ fit re ipsa. l. prima. ff. de in integr. restitution. l. item si pretio, cum glo. ff. loca. l. si quis cum aliter, in si. ff. de uerborum oblig. Ideò secunda ratio posita in d. §. sin autem, de circumscriptione, intelligitur de reali deceptione seu exclusione, quæ fit re ipsa sine dolo, ut quum posthumus ignoranter fuit præteritus: ut hic Bar. colum. v. in iii. oppos. Alexan. col. 8. Cor. 9. Ias. & Cur. v.

In iudicando & consulendo non esset recedendum à conclusione Barto. in scholis & palatiis communiter recepta ut hic testantur Corn. colum. 10. Iaso. & Cur. v. & vj. Socin. in dict. l. cum auus, colum. 59. uersicu. Et probatur, & in consil. 93. colum. quarta, libr. iiii. Ripa in d. l. si unquam, in quęstione 19. referentes alios ita tenentes. immo Alexand. met hanc opinionem sequitur in apostil. ad Barto. in l. penultim. ff. de iure codicillo. quæ communis opinio tribus fortissimis fundamentis præcipuè probatur.

Primò, quia si per natiuitatem uel superuenientiam filiorum reuocatur donatio. d. l. si unquam, quæ maiori subnixa est firmitate & irreuocabilis regulariter, ut in hac oppos. scribit Bar. dictumq̃; fuit suprà dicẽdũ est multò magis reuocari legata, quę nuda uoluntate relinquentis subuertuntur. dict. l. in fi. de adimend. lega. secundum Aretin. Socin. & præfatos.

Nec obstat, quod suprà dicebatur in respons. ad tertium argumentum, quod procedit in actu irreuocabili, ubi opus fuit legis prouisione, & reuocatione, secus in legatis, quæ possunt ad libitum reuocari: quia ex quo dispositio dict. l. si unquam, fauorabilis est, quamuis exorbitans, faciliter extenditur de casu ad casum in eadem persona, & sic de donatione ad legata. Et similis interpretatio fit etiam in dispositione reuocabili in casibus similibus. §. fina. l. tale pactum. ff. de pact. maximè, quia huiusmodi reuocatio & interpretatio fundata est in ratione naturali, quia in dubio nõ censetur quis uelle alios suę posteritati præferre, ut latiùs post Are. scribit Socin. in d. consi. 93. col. 4. in uersi. tertio modo.

Secundò probatur per rationem d. l. cum acutissimi, quicquid dixerit Alex. quia quis cẽsetur suos præ-

prædiligere, ut per Soc. loco præallegato, & Are. in consi. ul. col. i.

Nec obstat solutio Alexand. de qua suprà in respons. ad quintum argumentum, quia in proposito nostro confunditur per tex. l. penultim. suprà de impuberum &c. ibi. cogitasse enim patrem primo decedente fratrem in eius portionem succedere. & §. cum ita l. hæredes mei, iunctis no. ibi per Barto. & Docto. ff. ad Trebellian. Dum extendunt præsumptionem d. l. cum acutissimi, ad casum illarum legum, quæ non loquuntur in portione retinenda, sed de nouo acquirenda. Et probatur in ratione d. l. cum acutissimi, quæ est generalis & concludens tam in portione acquisita, quàm in acquirenda. De quo articulo uidete etiam Alex. consi. 175. uol. v. & Dec. in consi. 594.

Tertiò probatur in d. l. penultim. suprà de impube. inducendo tex. in illis uerbis, cogitasse enim patrem, ut suprà feci. & per l. qui graui, ibi, cum de ea nihil patrem sensisse. & in l. penul. eod. titulo. de iur. codicil. ibi, si nihil de posthumis sperauit. probatur enim per rationem dictarum. ll. quòd posthumus non tenetur ad legata, quia de eo non cogitauit testator, ut pulchrè per Areti. & Soc. in locis præalleg.

Nec refragatur, quod suprà dicebamus fuisse ibi nominatim relictum à filio iam nato, secus quando simpliciter. nam Iurisconsul. ibi non assignat eã rationem, sed aliã de qua suprà, quòd posthumus ad legata non teneatur, quia de eo non cogitauit testator: non ergo est ratio, quia legata fuerint à filio nato nominatim relicta. Ex quo colligitur clara responsio ad d. l. ab intestato. & ad l. si quis cum testamentum, ut restringi debeant ad posthumum de quo testator cogitauit, aliàs secus, & modò concordantur iura præalleg. quæ uidebantur sibi inuicem contrariari.

Non obstant modò adducta contra opinionem Bar. & communem. nam ad d. l. tertiam cum gloss. final. suprà de inofficio. testamento. respond. potest, quòd ex quo ibi filius ignoranter præteritus habetur pro instituto, & sic testamentum non annullatur, sed conseruatur & ualet: nimirũ si ea quæ in ipso testamento extranei personam respiciunt, conseruantur. nos loquimur ubi testamentum irritum est ex defectu prædicto, ut hîc per Corn. col. vi. & Rip. in præallega. quæstione 19. colum. fin. Vel
27 aliter & melius † quòd glo. fin. d. l. iii. malè dicit per tex. ibi in fin. uolentem q̃ institutis extraneis possit querelari testamentum cõtra extraneos, & per alia de quibus ibi per Sali. Fulgo. Pau. Cast. & Ias. reprobantes glo. illam.

28 Ad l. fin. † de hæred. institu. respon. potest, quòd ibi falsa causa inserta fuit in testamento, & solum adiecta institutioni, non legatis: ideò uitiati institutionem & non legata. sed si fuisset etiam adiecta legatis, uitiasset similiter legata secundum Bar. in d. l. fina. & est ibi casus specialis, ubi conseruantur legata, irritata institutione. In contrarium est ius cõmune, ut ad illum tex. respond. Anchara. in consi. 203. incipiendo Ex themate. colum. fina. & Iaso. in l. si filius qui in potestate. colum. iiii. ff. de liber. & posthum. Vel aliter & subtilius respon. quòd in casu d. l. si non militat ratio d. l. cum acutissimi, quia fuerat ibi instituta filia fratris, quæ est de transuersalibus, nõ de descendentibus: ut pulchrè per Soci. in d. l. cum auus, in tribus ult. col. Ideò nimirum, si non reuocantur legata quemadmodum ubi filius præteritus fuit. ita etiam tacito Socino tradit Ripa loco præallegato. Id quod (ut mihi uidetur) uoluit hîc Bart. in 4. col.

Et pro perfecta intelligentia & declaratione d. l. fina. aduerte primò dum tex. dicit supplicatum fuisse Imperatoribus, qui suscepta cognitione pronunciarẽt hæreditatem ad Pacumeuiam pertinere, quo modo possit id procedere, quum eodem tempore non possint esse duo Imperatores. cap. in apibus. vii. quæstione prima. uide Imo. ibi. & in l. in his. in §. Imperator. ff. de solu. sed melius resoluimus hoc nos in l. secunda, in principio suprà de rescind. uendi.

Secundò aduerte ad illa uerba, licèt modus constitutionis contineretur. quia falsus rumor obesse non solet, tamen &c. uerba sunt multùm obscura, sed sic declaranda. licèt in institutione falsa causa contineretur, dum uidelicèt dixit testator, quos nolui habere hæredes non potui, & falsa causa non soleat obesse, & uitiare ipso iure. l. si instituta, in fin. ff. de inofficio. testamen. ibi tamen secus est, quia fuit expressa in præfatione institutionis, & præsumitur propterea finalis: ideò uitiat institutionem ipso iure. tex. est ibi ualde not. secundum Bartol. & scribentes ibi. qui tex. est semper ad hoc proposítum in ore aduocatorum: ad quod proposítum plura ac cumulaui. in l. prima. ff. de orig. iur. q̃ ex proœmio
29 cognoscimus causam esse finalem. † causa autem finalis intelligenda est illa, qua in esse posita; ponitur in esse uoluntas disponentis, & ea cessante cessat consensus. ita per l. illam final. dicit Bald. in l. unica, columna prima suprà quando non pet. part. Et uidetur esse communis conclusio Doctorum, q̃ causa finalis cognoscatur ab impulsione, quando ea cessante cessat dispositio, ut per Are. in l. i. col. vi. ff. de test. & per Dec. in c. cum cessante, col. prima de appel. cum aliis quæ allegaui in l. i. C. de pact. Et propria illa dicitur esse causa, quæ est finalis: ut per Soc. in l. demonstratio. §. primo col. i. ff. de cond. & demon. Et in dubio præsumitur finalis, ut per Alex. in l. fi. col. i. ff. de edic. diui Adr.

Postremò limit. d. l. fin. quando legata absorberent magnam partem hæreditatis, ut per Roma. in singul. fol. 14. colum. prima in singulari incip. Item limita.

30 Ad l. cum mater. † de quo text. Bal. adhuc puer in hac materia argumentatus fuit contra Bartol. cum attonitum reddens, ita ut tunc respon. noluerit, sed in crastinum se responsurum pollicitus fuerit, secũ dum Paul. Castren. ibi, quamuis Bal. de hoc ibi nõ faciat uerbum. Bar. hîc in 4. col. post antiquos duas ponit solu.

Prima est, q̃ finis principium corrigat, & non cõtrariabitur, sed concordabit quòd legata non præstãtur filio ignoranter præterito. sed Aret. in præall. consi. 93. col. iiii. non acquiescit, eò q̃ absonum sit dicere, Iurisconsultum ibi corrigere Imperatorem quum inferior non comprobet legem superioris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. cum inferior, de maio. & obed. l. formam. ſ. de offic. præfe. prætor. l. ille à quo. §. intempeſtiuum. ff. ad Trebel.

Secunda ſolutio Bar. diſtinguentis ut per eum ſe cundum Cur. reddit. l. illam quaſi illuſoriam. Eſſet enim fatuus, qui haberet illas duas uias, ſi magis damnoſam & peiorem eligeret. Præterea falſa cauſa non fuit ibi inſerta in inſtitutione, & ſi fuiſſet ibi falſa cauſa in inſtitutione inſerta, non conſeruaren tur illo caſu legata per rationem. l. cum acutiſſimi, & l. cum auus. præalle, quæ in l. fi. ſ. alle. locum non habet, ut diximus. ſ.

Accedat & tertiò quòd finis d. l. cum mater. ponitur in eodem caſu aduerſatiuè ad principium, & ſic non diuerſificantur caſus, ut dicebat Bar. quæ mu tatio etiam non præſumitur, niſi probetur: quum ſit facti, iuribus uulg.

Arc. in præalleg. in conſi. 93. col. 4. aliter ſoluit, trandens nouum & ſubtilem intellect. ad d. l. cum mater. uolens non corrigi ibi dictum Imperatoris, ſed poni nouam limit. ad §. fi. l. Papin. eo. titulo, ubi rupto teſtamento, ut inofficioſo, legata corruunt. quæ conſeruari debeant in caſu illo in quo licèt rũpatur teſtamentum, tamen inofficioſum dici non poteſt. Ex quo enim mater ſcienter filium non præteriit, non poteſt argui ℔ fecerit contra officiũ pietatis. Ex quo infertur ℔ ubi teſtamentũ inofficioſum eſſet, tunc non conſeruarentur legata. Sed contingit Aretino, quod ipſe exclamando ſcribit in ſuo conſilio ultimo col. i. ℔ qui nimium ſubtilizare uolunt, pernitioſè plerunq; errant. ut dicitur in l. ſi ſeruum. in §. ſequitur. ff. de uerb. obli. Videtur. n. loqui contra tex. in l. ſi inſtituta, in fi. de inof. teſtam. quæ immediatè præcedit d. l. cum mater. ibi enim deciditur poſſe eo caſu teſtamentum inofficioſum argui, quia ex quo re ipſa filius ab hæredita te matris excluſus reperitur, teſtamentum inoff. re ipſa fuit. Rurſus, ſi tale teſtamẽtum in modò poſſit dici inoff. quid faceret d. lex. in illo titulo. præterea eo caſu (ut dixi) militat ratio. l. cum acutiſſimi. & l. cum auus, præall. quod non aduertit Are. loco præallegato Ange. in d. l. cum mater, dicebat, decretum Adriani principis de quo in d. l. cum mater, ſolùm intelligi ubi inſtitutionis reſciſſio petitur propter errorem teſtantis: quia ex quo inſtitutio tantùm ex pugnatur, legata firma manent. & hoc dicebat Bar. hic, ibi, & in d. l. filio præterito. ſed hanc ſolutionem Bar. reprobauimus. ſ. & quum impugnetur ibi teſtamentum tanquàm inofficioſum, ſecundum naturam tituli, ſub quo eſt ſituata lex ipſa, omnia contenta in tali teſtamento, ut ibi in fin. dicitur, debent corruere: refragatur etiam ratio d. l. cum acutiſſimi ut dixi. ſ.

Tenenda eſt prima ſolutio Bar. quæ uera eſt, & conſentanea literæ, ℔ finis corrigat principium: ut etiam alibi ſæpe. quam tenuerunt etiam Bartol. & Pau. Caſt. in d. l. cum mater. Cur. hic col. vi. Ripa in d. l. ſi unquam, quæſtione xix. ad fi. immo Are. etiam in l. prima, col. vi. ff. de teſtam. quamuis Bald. in d. l. cum mater, dicat ſe nolle decidere, ſolùm referens rationes quibus mouebatur Adrianus princeps, quibus etiam & Pau. Iuriſconſul. contradicens rationi Adriani. quia mater non ex malitia nec ex dementia, ſed per errorem filium præterierat. Ideò iudicium matris non damnatur, ut iudicium dementis, ſed ſolummodò propter defectũ inſtitutionis. Ideò uidebatur legata præſtari debere, quum in ſola inſtitutione fuerit defectus: ut in d. l. fi. Ratio Pauli Iuriſconſulti, quia expugnatur principale, ergo & appendices: & quia quũ de inofficioſo quæri poſſit, nihil ex eo teſtamento ualet. facit. ff. de iniuſto rup. l. nam & ſi ſub conditione. in §. rumpendo.

Et tenendo hanc ſolutionem bonam, ueram, &
31 communem, † non obſtat ℔ minor non corrigat maiorem, nec Iuriſconſultus Imperatorem debet poſſe corrigere. quia reſpond. ibi Ang. & Pau. Caſt. id ibi contingere propter auctoritatem quæ ſibi à principe conceſſa fuerat. Vel ſecundum Bar. ibi ℔ opinio illa Pauli per Iuſtin. laudata, & approbata fuit, cum in compilatione ſit poſita, & omnia noſtra facimus &c. Declara etiam illum tex. in l. cum mater. cum glo. in uerbo pertinere, ut per Iaſo. in l. Centurio, col. pe. ff. de uulg.

Ad l. ab inteſtato, & l. ſi quis cum teſtamentum,
32 † reſpõ. cogitatum ibi fuiſſe de poſthumo, & talem fuiſſe mentem teſtatoris quemcunque hęredẽ grauantis, ergo & poſthumum hęredem: ut probant uerba dict. l. ſi quis, ibi, intelligitur enim is quoque hæres. Et uerba d. l. ab inteſtato, ibi, unus caſus eſt per quem uidelicet quilibet ab inteſtato ſuccedens grauatur. ut per Arc. ſubtiliter in conſili. 93. incip. Viſo. column. iii. & Socin. conſil. 93. colum. penul. lib. iiij. Cur. hic in 6. col. & Ripam in loco pręallegato. Ad rationem Signoro. de Homodeis, & Collegii Mediolan. relatam etiam per Imo. in d. l. filio præterito, col. x. & Iaſ. hîc. v. reſpon. non eſſe bonam nec concludere, quia exhæredatio filii ſine cauſa facta in duobus peccat, in pietate quæ non uult ſine cauſa quem puniri, & in ſolemnitate à lege deſiderata, de cauſa legitima inſerenda, & tamen legata remanent ualida. d. §. ſin autem hæc omnia, ergo &c.

Præterea, hæc eadem erant de iure antiquo, & tamen utroque caſu annullabantur legata. d. l. filio præterito. & l. cum mater, in fin. & l. Papin. §. fin. de inoffic. teſt. ergo prædicta ratio non procedit ſecundum Imol. in d. l. filio. colum. x. & Igneum hîc colum. xcvi. Poteſt etiam aliter reſponderi ſecundum Curt. loco prælleg. quòd d. §. ſin autem hæc omnia, cum uerſi. ſequentibus, ubi probatur ſecundum inductionem Collegii prædicti factam fuiſſe diſpoſitionem illam tam fauore parentum, quàm liberorum, ſicque ad utriuſque partis prouiſionem & cautelam, non loquitur, quando agitur de conſeruatione legatorum, ſed uult dicere ibi legislator quòd ſicut parentes non poſſunt ſine cauſa filios exhæredare, ita nec filii parentes. hoc eſt quod ibi dicitur inuentum ad utriuſque partis cautelam.

Conſeruatio autem legatorum tendit principaliter in fauorem legatariorum, quamuis ſecundariò etiam fauorem teſtatoris concernat, ut eius uoluntas obſeruetur. Quatenus igitur de conſeruatione legatorum tractatur, non conſideramus an teſtator plus uel minus prætereundo filios peccauerit, ſed conſideramus an in ipſis legatis adſit teſtatoris uoluntas. Præterea, uerum non eſt, quòd prædicta diſpo-

diſpoſitio conſeruatiua legatorum facta principali ter fuerit in fauorem legatariorum, non fauore cõſeruandæ uoluntatis defuncti, ut in euidentialibus dixi. ſicq; ſolùm conſiderandum eſt, utrum in legatis conſeruandis abſit uel abſit uoluntas defuncti: & per conſequens conſeruatio legatorum ex coniecturata mente defuncti, quæ ceſſat ac abeſt, quando poſthumus fuit ignoranter præteritus; quia ſi teſtator de filiis cogitaſſet, dicta legata ueriſi militer non feciſſet. d. l. penul. de iur. codicil. ſecus quando ſcienter. & idem dicere poſthumus de conſeruatione cæterorum in teſtamento depoſitorum de quibus ibidem in uerſi. ſi uerò contigerit, quòd ſuſtinentur principaliter ut conſeruetur uoluntas defuncti ordinantis, licèt ſecundariò prædicta concernant utilitatem ac fauorem pupillorum, & aliorum de quibus ibi. & de conſeruatione tabularum pupillarium quę conſeruantur pariformiter, ponit Lanc. Pol. in tract. de pupil. ſubſtit. colum. antepe. Et in eo in quo teſtator peccauit filium ſcienter prę tercundo, ponitur, quia reſcindatur & irritatur inſtitutio. ſed in legatis & cæteris non peccauit nec iniuria commiſa fuit: ideò non eſt æquum nec iuſtum quòd puniatur in annullatione & caſſatione prædictorum. Vides igitur quantùm à ſcopo aberrauerint, qui in ratione præallerti peccati ſe fundabant.

Retenta concluſione Barto. & communi quòd hæc conſtitutio conſeruatiua legatorum non procedat nec locum habeat ubi filius natus uel poſthu
33 mus ignoranter à patre pręteritus fuit: † eam ampliate duobus modis. Primò, etiam ſi teſtator longo tempore ſuperuixiſſet, & legata reuocare potuiſſet; quamuis non reuocet expreſsè, cenſetur tamen inualida, ut puta, iam reuocata rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi: ut poſt Aret. concludũt hîc Iaſ. colum. v. & pen. cum ſequen. & Curt. vj. Iaſ. tamen quædam in oppoſitione adducit, & prius Corn. in xi. colum. quæ reſoluam. ℣. in ult. chartis ubi defendam opin. Bart. poſthumo fauentem in legato & fideicommiſſo magno, ceſſante ibi ueriſimili uoluntate defuncti conſeruandi legatum; ſecus quando legatum paruum eſſet: ita hic concludendum uidetur. Facit quod in ſequenti ampliatione dicam.

Secundò ampliatur prædicta concluſio, etiam ℔ legata ad pias cauſas eſſent, magna tamen, quia reuocarentur, aliàs ſecus: quia tunc ueriſimile eſt teſtatorem illa feciſſe, etiam ſi de filio uel poſthumo cogitaſſet: ut hîc per Ang. Socin. in d. l. cum auus. colum. xviij. & ſequenti Iaſ. ℣. colum. vj. in prima limitatione. niſi magna & exceſsiua illa legata eſſent pro exoneratione conſcientiæ, uel pro reſtitutione malè ablatorum: quia tunc conſeruabuntur ex ueriſimili mente teſtatoris: quum præſumatur magis diligere animam propriam, quàm filios. ut per eoſdem, & Dec. in l. precibus. colum. vj. ſuprà de impuberum &c. ac Ripam in. l. ſi unquàm in quæſtione xlix. infrà de reuocan. donat. dicemusq; in prima limitatione. Et licèt Ripa indiſtinctè uideatur propia cauſa ſentire, & in partem Eccleſiæ & piæ cauſę inclinare, ut legata conſeruentur non obſtante pręteritione nati uel poſthumi ſcienter facta, tamẽ non eſt recedendum à diſtinctione prędicta, quia quando legata ſunt exceſsiua, non conſeruantur: ut per præfatos, ex quorum dictis patet ſolutio ad motiua eius.

34 Limitatur prædicta concluſio † pluribus modis, Iaſ. hîc in ſecunda charta poſt Corn. licèt eum non referat, quinque limitationes tradit. Prima bona eſt & recepta, ut proximè dixi, ſiue legata ſint magna ſiue parua. eamq; ſequuntur Corn. hic in. x. colum. in iij. fall. & Socin. in. l. ij. colum. pen. ff. de uulgar. Dec. in d. l. precibus, col. vj. Facitq; illud Euangelicum: Quid dabit homo pro anima ſua? & quid prodeſt uniuerſum mundum lucrari, & animã detrimentum pati? & quum hæc à uoluntate teſtatoris dependeant, ueriſimile non eſt in præiudicium animæ illa uoluiſſe reuocare.

Secunda limitatio, ut prædicta concluſio procedat quando de poſthumo cogitatum non fuit in ſpecie nec in genere, aliàs ſecus. l. qui iure militari. ff. de teſtam. milit. ibi, hoc tamen animo fuit, ut uel let quiſquis ſibi naſceretur eum exhæredem eſſe. probatur etiam in. l. ſi quis cum teſtamentum, & in. l. ab inteſtato. ff. de inoffic. teſtamen. & per illud uulg. quod idẽ operatur genus quòd ad genus &c. l. ſi duo. ff. de admin. tut. ideò approbatur communiter per ſcriben. ut hic per Corn. col x. in prima limitatione, & Socin. in conſi. xciij. colum. fi. lib. iiij. dicentem de poſthumo dici poſſe cogitatum in genere, quando dubium erat an uxor eſſet prægnans
35 uel non. † tantùm eſt ergo cogitare de aliquo uel de remedio competenti in genere, quantùm in ſpecie. d. l. qui iure. ut pulchrè hic per Bald. in iii. col. & per Dec. in. l. j. col. xj. in gl. conſtitutione. ff. de offic. eius Fel. plenè in c. ſi diligẽti, col. iiij. de foro cõpet. ubi limitat, niſi requireretur ſcientia ſpecifica: ut ibi per eum.

Tertia limitatio, quando inſtitutus fuiſſet alius filius teſtatoris, quum ueriſimile ſit, quòd quemadmodum unum legatis grauauit, ſimiliter grauaſſet alium, ſi de eo cogitaſſet. Non enim præſumendum eſt patrem minus dilexiſſe iam natum, quàm naſciturum tamen: Iaſ. dicit periculoſam, Cur. falſam, & contra text. l. penul. ff. de iure codicill. cui reſpond. hîc Corn. col. v. in iiij. limitatione, quòd ibi legata erant nominatim ab hærede relicta; ideò nõ debentur à poſthumo, ſed tantum ab hærede ſcripto pro eius parte. propterea Corn. hanc limitationem ſequitur.

Sed uerum non eſt, quòd in d. l. pe. legata eſſent nominatim ab hærede filioq; relicta, immo potius generaliter, ut uidetur probari ex uerbis illius tex. ibi, & quæ relicta ſunt. nec prædicta eſt ratio. d. l. penult. ut ſubtiliter per Aret. in. l. Titius. in princip. in ult. colum. ff. de lib. & poſthum. & in conſil. ultimo in ii. colum. Limitatio non eſt uera nec tenenda: nã ſi teſtator cogitaſſet alios filios ſe habiturũ, & eius bona in partem diuidi, totamq; eius hæreditatem ad unum filium quem ſciebat, ſe habere non peruenturam, tot legata non feciſſet, minusq; eos grauaſſet. d. l. pen. in fi. & hæc ratio naturalis eſt, & ſapit. Confirmo, quia diſpoſitio prælle. l. ſi unquàm infrà de reuocan. donat. quòd per ſuperuenientiam liberorũ reuocetur donatio, procedit quando donationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nationis tempore alios habuisset filios, ut ibi per Ang. latius per Moder. de Ripa in vj. quæstione, & alios Mod. in §. Imperator. l. Titia. ff. de leg. ij. Reij cienda est igitur prædicta limitatio, ut etiam p Socin. in repetitione. d. l. cum auus, col. lxj. uersi. capio tertium casum.

Quarta limitatio, quãdo talia essent legata quòd ea uerisimiliter testator reliquisset, etiam si de filio aut posthumo cogitasset: idq; totum iudicis relinquitur arbitrio. ita quòd non requiritur quòd absorbeant dimidiam partem patrimonii testatoris, ad hoc ut reuocentur, ut Aret. dicebat, & Ias. refert sed sufficit talia esse, quæ uerisimiliter non fuissent relicta, si de filio aut posthumo cogitatum esset, ut hic per Ang. & Iaso. Corn. colum. x. in quinta fall. Aret. in d. l. Titius, in princ. in ult. colum. & Socin. in d. l. cum auus. col. xviij. in uerlic. & pro hac conclusione. immo hoc uoluit Bart. dum citat. l. cum acutissimi. Facit, quia (ut suprà dixi) totum pendet à uoluntate testatoris, si sunt igitur talia legata, quæ uerisimiliter testator reliquisset, etiam si de posthumo cogitasset, sustinebuntur; aliàs secus. Corroboro aliter, nam dispositio d. l. si unquam, huic nostrę materiæ conformis locum habet in donatione partis quotitatiuæ reiq; singularis, dummodo uerisimiliter non fuisset donata si de liberis cogitatum extitisset: ut latè per Ripam in d. l. si unquam, in vij. & viij. quæstione, & per alios Moder. in d. §. Imperator. & dixi in d. l. j. §. de pact. idem uolunt Modern. Mediol. in tract. præsumpt. in xiiij. præsumpt. primæ regulæ.

36 Iudex uerò † cuius arbitrio res (ut diximus) relinquitur, multa considerare debet, ad pluraque respicere; in considerando an legata sint talia quòd uerisimiliter relicta fuissent, etiam si de liberis cogitatum esset, ad qualitates uidelicèt relinquentium, ac eorum quibus relicta sunt. iuxta text. cum glo. not. in l. sed & si susceperit, in uerbo modica. ff. de iudic. quæ facit mentionem de Comitissa Matilda quæ donauit Ecclesiæ aliquantulum terræ, quæ tamen in xxx. milliaria extendebatur. & fuit mater primi Otonis Imperatoris Germanorum ut in cronicis habetur. de illaq; Matilda fit mentio in c. peruenit de censibus. respiciet igitur præfatis iudex ad quantitatem patrimonii, relictorum, & ad numerum liberorum secundum Ang. in l. uxorem. ff. de man. testam. cum aliis adductis per Socin. & Ripam in locis suprà alleg. & plures alias coniecturas congerit Anchar. in consil. xlvj. incip. Prima facie. concludens iudicem arbitrari debere testatorem facilius & citius fuisse relicturum legatum, si pro anima factum fuerit: ut etiam per Soc. & prælleg. & similiter si legata parua sint & coniunctis personis facta, ut per Bald. hîc in iij. colum. in quinta limitatione, & in consi. cxciiij. lib. iij. Aut si facta sint per remunerationem, ut per Aret. in cõsi. xciij. ad fi. iiij. col. & Corn. in consi. prælleg.

Quinta limitatio nõ procedit, ut Ias. met tradit, & ex prędictis satis patet. prætereà limitatio est inepta, quum de posthumo ignoranter præterito sit conclusio, & limitatio de præteritio scienter.

37 Sexta † limitatio in casu. l. uxorem, in fi. ff. de. manum. testamẽ. secundum Corn. & Curt. hîc, sed est casus specialis & fauore libertatis factus. nimis enim durum & inhumanum esset, quòd serui qui per quinquennium & tanto tempore morati fuerunt in libertate, inde sine delicto & culpa sua in seruitutem traherentur. ideò lex uoluit tunc libertates non reuocari: grauauit tamen eos in æstimatione, quàm taxauit ad aureos xx. l. Papin. §. fi. cum l. sequenti. ff. de inoffic. testam. l. iiij. C. cod. ubi per Doctores.

Septima limitatio, quando adesset clausula codicillaris: quia tunc implicitè & in genere cogitauit de filius futuris, & de quolibet hærede: ut hic per Bald. colum. iij. & Corn. in xj. colum. facit tex. in d. l. si quis cum testamentum. ff. de codicill. sed uidetur tunc comprehendi hęc limitatio sub secunda. Et si oppo. de l. pen. §. alleg. ubi posthumus non tenetur ad legata facta in codicillis. Respon. quòd loquitur de legatis in codicillis scriptis ad filiũ uiuentem, ita ꝙ non apparet relinquẽtem de posthumo cogitasse: ut hic per Corn. in xj. col.

Vltimò lim. quando testamentum esset iuratũ,
38 ut per Felin. in d. c. si diligenti. col. iiij. † nunquàm tamen uidi testamentum iuratum.

Opponit tertio loco principaliter Bar. de l. ij. §. eod. ubi si nepos qui per mortem patris sui incipit tenere primum locum prętereritus reperitur, testamentum rumpitur: & sic omnia corruunt. pro qua oppos. enucleanda uidendũ est secundum Bart. hîc, & in d. l. filio, colũm. iiij. nunquid constitutio nostra locum habeat in prętereritione quasi posthumi, hoc est eius, qui subducto primo de medio incipit tenere locum sui hæredis: prout latè declarat ipse Bar. in prin. d. l. Gallus. & Dec. in l. posthumo. §. de contratab. & concludit quòd sic, secutus glo. l. primæ. ff. de testa. tut. quia sicuti habens uxorem prægnantem, & uentrem non instituens ita habens nepotem, & de eo non faciens mentionem secundum consilium. l. uelleiæ illum dicitur circumscribere saltem re ipsa, ergo &c. Secundò, quia uidetur consonare uoluntas defuncti omninò seruanda. nam si legatis grauauit filium in primo gradu existentem, ueritimile est quòd multò magis grauasset nepotem in ulteriori gradu existentem. & sequitur Corn. hîc col. xii. uerlic. potest dici Comprobo, quia ut in sequenti oppos. dicetur, ista auth. locum habet in omnibus ab intestato succedentibus, ergo & in tali quasi posthumo.

Est tamen aduertendum circa dicta Bart. primò dum loquitur de circumscriptione re ipsa, non autem dolosa, quia contrarium uidetur dixisse in prima oppos. colum. iii. dum citat. l. primam de in integ. resti. ut post Imol. ponderabat hic Cor. in xii. colum. & Curt. vii. tacito Corneo. subiungens ꝙ licèt Bart. sæpe repetat fundamentum de circumscriptione in proposito conseruationis legatorum, tamen rectè intelligendo, prædicta uerba ad hoc non conueniunt, sed ad effectum annullandi testamentum ob falsam accusationem aut circũscriptionem. Conseruatio autem legatorum ab alia ratione dependet, ideò satis ineptè secundum eum totiens hæc repetuntur.

Sustinendo Bart. respond. eum id facere ad ostẽdendum quòd prædicta uerba de circumscriptione

ne posita in constitutione unde hæc aucten. sumitur, etiam adaptabilia sunt ad quasi posthumum, intelligendo de circumscriptione re ipsa, prout intelligi possunt secundum Alex. & Corn. hic in viii. & ix. colum. & Ias. iiij. damnantes etiam Bart. contrarium uolentem in prima oppos. melius ergo loquitur hic. De qua quidem duplici circumscriptio ne latè etiam tradunt Doct. in. l. si quis cum aliter. ff. de uerbor. oblig. & in. l. ii. §. de rescind. uend. Nec refragatur quòd prædicta uerba ad aliud propositum ponantur, quia hoc non infert nec facit, quia sumi possit argumentum, ut hic fecit Bart. ad ostendendum posse ibi comprehendi quasi posthumum, qui re ipsa circumscribi potest.

Reprobant similiter præfati Moder. consequentiam Bart. concludentis testatorem qui legatis filiũ grauauit, multò magis nepotem uoluisse grauare: ut hic per eos. in vii. col. Sed respond. quòd legata ab instituto relicta debentur à substituto tanquàm minus dilecto, nisi euidens testatoris uoluntas sit ad oppositum: prout est quando nominatim à primo reliquit, quo casu onus non uidetur iniunctum hæreditati, sed personæ: ut declarat Alex. in. l. licèt Imperator col. ii. uersi. lxi. de leg. i.

39 Consequentiæ Bart. fortius refragatur, † quia pater plus diligit nepotem ex filio tanquàm rem magis perseueraturam, & memoriæ nostræ conseruatiuam, quàm ipsum filium. l. liberorum, in fin. cum glo. ff. de uerb. sig. & patet experientia omnium rerum magistra. iuxta. c. quàm sit, de elect. in vi.

Sed respond. quòd quantùm sit ad propositum nostrum, text. in. §. aliud quoque, & in §. fin autem hæc omnia, loquuntur in filio, filia & cæteris liberis, & consequenter in nepotibus. d. l. liberorum. & sic in terminis nostris uoluntas testatoris censetur fuisse, ut quicunque ueniat ad hæreditatem legata per eum facta præstet. & si in ueritate argumẽtatio Bar. de filio ad nepotem minus dilectum non concludat.

Quarta oppos. Bart. est de l. i. §. de contratab. & l. i. ff. de lega. præstan. ubi rupto testamento ex causa prætereritionis filii, legata conseruãtur quibusdam personis tantùm, non autem omnibus generaliter, ut hic dicitur. Bart. relatis opinionibus tandem sequitur opinionem glo. in d. l. i. §. de contratab. & Ia
40 cob. de Are. † quòd illla iura licèt in emancipato loquantur, corriguntur hodie per hanc constitutionem, ut per eum hic. & in d. l. filio præterito, col. v. Et cum Bart. transeunt communiter Doct. nam si præterito filio in potestate existente, qui potentius ius habet ad annullandum testamentum, quàm emancipatus, iuxta glo. in aucten. de hære. & falc. in §. exhæredatos, in uerbo noluit, & per Corn. hic in xii. col. Ias. viii. & Curt. vii. conseruãtur legata omnibus legatariis, fortius debent conseruari quãdo est prærereitus emancipatus, ut per eos, & per Bald. in fin. iii. colum. dicentem quòd contraria opinio caret intellectu, ratione & ueritate. & pro ueritate uidetur fatuum de hoc dubitare, an magis faueatur emancipato, quàm existenti in potestate, non suo, quàm suo, loquituꝛque constitucio ista generaliter de filiis, ergo comprehendit etiam emancipatos, qui non desinunt esse filii. Item quia (ut suprà uidimus) constitutio hæc conseruatiua legatorum fauorabilis est, ergo potius extendenda, quàm restringenda.

Aduerte tamen circa lecturam Bar. quia in pluribus in hac oppos. est corrupta, dum dicit exæquata, dicat exæquati, & ibi pro prima, dicat pro ista quæ est secunda, & dum dicit factum nullum, dicat factum testamentum. dum dicit ex testamento, dicat ab intestato. & ita colligitur ex ipso Bart. in d. l. filio colum. v. Et ratio Bart. de exæquatione futilis est, ut dicit hic Ias. in vii. colum. parum enim facit
41 ad propositum. † & licèt hodie filio emancipato prę terito indistinctè conseruentur legata per hanc constitutionem, non tamen est ex toto correctus & penitus inutilis tit. de lega. præstan. remanet enim in suo robore & incorrectus in casibus in quibus cessat dispositio huiusce constitutionis. puta in prætereritione facta ab ignorante, iuxta ea quæ suprà diximus: ut hic per Corn. colum. xii. & Ias. vii. & per Alex. Ias. & alios in d. l. i. de contratab. quicquid dicat Igneus in xcviii. colum. Erit similiter utilis prouisio prædicti tit. de leg. præstan. quantum ad instituionem hæredis liberorum & parentum, quæ per dispositionem prætoris ibi scriptam conseruatur. l. filium. §. sed si portio, illo co. tit. de cuius conseruatione constitutio ista non loquitur: ut per Corn. in d. l. i. col. i. & Iaso. col. vii. & x.

Sed oppos. tenet. Alex. j. colum. fina. & melius, quicquid dicat Ias. nam pro Alexand. est text. in aucten. ut cum de appell. cogn. in §. fin autem hæc obseruata non fuerint. col. vi. & in §. fin autem hæc omnia non fuerint obseruata. col. vii. dicitur enim in loco primùm citato, quòd euacuato testamento quantùm ad institutionem hæredum uenire liberos tanquàm ab intestato ex æqua parte. Secundo autem loco prælleg. dicitur nullam uim habere testamentum quantùm ad institutionem hæredum. utrobique text. loquitur generaliter & indistinctè, ergo &c.

Non obstat glo. l. sciendum, per Iaso. allega. quæ loquitur in dubio. Sed in casu nostro aperte liquet de mente nouæ legis iura antiqua generaliter corrigentis: quo casu non procedit ille tex. cũ ipsa glo. ut ibi per Alex. & Dec. in l. prima. colum. ultima. §. de contratabu. Est etiam per hanc constitutionem correcta lex Saluius, eod. titu. de leg. prælstan. ut hic per Cor. colum. 12. & Alexand. ultim. & Deci. loco prælleg.

Postremò aduertite in quantùm Bar. hîc in fin. istius oppos. dicit utilius esse dicere de nullitate testamenti, quàm contratabulare, propter dubium litis pendentiæ. nam sentit, quòd intentata nullitate testamenti, non expectatur alia sententia super hoc à iudice, secus quando impugnatur per bono. pos. contratab. Addatis Bar. latiùs tradentem practicam
42 † querelandi, & dicendi testamentũ nullum in d. l. filio prætereito col. x. in uersi. quæro ex prædictis. & in l. iii. in §. si causa colum. ii. ff. de bono. poss. & quę scripsi de practica querelandi in rubr. ff. de inoffic. testamen. Et licèt Bar. hic in contratabulante uelit expectari sententiam, ut rumpatur testamentum, tamen in d. §. si causa, column. secunda firmat opposi. quòd ex sola agnitione coram iudice facta rũ

patur

Universidad de Deusto
Biblioteca

patur testamentum, non expectata alia sententia iudicis ue decreto. quam opinionem uti communem & ueriorem tenet latiùs prosequens Alex. in l. fin. colum. j. ubi Rimin. v. s. qui admitti. per d. l. fi. & l. ultimam in §. nos ita, cum glo. in uerbo antiqua, supra de cura. fur. Confirmatur, quia ius dicendi † & ius contratabulandi à pari procedunt. l. j. §. uocantur. ff. de contratab. & post Aret. uoluit Ruin. in §. & quid si tantùm. colum. lxv. nu. cxxv. d. l. Gallus. & sic malè dixit hic Bartol. utilius esse ius dicendi nullum, quàm ius contratab. respectu rupturæ testamenti.

Ponunt etiam prædicti scriben. in l. fin. cur aliud
44 sit † in querela inofficiosi testamenti, quæ non rescindit incontinenti, & antequàm super ea sit pronunciatum, secus in bonor. possess. contratab. intelligendo quando præteritus agnosceret bono. poss. contratab. coram iudice nihil requirendo nec petendo: tunc pro ruptura testamenti nihil aliud expectatur: secus ubi quis peteret causa cognita illam sibi per iudicem dari: quia tunc non rumperetur testamentum ante eam decretam. uia enim quam elegisti tibi pateat, ut ibi per eos. Quantùm uerò ad ius & practicam dicendi nullum, uidenda sunt. quæ plenius tangit Bartol. in d. l. filio, colum. x. & quæ dicam infrà in secunda quæstione Bar. post tertium membrum.

45 In quinta oppos. de l. ii. de lega. iii. † ubi legata à præterito relicta non debentur: & sic non præstantur stante præteritione. Bart. respondet hanc constitutionē loqui in legatis & relictis ab instituto, quæ conseruantur non obstante defectu præteritionis uel exhæredationis, quæ infecit solùm institutionē, non legata. text. uerò d. l. ii. loquitur de relictis expressè à præterito, ad quem non iudicio testatoris, sed fortuitò deuenit hæreditas. qui quum non fuisset honoratus grauari non potuit, ut clarè dicitur in d. §. j. l. sed & si sic, quę est lex sexta de leg. iii. idē dicitur in. l. ab eo. & in l. pen. j. de fideicom. & per consequēns duplex erat defectus & impedimentū, quo casu non loquitur constitutio nostra. & cum ista concluf. Bart. transeunt hic Corn. colum. xxvii. uersic. traditur etiam regula, & colum. penult. ac Jas. colum. x. in quarta limitatione & alii in. ll. proximè alleg.

Curt. hic in vii. colum. in puncto iuris oppos. tenet: quia si sola dispositio legis cōseruat legata, annullata institutione per filium præteritum ex uoluntate testatoris, quam lex talem præsumit fuisse, ut legata p eum facta præstentur, multò magis & fortius fieri debet dicta conseruatio, ubi constaret de expressa uoluntate testatoris uolentis legata à præterito præstari debere: quum expressum soleat esse potentius tacito. l. cum ex filio. §. filio. ff. de uulgar. Sed non respon. ad rationem Bart. & Doct. de qua suprà, ideò non est recedendum à concluf. Bart. & communi. & ratio diuersitatis suprà relata per Bar. & Doct. assignata, tollebat clarè argumentum & oppositionem. nam (ut dixi) dispositio legis ex tacita mente & uoluntate defuncti conseruat legata in institutione per præteritum annullata: quia legata potuerunt ab instituto relinqui, & quum defectus sit solùm in institutione, non in legatis, annullata institutione conseruantur legata ex uoluntate defuncti non obstante illo defectu & obstaculo aduersus quod prouidetur per annullationem institutionis in qua fuit defectus, ut etiam per Jaso. suprà in prima & j. in xii. col.

Sed quando legata sunt expressè relicta à præterito ineptum & irrationabile est tale grauamen & legatum factum à nō honorato, ut diximus suprà. ideò nimirum si tunc nō fit conseruatio dictorum legatorum p constitutionem nostram, quæ solùm tollit defectum & impedimentum præteritionis uel exhæredationis; secus ubi concurreret aliud impedimentum ut in proposito nostro, seu legata nulla essent & inefficacia ex alia causa, quàm præteritionis & exhæredationis. ut. s. dixi.

Intellige tamen prædicta quando legata & relicta purè facta fuissent, per regulam & rationem d.
46 l. ab eo, cum aliis prælleg. † secus si relictum collatum esset in tempus quo hæreditas ad præteritum uel exhæredatum erat peruentura. Paul. de Cast. j. in ult. colum. Cor. & alii in locis prælleg. & Barb. in consil. liii. colum. fi. lib. iii. ubi hoc sibi attribuit, dicendo Doct. non declarare. quod non est uerum, quia Paul. de Cast. & prælleg. istud dixerunt. Item limita d. l. ii. ut per Corn. j. in penult. colum. uide etiam pro declaratione text. d. l. sexte in §. primo de lega. tertio, Aretin. in l. cum filio, ad fin. de legatis primo.

Ex prædictis colligi potest magna & prægnans ampliatio & extensio istius nostræ auctē. & constitutionis ut hic per Jas. colum. septima, & Curt. viii. cum aliis quæ adduxi in superioribus circa ampliationes.

47 Forma autem † apponendi causam in præteritione multiplex est: uidete hic Bald. in iiii. colum.

Descendit postmodum Bar. ad materiam exhæredationis. Et primò opponit de text. in §. si ex causa. l. Papin. ff. de inoffic. testam. † ubi rescisso testa-
48 mento tanquàm inofficioso propter exhæredationem libertates datę, ipso iure non ualent, nec legata debentur, ergo contra. Pro resolutione, Bar. plura quàm expediret, effudit, uerbosusq; supra modum & contra morem suum fuit; eò magis quòd solutio facilis erat, & in promptu, quòd illa per hāc corrigatur; ut ibi per glo. & communiter scribentes. Propterea Alex. qui utilitati magis quàm pompę semper consuluit, & ueritatem amplecti nixus fuit; de hac prolixa doctrina Bartol. paucissimis se absoluit in. x. colum. uersic. item quērit: dicens adhęrendo magis communi opinioni non expedire multùm insistere. Idem fecit Bart. in contrario dicens se tenere gloss. licèt in eo articulo infinitę sint opiniones.

49 Credidi † aliquando Bart. hic scripsisse tempore iuuentutis, quum in officio lecturę nondum esset adhuc instructus. si enim euacuasset quæ erant parauli, non effudisset tot uerba: sed iuxta consilium iurisconsulti in. l. j. ff. si cert. pet. rem paucis absoluisset; prout fecit in d. §. si ex causa. Attamen in d. l. filio, fuit similiter longus, & homo prolixi sermonis, licèt clarius & distinctè magis processerit ac locutus sit. & tamen quando hic scripsit, non erat puer, sed iam ueteranus, & in exercitio legendi ac scribendi instructus; quum iam scripsisset in primam partē Infortiati prout ipse in multis locis. j. dicit & testatur. Miror ergo de tanta prolixitate & multitudine uerborum.

Refert hic Bart. opiniones antiquorum, quæ septem fuere: declinans in opin. glossatorum, secundo loco relatam. quòd hæc constitutio sit correcto ria text. in oppos. citati, firmaq; remaneant legata & cętera capitula testamenti rescisso testamēto per querelam uel alio modo ex causa exhęredationis, & cum Bar. transeunt communiter scriben. ut hic per Alex. col. x. Corn. xiij. Jas. & Curt. viij.

Aduertendum primò est, quia & si Bart. hic & clarius in d. l. filio, colum. v. referat septem opiniones diuersas Doct. in hoc articulo, nihilominus fuerunt tantummodò tres principales opiniones, quāuis rationes ipsorum scribentium diuersę fuerint. Mart. enim & alii secundo loco relati eandem opinionem tenebant, quòd rescisso testamēto per querelā inofficiosi testamenti legata firma remaneant, quamuis diuersis rationibus uterētur. Mart. enim tenebat querelam hodie non habere locum, sicque quæstionem non procedere; legata tamen firma remanere per hanc constitutionem. Alii quòd immo locum habeat etiam hodie querela, & olim legata non fuisse præstanda, hodie secus per hanc constitutionem.

Azo tertio loco relatus distinguebat, ut per Bar. quam distinctionē amplectebantur illi quos refert Bart. quarto, quinto & sexto loco, licèt diuersis rationibus mouerentur: ut refert Bart. & ista est secū da opinio, quam omnes præfati tenebant.

Tertia fuit opinio Dyn. quam Bart. pro septima refert: ipse uerò Bart. sequitur primam, ut latiùs infrà uidebimus. Quòd autem opinio Mart. qui tenebat hodie non habere locum querelam & testamentum esse nullum, etiam causa inserta, sed non probata, non procedat nec sit uera, probat hic Bald. in iiij. col. & subtiliter Bart. & Paul. Castr. in d. l. j. col. ij. de testam.

Secundò corrige & restitue lecturam Bar. hic in pluribus. nam dum refert primam opinionem expungenda sunt illa uerba, in. l. j. ff. de inoffic. testa. in fine opinionis secundo loco relatæ. & expunge & cancella illa uerba, sed non habebit locum querela, dum refert tertiam opi. ibi, nam & si propter, & dicat nam & si sub conditione in fi. ff. de iniusto rupto. Dum quartam refert opin. allegando. l. si miles. ff. de testam. milit. dicat. l. nam & si miles. ff. de iniusto rupto. Postmodum dum refert rationē Hugolini desunt plura uerba, sicq; dicere debet. Hugolinus tamen assignauit aliam rationem, quia ubi testator inseruit causam, deliquit in duobus in exhæredando & in inserendo causam falsam: sed quia solùm in uno, quoniam causam non inseruit, meritò minus punitur. Rursum dum subiicit, ista ratio probatur per doct. dicat reprobatur. ultimò in uersic. hæc opinio Dyn. ibi Cyn. statim loco Cyn. lege tamen, colligo hanc restitutionem ex lectura Bart. in d. l. filio, colum. v.

Tertiò aduerte circa secundam principalem opinionem Azo. quòd cō funditur manifestè per text. in corpore unde sumitur, inducendo ut facit Bart. infrà contra opin. Dyn. & ad argumentum Azo. de
50 dependentia † relatum à Bart. tertio loco quòd ubi testamentum est aliquod, puta, quia fuit inserta causa exhæredationis, & uenit irritandum per querelam, legata habent dependentiam ab institutione: ideò corruant cum institutione. Bart. hic & in d. l. filio, non respon. utrobiq; tamen dicit esse con-
51 tra text. † in. l. nam si miles. ff. de iniust. rup. test. ubi rupto primo gradu institutionis, secundus qui dependebat ex eo non rumpitur. sed ad illum text. re sponsi. ibi Bar. quòd ibi primus gradus tenuit de iure speciali tantùm, ideò rupto non rumpitur secundus: secus si de iure communi, ut dicebat Azo. & illum tex. l. nam si miles, reputat sing. Are. in prin. l. secundæ in iij. col. ff. de uerb. oblig.

Dicas quòd illa ratio dependentiæ non attenditur nec procedit in materia nostra, ut ex supradictis liquet, quòd etiam prętерito filio emancipato ac posthumo scienter, & filio exhæredato cum causa non probata per hæredem conseruentur legata: ut in corpore unde sumitur hęc auctē. probatur, quibus casibus ut Doct. uolunt, & uidimus suprà, institutio ualida est ab initio à qua propterea dependent legata, & tamen sustinentur & conseruantur corruente institutione; ut hic etiam per Corn. in vj. colum. & Curt. viij. Quare autem non consideretur in terminis nostris ratio dependentiæ prædictæ hoc est, quia conseruatio ista legatorum fundata est in quadam specialitate uoluntatis defuncti obseruādæ, ut in euidentialibus diximus. & sic quatenus militat iniuria, testamentum infirmatur, respectu uidelicèt institutionis, quatenus non, ut respectu legatorum, non, sed sustinetur: ut hic etiam per Bald. in prima colum. quæ ratio specialitatis ita procedit quando legata habent dependentiam ab institutione, sicuti quando non habent, ideò &c.

Quartò aduertendum est circa rationem Hugol. factam pro opi. Azon. quòd ille qui cum causa exhæredauit, dicitur minus delinquere, & minus puniri debet. hæc ratio concludit oppositum: quia si minus deliquit, minus erit puniendus, ergo conseruatio legatorum citius fieri debet, quando exhęredatio facta est cum causa. Cuius oppos. dicebat Azo secundum Curt. hic in viii. colum. sed non aduertit lecturam Bartol. esse corruptam, & restituendo illam ut suprà feci, cessat oppos. & ratio concludit.

Quintò inquantùm concludit hodie testamentum inofficiosum irritari sub colore dementię, & si rite scripturam testamenti quis fecerit: hoc plenius declarabi in. l. hoc colore. ff. de inof. testa. ubi, ne repetam, uidere poteritis.

52 Sextò not. † inquantùm Bart. referendo septimam & ultimam opinionem Dyn. dicit se audiuisse Cyn. dicentem dum legeret hanc auctentică iun ctis his quæ dicit etiam suprà ad fin. tertiæ col. dum refert se audiuisse Rayn. & posteà Jaco. Butr. legentes istam auctē. quòd Bart. ter audiuit publicè & in studio hanc auctē. primò sub Ray. secundò sub Jaco. Butr. tertiò sub Cyn. & uos uix semel auditis lectiones ordinarias uoce magistra, & putatis uos esse summos Iurisconsultos. Accipite exemplum à Bart. & credite uerum esse, quod dicitur in cap. ferrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum. 50. distinc. tempore egemus, ut aliquid maturius agamus.

Septimò dum Bart. in uersic. non obstat. text. in uersic. in aliquo, est in auctен. ut cum de app. cog. in penul. colum. Iaſ. hic in vij. colum. dicit nihil facere, quia de conſeruatione legatorum ibi nihil dicitur. tu dic bene probari, ibi, nullo modo permiſimus obtinere eam ſcripturam. ergo nec quò ad legata, nec quò ad alia in eo contenta. & optima fuit ad illum text. prima ſolutio Bart. ſcripturam illam fuiſſe pronunciatam falſam, & conſequenter omnia corruere. l. pen. ſuprà de tranſact. & no. uerba illius not. text. ibi, pulcherrimam filiam, Imperatorem aliquid conceſsiſſe propter pulchritudinem mulieris.

Octauò & ultimò Bart. concludit cum glo. & tenentibus primam opinionem, † quòd per iſtã conſtitutionem ſit hodie correctus. §. ſi ex cauſa, in contrarium alleg. prout etiam facit ibi, & in d. l. filio, & communiter approbatur, ut ſuprà dixi. & probatur in corpore unde ſumitur, & eſt clara reſolutio ita ut mirer Doctores feciſſe tot uerba ſi re tã clara.

Iuxta prædicta non improbabiliter dubitatur, utrum exhæredatio fauorabilis ſiue ad locum & commodum filii facta, cauſę inſertionem requirat, & an legata & cætera conſeruentur per diſpoſitionem noſtræ conſtitutionis? breuiter, quia hæc nõ habent difficultatem, dicendum eſt quòd in tali exhæredatione non requiritur inſertio cauſæ, quæ ſolùm exigitur in exhæredatione iniuriosa, ut hîc per Bald. in. v. colum. Item quòd legata ualent de iure communi, quum teſtamentum id ualeat, & ſic non eſt neceſſaria conſeruatio ſpecialis per prouiſionem iſtam. & caſu quo reſcinderetur teſtamentum, conſeruarentur legata per generalitatem iſtius conſtitutionis, ut hîc per Corn. col. xiiij. & ſequenti, Curt. ix. Iaſ. & alios in. l. multi non notæ. ff. de lib. & poſthu. & in. l. cum ex filio, in princ. ff. de uulg.

Succeſsiuè Bart. format duas oppoſ. contra text. in uerbo cætera firma permanent. † prima eſt de. l. ſi nemo. ff. de teſtam. tut. & de regu. iur. & ſoluit q̃ ibi corruebat teſtamentum ex alia cauſa, quàm ex cauſa exhæredationis uel præteritionis: ideò legata & cętera corruebant, & non loquitur hoc caſu conſtitutio noſtra, & bene, ut dixi in d. l. ſi nemo. datur enim regula quòd quando legata ſunt nulla aut inualida ex alia cauſa & defectu, quàm præteritionis uel exhæredationis, non conſeruantur legata nec reliqua in teſtamento cõtenta: quia Imperator per conſtitutionem iſtam intendit ſolùm prędictũ defectum tollere & amouere, non aliud, ſi ſubſit: ut poſt Angel. & Imol. docet hîc Corn. colum. ſecunda. & colum. xxvij. in uerſic. traditur enim regula. & diximus ſuprà in ult. oppoſ. primæ partis de. l. ii. de lega. iij.

Et dum poſtmodum Bart. hîc & in d. l. filio, col. vj. ad prædicta iura rationem diuerſitatis aſsignat, quòd in primo caſu non conſeruentur legata, quia ceſſat uoluntas defuncti, qui eo caſu non cenſetur id uoluiſſe: ſecus in ſecundo, malè ſentit; ut poſt alios tradunt Iaſ. & Curt. ſuprà in prima col. Nam ſi uellemus conſiderare tacitam mentem teſtatoris

præſumendum eſſet quòd ſicuti uoluit grauare inſtitutum magis dilectum, † ita etiam uoluerit grauare uenientes ab inteſtato. arg. text. in. l. Publius, in §. fin. ff. de cond. & demonſt. & in auctен. multò magis, ſuprà de ſacroſanct. eccleſ. prout uoluit ipſemet Bart. §. in quinta colum. in uerſic. oppono de. l. ij. ſed non eſt uerum, quicquid dicat Bar. quòd teſtator cogitauerit grauare præteritum uel exhæredatum legatis, immo illum ab omnibus ſuis excludere. & dato quòd ſic cogitaſſet, expreſseq; feciſſet, non ualuiſſet, ita quòd non debemus inſpicere nec attendere mentem & uoluntatem defuncti quòd uoluerit præteritum uel exhęredatũ grauare; quia quem non honoro grauare non poſſum. l. ab eo. ĵ. de fideicommiſſ. cum aliis ſuprà alleg. & ita tenuit Barto. met in ultima oppoſitione præcedentis partis, ubi dixi.

Melior ergo † eſt ratio aſsignata per Bal. Iaſ. Cur. & alios ſuprà in primis colum. & Curt. in x. ex cauſa præteritionis uel exhæredationis annullari & irritari teſtamentum propter iniuriam filio factam, quæ ratio illatæ iniuriæ reſpicit tantùm inſtitutionem, non autem legata, ad quorum ſolutionem & præſtationem fuiſſet filius obligatus, etiam ſi inſtitutus hęres extitiſſet. irritatur ergo inſtitutio in qua fuit defectus, & conſeruantur legata in quibus non fuit defectus, & in quibus præſtandis concurrit uoluntas defuncti. ideò cõueniens fuit ſuſtinere legata, ut ſeruentur iudicia defunctorum, quæ exequium eſt; ut poſt Bald. & alios in ſuperioribus diximus. Sunt tamen multi caſus in quibus etiam hę reditate non adita debentur legata, & ſic non corruunt; de quibus dixi remiſsiuè in d. l. ſi nemo.

Vltimam oppoſ. de §. ex imperfecto. † Bar. eodẽ modo quo præcedentem reſoluit, quòd deficiebat & corruebat teſtamentum alia ratione, quam præteritionis uel exhæredationis. & licèt Bart. non dicat, fuit ſolutio gloſſ. ij. hîc in ſi. cum qua tranſeunt communiter Doct. & rectè, ut in præcedẽti oppoſ. diximus'. Sed inter liberos ſuſtinetur ibi diſpoſitio quæ peccabat ex alia cauſa, quàm præteritionis uel exhæredationis, puta, in defectu numeri teſtium: quia cauſa teſtati fouebat cauſam inteſtati, ut ibi per Doct. & in. l. fin. per illum text. §. fam. erciſcun. quod procedit inter ipſos liberos, etiam inæqualiter inſtitutos, non reſpectu extraneorum: ut ibi per ſcribentes, intelligendo tamen quòd ualeat non ut teſtamentum, ſed tanquàm uoluntas inteſtati. d. l. fina. etiam quòd liberi eſſent inæqualiter inſtituti quantùm ad ipſos liberos, non autem quò ad extraneos. d. l. fina. & l. tertia cum not. ſuprà de inoffic. teſtamen. cum aliis quæ adduxi ſuprà in primo euidentiali.

Et quia hîc ſit mentio de teſtamento perfecto & imperfecto, † ſciendum eſt, q̃ quadruplex eſt perfectio teſtamenti, ut poſt Bal. declarat Paul. Caſtren. in. l. j. col. j. ff. de teſtam.

Expeditis oppoſ. & ferro aperta uia ad intelligẽdum & cognoſcendum reliqua clarius & facilius, Bart. deſcendit ad quæſtiones: circa primam quid ſit exhæredatio, & quid ſit præteritio, diximus. §. in primo euidentiali, & ibi firmauimus opin. Martin. Silim. & Bart. hic tanquàm communem, quòd filius

lius dicatur præteritus, niſi fuerit exhęredatus uel inſtitutus, & ſic debet habere legitimam & partem
59 ſuam † tit. inſtitutionis, aliàs teſtamentum eſt nullum, etiam quòd filii eſſent ſubſtituti uel per legatum aut donationem portionem ſibi debitam accepiſſent tam de iure digeſtorum, quàm inſtitutionum & nouiſsimo auctenticorum: quia titulus inſtitutionis eſt honorabilior & utilior alio titulo; ut dixi in primo euidentiali.

De iure tamen C. & Auctenticorum, ſed non nouiſsimo ſufficiebat habere legitimam quoquo relicti titulo, auctен. nouiſsima, ſuprà de inoffi. teſt. et in corpore unde ſumitur. ſed per iura nouiſsima auctен. redditum fuit ad iura antiqua uolentia filium debere habere legitimam iure inſtitutionis, ut declarant Paul. Caſtren. in. l. ſcimus, col. j. ſuprà de inoffi. teſta. Corn. hîc col. xvj. Sed unde tanta uarietas legum? quid mirum ſi etiam Doct. ſępe ſint uarii & contrarii: ſed melior & iuſtior fuit antiqua diſpoſitio, & ideò meritò ampliata per nouiſsimã: quia (vt diximus) titulus inſtitutionis honorabilior eſt & utilior.

Et ultra ampliationes in primo euidentiali tradi
60 tas, † amplia ut nõ ſolùm titulo inſtitutionis dicta legitima filio ſit relinquenda, immo in teſtamento in quo dicta legitima ſibi relinquitur, nominãdus eſt filius, & tanquàm filio relinquenda. ut poſt Bal. tradit Alex. in conſil. xxxvii. col. fin. lib. j. & uidetur
61 probari in. l. inter cętera, & in §. aliud. ſ. alleg. † Item ampliate, ut procedat etiam de iure canonico & in terris eccleſiæ ubi & ſi parum curentur huiuſcemodi legum ſubtilitates, ſed ſolùm ipſa rei ueritas. c. dilecti de iudic. tamen niſi filius haberet legitimam iure inſtitutionis, teſtamentum eſſet nullum & inutile, ſecundum communem ſcribentium ſententiam: ut per Alex. in conſi. lxx. colum. ij. lib. ij. Barb. in conſi. xxxviij. colum. vj. lib. iij. Aquenſ. in d. l. inter cętera, & Ripam in rubr. ff. ſolu. matrim. col. xj. quicquid ibi in pen. colum. dixerit Alexand. Facit, quia non debet induci differentia inter ius ciuile, & canonicum. cap. j. cum not. de no. oper. nun.

62 Tertiò ampliate prædicta † etiam in aſcendentibus, ut habere debeant legitimam titulo inſtitutionis. §. iniuſtum autem. ibi, hæc eadem. in dicto auctent. ut cum de app. cogn. ut per Dec. in l. j. colum. ult. ſuprà de contratab. quicquid dixerint Moder. Repet. in l. pater filium. ff. de inoffic. teſtam. contra quos eſt text. in prędalleg. §. iuſtum in uerſic. hæc eadem ſuprà.

63 Limitate prædictam concluſionem, † quando in præteritione inſerta fuiſſet cauſa legitima & inde per hæredem probata, aliquo ſaltẽ relicto filio pro legitima. d. §. aliud. ut cum de appell. cog. ut hîc per Corn. col. vj. & Iaſ. iij. Sed oppoſitum uerius. uidetur & tenendũ, ut dixi. ſ. in j. oppoſ. Præterea quo modo data nullitate teſtamenti poſſet hæres uictoriam obtinere & hæreditatem, quum ex teſtamẽto nullo robur & fundamentum ſumi non poſsit. l. filio præterito. ſuprà alleg. l. is qui. ff. de lega. prędtã. c. ij. de no. oper. nunc. l. ſi nemo. ff. de regul. iur. licèt ad iſtud argumentum poſſet reſponderi ex dictis Curtii hîc in x. colum.

64 Secundò lim. † ubi filio aliquid relictum fuiſſet pro ſua benedictione ſiue legitima, quia intelligitur iure inſtitutionis; quum tunc uerbum relinquo intelligi debet iure inſtitutionis ne annulletur & corruat teſtamentum. l. his uerbis, cum not. per Bart. ff. de hær. inſtit. & eſt communis, ut dixi ſuprà in euidentialibus.

Quid ſi filiæ fuerit relictũ pro dote? uidetur intelligi debere iure inſtitutionis ut ſuſtineatur teſtamentum. ita conſuluit Alex. lib. iii. cõſi. xvii. & lib. v. conſi. clxviii. & clxxvi. col. fin.

Sed contrariam opin. tenuit idem Alex. in rubr. ff. ſol. matr. colum. pen. & in pluribus conſiliis relatis per Aquenſ. in locis. ĵ. alleg. quia uerbum relinquo certæ rei doteue adiectum, non importat inſtitutionem: ut ibi per eum. & hanc opinionem uti ueriorem amplectitur Aquenſ. in d. l. inter cætera, colum. fin. & in. l. cogi. in. §. non omnis, in fin. ff. ad Trebell.

Non uidetur eſſe recedendum à prima opinio. Primò, quia fauet ualiditati teſtamenti. l. ſi pars. ff. de inoffi. teſt. c. fi. de re iudi. Secundò, quia rationes aſsignatæ per Ale. Dec. & alios in d. l. humanitatis, ad probandũ q̃ relictum pro legitima cenſetur relictum tit. inſtitutionis, militãt pariter hoc caſu, quã do relictum fuit pro dote. Tertiò, quia dos datur loco legitimę & in eius locum ſuccedit. Bar. in §. Titio genero. l. Titio centum. ff. de condi. & demonſt. Dec. conſil. cvi. & Pariſ. in conſil. xvi. colum. xiii. & ſequen. lib. ij.

Et ſi dicas, de dote ad legitimam & econtrariò non tenere ſemper argumentum, ut per Alexan. & alios in d. l. i. ff. ſolu. matrim. Bal. Nouel. in tract. dotis. fol. xiiii. priuilegio xvi. & Pariſ. conſi. xix. colũ. x. lib. ii. & cõſi. xxvi. colum. xiiii. in eod. Mod. Repe. in l. pater filium, num. clviii. ff. de inof. teſt. reſpõd. q̃ ſatis eſt regulariter ſuccedat loco legitimę, quũ attendi debeat quod regulariter ſit. l. ii. ff. ſi quis in ius uocan. non ier. latè traditur in. l. i. de regul. iur. ideò quemadmodum relictum pro legitima uidetur tit. inſtitutionis relictum, ita relictum pro dote, quæ ſuccedit loco legitimæ.

65 Tertiò limita, † quando ſtatutum immutaret aliquid circa legitimam illam, puta diminuẽdo, quia ex quo iuri communi contrariatur, non eſt neceſſe tit. inſtitutionis relinquere, ſecundum Bal. in l. maximum uitiũ, col. v. ſ. co. Soc. cõſ. cxxiii. col. ii. lib. i.

Sed contraria opinio uerior eſt & communis, ut per Aquenſ. in d. l. inter cætera, colũ. iii. in vi. limitatione, & in. l. ſi quis priore. ff. ad Trebel. & Dec. in conſil. ccccxliii. col. penul. & fin.

66 Quartò limit. † ut ſatis tamen ſit aliquid relinquere titulo inſtitutionis, etiam q̃ minimum ſit: agiq̃; poteſt ad ſupplementum, ut dixi in euidentialibus, etiam q̃ teſtator prohibuiſſet plus peti: quum non poſsit hoc facere. §. cæterùm, in auctен. ut cum de appel. cog. Aquenſ. in d. l. inter cætera, col. pen. & Dec. in conſi. ccxxviii. col. ii. & huic petitioni ſupplementi legitimæ non præſcribitur minori ſpacio xxx. annorum. ut per Corn. in conſi. cclxiiii. & Deci. in conſi. ccciii. & filius inſtitutus in re certa, cenſetur in titutus in ſua legitima; ut conſuluit Io. de Anan. in conſi. lxvii. & Mod. de Ripa in. l. hoc inter dictum, colum. fin. ff. quorum bon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

67 Quintò limita prædictam conclusionem, †'nisi filius præteritus facto sibi legato ipsum legatum acceptaret, quia sustineretur testamentum propter uoluntatem filii, in cuius fauorem inductum fuit iure institutionis sibi relinqui debere: ut diximus suprà: potest ergo si uult fauori suo renunciare. l. penul. suprà de pact. ita Bald. in. l. scimus, suprà de inoffic. testamen. & post Socin. Ripa in l. prima colum. xxvii. ff. de uulgar. facit lex filio præterito, suprà alleg.

Et ex dictis ibi per scriben. uidetur concludendum, quòd reconualescat de æquitate prætoria tantùm, non autem de iure ciuili; reliqua ut per Doc. in l. inter cætera, in §. non omnis, in l. si quis priore, in auctен. nouissima, & in. l. in quartam præallegat.

68 Secundo loco principaliter quærit Barto. † quomodò irritetur testamentum ex causa præteritionis uel exhæredationis. i. quo iure seu quo remedio. & declarat ipse Bart. paucioribus se expediens in d. l. filio. char. pen. ubi etiam correctius loquitur, hic. n. prolixitate nimia laborauit, longiorque fuit quàm §. uulg. Calimacus.

Et præsuppositio pro constanti quòd hodie sit locus querelæ, quod & uerum est, ut suprà diximus in prima oppos. circa materiã exheredationis. Bartol. gratia clarioris doctrinæ diuidit eius Theoricã in tria membra. primum concernit descendentes præteritos uel exhæredatos: secundum ascendẽtes: tertium collaterales.

Ex dictis Bart. in primo membro præteritionis uel exheredationis descendentium, colligatis septẽ conclusiones: & si Paul. Castren. in iiij. & v. colum. rem ad compendium reducendo per tres cõclusiones istud membrum absoluat.

Prima ergo conclusio Bar. est, quòd testamentũ in quo filius in potestate est præteritus, etiam inserta causa nullum est ipso iure: & potest etiam contratabulari, quamuis legata conseruentur. hæc prima conclusio recepta est communiter à scribentibus, 69 † ut hic per Paul. de Cast. col. iiij. Alex. ii. Cor. xvi. cum sequentibus, Ias. xiii. & sequ. & Curt. x. & est uerissima, probaturq; per text. in l. filio præterito. & in l. inter cætera præalle. & in. §. exhæredatos, cum glo. in auctен. de hær. & falcid. nam ex quo lex pro forma institutionem aut exhæredationem requirit, iuribus suprà alleg. non potest ea dispositio in æquipollenti impleri; ut per Alexã. in. l. iij. ff. de lib. & posthum. ut hic per Curt. col. x. & quicquid dicat Bart. hic, & in d. l. filio, prędicta conclusio procederet, etiam quòd causa legitima in præteritione fuisset inserta, & per hæredem probata: quia, quũ sit omissa forma à lege data, actus est ipso iure nullus, ut suprà dixi circa fin. primæ oppos. Bart. Malè tamen allegat hic Bart. l. primam. suprà de contratab. quòd filius in potestate existens possit contratabulare; quum loquatur in emãcipatis, ut ibi per scribentes. dictum tamen in se uerum est, & probatur in d. l. maximum uitium. & in. l. ĩs qui in pote-
70 state. ff. de leg. præst. † necessarium tamen non fuit, dictum ius contratab. in filio in potestate, quum testamentum nullum esset, sed ex abundanti per prætorem datum fuit: ut per Deci. in. l. posthumo, colum. xii. suprà de contratab. utile enim esse hãbere plura remedia.

Vultq; hîc Bart. quòd ius dicendi nullum & ius contratab. à priori procedant, & melius quàm senserit s̃. in iiii. oppos. circa uerbum præteritionis, limitando ut per Ruin. in d. §. & quid si tantùm. colum. lxv. & etiam, ut. j̃. dicam.

Et testamentum prædictum nullum est à princi-
71 pio, † quamuis filius nihil dicat. l. filio, & l. inter cætera, suprà alleg. Dec. in d. l. posthumo, colum. vj. & ultima: attamen filio inde abstinente à bonis paternis testamentum reconualesceret de equitate prætoria. d. l. filio, cum not.

72 Secunda conclusio: † testamentum in quo filius in potestate fuit exhęredatus cum insertione causæ legitimæ ualet, tenetq; inexpugnabiliter causa illa per hæredem probata. Ea uerò non probata testamentum non est nullum, sed annullandũ & rescindendum per querelam firmis remanentibus legatis: ut hic & in corpore unde hæc sumitur. quę conclusio probatur apertè in §. exhæredatos. & in §. sin autem hęc omnia, suprà alleg. estq; conclusio à Docto. communiter recepta: ut hic per Paul. Cast. col. iiii. Alex. j. & ij. col. xix. & seq. & per Aret. subtiliter disputantem articulum & defendentem communem in. l. j. col. iiii. & v. ff. de testa.

Nec est mirũ si primo casu testamentum inexpugnabiliter ualet & tenet, quia tunc cõcurrit omnis iustitia legis, hominis & iudiciorum legis, ut causa exprimatur, hominis ut non mentiatur, iudiciorũ ut rectè facta subsistant. & sic habet tunc uires efficacissimas secundum Bal. s̃. in iiii. col. quem modũ loquendi Bal. accepit à glo. d. §. exhæredatos, in uerbo iustè. Causa uerò non probata testamentum habet iustitiam legis, non hominis. i. factum rite, sed non rectè: ideò testamentum ualet, sed expugnatur per querelam secundum Bald. loco præalleg.

Et si dicas, quando causa inserta non probatur, lex præsumit illam fuisse falsam; ut per Aret. in l. ex ea. §. i. col. j. ad fi. ff. de testa. paria enim sunt (ut suprà dixit Bart.) causam falsam sicq; non legitimam inserere, uel nullam inserere. arg. l. quotiens. ff. qui satisd. cog. sine insertione causę testamentũ in quo filius exhæredatus fuit, nullum est. d. §. aliud quoque. nec est opus querela & remedio rescissiuo, quum absque alio satis legis ministerio rescissum sit, secundum communiter scriben. ergo etiã quando causa non probatur, testamentum erit nullum. Præterea, quando falsa causa in testamento fuit expressa, deberet testamentum magis nullitati subiici quàm quando non esset expressa: prout in sententia, quæ annullatur quando est inserta causa falsa; secus si omissa. l. ij. infrà quando prouoc. non est necesse.

Nam ad primum motiuum potest respon. negando q̃ lex præsumat illam causam falsam, quum testator potuerit esse sine culpa, & ueram causam in testamento inseruisse, & si hæres nequeat illam esse ueram probare: ut per Bart. in. l. j. col. iiii. ff. de iure codi. & etiam in precedentibus. Ad secundũ respõ. 73 Curt. j̃. in ult. col. ↓ & no. q̃ non solùm causa in sententia exprimenda nõ est, uerum fatuus reputatur iudex, qui eam exprimit in snĩa. gl. in §. ignominiæ .lij.

l. ij. s̃. de insa. quia lex præsumit pro iudice & eius sententia. l. Herennius, in §. Gaia. ff. de cuic. nisi (intellige) subiungerit clausulam illam salutarem, ex his & aliis &c. ut latè per Fel. in c. sicut, de re iudic. & tunc honestius & laudabilius est sic facere iustificando sententiam suam, & ita solent facere uiri docti & Senatus principum.

74 Magna autem est differentia † inter prædicta remedia querelandi, contratabulandi, & dicendi testamentum nullum, & effectus longè dispar est inter ea remedia atque utilitas. nam ius dicendi nullum quum sit de iure ciuili, durat annis xxx. l. sicut l. omnes. j̃. de prescrip. xxx. ann. ius autem querelę & si sit de iure ciuili, tantùm quinquẽnio. l. si quis filium. l. scimus. s̃. de inoffic. test. Curt. hic col. xi. & Aret. pulchrè in d. l. j. ff. de testa. ubi assignat etiam aliam utilitatem; quia querela non præparata non transmittitur ad hæredem, secus in iure dicẽdi nullum: ut per eum. quòd autem non transmittatur, si non sit præparata, aliàs secus, est text. in. l. fexta. §. si quis instituta. ff. de inoffic. testamẽ. & ibi Bart. & Paul. de Cast. declarant, quando dicatur præparata & Gozadin. in consil. lxxxv. Item ius dicendi nullũ & ius contratabulandi intentatum rescindit statim testamentum, non expectata alia sententia, ut dixi in primæ conclu. secus in querela, quæ non rescindit antequàm fuerit super ea pronunciatum. §. sin autem hæc õmnia, ibi, testamento euacuato, in auctен. ut de appel. cog. latè Alexand. in. l. fi. colum. i. suprà qui admitti.

75 Tertia conclusio, † exhæredato filio in potestate existente absque insertione causæ legitimę testamẽtum est ipso iure nullum, & competit ius dicendi nullum & ius contratabulandi, ius autem querelandi non: iuribus per eum alleg.

Quòd enim prædictum testamentum nullum sit ipso iure, & ideò competant prædicta remedia dicendi nullum & contratabulandi, non querelandi & rescindendi, quum sit rescissum & inualidum, probatur in. l. filio præterito, in. l. inter cætera. ĩ. §. si autem hæc omnia non fuerint obseruata. ibi, nullam uim testamentum habere, &c. & in §. sin autem hæc obseruata, ibi, tanquàm in hoc rescissum, non obtineat testamentum, suprà alleg. & in. l. is qui in potestate, in princip. ff. de lega. præstan. & in. l. non putauit, in §. non quæuis. ff. de contratabul. & est communis scribentium sententia, ut hic per Paul. colum. quarta. Alexand. ii. & iii. Corn. colum. xx. & Iaso. xiii. uersic. non omitto. & subtiliter per Aret. contra Fulgos. & Imol. in lege primæ colum. iii. & iiii. ff. de testam. ubi defendit communem quòd dictum testamentum sit ipso iure nullum, & non expugnandum per querelam: deficit enim tunc iustitia hominis de qua dixi suprà. Ad text. in corpore unde sumitur in uerbo euacuat, & in uerbo rescisso, quę uidentur præsupponere ualiditatem & rescindi debere. respond. quòd ex aliis de quibus ibi, & de quibus suprà apparet dictum testamen-
76 tum nullam uim habere non seruata forma legis: ideò euacuatur & rescinditur de facto † prout de facto processit: quemadmodum dicimus in sententia nulla. l. i. in princip. ff. quæ sen. sine app. rescin. l. i. cum glos. in uerbo infirmabitur. ff. de feriis, cum aliis accumulatis per Aret. loco præallegato, Alexand. in. l. ii. colum. iii. in fin. infrà de edend. Felin. in cap. tertio loco. ad fin. de prescript. in capit. Rodulphus, colum. xxiii. de rescript. Deci. in c. quæ in ecclesiarum. colum. ii. de constit. in. l. sicut. col. i. suprà de milit. & in. l. posthumo, colum. vii. & lxxi. suprà de contratab. utilitas est magna, ut patet ex supradictis.

Quarta conclusio, inter filium emancipatum, ex hæredatum & existentem in potestate exhæredatum, non est differentia: ideò quæ dicta sunt suprà in illis pariformiter procedunt. & cum Bartol. transeunt communiter Docto. ut dicit hic Curt. in xi. colum.

Sed Corn. in iiii. & v. quęstione colum. xxi. hanc cõclusionem ita generaliter intellectam impugnat, quia emancipatus exhæredatus non] potest intentare querelam, nisi petita bonor. possess. gratia litis
77 agnoscendæ. † l. Papin. §. primo. cum ibi not. ff. de inoffic. testamen. à qua excluderetur per lapsum anni, & per consequens inde à querela. l. emancipata, suprà qui admitti. l. prima. §. largius. ff. de success. edic. l. fin. suprà unde legit. & l. pater filium. ff. de inoffic. testam. sed si directò competeret prout existenti in potestate, duraret quinquennio, ut suprà dictum est, & tradunt Alexand. in d. l. fina. colum. iii. & Curt. hic xi. ubi hanc conclusionem uidetur impugnare. quia de iure antiquo ideò dabatur bonor. possess. gratia litis agnoscendæ, quia emancipatus non erat de iure ciuili cognitus. quæ ratio est hodie sublata, quum emancipatus non solùm de iure ciuili sit cognitus. §. nullam, in auctен. de hæred. ab intest. uerum etiam ex testamento. §. nostra uerò. inst. t. de exhæred. lib. ad quid ergo petere bonor. possess. gratia litis agnoscendæ? Idem & latiùs tradit Dec. in l. fina. colum. penul. suprà unde legit. allegans pro hac opi. text. in. l. meminerimus, ibi, ad suorum similitudinem succedant, infrà de legit. hæred.

Dicta bonor. possess. gratia litis agnoscendæ, nõ erat necessaria filio existenti in potestate, quum à iure ciuili satis cognitus esset: sed bene erat necessaria emancipato de iure ciuili incognito. propterea, ut ad dictam querelam admitteretur, necessarium erat quòd peteret aliquod signum à prætore, per quod cognosceretur: qua petita & eo cognito prætor extendebat remedia iuris ciuilis, & sic querelam ad eum, quæ per prætorem extensa erat magis utilis, quàm directa: ut post gloss. & alios declarant gloss. Bart. Paul. Castren. & alii in d. l. Papin. §. primo, & in. l. posthumus, in §. si quis instituta, illo eodem titulo, & Alexand. in l. fina. colum. iii. suprà unde legitim. ubi dicunt, quòd dabatur gratia litis ordinandæ, & inhabilem faciebat habilem.

Sed consideratio Decii & Curtii uidetur cõfundi per communem conclusionem Doct. uolẽtium
78 quòd † & si ab intestato sublata sit differentia emancipationis & patriæ potestatis. d. §. nullam, secus tamen sit facto testamento, ut per Paul. Cast. in d. §. primo. Iaso. & alios in l. si emancipati columna fin. suprà de collat. & per Deci. met in d. l. sicut, in fin. quum igitur §. nullam, loquatur in succesione

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab intestato, in successione testati remanebant firma & incorrecta iura antiqua. l. præcipimus, in fi. j. de appel.

Ad §. nostra, respond. quòd sicuti gloss. & Doct. ibi declarant, loquitur de d. l. maximum uitium, qui text. se ipsum declarat, subiiciens uel testamentum ipso iure euertatur, uel per bonor. poss. stare non patiatur. prima uerba referuntur ad existentem in potestate, alia ad emancipatũ. declaratur igitur ille text. quòd licèt emancipatus de iure ciuili debeat instituí uel exhæredari, tamen si fuerit præteritus, habet contratab. non ius dicendi nullum, eodem modo potest respond. ad prælleg. l. meminimus, quòd loquitur ab intestato, ut ibi per Corneum, & Ruin. in d. §. & quid si tantùm. colum. lv. cum sequenti.

Præterea ex alio uidetur magna esse differentia inter prædictos. nam filius in potestate sine causæ insertione exhæredatus dicit testamẽtum nullum, quum insertio causæ sit de substantia. d. §. aliud, & sæpe Bart. suprà. sed emancipatus necesse habet uenire per querelam, quum non sit sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis condito testamento; ut per glo. Alex. & alios in d. l. fin. in ultimis colum. Est bene uerum quòd ubi emancipatus esset præteritus sine insertione causæ posset dicere testamentum nullum de iure nouissimo instar & ad similitudinem prẽteriti à matre sine causa, qui dicit testamentum nullum, licèt nunquàm fuerit in potestate matris. d. §. aliud quoque capitulum. & isto casu tantùm reperitur sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis condito testamento per illum text. secundum communiter scribentes: ut per glo. in §. exhæredatos. in auctẽ. de hær. & falcid. Bal. hîc col. iij. in ij. oppos. Paul. Castren. colum. v. Alexan. & alios in d. l. fin. in ultimis columnis.

Quinta conclusio, testamentum in quo filius emancipatus, fuit sine causa prẽteritus, ipso iure nullum est, si cum causa ualidum, sed contratabulari rumpiq; posse: insertio enim causæ est de substantia. d. §. aliud. ut hîc sæpe per Bart. & alios: ideò nimirum, si ea omissa testamentum est nullum. quando uerò causa fuit expressa & inserta, satisfactum est solemnitati & mandato legis, & condito testamento non est sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis: ut uolunt communiter Doct. & dixi suprà. ideò habet necesse contratabulare & rescindere testamentum. l. i. ff. de leg. præst. l. ut liberis, suprà de collat. & cum hac conclusione Bar. trã seunt communiter scriben. ut hîc per Bald. col. iii. Paul. v. Alex. ii. & iii. Corn. Roma. in iiii. q. Iaſ. loco prẽalleg. Dec. in d. l. posthumo, col. xi. & s̃. de testa. milit. in l. si cum in utero.

78 Vtilitas est magna, & differentia lõga† inter prẽdicta remedia, quia ius dicendi nullum longioris est uitæ quàm sit ius contratabulandi, ut dixi in superioribus, & declarat Iaſ. in d. §. & quid si tantùm, colum. undecima. & scriben. in dicta l. pater filium.

Sed est aduertendum circa primum membrum, quia non uidetur posse procedere, quum in modo rumpendi testamentum adhuc hodie duret differẽtia emancipationis, & patriæ potestatis, quæ (ut. s̃. diximus) sublata est tantummodo ab intestato, nõ ex testamento. sed de iure antiquo emancipatus præteritus necesse habebat intentare bonor. possess. contratab. l. i. ff. de contratab. ergo ẽt hodie, quum non sit sublata differentia emancipationis & patrię potestatis, ut dixi. & sic non habebit ius dicendi nullum, ut per Iaſ. in d. l. fin. col. v.

79 Sed† respond. quòd istud non procedit, quando emancipatus esset prẽteritus sine insertione causæ, quia tunc de iure nouissimo potest dicere testamentum nullum instar & ad similitudinem prẽteriti à matre sine causa, qui dicet testamentum nullum quamuis nunquàm fuerit in potestate matris. d. §. aliud quoque capitulum. & isto casu tantùm per text. prædictum reperitur sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis ex testamento seu condito testamento. iuxta gloss. §. exhæredatos, in auctẽ. de hær. & falc. ut not. declarat Bal. hîc in iii. col. in ii. oppos. Alex. & alii in d. l. fina. in ultimis colum. & Dec. in. l. sicuti certi, in fin. suprà de testamen. milit.

Sexta conclusio; testamentum in quo filius est prẽteritus uel exhæredatus à matre seu linea materna cum insertione causæ ualet, & per querelam re-
80 scindendum est, † causa uerò non inserta, nullũ est ipso iure. d. §. aliud quoque, & approbatur communiter per scrib. ut hîc per Cor. col. xxi. in vi. q. Curt. xii. Aret. & alios. in §. fin. instit de exhære. lib. Paul. de Caſt. & alios in. l. filiam. de inof. test. & Mod. Repet. in l. pater filium, col. ix. ff. de inoffic. testa. & per scriben. in l. in suis. ff. de lib. & posthu.

Septima & ultima conclusio Barto. quicquid sit in modo rumpendi testamentum in conseruatione legatorum, quæ per hanc constitutionem fit, nulla est differentia inter prẽteritum & exhæredatũ cum causa uel sine, quia utrobique conseruantur, prout probatur in d. §. aliud quoq;. & quia militat semper ratio conseruatiua legatorum in superioribus assignata, & approbatur communiter per Doct. ut hic per Corn. in viii. q. & procedit ẽt in emancipato, ut per ipsum Bar. s̃. in v. col. in iiii. oppos. & dũ Bar. in oppos. citat. l. si maritus, suprà de inoffi. test. allegatur ad baliſtam, quum nihil faciat, & loquatur expresè in exhæredato, ut etiam natura tit. ostendit, & credo ꝙ lectura Bart. fuit corrupta.

81 Postremò notabis, †ꝙ ad ualiditatẽ testamenti, non est necesse exhæredare filium masculum filiæ tuę præmortuæ, sed potest prẽteriri, modò iustam & legitimam exprimas causam: ut per Ang. Aret. insti. de exhær. in §. posthumi, col. ii. & est ratio, quia natus ex filia non est in potestate tua: ut instit. de pat. pote. in fi. ergo non est exhæredandus, ut descendens per lineam masculinam: ut per Barto. in l. in suis. ff. de libe. & posthum. est tamen inserenda causa legitima exclusionis in prẽteritione, aliàs testamentũ est nullum, ut per prẽfatos & Old. consi. xl. & Paul. Caſ. in auct. non licèt. s̃. eod.

Descendendo ad secundum casum distinctionis
82 Bar. † quo remedio succurratur ascẽdenti prẽterito uel exhæredato contra testamentum descendentis, pro intelligẽtia qõnis uidete quod hic dicit Paul. Caſt. in v. col. qui hanc materiã paucioribus absoluit.

Ex

Ex dictis Bar. colligite tres conclusiones: prima est, ꝙ matre uel linea materna prẽterita aut exhæredata sine causa testamentum ipso iure est nullũ: si cum causa, ualet, & per querelam rescindendum est. Primo enim casu testamentum deficit in substãtialibus, quia hodie insertio causæ est de substantia secundum Bart. hîc, & Are. in §. fi. instit. de exhær. lib. & probatur in §. iussum, in principio, ibi, hęc eadem. cum not. per Dec. in. l. j. col. fin. s̃. de bon. poſ. contratab. liberti. Secundò casu prẽteritio habetur pro exhæredatione, ideò opus est querela. d. §. fin. & cum ista conclus. Bar. transeunt communiter Doct. ut hîc per Bal. in iiii. col. Paul. v. Corn. col. xxi. in 7. q. Aret. in d. §. fi. & Iaſ. in. l. cum filium. ubi text. not. in materia. s̃. de inoffi. test.

Secunda conclusio, pater & ascendentes per lineam paternam à filio emancipato sine causa prẽteriti testamentum nullum dicunt, quia deficit in substantialibus, cum causa uerò habent ius contra tabulandi; si fuerint exhæredati, habent querelam. hæc conclusio communiter à scribẽtibus est approbata, ut hîc per Bal. col. iiii. Paul. Castr. col. pen. Cor. loco prælleg. & Alex. hîc col. ii. & seq. & Ang. Are. in d. §. fi.

Prima pars huius conclusionis, ꝙ dictum testamentum sit nullum, probatur, quia secundum Bart. & prælleg. testamentum deficit in substantialibus. expressio enim causæ (ut dicit Bald.) ad essentiam testamenti necessaria est, etiam quòd re uera constaret de ingratitudine: quia & si tunc testamentum
83 non peccaret in lege naturæ, † quia non est offensa pietas, ubi reperitur ingratitudo, peccat tamen in forma à lege data. d. §. aliud, cum sequentibus, & ubi omittitur forma causalis, ibi deficit substantia, & actus est ipso iure nullus. accedant quæ dixi in prima oppos. Bart.

Imol. tamen relatus per Alex. & Corn. hîc in locis prælleg. tenuit contrariam opinionem, quam etiam sequitur hîc Curt. in ii. col. quia de iure antiquo pater prẽteritus ab emancipato non habebat ius dicendi nullum, sed ius contratabulandi. l. j. ff. si quis à par. fue. manumiſ. & §. prætereà, cum not. instit. quibus mod. ius pat. pot. sol. quod per ius nouissimum non reperitur correctum, ergo &c. & sic defectus formæ non instituendi uel exhæredandi ascendentes, nec olim nec hodie annullabat testamenta; ut hîc per Alex. in iii. col. Secundò facit pro opin. Imolæ text. in d. §. aliud. in uersic. sin autem hæc omnia, in uerbo rescisso, quod destructionem & rescisionem importat, non autem nullitatem actus, ergo &c.

Tertiò opinio prædicta quòd testamentum sit nullum, iure non probatur, quia in corpore unde hæc auctẽ. sumitur, de emancipato uerbũ nullum nec præsumitur, quum sit facti, & facta non præsumantur. l. si emancipati, cum uulg. s̃. de coll. immo constitutio in corpore uidetur emancipatos excludere, sæpe repetendo illa uerba in rebus in quibus filii habent testamenti facultatem. & sic habuit legislator respectum ad filias existentes in sacris paternis. si enim de emancipatis sensisset, non dixisset in illis rebus &c. quum emancipati de omnibus rebus & indistinctè possint testari, ut hîc per Alexand. colum. ii.

Confirmo, quia facto testamento (ut. s̃. diximus) non est sublata differentia emãcipationis & patriæ potestatis, licèt ergo text. in uersic. & hęc quidem, uellet, testamentum in quo filius in potestate patrem prẽteriit sine causa nullum esse, aliud tamen erit in filio emancipato, qui condito testamẽto non procedit à pari cum filio in potestate existente.

Et sic non obstat fundamentum Bart. Alexan. & aliorum quòd ibi requiratur pro forma, quòd pater instituatur uel exhæredatur; quia non loquitur de emancipatis.

Non est recedendum à prædicta conclusi. Bart. communiter approbata, ut suprà dixi. & probatur ultra rationem in principio relatam, quia iura loquentia in patre erga filium, procedunt in filio erga patrem ratione correlatiuorum: ut hîc per Bal. colum. v. & vi. & eo modo quo descendentes ueniunt contra testamenta ascendentium: ut post Angel. ponit hic Corn. prælleg. Vltimò non cundo per mendicata suffragia, probatur clarè ista opinio in d. §. aliud, iuncto §. iustum, ibi, hæc eadem &c. ubi in hac materia omnia dicta in filiis prẽteritis uel exhæredatis uult habere locum etiam in parentibus, excepta restrictione causarum ingratitudinis de qua ibi: ut pulchrè illum text. notat & declarat Dec. in. l. i. col. fin. s̃. de bon. poſ. contratab. liberti. sed filii dicunt tunc testamentum patris nullum, ergo & parentes.

Non obstant. s̃. in oppos. adducta. ad primum respond. ꝙ procedunt de iure antiquo, hodie secus per ea, quæ. s̃. proximè adduxi.

Ad secundum argumentum de uerbo rescisso &c. respond. ut hic per Alexan. & Corn. quòd licèt ibi sit uerbum rescissum, quod secundum propriã naturam non uerificatur in testamento nullo, sunt tamen plura alia uerba. quæ potius nullitatem testamenti, quàm rescisionem propriè important. ut ibi, nullum præiudicium fieri. & ibi, nullam uim habere quantùm ad institutionem hæredum. ita quòd arguendo à proprietate uocabulorum & à maiori parte, facit magis contra Imol. quàm pro eo. posset etiam respond. quòd intelligitur rescisso scilicet de facto, prout de facto processit; ut plenè dixi suprà.

Ad tertium respond. ꝙ immo tex. in corpore un de sumitur, loquitur generaliter de omnibus liberis, & sic etiam de emancipatis, qui propter emancipationem non desinunt esse de numero liberorum l. i. ff. de contratab. & in tit. s̃. unde lib. & in hoc, respectu prẽteritionis sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis per tex. in d. §. aliud, ut dixi. s̃. in quarta conclusione membri prẽcedentis. & ad text. in d. §. & hæc quidem, in illis uerbis, in quibus habent licentiam testandi. respond. rectè legislatorem ita locutum in quibus &c. quia in potestate existentes illam potestatem testandi non habent in omnibus rebus, sed in certis rebus: emancipati uerò in omnibus: ideò rectè ita locutus est.

Ad quartum confirmatiũ respon. ꝙ immo (ut s̃. dixi) non est differentia hoc casu respectu nullitatis testamenti surgentis ex prẽteritione sine causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter seruos & emancipatos; & sic hoc casu sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis etiam condito testamento, ut in superioribus dictum fuit.

Postremò aduerte q̃.l. pater filiũ, citata per Bar. uidetur dicere contrarium eius ad quod Bart. allegat, quòd pater præteritus habeat querelam. pro solutione uidete Bart.in.l.j. ff. si quis à par. fu. ma. & Mod.repet.in d.l.pater.

Tertia conclusio, ascendentes per lineam paternam à filio in potestate præteriti in peculio castren si uel quasi, cum causa uel sine, testamentum dicunt nullum, quia non est seruata forma: exhæredati uerò querelant. quæ conclusio probatur in corpore unde sumitur in illis uerbis, in quibus rebus &c. ut.s̃. ponderaui, & approbatur communiter à scribentibus, ut hic per Paul. de Castr.col.pen.Alexan. col.ii.Curt.xiii.& Dec.in.l.si cum in utero.s̃.de milit.testam.

84 Non obstat † q̃ talis præteritio habeatur pro exhæredatione in qua opus est querela, cui subiacet etiam hodie testamentum miltis; ut hic per Alex. col.ii.Corn.xxii.& sequenti.Iaſ.in.l.fin.col.fi.s̃. de inof.testa.cum aliis quæ adduxi in l. precibus.s̃. de impub.& in tit.ff.de inoffi. test. quia id hodie corrigitur, ut per Dec.in d.l.si cum in utero, in fi.

Sed opportunè quæritur, utrum similiter legitima sit relinquenda ascendentibus iure institutionis, ad hoc ut testamentum sit ualidum. Articulus est disputabilis, ut hic per Corn.in xxiii.col.Aret.in §.igitur quarta.instit.de inoffi. testam. Iaſo. in aucten.nouissima,col.xj.& sequen.s̃. de inoffi. testa. & Moder.Repet.in præalleg.l.pater filium. colum. xv.& sequenti.

85 Communis & uera conclusio est, † quòd relinqui debeat titulo institutionis, sicuti econtrariò de ascendentibus per ascendentes.d.§.aliud. & §. iustũ, ibi, hæc eadem. & per præalleg. & pulchrè per Dec. in.l.j.colum.fin. supra de bon. poſſ. contratab. lib. & in consi.ccxxviii.facit quod suprà proximè dixi, quòd iura quæ loquuntur in patribus uersus filios locum etiam habent in filiis uersus parentes, per regulam correlatiuorum.

86 In tertio membro, † Bart. clarius hæc eadem repetit.in.l.filio præterito,colum.x.& bene loquitur. ex cuius dictis habetis, quòd transuersalibus non competit ius dicendi nullum, sed querela inofficiosi testamenti, quæ ultra fratres & sorores utrinque coniunctos non extenditur: ut hic etiam per Bald. colum.viii.de qua materia uide plenè Sali. & alios in.l.fratres, suprà de inoffi.test.Corn.hic col.xxiiij. Specu.in tit.de testam.§.sequitur uidere. uersi. quoque, ubi practicam præsentis materiæ docet. Areti. instit.de inoffic.testam.Paul.de Castr.in.l.Papin.in §.si filius.ff.de inoffic.testam. Fulgoſ.consi.lxxi. & Lodouic.Gozadin.in consil.lxxxv.cum multis aliis quæ adduxi & deduxi in. l.i.ff.de inoffic. testamen. Quædam etiam contra Bart. & communem adducit hic Igneus.colum. lxxj. sed quia parum stringunt, omitto.

87 Hic cadit not.quæstio; † utrum rescisso testamento fratris per querelam inofficiosi testamenti instituta turpi persona, legata conseruentur per dispositionem huiusce constitutionis? Ang.in.§.fin.in aucten.ut cum de app.cog.tenet quòd non: quia tex. in corpore unde hæc sumitur, loquitur solum de præteritione & exhæredatione ascendentium & descendentium, non de transuersalibus: in eis ergo iura antiqua, quòd rescisso testamento per querelam legata non debeantur.§.pen.& fi.in.l.Pap. præalleg.incorrecta remanebunt, prout tenent Franc. de Rampo.& Imol.in d.l.filio.Alexan. suprà in aucten.præcedenti, in secunda colum.& hic col.x.uersic.quæro utrum. Corn.colum.xiii. in vii.q. & Iaſ. colum.x.in iii.limitatione,& Fulg.in consi.lxxi.colum.pen.& fin.

Sed oppoſ.tenebat hic.Io.Igneus charta xvii. & xviii.quam opinionem dicit hic in fine suæ repetitionis se publicè sustinuisse contra Dec. defendẽdo Petrum contra Bar.qui tamen uidetur contrarium nusquam dixisse.

Sed alia opinio contraria uerior est, etiam in pũcto iuris, ut probat Dec.in.l.i.colum.fina.suprà de contratab.ubi ostendit, quòd etiam longa mora, & intercedente magno temporis tractu, non fuisse bene responsum ad eius motiuum & argumentum factum in dicta disputatione de.§.liberis.l.iii.ff.de legat.præstand.ubi dispositio conseruatiua legatorum in fauorem parentum & liberorum inducta, ad fratres non extenditur: ergo hæc nostra dispositio in quantùm conseruat legata fauore parentum & liberorum testantium, non habebit locum in fratribus. Quam conclusionem quòd dispositio exorbitans in fauorem parentum & liberorum inducta, ad fratres & collaterales non extendatur per illum tex.tenent & confirmant Are.in consi. xxxvii. in iii.dubio,& Alex.in consi.lvii.col.i.uol.iii.

Aduertendum tamen est, quia argumentum Decii de §.liberis, nõ uidetur stringere. procederet enim, quando dispositio ista inducta fuisset in fauorem parentum & liberorum simpliciter; tunc enim sequeretur non debere extendi ad fratres. d. §. liberis per Dec.alleg.sed hæc dispositio legatorum obseruatiua emanauit fauore ultimæ uoluntatis, quæ ratio non minus militat in fratribus, quàm in parentibus & liberis, ut patet.ideò &c.

Et §.liberis, loquitur de parentibus & liberis legatariis, quibus per prætorem ibi conseruantur legata, sed §.aliud, loquitur de prædictis testantibus, & sic in diuersis terminis.

Melior est ergo ratio Ang.& aliorum.s̃.alle.pro communi de regula iuris antiqui uolente, rupto testamento per querelam, non conseruari legata. Et licèt Corn.loco præalleg.dicat iura antiqua non loqui specificè, quando querelatur testamentum per fratrem, sed per filios, tamen hoc confunditur per rationem in genere assignatam in l.cũ mater, in fin.& in.l. Titia.ff.de inoffic.testamen.quòd pronunciatò testamento inofficioso, nihil ex eo debetur nec peti potest. quæ iura non reperiuntur correcta per hanc nostram constitutionem loquentem in liberis & parentibus testantibus, non autem in fratribus, ergo &c.

Postremò aduertendum est, quòd licèt in puncto iuris prædicta communis opinio posit procedere, rigorosa tamen est, & realitati parum consentanea.

sentanea. Quare enim fauore ultimæ uoluntatis non debent hic conseruari legata, sicuti in casibus præcedentibus, maximè quum in legatis cesset iniuria irrogata fratribus per exheredationem.Item, si conseruantur legata uenientibus ad hereditatem liberis & parentibus, quibus est magis debita hæreditas, quàm fratribus, quantò magis debent conseruari uenientibus ad ipsam hæreditatem fratribus. præcipuè, quia si imperator de hoc casu fuisset interrogatus, idem ueriſimiliter propter rationes prædictas respondisset & statuisset: unde perinde es se debet, ac si fuisset dispositum. l.tale pactum. §. fi. cum gl.ff.de pact.l.mulier.ff.ad Treb.ubi Mod.no. Et credendum est hunc casum per inaduertentiam
88 fuisse omissum. † Et licèt dici soleat in correctoriis non fieri extensionẽ ex identitate nec ex maioritate rationis, ut per Alexan.in aucten.præcedenti,col. secunda,& hic in tertia, attamen fit in correlatiuis. Item, quando resultaret absurdum, ut per Alexan. hic in iii. colum. Si autem hoc casu non conseruarentur legata, sed rupto testamento ex causa præteritionis, uel exhæredationis ascendentium & descendentium resultaret (ut dixi) magnum absurdum, ergo &c.

Irritantur igitur & rescinduntur testamenta, ut ex prædictis apparet per querelam inoff.testamenti, per contratabulas, per ius dicendi nullum: & ubi minus legitima relictum fuit, non sequitur annul-
89 latio, † sed agitur ad supplementum legitimæ. Et quum practica sit uera legum intellectrix, & ex ea pretiosi colligantur fructus, ut ostẽdi in principio l. ii.s̃.de rescin.uend. & facit quod scribit post Bal. Iaſon in l. quidam cum filium.column. 12. de uerbor. obliga. hoc esse quod Bartolo honorem fecit, quia inhærebat practicæ, bene est prius quàm ad sequentia ueniamus, docere quomodò ad practicá prædicta deducantur: prout etiam dixit Bart.in d.l.
90 filio, columna x. † Videamus igitur quomodo legum auditores exeuntes,& ad palatia causarumque auditoria se conferentes, armis istis in campo uti debeant.

Quomodò ius querelæ deducatur ad practicam tam in modo libellandi, quàm capitulandi, & probandi ac sententiandi, uidete Ioan. Fabr. & Angel. Are.institu.de inoff. testam. in principio in iii.col. & quæ ego plenè cumulaui in lect.nuper edita, super rub. & quibusdam. ll. sequen. de inoff. testam. & quæ dixi.s̃.in tertio membro doctrinæ Bartol. & quæ scribit Alex.in l.fi.col.i.s̃.qui admitti.& tex.in l.filio in fin.ff. de inoff. testam. & præcipua cura sit circa liuellum, ex cuius uiſceribus extrahuntur capitula, positiones,& reliqua in causa peragenda.

1 Practicam contratabulandi † ponunt Specul. in titulo de testa.in §.sequitur,colum.iii.Bar.in d.l.filio col.x.melius in l.iii.in §.si causa cognita.col. fi. de bono.poſſ.Bal.in l.prima. j. quorum bo. glo. & Salic.in l.fin.§.i.s̃.de curat.fur.Alex.in l.fi.col.i. s̃. qui admitti. In effectu concludunt præfati scribentes actum hunc dupliciter considerari. Primò prout bonor. poſſ. petitur à iudice uel hodie simpliciter agnoſcitur, ut in d.l.fi.Secundo modo prout intentatur & dirigitur contra bonorũ poſſeſſores. Spec. & Bal.s̃.allega. loquuntur & tractant de decretali, quæ olim erat necessaria de iure antiquo, hodie licèt non sit sublata, non est tamen necessaria. d.l. fi. ubi dixi. Et loquendo secundum tempora nostra, practica agnoscendi hanc bonor. poſſ. contratabu. secundum primum modum intelligendi est facilis. sufficit.n. q̃ filius emãcipatus per se, uel per procuratorem comparat coram iudice, & narret se fuisse emancipatum à tali patre suo, deinde præteritum in testamento paterno inserta causa, quæ non est uera. Et quum sibi competat bono. poſſ.contratab .ipsius testamenti ad rumpendum, & rescindendum ipsum testamentum, illam agnoscit, præcipiendo de hac instrumentum, seu requirendo à iudice de hoc dari sibi testimoniales. Ita colligitur ex præalle.maximè ex d.l.fin. cum ibi no. per Bald. j.quorum bon.ex d. l.fina.in §. sin autem ex alia, cum no. ibi per gloſſ. & Doctores suprà de curato.furio.

Et per hanc solam agnitionem bo. poſſ. contratabu.absque alio decreto, uel sententia iudicis rumpitur hodie testamentum, ut olim rumpebatur per petitionem & concessionem ac decretum, ut per gloſſ.no.in d.§.sin autem,in uerbo pro antiqua.quã ibi sequuntur Bartol.Bald.& Salice.Bartol. in dict. §.si causa cognita,Alexan.in d.l.fi.col.i. sufficit. n. agnitio pro antiqua petitione.d.l.fi.& d.§.sin autẽ, cum glo.

Sed postmodum in possess.hæreditatis petitione quam intentabit.contra bo.poſſ. dictus emancipatus cognoscetur de ueritate negotii. Et sic habuerit ius rumpendi uel non, ut in locis.s̃. allegat. dicunt Bar.Bal.& Salic.

Et sic practica Spec.& Bal.quos. s̃. retuli', quòd emancipatus præteritus petat sibi dari, & decerni bonor.poſſ. contratabul. & testamentum rescindi, procedit in decretali, quæ olim erat necessaria, & quum fortasse uellet quispiam hodie sibi decerni, ante cuius concessionem non esset ruptum testamentum. sed quum (ut dixi) hodie non sit necessaria nec utilis, quum sufficiat simplex agnitio, non requiritur petitio dictæ bonor.possess.nec rescisio, sed sufficit simplex agnitio, per quam rescinditur dictum testamentum: ut dicunt iura & doct. suprà allega. Sed ista rescisio quum fiat coram iudice absque figura iudicii, & etiam parte non citata, illi non nocet, ideò postea in iudicio intentato contra possessores bonorum erit probandum & cognoscẽdum de ueritate, & super hoc faciendæ legitimæ probationes, ut per scriben. præalleg.in d.l. prima. ff. quorum bon.quia iure nõ cognito nemo possessione sua priuandus uenit. iuribus uulgar. Iccircò in isto iudicio contra bono. poſſ. narrabit emancipatus factum iuxta prædicta, uidelicèt se fuisse emãcipatum & præter.tum in testamento paterno inserta causa non uera, seq; agnouisse coram iudice bo. poſſ. contratab. per quam ruptum est, & rescissum dictum testamentum, siue tunc illam agnoscat. petat etiam constitui se possessorem bonorum, uel cõdemnari conuentum ad restituendum & relaxandum bona ipsa per eum indebitè tenta, & possessa, cum clausulis solitis apponi in libellis', proponendo interdictum quorum bono. uel hæreditatis petitionem. quas formas libellorum latiùs tradunt

Spec.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spec.in titu.de testa.in §.nunc dicendum. & Ang. Are.in §.quadrupli.fol.pen.insti.de actio. Et in hoc iudicio (ut dixi) faciendæ erunt probationes, & discutietur utrum actor fuerit filius, & habuerit ius irritandi testamentum per bo. poss.contratabu. uel non, ut dicunt Bar.Bal.Sal.& præalle.in d.l. j. & in aliis locis.s̄.adductis.

Si uerò emancipatus fuerit præteritus sine insertione causæ, uel existens in potestate cum causa, vel sine causa, testamentum est ipso iure nullum, ut diximus suprà, & id ius ad prædictam deducere possunt, ut.j.dicetur, & tamen possunt etiam intentare istud remedium contratabulandi seu bono. pos. contratab. quum testamentum sit per eam de facto rescissum, sicuti de facto processit. iuxta. l. primam, cum glo. ff. de fer. tradit. Specu. loco præallega. cum aliis quæ allegaui in primo membro doctrinæ Bar. in iii. concluſi. quia ius contratabulandi competit,

92 † & datum est ex abundantia, etiam existentibus in potestate, ut in superioribus diximus: utilius tamen uidetur intentare ius dicendi nullum, quod est longioris uitæ.

93 Circa practicam † & modum dicendi nullum, Bar. in d.l. filio, col. x. dicit super hoc nō habere nos specialem aliquem titulum, tamen posse practicari, & hanc nullitatem testamenti duobus modis deduci, per uiam agendi proponendo nullitatem, petendo pronunciari & declarari nullum, rescindiq; ac annullari & cessari de facto, prout de facto processit. Vel per alium modum petendo hæreditatem ab intestato nulla facta mentione de testamento, &

97 si excipiatur de illo replicare de nullitate. ad quem uide Bal.& alios in l.suus hæres.s̄.de repud.hæred. Are.in §.præterea.in iii.charta.institu.de action.& Dec.in d.l.posthumo.col.vii.& xj. Et istud ius dicē di testamentum nullum ad hæredem transit, ut per Iaſ.in l.si arrogator, col.v.ff.de adopt. Postremò no. ꝙ qui non potest ab intestato succedere, etiam si sit præteritus, non potest querelare aut aliter infringere testamentum. Bal.consi.324.lib.4.Ancha. consi.428.incip.Super casu.Pau.de Cast. in consil. 347. & sequenti in antiquis, ubi plenè tractat, & Dec.in consil.105.

Libellum uerò cum practica agendi ad supple-

94 mentum legitimę, † uide per Angel. Are.institu. de inoff.testamento, in principio in ult.col. Et hoc casu non dicitur rumpi testamentum.l. omnimodò, in principio, suprà de inoff.testa. Dec.in consi.530. col.fi.& Gozadin.in consi.49. Et ista practica agendi ad supplementum legitimæ est magis frequens, quàm præcedentes.

95 Tertiò principaliter quærit Bar. † an per constitutionem hanc conseruetur institutio facta in re certa? & concludit, ꝙ institutio in re certa non est propriè & absolutè institutio, nec propriè & absolutè legatum, sed est tertia species de utroque participans, & conseruari quatenus sapit naturam legati: quatenus uerò sapit naturam institutionis, puta, respectu iuris accrescendi uitiari. per l. quotiens. cū no. s̄. de hær. insti. & cum ista conclusione Bar. transeunt communiter scriben. ut hic per Alex. col. iii. & iiii. Corn. 24. Iaſ. 8. & Curt. 14. Et probatur clarè per constitutionem istam, quę vult ꝙ testamentum quantùm ad institutionem irritetur, quantùm ad legata firma permaneant. Sed talis institutio in re certa, quum sit tertia species ſ mixturam tenet institutionis & legati. In eo ergo in quo accedit naturæ institutionis uitiabitur, & conseruabitur in eo in quo sapit naturam legati.

141 Secunda concluſio Bart. † quando præteritus eſt poſthumus, clauſula codicillaris operatur fideicõ. dummodò concepta ſit per uerba reſpicientia futurum, ſi non ualet uel ualebit iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum. ſecus ſi per uerba preſentis temporis tantũ, puta, ſi non ualet &c. quia tũc deficeret illa cõditio, quũ ualeat quãdo fit, & quũ moritur teſtator. oppoſitũ firmat in l. i. col. 3. ff. de iure codicil. & clauſula eo modo cõcepta, nõ cõprehẽdit poſthumũ ignoranter præteritũ, de quo teſtator tẽpore teſtamenti nõ cogitabat: ut quia habebat uxorem ex qua filios ſuſcipere non ſperabat.

Hæc eſt alta quæſtio & de apicibus iuris in qua Doct. multũ uarii & contrarii fuere. Alex. hîc in ii. charta & in conſi. 50. lib. 6. plenè articulum tangẽs & excutiens, reprobata opinione Bar. in d. l. i. ff. de iure codicil. in iii. col. tenet cum Bar. hic, ꝙ quando uerba clauſulæ codicillaris reſpiciunt etiam futurum tempus, ut in exemplo. ſ. poſito, comprehendatur poſthumus poſtea natus, & ui prædictæ clauſulę teneatur hæreditatem reſtituere per fideicom. ſcripto hæredi. nam dicendo, aut ualebit, futurum tempus proſpiciendo, apparet teſtatorem in genere ſaltem de poſthumo cogitaſſe: id quod ſatis eſt. l. ſi quis cum teſtamentum nullum. l. ab inteſtato. ff. de iure codicil. l. qui iure militari. ff. de teſt. milit. cum aliis ad ipſam. l. ſ. per me allegatis. & iſtam opinionem cõtra Bar. in d. l. i. col. iii. atteſtantur magis cõmunem Alexan. in locis prædallegatis, & Iaſ. j. in pe col. plures alios, qui ſic conſuluerunt, referẽs. & ita etiam conſuluerunt Pau. Caſtr. in conſi. 59. in antiquis. Bologni. in cõſi. 73. Dec. in conſi. 49. col. ii. & iii. & in conſi. 670. & Pariſius in conſ. 60. & tribus ſequentibus.

Miror de Alexandro qui rigoroſas opiniones ſolitus eſt fugere, hanc partem ſecutus fuerit, quanquàm in conſi. prædalleg. 50. col. iii. nõ eſſe adeò iniquam dicat, quum filius in reſtitutione hæreditatis facienda fideiommiſſario legitimam detrahat, in qua non potuit grauari: ut ibi per eum. Sed quomodò excuſatur ab iniquitate, quum priuaretur à reliqua patris ſubſtantia & à maiori parte bonorũ? ideò timoratæ conſcientiæ uir, & ſubtilitatum princeps Are. in conſi. 93. & in conſi. ultimo ſequitur, & totis uiribus nititur defendere opi. Bar. in d. l. i.
142 col. ii. † audacter & animosè illã firmando, eò ꝙ nõ ſit ueriſimile patrẽ hoc uoluiſſe, & ſenſiſſe, ad alienos; à ſuis eius ſubſtantiam transferre. l. cũ auus, & l. cum acutiſſimi, prædalleg. interroget, dicit Aret. in fin. dicti ultimi conſilii unuſquiſque ſe ipſum & conſcientiam ſuam ſecundum rationem naturalẽ, an conſonet uoluntati defuncti & pietati paternæ, ut uoluerit propriam ſobolem ſiue culpa priuare hereditate, extraneos aut coniunctos, quos minus diligit, preferendo, & tunc (inquit ille) bene in hac cauſa iudicabit. Et in prima column. dicti conſilii dicit eſſe ſomnia uigilantium, & cauillantium leges, quæ per tenentes oppoſi. in hoc puncto dicuntur. Et hanc eandem opin. tenuerunt Bald. lib. primo, in conſi. 20. incipien. Clauſula codicillaris, & lib. ſecundo in conſi. 444. Quia ultimus, & 243. Qui relictum. Signorol. Homodeus in conſi. 172. Ser. Anto. Barba. in conſi. 60. uolum. ſecundo. Et poſt Are. ferè omnes qui bene intellexerunt leges, tàm legendo, quàm conſulendo, hanc opinionem uti ſaniorem & æquiorem amplexi & ſecuti fuerunt: ut plenè & eleganter per Soc. reſpondentem particulariter, & diſtinctè omnibus adductis pro parte contraria in conſi. 93. colum. quarta. & in fauorem poſthumi, ueſtigia Aretini ſecuti propter æquitatem pronunciarunt, & iudicarunt duo Senatores Mediolani in cauſa ſibi per principem commiſſa, ut hic refert Iaſ. qui unà cum domino Curt. in eandem eunt ſententiam, referentes ſe, licèt requiſitos noluiſſe pro contraria parte, & contra poſthumum conſulere. Eandem opinion. tenet hic Picus præceptor meus Papien. ſic Cremonæ conſuluiſſe, dicens, idem tenent omnes Modern. Taurinen. & Rip. in l. ſi unquam. in 21. quæſtione, infrà de reuocand. donatio. & in l. Centurio, colum. 26. & 27. nume. 83. cum ſequen. ff. de uulg. & conſuluit bis ſecundum hanc opinionem Compater meus Alexandrinus. in conſi. 112. & 175. & ita uidi iudicatum per Excellentiſſimos uiros, & ab iſta opinione, quæ nunc communis eſt, & æqua ſanctaque, ut ex prædictis apparet, nullo modo recedendum eſt. quamuis enim aliqua coniectura eſſet in contrarium propter uerba prædictæ clauſulæ codicillaris reſpicientia futurum tempus, tamen fortior eſt præſumptio, quæ militat pro filio poſthumo, & in ſenſu naturali fundata iuxta. l. cum auus, & l. cũ acutiſſimi. prædalle. Facit, quia conſeruatio legatorũ & fideicommiſſorũ procedit ac dependet à uoluntate defuncti, ut. ſ. diximus. quæ uoluntas ſecundum naturalem ſenſum & omnem ueriſimilitudinem ceſſat præterito poſthumo & illius natiuitate rupto teſtamẽto. Iccircò uirtus clauſulæ codicillaris nõ operabitur hoc caſu cõtra poſthumum:
143 nã in generali ſermone prædictæ clauſulæ † nõ cenſetur deductũ nec comprehenſum illud quod in ſpecie ueriſimiliter quis non dixiſſet nec feciſſet. l. obligatione generali. ff. de pig. & hyp. ut hîc per Cur. & Ripã & alios in locis prædalle. eò maximè, ꝙ prædicta clauſula codicillaris poteſt operari multos alios effectus, ut per Are. in dictis cõſiliis, Iaſ. & Cur. hic. & ſi non erat fruſtra appoſita, nõ operabitur ergo hunc, ut cõuertat inſtitutionem hęredis in fideicom miſſ. & cenſeatur poſthumus rogatus reſtituere hę reditatẽ hęredi ſcripto ceſſante omni ueriſimilitudine mentis defuncti. & ſic tollitur fundamentum opin. Alex. & aliorum. ſ. alle. ꝙ per clauſulam codicillarem cenſeatur, ſaltem in genere cogitatum de poſthumo. quia id uerum non eſt, ſecundũ rationẽ naturalem, & communem ſenſum. maximè, quum dicta clauſula poſſit operari plures alios effectus. non operabitur ergo iſtum, quia eſſet contra mentem

144 tem, & intentionem teſtatoris. † Et ad l. ab inteſtato, & l. ſi quis cum teſtamentum. de iure codicil. dupliciter reſpondetur, uel ꝙ loquuntur ab inteſtato, & quando apparet de poſthumo cogitatum, aliàs ſecus, ut in propoſito noſtro. uel loquuntur in legatis particularibus, quę diſponens ueriſimiliter reliquiſſet, etiam ꝙ de poſthumo cogitaſſet, ſecus in fideicommiſſo uniuerſali, ut in propoſito noſtro: ut per Soc. in conſi. 93. col. pen. & ſi. lib. iiii.
145 † Accedat prædictis, quòd licet illa clauſula codicillaris quæ per tabelliones ex generali conſuetudine in inſtrumentis apponitur, cenſeatur appoſita de uoluntate teſtatoris, ꝙ cenſetur mandaſſe notario, ut conficeret inſtrumentum, ſecundum conſuetudinem, ut per Soc. in d. conſi. 93. & Dec. 496 col. 4. tamen quia uix unus de mille intelligit quid importet dicta clauſula, cenſendum eſt non fuiſſe de mente teſtatoris, ut operetur contra poſthumum prędictum effectum: maximè quum poſsit alios effectus operari.

146 Limitatur tamen prædicta concluſio, † niſi poſt natiuitatem poſthumi teſtator tanto tempore ſuperuixiſſet ꝙ commodè potuiſſet mutare teſtamentũ & non fecerit, quia uidetur perſeuerare in eadẽ prima uoluntate, uelleq; decedere cum eodẽ teſtamento. argumẽto. tex. cũ gloſ. in l. athletæ, in §. dat remiſſionẽ. ff. de excuſ. tut. ubi inimicitia ſuperueniens dat excluſionẽ à tutela teſtamentaria, niſi ſecundum gl. teſtator diu uixiſſet, & non mutaſſet teſtamentum, quia cenſeretur iniuriam remiſiſſe, ſecundum gl. Ad idem lex quærebatur, in ſi. ff. de mi lit. teſt. ubi ſi miles fecerit unum hęredem ad tempus, & alium ex tempore, ſecundus nõ tenetur ad preſtãdum legata relicta à primo, niſi alia probetur uoluntas militis. & ſic niſi mutauerit primam uoluntatem, cenſetur uelle in ea perſeuerare, ut legata ibi preſtentur à primo hęrede.

Et ſic clauſula codicillaris operabitur fideicom. in perſona poſthumi, quum uertat hæredis inſtitutionem in cauſam fideicom. ut. ſ. dixi, & limitationẽ hanc ſequuntur communiter Doct. ut per Iaſo. j. in ult. col. & ultra allegata per eum, ſequuntur etiam eam Roma. in conſi. 122. col. 2. Pau. Caſtr. in l. j. j. titulo proximo. Alex. conſi. 123. col. fin. lib. j. Barb. conſi. 54. col. pe. uol. 3. Cor. conſi. 150. col. 2. uol. 3. Dec. in cõſi. 242. & 490. col. pen. & ſi. Cur. j. char. ult. & Pariſius i cõſiliis. ſ. alle. & Ripa in repetitione. l. ſi unquã, in q. 21. & 38. j. de reuoc. dona.
147 Sed contrariam opinionem † tàm legendo quam conſulendo, ut hîc refert Iaſo. amplexus eſt ſubtilitatum princeps. & acutiſſimi ingenii uir Fran. Are. quum non preſumatur patrem feciſſe tale fideicom miſſum ſi de filiis cogitaſſet per. ſ. alle. nec præſumptionem illã tolli patre ſuperuiuente poſt habitam notitiam de filio, licèt nõ mutauerit teſtamentum, quia (ut inquit Are.) non mutauit, quia cognouit ſatis eſſe prouiſum aduerſus primam diſpoſitionem per remedium iuris irritantis & annullantis teſtamentum prędictum: quemadmodum dicimus de creditore preſente alienationi rei ſibi hypothecatę, quæ licèt taceat, non præindicat ſibi, eò ꝙ ſciat 149
148 ius ſuum ſaluum durare. † l. ſicut. §. non uidetur. ff. quib. mod. pign. uel hypo. ſolu. ad quem tex. plura accumulant Mod. in c. Eccleſia. col. ix. in iiii. lim. de conſtitu. in c. inter cęteras, col. fin. de re iudi. Iaſ. in l. emancipata, in primo not. ſ. qui admitti. & Modern. Aſten. in tract. de forma in rubr. de proba. & præſump. ſolen. & formę col. 44. uerſi. ſed eſt conſideraudum.

Nec obſtat quòd quemadmodum aliqui dicunt uerum non uideatur eſſe à lege prouiſum in termi nis noſtris, quando pater ſuperuixiſſet, & non mutaſſet teſtamentum, quia lex prouidet præſumptiuè aduerſus primam diſpoſitionem teſtatoris irritato fideicommiſſo, præſumendo ꝙ ſi pater ſciuiſſet aut putaſſet filios ſuſcepturum, non prætuliſſet extraneos aut alienos filio proprio. argumẽto. l. cum auus, & l. cum acutiſſimi, prædalle. ſed quũ una præſumptio per aliã tollatur. l. diuus. ff. de in inte. reſt. & pater habita notitia & ſciẽtia de ſuperueniẽtia filii uiuens nõ mutauerit teſtamentum, quum poſſet, præſumitur perſeuerare in prima uoluntate l. cum qui. ff. de proba. & c. maioris, de baptiſm. ita una preſumptio aliã tollit. Quia dato & conceſſo, ꝙ teſtator medio tempore hoc noluiſſet, tamẽ quũ uoluntas non fuerit legitimè condita & firmata coram ſufficienti numero teſtium nullius erit momenti. l. idem erit. ff. de milit. teſtam. §. ex eo. inſtit. quibus mod. teſtam. inſir. ut hîc per Alexan. in vii. column.

Pręterea probatur opin. prædicta Are. per tex. ſolennẽ in l. filio, in. §. Seia. ff. de adim. lega. inducendo ut per Are. in conſi. 93. colum. iii. & Iaſo. ſ. in v. col. ibi. n. legatum propter inimicitias ſuperuenientes reuocatum, licèt teſtator in codicillis poſtmodũ factis aliter non reuocauerit, non tamen debetur, quia ſatis eſt fuiſſe ſemel reuocatum: ergo pariter in propoſito, licèt teſtator ſuperuixerit tanto tempore, quòd potuerit mutare diſpoſitionem, nihil debet facere, quia ſatis eſt, quòd ſemel ruptum, & reuocatum ſit per natiuitatem poſthumi.

Nec obſtat ꝙ termini ſint diſpares: quia ibi agitur de facto limitato declarando, quia noua illa diſpoſitio codicillaris limitata fuit, & declarauit teſtator quòd mutare uoluit. ideò tacita reuocatio legati iam facta remanet in ſuo ſtatu reuocationis. ſed hîc res alio modo agitur, & non mutando teſtamentum, uidetur confirmare quod diſpoſitum fuit per clauſulam codicillarem futurum reſpicientem: ut per Dec. in conſi. 490. colum. penul. Quia clauſula codicillaris non importat, nec operatur fideicom. poſthumo ignoranter pręterito. Et ſic diſpoſitio facta per clauſulam codicillarem in poſthumo ignoranter præterito nullius eſt momẽti. Et p cõſequẽs teſtator in eadem uoluntate perſeuerando, non cẽſetur uelle fideicomm. à poſthumo deberi aut præſtari, quia per talem clauſulam teſtator id nunquã ſenſit nec intellexit.

Et iſta opinio rationabilior mihi uidetur, & magis æqua: iccircò tenenda, ꝙ fideicõmiſſum uniuerſale non debeatur à poſthumo, licèt teſtator diu ſuperuixerit, & non mutauerit teſtamentum, quia quod non eſt ueriſimile, † dicitur eſſe quædam falſitatis imago: ſecundum Bald. in. l. quicunque in fin. ſuprà de ſeru. fugi. cum multis accumulatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

per Cur.in consi.178.col. prima.& per alios sæpe, sed omni ueri simili tudine caret uoluisse testatorẽ suæ substantiæ & antiqui fortè patrimonii maiorẽ melioremq; partem filio proprio iecto ad alienos transferri & deuolui. & hæc sola ratio naturalis, & uiua uidetur mihi sufficiens ad tenendum & defendẽdũ causam filii, quum iuri & naturalibus conueniat: ideò recipienda l. confessionibus, & l. sequenti. in fi. ff. de interrog. act. cum no. per Ro. in consil. 113. & 260.

Quæ opinio etiam auctoritate clarissimorum uirorum firmatur. Idem enim quod Are. uoluit Cor. in consil. 195. col. fi. lib. i. Soc. in consil. 93. col. fi. uolu. 4. & Ripa in repetitione d. l. si unquàm, ad fi. 42. quæstionis, licèt dubitet.

Retenta tamen limitatione prædicta contra quã esset difficile in practica obtinere, quum illam cõmuniter sequantur Doctor. eandem restringite quando de more & consuetudine patriæ homines expectarent testari tempore infirmitatis, & nato posthumo testator infirmitate non fuerit detentus, sed morte repentina preuentus decesserit, quia uerisimiliter credendum est mutaturum uoluntatem si per infirmitatem se moriturum cogitasset, secundum Are. in dicto consi. ultimo. col. 3. uersi. potest etiam esse.

Et præsumitur scientia posthumi si natus fuerit in ciuitate uel in loco ubi testator habitabat. Alex. in consi. 142. col. 2. lib. 2.

Secundò posset restringi ubi inter testamentum & natiuitatem posthumi longa fuisset temporis intercapedo, ita ꝙ posset esse inducta obliuio prædicti testamenti. iuxta no. in l. peregrè, in principio. ff. de acqu. poss. & in l. fancimus. s. de testa. Quæ restrictio stante limitatione non placeret, quia in facto proprio etiam de longinquo non præsumitur obliuio, quando factum est notabile, & alicuius im
150 portantię,† prout est testamentum in quo disponitur de omnibus bonis, quæ in familia exemplo maiorum pro uiribus relinquenda sunt. facit tex. in c. cum illorum, in fine de senten. excommu. & no. per Barba. in cap. excommunicato, column. 16. de rescrip.

Vltima limitatio quam tantùm extollit Iaso. per gl. l. non dubium. ff. ad Treb. nõ est tenenda, quum glo. illa reprobetur, ut per Barb. plenè in rubric. ff. qui admitti. char. pen. ubi quæ scripsimus, uidenda erunt.

Quasdam alias limitationes ad propositum de clausula codicillari tangit Bulga. Senensis in disputatione sua incip. Postulastis à me scholares.

Circa ultimam quæstionem Bar. ꝙ uirtute clausulæ codicillaris censeantur rogati uenientes ab in
151 testato † restituere hereditatem scriptis heredibus. uidenda sunt quæ diximus in 8. q. & sequentibus. ubi diximus hoc non procedere in posthumo ignoranter præterito, quia tunc clausula codicillaris etiã per uerba futurum tempus respicientia concepta, ex uerisimili mente defuncti, non comprehendit posthumum, ut ibi plenè dictum fuit.

Absoluta Paduæ quinto calendas Iunias. 1549.

SVMMARIVM.

1 *Bar. ab oppositionibus more solito incæpit, & quasi ferro eo modo aperta uia per contraria transeundo, materiam per quæstiones explicat.*
2 *Auctoris ordo in hac secunda editione.*
3 *Sententia super interesse quomodo & qualiter ferenda, & nu. seq.*
Interesse petitum liquidari sufficit in executione, & summariè hoc fieri potest, & qualis esse debeat practica. ibid.
4 *Lites ex litibus insurgere iniquum est, ideò proceditur summariè in executione litis iam decisæ.*
6 *Interesse quomodo diffiniatur & describatur, & num. sequentibus.*
7 *Genus generalissimum quia æquiuocum & caret genere diffiniri non potest, bene describi, secus in genere subalterno, quod est species respectu generis generalissimi. & nu. seq.*
9 *Copula accipitur pro disiuncta.*
10 *Diffinitio animalis.*
11 *Diffinitiones de speciebus specialissimis sunt ueræ, & propriæ diffinitiones.*
12 *Diffinitio danda est cõiunctim, non disiunctim, secus in descriptione, & nu. seq.*
13 *Diffinitio uni rei tantùm conuenire debet.*
15 *Decisiones quinquaginta Iustiniani cur singulares.*
16 *Iustiniani intentio qualis hic fuerit.*
17 *Tres sunt articuli difficiles super quibus uersat difficultas & intelligentia l. nostræ. & nu. seq.*
19 *Interesse commune & singulare quæ dicantur, & numero sequen. ubi dantur plura exempla de interesse singulari.*
20 *Certam quantitatem uel naturam, qui contractius habere dicantur. & nu. seq.*
21 *Practicæ magnus est fructus & utilitas.*
22 *Dicere non sufficit, nisi probetur, in qua probatione consistit uis causæ.*
23 *Sententia prolata in possessorio, & condemnato possessore ad interesse, appellatione pendente non fit executio super interesse.*

In legem unicam. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. prælectiones repetitæ.

VOLVISTIS Illustres, Magnifici dilectissimiq; Auditores, ut post uulgatas editasq; lectiones nostras in tractatum eius, quod interest, iterum in præsentia legem ipsam interpretandam assumerem: uoluntati uestræ, cui deesse, nec uolo nec possum, oppidò quàm libens obtemperabo.

Sed quia in ordine ac modo expediendi hanc legem & materiam, Bar. Bald. & alii scribentes uarii
1 fuerunt secũdũ eorum fantasmata procedẽtes. † Et Bar. contempto ordine Glossatoris ab oppositionibus incipiens, uiamq; ad difficultates, & intelligentiam eo modo, ferro, ut alibi inquit Bald. transeundo

secundo per contraria aperiens; quinque quæstionibus materiam distinctè explicare nixus fuit. Declarando quid sit interesse: quotuplex, & in quantùm possit ascendere: quomodò in iudicium deducatur: & qualiter probetur. Alii alium ordinẽ tenuerunt; ego parum discedam ab ordine, quem aliàs hic obseruaui: clarior enim & melior mihi uidetur.

Et primò absoluta continuatione rubr. quæ primò se offert, quia omnis bona doctrina secundum præcepta iam ab omnibus recepta à diffinitione in choanda est, ad id antequàm ad alia, deueniam. Inde cura, labor, & omne studium nostrum erit circa declarationem legis, præcipuè enucleãdo† quod
2 nam sit istud simplum, quod hîc duplicari posse dicitur.

An lex ista determinans id quod interest, nõ posse excedere quantitatem dupli de singulari interesse intelligatur uel de communi.

Postmodum, qui sit uerus sensus uerborum text. nostri de casibus qui habent certam quantitatẽ uel naturam mentionem facientis. Et si qua opus fuerit emendatione, illam faciam. Postremò ne incassum laborem tempusq; conteram, ad ea quæ iam scripsi uos remittam. & ad alia me transferam.

Continuationem igitur glosſ. istius rubr. & Doctorum assumendo, quia in hoc exigua utilitas consistit, paucis contentus ero. Continuatio quam aliàs tenui, adhuc placet, quòd non nalet sententia nisi per se uel per relationem ad acta sit certa. l. penul. s. tit. primo: eapropter super interesse ob dubitationes antiquorum in infinitum interesse extendentes; ut in nigro dicitur. uidebatur sententiam non posse ualidam proferri.

Contrarium tamen uerius est, propter resecationem prædictarum dubitationum hic ab Imperatore factam, ut text. l. nostræ dicit. ideò congruenti ordine posita fuit hæc rubr.

3 Ex quibus not. † quòd sententia super interesse debet esse certa. §. curare, hic per Bar. alleg. quod intelligitur, quando in iudicio & processu facta fuit prosecutio & probatio super quantitate interesse. aliàs secus, ut per Barto. Bald. & alios. in. l. ii. s. tit. i. scriben. in d. §. curare. ut dixi. ſ. in ult. not. nigri in vii. dubitatione. Sed si in processu interesse petiti non fuerit liquidata nec certificata quantitas prædicti interesse, sed solùm probatum interesse, seu interesse in genere, iudex super hoc aditus non debet conuentum absoluere, eò quod certa nõ possit super dicto interesse ferri sententia; sed debet condemnare ad petita, quum actor probauerit eius intentionem, sua uidelicèt interesse. per d. l. ii. cum ibi not. per Bart. Bald. & alios. s. tit. ii. & per. l. qui accusare, à contrario sensu. s. de eden. Nec talis sententia dicitur incerta, immo certa ad interesse petitũ in genere, certificandum posteà in executione. nam si actor uoluerit consequi & habere executionem dictæ sententiæ anteà liquidabit, & certum faciet id quod interest, ut dixi hîc in rubr. uersic. ex prædictis, & super nigro num. liii. qua liquidatione facta, sententia per posteriùs certa efficitur, & meritò tunc tanquàm certa executioni mandabitur.

4 Et ut sciatis, † quia ex litibus non debent oriri lites. l. terminato, in fine cum aliis ibi per glo. & Doctor. citatis infrà de fruct. & litis expen. prædicta liquidatio eius quod interest, fit summariè, ut per Bar. in. l. ii. ad fi. s. tit. proximo.

5 Et † ad practicam rem reducendo ad requisitionem petentis executionem dictæ sententiæ condẽnatoriæ ad id quod interest, seu (ut in practica dicitur) ad interesse petitum, solet mandari commissario cui mandatur executio sententiæ, ut constito sibi summariè de interesse prædicto sententiã ipsam exequatur. & coram eo petens executionem sentẽtiæ facit articulos seu capitula, quòd interesse per eum petitum ad tantam summam ascendit. qua liquidatione & declaratione summariè facta executor ac requisita & sibi commissa procedit: dicens quia nobis constat saltẽ summariè id quod interest siue interesse, ut in practica dicimus, in prædicta sententia mentionatum ad tantum ascendere: iccir co pronunciamus prædictam sententiam liquidatam certamque factam, esse executioni demandandam, quam posteà omni meliori modo possibili exequitur.

Secundo loco descendendo ad diffinitionẽ, quic quid aliàs hic scripserim, aliorum errores sequutus
6 † aduertendum primò est, quòd interesse nõ est genus generalissimum nec istud unquàm dixerunt Iurisconsulti, quicquid Bart. grosso modo loquendo scripserit, ut hîc etiam anteà dicebam. Secundò quòd genus generalissimum diffiniri non potest: quoniam æquiuocum est, caret genere & substantiali differentia ex quibus constare debet omnis bona diffinitio, sed bene potest describi & designari secundum naturam ipsius rei de qua quæritur: ut per Ammonium in quinque uoces Porphyrii in c. de genere. & Boet. in prædicamenta Aristotelis lib.
7 j. & iii. † Genus subalternum ut animal, quod potest esse species respectu generalissimi, & potest esse genus respectu aliarum specierum inferiorum, nuncupanturq; uniuoca & recipiunt diffinitionem ex ipso animali hac substantia animata sensibili, &c. ut per prædallegatos. sed qui uult bene diffinire ad speciem debet descendere: hæ enim quę dantur de speciebus, ueræ & propriæ sunt diffinitiones. ut per prælleg. & Boet. in lib. de diffinitione, & dixi in. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iuris.

Modò circa primam diffinitionem glo. nigri in
8 uerbo possibile † quòd interesse sit singulare rei pretium. Bart. in iiii. colum. & Doct. reprobant ut hic scripti, sed & glo. met non ponit eam diffinitionem ut suam: sed ut aliorum, ibi secundum quosdam. à quibus recedit, suam diffinitionẽ posteà ponendo. potest tamen dicta diffinitio saluari propriè intelligendo diffinitionem prout est quid nominis, & restringendo dictum glosſ. ad singulare interesse.

Secunda diffinitio glo. quòd interesse sit damnũ emergens & lucrum cessans ex re quãdo aliquid fieri cessatur, grosso modo loquendo. & quicquid dicat Bart. ista diffinitio communiter approbatur hic per Bald. Salic. Dec. & Curt. in prima charta. & Ale
9 xand. in consi. xx. lib. v. † capiendo copulam pro disiunctiua. iuxta l. pen. s. de uerb. signifi. secundum Dec. hîc in iii. colu. Sed intelligendo de diffinitione

ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne propria, & quid rei ut ex infrà dicendis statim liquebit, non potest procedere: potest tamen saluari intelligendo de diffinitione impropria & abusiua; siue de descriptione uocabuli interesse naturam ipsius rei ostendente.

Nec obstat q̃ sit dare damnum cessans & lucrum emergens, ut dicebat Bart. quia respond. ut hîc per Curt. in ii. colum.

Tertiò loco Bart. uolens eius opin. ponere. Primò tradit diffinitionẽ in genere generalissimo, ut ipse ineptè appellat, quòd sit iusta alicuius utilitas. contra quam plura obstant, quæ curauimus resolue re in primis scriptis. Nunc melius sentientes, possu mus dicere quòd interesse in genere subalterno est
10 uera alicuius utilitas, † sicuti dicunt Philo. quòd ani mal in genere subalterno est substantia animata sen sibilis. Quòd sit utilitas probatur in . l. proinde. ff. ad. l. Aquil. ibi utilitas uenit. & . ff. fin. reg. l. sed & lo ci. ubi Bald. not. ff. fin. regun. & est generalis com prehendens quamcunque speciem interesse, iustũ, iniustum, æstimabile, inæstimabile, petibile, non pe tibile, omissum seu non habitum. de quibus specie bus hîc per Doct.

Veniamus ad diffinitionem interesse in specie.
11 † hæ sunt uerè & propriè diffinitiones quæ dantur de speciebus specialissimis secundum Boet. in Porphirium ĩ c. de specie, ut de homine & similibus di cuntur species specialissimæ: quia non habent alias species post se, prout genus generalissimum, quia non habet aliquod genus. ꝟ. fe. & quia in hac. l. no stra agitur de æstimabili & petibili, uideamus de isto. & dicendum quòd si quæramus de essentia & substantia ipsius interesse, uidelicèt prout est alio non considerato interesse, est damnum emergens uel lucrum cessans propter dictum aut factum in iustum uel cessationem dati aut facti iniustam. ita communiter Doc. concludunt, ut hic per Dec. col. iiii. post antiquos declarando uerba diffinitionis, vt ego feci in primis scriptis. Si uero quæramus de in teresse prout petitur & resarciri requiritur secun dum distinctionem Spec. & Ioan. And. per Dec. re latam, tunc diffiniendum est aliter, quòd sit æstima tio, &c. ut per Bart. & præfatos, & latius in scriptis nostris.

Quæ diffinitiones nunc non placent, nec sunt bonæ. Primò, quia bonæ diffinitiones dari debent coniunctim & copulatiuè, non disiunctim & alter-
12 natiuè † secundum Philos. ut dixi in. l. omnis diffi nitio. & in. l. precibus.

Secundò, quia aliud est interesse damni emergen tis aliud lucri cessantis, ut patet ex fi. l. nostræ. & l. 3. ff. de eo quod certo loco. si diuersa sunt, quomodo sub eadem diffinitione claudi possunt? certè nullo
13 modo. † quia ut dicunt Philo. & Ammon. in Porph. sub cap. de genere, omnes diffinitiones uni tantùm rei conuenire debent, ipsamq; solam & totam rem complecti. eapropter aliter esset finiendum interes se damni emergentis, aliter interesse lucri cessan tis: & quia in iure nostro periculosum uideo, hoc facere procedam describendo.

Est igitur interesse damni emergentis damnum quod alicui contingit propter datum aut factum in iustum: uel cessationem dati aut facti iniustam. in-
tereſſe uerò lucri ceſſantis, ſic lucrum alicui ceſſans propter datum aut factum iniuſtum, uel ceſſationẽ dati aut facti iniuſtam.

Nec refragantur alternatiuæ in prædictis deſcri ptionibus poſitæ, quia licèt in diffinitionibus id re
14 prehenſibile ſit, † ſecus tamen eſt in deſcriptioni bus, l. i. ff. de pact. & l. v. §. ſtipulatio, de uerb. oblig. in quibus iuribus Iuriſconſul. deſcribendo potius quàm diffiniendo proceſit, capiendo autem intereſſe damni emergentis lucriq; ceſſantis prout de ducitur in indicio ac petitur, & ſic pro æſtimatione & quantitate damni uel lucri. Secundo modo ſuprà ſumpto deſcribi poteſt, ut hîc in primis ſcriptis diffiniendo dicebam, ſingula ſingulis referẽdo, quę melius conueniunt deſcriptionibus quàm diffini tionibus per prædicta. & hæc ſatis ſuper rubr. uenia mus ad. l. ipſam.

Hanc legem utilem pulcherrimam & ſingularẽ eſſe, ut Doct. prædicant, mirum non eſt. una enim fuit de quinquaginta deciſionibus Iuſtinia. de qui bus ipſe mentionem facit ſuprà in tit. de emendatio
15 ne C. colum. l. quæ omnes † ſingulares fuerunt in ca ſibus occurrentibus ędite & ex mera practica de ſumptæ: quas ego ſolus cumulaui & oſtendi in l. fi. ꝟ. de pact.

16 In hac difficillima & terribili. l. † intentio Iuſti niani in effectu eſt, reſecatis antiquorum dubitatio nibus & perplexitatibus pro eo quod intereſt de cidere, quòd in contractibus & caſibus habentibus certam quantitatem & ſubſtantiam, id quod intereſt duplum non excedat. In aliis uerò caſibus qui certi eo modo non ſunt, in quibus talis taxatio & coarctatio eius quod intereſt nõ poteſt fieri: quum illud certum cuius reſpectu fieret, reſtrictio & taxa tio non præexiſtat. Nec id quod intereſt infinitum admittit, nec penitus repellit legislator, uerùm ra tione & æquitate ſuadentibus, id quod re uera pro babitur, intereſſe poſſe peti reſarcirique; debere diſpo nit, & indemnitatem eſſe præſtandam tam in dãno emergenti quàm in lucro ceſſante.

17 Tres ſunt articuli not. nodoſi † de apicibus iu ris in quibus conſiſtit ſubſtantia & difficultas iſtius legis: quibus nõ declaratis nec bene enucleatis in terpretantes hîc & docentes nihil agunt, diſcentes uerò in uanum laborant.

Primus articulus, quia hîc dicitur id quod intere ſt dupli quantitatem non poſſe excedere. quod nã ſit id ſimplum duplicandum, an precium cõuentum & taxatum à partibus uel commune.

Secundus, an conſtitutio iſta prohibens id quod intereſt excedere quãtitatem dupli intelligi debeat de eo quod ſingulariter intereſt, uel de communi?

Tertius articulus quomodo & qualiter intelligi debeant uerba iſtius. l. de caſibus habentibus cer tam quantitatem uel naturam.

18 † Redeundo ad primum articulum concludebã aliàs cum Placentino & communi opinione ſcri bentium quòd prædictum intereſſe non poſsit ex cedere duplum pretii conuenti rei uenditæ puta uel locatæ. iuxta exempla poſita in text. noſtro, & ſic pretium conuentum, non autem aliud duplican dum eſſe, quam opin. tanquàm ueritati & æquita ti conſona. metiam in præſentia amplectimur & ſe

quimur.

quimur. Primò per hanc. l, nõſtram in uerſic. ſan cimus, dum loquitur de contractibus habentibus certam quantitatem & naturam. exempli gratia de Sticho aureis decem uendita aut domo uiginti lo cata. id quod intereſt non poteſt dupli quantita tem ſubiicit tex. excedere. loquitur retento eodem themate: nec enim mutatio præſumitur iuribus uulg. & ſic de quantitate. ꝟ. proximè mentionata, & per conſequens de quantitate conuenta dupli canda, non de alia. Ex præcedentibus ergo & ſequẽ tibus patet uerba iſtius. l. inſinuare & nobis oſten dere id quod intereſt, non poſſe excedere duplum quantitatis conuentæ partiumq; expreſſa conuen tione taxatæ ac declaratæ.

Secundò moueor quia huiuſcemodi deciſio & intelligentia æquitatem ſummam præſefert, ut con trahentes qui de certa quantitate cõuenerunt, con cordesque fuerunt taxa ſua contenti ſint. Ita quòd in æſtimationem tantumdem ſuprà quantitatem conuentam uenire poſsit, & nõ ultra, quaſi de ma iori exceſſu non fuerit cogitatum, & quod eſſet ſu prà, iniquitatem cõtineret, prout innuere uidetur tex. in §. fina. l. Titius. ff. de actio. empti. & Bald. hîc in iii. colum.

Taceo quòd arduum iſtud dubium, quod ſcri bentium ingenia adeò inique torſit, an cõuentum uel commune pretium dupli candum ſit exigui ui detur eſſe momenti: quandoquidem conuentum à communi rarò differat. ſolent enim partes con uenire ſecundum pretium quod communiter re peritur. ut hîc per Dec. in x. colum. poſt alios: dum inquit ſecundum communem debuit eſſe conuen tum. probatur ultra alleg. per eum in. l. pretia re rum. ff. ad. l. Falcid. cum aliis per me adductis in . l. ff. ꝟ. de reſcind. uendi. quamuis ergo conuentum poſsit eſſe maius uel minus, quàm commune, ta men à communiter accidentibus ſecus eſt.

19 Veniendo ad ſecundum articulum, † ut res me lius intelligatur uidendum erit quod nam ſit intere ſſe commune, & quod ſingulare. Commune ut ex ui uocabuli apparet, dicitur quando quili bet facta ſibi mora tale damnum communiter ha buiſſet & ſenſiſſet. l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. gloſſ. iii. l. primæ. ff. de actio. empti. Bald. hîc colum. quin ta in quarta oppoſ. cum aliis, quæ aliàs allegaui in gloſſ. dupli. Intereſſe uerò ſingulare dicitur quod ſpeciale eſt & præcipuum in perſona unius, & non in perſona alterius. ita quod in eo perſona obtinet principalem gradum & per conſequens non tranſit ad alium. exemplum in libro quem diurna no cturnaq; manu adeò diligenter uerſaui, utiliter at que egregiè apoſtillis & additionibus exornaui & repleui: memoriamq; in eo repoſui, ut quamuis communi æſtim atione quinque aureorum eſſet mihi non ſolùm propter affectionem, ſed propter ſingularem meam utilitatem de qua ſupra, cha rus eſt, & ualet decem. ita communiter exemplifi cant Doct. ut hîc per Bart. colum. iii. in fi. cum prin cip. ſequentis, & colum. ult. Salic. colum. antepen. Curt. colũ. xviii. Dec. ult. & Paul. de Caſt. in. l. i. ff. de actio. empti.

Similiter poteſt poni exemplũ in horto uicino domui meę mihi uendito aureis centum puta, ra-
tione affectionis & ſingularis utilitatis meæ, pro pter propinquitatem domus cui decorem, commo ditatem, & maiorem utilitatẽ poteſt afferre, quàm alteri. iuxta. l. ſi cui fundus, de leg. ii. ſingulare inte reſſe meum longè ultra aſcendere poterit. ut hîc e tiam per Salic. col. iiii. in v. oppoſ.

Poteſt & tertiò exemplificari in apotheca à mer catore conducta, & multis temporibus retenta: ut hîc dicebam in prima editione articulo. ii. in uerſi. ad ſextum.

Quartò pono exemplum in . l. i. ſuprà de his qui à non dom. manumiſ. ſunt. quando manumiſiſſes ſeruum meum quem iam multis annis præteritis prepoſitũ propriis negotiis ha bui, teneberis mihi ad intereſſe, ut ibi dicitur, hoc caſu id quod mea ſingulariter intereſt, poteſt multum excedere pre tium commune ſeruj: & huiuſmodi ſingularis in tereſſe propter ſingularem meam utilitatem meri tò habenda eſt ratio.

Poſſunt etiam poni duo alia exẽpla, de eo quod ſingulariter mea intereſt ratione pœnæ incurſæ ui delicèt uel amiſſorum pignorum. l. nummis in fin. ff. de in litem iurando. ut per Dec. infrà in ult. colũ. Socin. tamen. ꝟ. in iii. char. & Dec. infrà in ult. colũ. poſt Cyn. Iac. de Ra. & Pet. aliter ſentiunt, uolentes intereſſe illud dici ſingulare, ubi mora commiſſa quilibet non fuiſſet tale damnum paſſurus. ſed tũc demum quando mecum fuiſſet in eadem cauſa & ſic fuiſſet eiuſdem qualitatis & conditionis cuius ęgo. idem uoluit Bald. infrà colum. iiii. ibi referen do effectum ad homines eiuſdem qualitatis. quæ opinio ex tribus uidetur uerior. Primo, quia dictũ intereſſe non eſt conuentum nec commune omni bus, ergo ſingulare. Secundò quia non poſſet aliàs conſiderari ſingulare intereſſe, ut infrà per Dec. co lum. fin. Tertiò quia niſi ad ſimilem perſonam fie ret relatio conſideratioque haberetur, non poſſet probari ſingulare intereſſe utilitatis, quod abſur dum eſſet.

Nunc ad propoſitum dubitationis ſuprà motæ redeundo, utrum lex noſtra intelligi debeat de in tereſſe communi uel de ſingulari. Dec. infrà colũ. antepe. & ſequent. & Curt. lxvij. concludunt hanc legem intelligi debere de intereſſe communi, quod non poſsit excedere duplum pretii conuenti. maxi mè propter generalitatem iſtius text. loquentis de uenditionibus & locationibus. ex quo ſequitur u num not. dignum, quòd eſtimatio quanti plurimi non poterit excedere duplum pretii conuenti, ut per eos.

Sed communis eſt ad oppoſ. quòd hæc lex lo quatur de ſingulari, & quòd commune poſsit exce dere duplum pretii conuenti. ut hic per glo. in uer bo quod intereſt, Bart. colum. ii. & ix. Bald. colum. iii. uerſic. quæro quod intereſſe. Socin. loco præall. & fatetur ipſe met Curt. quòd in iudicando à præ dicta opin. communi non eſſet recedendum, quæ eſt etiam uerior, ut hîc prius dicebam. nam æſtima tio quanti plurimi eſt intereſſe commune, quũ res cuilibet tanti ualeat. ut per glo. in d. l. i. cum aliis in ſuperioribus alleg. & tamen text. in l. ſi ſterilis. in §. cum per uenditorem. ff. de actio. empti. dicit quòd data mora, omnis utilitas uenit in æſtimatione: er-

go

Universidad de Deusto
Biblioteca

go etiam quòd sit supra & ultra duplum, alias sermo ille uniuersalis falsus redderetur. & responsio ad illam text. data per præfatos scriben. nili uidelicet ultra duplum pretii conuenti, uim & manifestam uiolet iam illi litere faciet. Ad idem est tex. in. §. 1. per uenditorem. l. ratio, illo eo. tit. qui dicit, data mora condemnandum esse debitorem utro tempore pluris uinũ fuerit, uel quo uenit, uel quo iudicatur: ergo etiam quòd sit ultra duplum pretii conuenti. ad hæc iura impossibile est bene respondere, nisi dicere esse correcta etiam in hoc per l. nostram, quod absurdum est sentire, ergo &c.

Tertiò quia nili omne interesse, etiam ultra duplum pretii conuenti in cõdemnationem ueniret, creditor minus consequeretur quàm sibi debebatur, quia æstimatio quanti plurimi succedit in locũ rei debitæ. d. §. cum per uenditorem, cum alijs. s. per me allegatis: ergo illam totam consequi debet; ne minus debito consequatur.

Quartò & ultimò, quia alias morosus posset ex mora sua lucrari, commodumq; sentire, & creditorem sibi debitam non consequendo, damnum. contra regulam mora, de reg. iur. & l. siue hæreditaria, in fin. ff. de neg. gest.

Ex quibus luce clarius apparet legem hanc non posse procedere nec intelligi de communi interesse quia illud absque dubio duplum pretij conuenti (ut diximus) excedere potest. Nec de hoc erãt perplexitates antiquorum: nam iura antiqua de hoc loquentia. s. proximè alleg. satis clara sunt. minus potest intelligi de interesse conuento, quod debetur secundum conuentionem & tavam partium. l. fin. ff. de prẽto. stipul. Nec potest aut debet minui: contractus enim legem ex conuentione accipiunt. l. contractus. ff. de regul. iur. ideò tale interesse per hanc legem non restringitur, secundum communiter Doct. ut hic per Bart. col. ix. uersic. Nunc uenio ad tertiam, & Dec. colum. x. consequens igitur necessariũ est, ut lex ista intelligatur de singulari interesse, de quo solùm erãt dubitationes antiquorũ.

Ad hunc text. in sui generalitate ex prædictis patet responsio: quia restringitur ut solùm procedat ac intelligatur in singulari interesse, non in communi uel conuento. Ad alia argumenta Decii & Curtii accommodauimus alias responsam in discussione istius secundi articuli. æstimatio ergo quanti plurimi, quicquid dixerint Dec. & Curt. poterit excedere duplum pretii conuenti: & ita obseruatur.

20 Expedito secundo pollicito, † uenio ad tertium articulum declarationis dictorum uerborum certæ quantitatis uel naturæ in quo, Apolline interprete opus esset. Bar. hic in tribus primis col. multa effundit uerba, referendo antiquorum opiniones siue somnia. Tandem ipse (sine lege tamen loquẽdo) cõcludit, contractum habere certam quantitatem, ut in exemplo glo. quando ex causa uenditionis deberes mihi decem cados olei, exempli gratia, certam naturam, quando hominem, equum, uel bouem generaliter uel specialiter, qui dicuntur habere certam formam à natura eis datam, ut de se patet. qui contractus certi dicuntur respectu sui, respectu uerò adiuncti in correlatiuis, emptione, uenditione, locatione & conductione, adiecta ex altera parte quantitate uel mercede, licèt factum ex altera parte in contractum ueniens incertum sit, quantitas tamen & merces certa sunt, ad quæ censetur habita relatio, & secundum alterum eorum contrahentes uidentur id factum tantùm æstimare. ideò ratione adiuncti certum continere dicuntur. Quando uerò nec respectu sui nec respectu adiuncti est certitudo, ut in promissione factorum dicuntur incerti. & cum Bar. tanquàm clarius & melius loquente transeunt hîc Bald. colum. iii. Salicet. v. Deci. viii. & Curt. xiiii.

Qui intellectus, licèt quantùm ad corticem uerborum applaudere uideatur, fundamentaliter tamen & subtiliter considerando, non potest stare. Nam secundum communem & ueram intelligentiam, ut. s. dixi, hæc lex intelligitur de interesse singulari, quod non potest cadere in debito quantitatis, uel in homine aut boue in genere debitis, licèt habeant certam naturam & formam, quum in talibus non cadat affectio. l. nummis, cum glo. i. ff. de in litẽ iuran. etiam q; esset quantitas olei, quicquid dicant glo. Bar. & sequaces, ut hic per Bal. in ii. col. quia etiam intelligendo text. alternatiuè ut uidetur loqui de casu continente certam naturam, equum puta uel bouem, ut præfati intellexerunt: certitudo duplicandi interesse de quo hic, & nõ haberetur statim, contra mentem text. nostri.

Dicendum igitur arbitror, prædicta uerba certã quantitatem uel naturam, coniunctim esse accipiẽda, & sic alternatiua stat pro coniuncta, prout in. l. penul. s. de uerb. sign. cum not. per Dec. in c. ad hæc col. iii. not. xv. de postula. prælato. maximè, quando est alternatiua legis. Iaf. in d. l. pe. col. fin. natura autem substantiam certam importat ac refert, ut in §. idem respon d. l. iurisgentium. ff. de pact. & uoluit Imperator dicere, quòd in omnibus casibus qui habent certam quantitatem & certam substantiam, ita q; potest cadere affectio & singularis utilitas respectu dictæ substãtiæ certæ, & duplicatio respectu quantitatis & pretii certi, quod statim duplicari potest, id interesse singulare non posse excedere quantitatem dupli prædicti pretii conuenti: quasi iniquum id sit, & contra uoluntatem contrahentium, qui certam quantitatem expresserunt. loquitur ergo iste tex. quando contractus continet certam naturam & substantiam, ubi potest cadere singulare interesse; & pariter certam quantitatem, ut in contractu uenditionis & locationis. §. pretium, insti. de empt. & uend. l. ii. cum glo. ff. locati. quæ potest statim duplicari. hoc modo declarando tex. uidetur de plano procedere; & somnia sunt uigilantium, quæ de cadis olei, uel de homine aut equo in genere debitis dicunt hic glo. & Doct.

In glo. prima circa primum articulum, an interesse & pretium rei idẽ sint. Dec. hic col. iiii. & seq. post Bald. & alios Doct. disputat articulum & cum distinctione Barto. transit. sed posteà incontinenti recedit & malè, ut hic prius dicebam concludendo cum glo. hic, & in. l. i. ff. de actio. emp. quod pretiũ commune sit interesse commune. conuentum, interesse conuentum. singulare, interesse singulare. per. l. primam cum ibi not. per glo. Bald. & alios. s. de his qui à non dom. manu. sunt, & prælleg. §. oĩ per

per uenditorem, ubi pretium tritici & interesse seu æstimatio quanti plurimi pro eodem ponuntur. & si pretium conuentum idem sit quòd interesse conuentum. ut Dec. fatetur, quare pretium commune non est interesse commune; ratio certè diuersitatis reddi non potest. per quam distinctionem patet responsio ad omnia quæ in oppositum citari possunt.

21 A theorica † transeamus ad practicam, ex qua percipimus utilitatem ueramque legum & materiæ intelligentiam, ut divi in princip. l. secundæ. s. de rescind. uend. hanc tangit Bart. in ult. colum. qũærens primò, quomodò & qualiter interesse probetur, & bene, quia quilibet potest petere, sed uis & uictoria in probando consistit; ut per illum text. dicit
22 Bald. in l. j. s. de eden. nec sufficit dicere, nisi probetur ita esse. l. i. cum glo. i. ibi, dicatur & uerum sit. ff. si quadr. paup. fecis. dic. cum accumulatis per Mod. in l. si prius, in gl. egisset, de no. oper. nun. eundem Alex. in consi. 114. lib. iiii. in consi. 71. col. j. & 78. ult. lib. v. & 26. col. pen. lib. vj. Barb. in consi. 62. col. j. lib. j. & 35. col. v. uol. ii. & in c. suspicionis, col. j. de offic. del. Felin. in c. si clericus laicum, de for. compet. & in c. cum dilectus, col. fin. de accus. & Mod. Bonon. in. l. i. §. si quis dicatur, de quæstionibus. Nec mirum, quia actore non probante reus absolutur, etiam si nihil præstiterit. l. qui accusare, cum ibi not. per scriben. s. de eden.

23 Et not. † in practica quòd si per sententiam in possessorio prolatam ad interesse quis fuerit condemnatus, appellatione pendente non fit executio super interesse. Matth. de Afflic. in decisione Regni 77. in fin. Pro clariori intelligentia & declaratione quæstionis & materię, Bar. distinguit tres species interesse, de quibus plenè dixi tam hîc in prima lectura, quàm in d. l. ii. de rescin. uend. Paduæ sexto Kalendas Iulias. 1549.

VENETIIS, *Apud hæredes Lucæ Antonij Iuntæ.*
M. D. LXVII.

M. D. LXXII.

VENETIIS. Apud paruulos Lucæ Antonii Iuntæ.

Biblioteca
Universidad de Deusto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca